Digitized by Google

LVI
H
4

BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
LVI
H
4
NAPOLI

Digitized by Google

Digitized by Google

AQVILA SVEVA.

SVB QVA

IMPERATORES SVEVI

A CONRADO III. vſquè ad CONRADVM IV.

OCCIDENTIS IMPERATOREM XXVII.

ELOGIIS, HIEROGLYPHICIS, Numiſmatibus, Inſignibus, Symbolis, Imaginibus Antiquis ad viuum exhibentur exculpti, & longa hiſtoriarum ſerie exarati.

Vt nihil relictum ſit, quod priſci, vel hodierni habeant annales;

Sed Diplomata, Leges, Indulta, Genealogiæ, Donationes, Priuilegia offeruntur congeſta.

INSERVNTVR ET REGVM PRINCIPVMQVE

Imagines; Nummi Honorarii, Caſtrenſes, Triumphales, Votiui, Miſſiles, &c. qui ſanguine, fœdere, bello Imperatoribus iuncti, occurrunt in Opere.

Accedit cuique Cæſarum tractatus Sacrolegalis, & Hiſtoricopoliticus, Hiſtoricis, Concionatoribus I. Conſultis, atquè expolitæ eruditionis ſtudioſis perutilis, & neceſſarius.

AVCTORE

IOANNE PALATIO

I.V.D. in Veneto Gymnaſio Profeſſore Publico, &c.

SVPERIORVM PERMISSV.

VENETIIS, M.DC.LXXIX.

Ex Typographia Andreæ Poleti.

SVMPTIBVS AVCTORIS.

Proſtant ſub Signo Fortunæ, & Nauis, aliorumque.

SERENISSIMO PRINCIPI
LVDOVICO GVILHELMO
MARCHIONI BADENSI.

Et Hochbengenſi Landgrauio &c.

D. D. D. IO: PALATIVS.

EX tumulo rediuiua Aquila Sueua (Sereniſſime Princeps) phalangem Cæſarum ſecum trahit , qui literis & armis æquè potentes plus oneris , quàm honoris fuerunt Eccleſiæ. Arma tractarunt & mortui , & certare potuerunt prò tumulo , ac tandem expugnare caſtrorum aciem ordinatam , quùm clypeum tulere patientiæ , & gladium ſumpſere juſtitiæ ; vt quæ ſunt Cæſaris , dentur Cæſari : quæ Dei Deo . Certamen fuit viuentium in mortuos , vt agnoſcerent Cæſares eſſe Petram in Petro , quæ viuos alliget , & mortuos ſuſcitet . Factus in pace locus eorum , tutorem & moderatorem exigit , qui intra Apoſtolorum limina bellicoſos cuſtodiat cineres , ne caput extollant in Petram , vel extra Petram . Lucent & ſub Intelligentijs aſtra , ne à recto declinent tramite . Habent cenſorem Principes , à quo sine cenſura edocentur , & ipsi quandoque desipere , cum ſapere ſupra legem audent Euangelicam . Illorum tu , Guilhelme Sereniſſime , generoſa propago , jure ſanguinis legitimam nactus tutelam , auitæ addes & adimis hæreditati , numquam à limine aberraſſe Apoſtolico , & poſt Apoſtolorum Principem , Cæſarem ſtare pro Deo . Vbi caput reclinet , non habens

Aquila

Aquila Sveua, *Badenſem ſe in ſinum recipit, vbi Chriſtum inuenit in domo Petri, & Cæſarem in Domo Dei. Excubat & dormiens* Leo-poldus *pro Chriſtianorum tutela, ſed cubare etiam poſſet, quia pro Alexandro Auſtriaco vigilat Badenſis Antipater.*

MONARCHIÆ OCCIDENTALIS.

LIBER VIGESIMVS PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

CONRADVS III. SVEVVS OCCIDENTIS IMPERATOR XXI.

1 *2. Guelfus à Conrado victus. 11. Noricos vincit. 16. auro donatur, vt Conradum bello afficiat.*
2 *12. Fœminarum dolus.*
3 *Conradi hieroglyphicum: alluſio. 5. imperium vſurpat. 7. excommunicatur. 8. clam fugit. 14. Papam protegit.*
6 *Henricus Superbus imperium ambit.*
9 *Proſcribitur, moritur.*
10 *Henricus Leo ſub tutela Guelfi.*
15 *Bertha vxor Emanuelis Græcorum Imperatoris. 17. nomen mutat.*

1 *Guelfum vincit Conradus* IN arce *Vvinsberg* obſidionem aliquandiu paſſus *Guelfus*, ſeſe tandem Imperatori *Conrado* dedidit. Direpto oppido, equitibus in cuſtodiam traditis, eorũ vxores metuentes, nè Imperator in rebelles grauiter animaduerſurus eſſet, ſapienti aſtu, priuſquã portæ aperirẽtur, gratioſè petierũt, vt eis liceret cũ rebus ſuis, quas humeris geſtare poſſent, diſcedere. Quod cum à clementi victore facilè impe-
11 *Fœminarũ aſtus.* trarent, & miles mundum muliebrem laturas crederet, matronæ, omni ſuppellectile neglecta, maritos ſuos in humeris ſuccollantes, liberos in ſinu geſtantes, ex oppido, cunctis ſpectantibus, & induſtriam admirantibus, aſportarunt. Quo pietatis ſpectaculo commotus, & mulierum dolo delectatus, *Conradus* viris omnibus, quibus iratus erat, noxâ remiſſa, regali excepit conuiuio. Ducibus verò indignantibus & frementibus ob leges deditionis dolo violatas fœmineo, reſpondit Imperator, *Non decere verbum Regium immutari*, ſubiudicans, malle ſe clementiâ, quã ſeueritate delinquere.

ALLVSIO AD HIEROGLYPHICVM.

I. *DVx eſt in Bello: Cæſar, cum prælia vicit;*
Parcere ſubiectis, mos ſibi ſemper erat.
Conradus dederat capta, Mulieribus, Vrbe;
Res pretio magnas, quòd ſibi quæque gerat.
Hæc gremio Genitos: humeris tulit illa Maritum;
Altera diſcedens, pondus vtrunque gerit.
Militia obſtrepuit; clamores tollit ad aſtra;
Tanta hæc nè detur portio, rumor erat.
Hunc aſtum Cæſar muliebrem laudat; & inquit;
Caræ ſint vobis, quas benè fertis, Opes.
Diuitijs, Geminos præfert Cornelia Graccos:
Poſſunt hæ Natis accumulare Viros.
Prætulit Imperio Maternum Cæſar Amorem:
Non aliter faceret, Qui Pater Orbis erat.

M. Antonius Moles Neapol. S. Theol. D.

II. *SVpplicibus Cæſar victis indulget, onuſta*
Quam malit mulier ſarcinam ab vrbe ferat;
Tum quæuis gremio Natos, humeriſque Maritum
Imponit, cui nil gratius eſſe ſolet.
Inſimulat fraudem Fiſcus, ſed mobile Regis
Cum non ſit verbum, Rex iubet eſſe ratam.

Io: Fran. Franzinus S. Teol. D.



CONRADVS III. SVEVVS.

OCCIDENTIS IMPERATOR XXI.

Sal. An. 1138

Tyrannum , quem *Cæſarem* patientia fecit
colimus , recolimus .
Imperium cum rapuit , non habuit ,
cum expectauit , eripuit :
& gradus fecit Superbia aliena.

V. *Sub Lothario II. Imperium vſurpauerat Conradus ſed cedere coactus eſt.*

Henricus Superbus ,
quòd à Mari dominaretur ad Mare ,
Aquilam loro credebat incluſam ,
& Cæſaris , quæ tenebat , inſignibus ,
quaſi caſſibus irretitam .
Sed rimam Superbia aperuit .

VI. Henricus *cognomento* Superbus *inſignia tenebat Imperij . Gloriabatur , dominari à Mari vſque ad Mare .*

Vndè à Saxonibus ad Sueuos relapſa ,
Conradum Tertium excepit ſecundò ,
Bis Cæſar , ſemel Imperator , ſemper Auguſtus,
Bouem agens in Cherubim agitur .
(Rara licet concordia fratrum)
tentauerat cum fratre *Henrico* , æquè auido ac gloriæ cupido
Faſces *Lothario* eripere ;
Sed iſte Romanà habuit ab arce fulmen ,
quo Gigantes proſterneret .

VII. *Sub Lothario excommunicatur Conradus .*

Cœpit imperare *Conradus* , Cum cœpit pati .
Aulicus natus , adoleuit tyrannus , conſenuit Cæſar ,
Poſtquàm ſibi imperauit .
Cæſtar dictus , cedere duxit,
Vt rumores ſeneſcerent.

VIII. *Clam fugit Ratiſpona vbi* Henricus *Superbus cum exercitu erat .*

Superbo bellum minante , declinauit in pacem ,
Sic præſcripſit , hoſtem proſcripſit ,
eique , qui terræ , marique præerat ,
Ignem interdixit , & aquam :
Deditiтium Libertinum dicas *Henricum* ,
nam ſeruus abiens , liber obijt:

VIII. *Conradus Henricum ſpoliat omnibus bonis .*

& recuperata patrià in patriam ſecedens ,
potuit moriens triumphare *Superbus* ,
qui ludus & ludibrium ,
actor & acroama ,
Regalem egerat hiſtrionicam .

IX. *Bona recuperat in partem .*

Moritur .

In filium paterna tranſmigrauit ambitio,
vt Catulus ſub Cane adoleſceret in Leonem ,
Henricus Leo ſub *Vvelpho* .
Solus *Achilles* potuiſſet educare *Leonem*.
Actum erat de Imperio ,
Cum in *Aquilam Leones Achilles* eduxit ,

X. Henricus Leo *filius Henrici* Superbi *ſub tutela Guelfi qui* Achilles Germanicus *dictus eſt .*

Niſi & Germania ſuum Paridem habuiſſet ,
1140 Nocenti nocuit Imperator,
Viſnoberga ferro incluſas , feras
Obſidere cœpit , & cepit,

XI. *Conradus Velphum vincit .*

Viros vinculis deſtinauerat,
Sed conſilium eluſit fœminarum aſtutia.
Immunitatem poſtulant eorum, quę ferre poſſent in humeros.
Annuit, & innuit

XII. *Dolus fœminarum.*

Vili petitione Regiam vileſcere munificentiam.
Mundus expectabatur muliebris in ſarcinis:
Sed ſingulæ maritum ſuccollantes,
& in ſinu prolem geſtantes, prodierunt
Triumphales quadrigæ Materni & Coniugalis affectus
Vtinam ex iſtis Eua fuiſſet
Virus non propinaßet viro ſed ſerpenti.
Doli pietas diſplicere non potuit.

XIII. *Fridericus frater tentat reuocare gratiam Imperatoris.*

Volenti *Friderico* minuere ſarcinas
Noluit *Conradus* auaritiæ concedere ſpolium.
Clementia malens, quàm ſeueritate peccare.
Indecens (inquit) *Verbum Regium immutari.*

XIV. *Innocentium Papam aduerſus Romanos in tutela ſuſcipit, à quo cōfirmatur in Imperio.*

Romam euocatus, 1141
quam ferreum non aureum domat caput,
minando, compeſcuit:
Sanauit in diſtans:
& amore ſympathico
Pontifici vitam dedit, vittas recepit.

XV. *Fœdus init cum Græcis, ſororem vxoris ſuæ locat cum Emanuele Imper. cuius impudicitiam ſuſtinere impotens Bertha, obijt mœrore confecta.*

Aquilam
cuius in vtero Germani collidebantur, & Græci, 1142
Ne vnquàm aſſequi tyrannus vna poſſet in vrbe,
Vnaque eſſet ceruix Orbi,
Quam facilè vnico amputaret ictu,
Sterili coniugio germinauit, capita geminauit,
Vtramque etſi ferream Siculus eludebat
auro Italico, Pannonico argento.

XVI. *Velfo auro & argento accepto à Sicilia, & Pannonum Regibus, ſuperbiebat.*

Germanis proiectum
vnus *Vvelfo* collegit; inteſtina omnium vorauit.

XVII. *Bertha, nomen mutat, quia Græcis inuiſum. Moritur.*

Bertha, ne nomen omitteret nomine
Græca metamorphoſi
in *Irenes* mutauerat, mores non mutauerat,
Pudica ſponſa ne diu impudicum ſponſum
obiret, ſemel abijt.
Omen ex nomine.
Pudicitia ne periret in thalamo, petijt tumulum.

XVIII. *Balduinus Rex Hieruſalem virtute Fulconis commotus, filiam ei locauit & iſte ſpōſam non adduxit, ſed adijt.*

Berthæ Heſperus
Fuit Boſphoro Phoſphorus Lunæ ſurgentis.
Fulco Andegauenſis Comes
Hierichuntinas petens Aras, arrham nactus & aulam;
quamuis Vir eſſet, *Meliſcindæ* nupſit,
Virtutem ferens in dotem,
Nuptijs aſpirauit Cœlum,
quum ingenti Turcarum cæde
Sponſorem ſe obtulit ſponſi,
quem myrto, auro, lauro coronauit.

XIX. *Fulconis obitus.*

Cupreſſus deerat, Vereda mors laxatis tulit habenis,
Rege Leporem inſectando, Lethum Regnum inuenit.
fulcro, vel *Fulcone* ſublato

vna in Edeſſa cum Chriſti domum Barbari expilaſſent
in Orientem Occidentem Lucius Pontifex inflammabat. XX. *Edeſſa capta à Turcis ; Cruciata indicitur.*
Aculeum addebat Rex apum
Bernardus Claraualleſis.
Vt Aſiam redimeret Ligno, & ferro.
Crucem prædicaturus, Germaniæ adeſt,
Hanc populis populatus, impleuit miraculis
Templum adeunti, extemplò tanta multitudo obfuit,
vt penè premeretur,
Ni *Conradus* mortale Cœlum ſuſtuliſſet in humeros. XXI. *Conradus fert S. Bernardum in humeris, nè à populis præmeretur.*
Samſonem mirare deſine,
quum Vrbis compagibus felici niſu reuulſis,
Portarum fores foràs portauit.
Germano Alcidi cum purpura leuius Cœlum eſſet,
eam abiecit, & Sagum pro Sacco reliquit.
Ducenta peditum, ſeptuaginta equitum millia
Sola Germania duxit.
Tota ferè Europa transfretauit in Aſiam.
Tantos Macedo totum non duxit in Orbem.
Sed quantùm intereſt inter diuina, & humana conſilia!
Cœlum, Via inuia, Charitas calida
Chriſtianorum Genus non contritum, contriuit.
Manuelis Imperatoris liuor
Byzantium milites inuitabat, ſed Græca fide. XXII. *Chriſtiani à Græcis inuidis decepti?*
Credidere Germani, neſcientes fallere,
At in ſimilà, nec furfurem inuenerunt,
Sed calcem & in calce.
Mortis cauſa hærebat labijs, dum in labellis quærerent.
Cæſis ad Meandrum Turcarum copijs,
Palmam retulit, ſed infrugiferam.
Flet victus, interijt Victor.
Cum Franco *Conradus* in Syriam delatus,
gemino comitante hoſte
Inuidia, & *Diſcordia*
Multa tentauit, nil fecit.
Claſſicum cur Cœlum canat? quæris?
& ferrum feris noſtrum propinet ſanguinem?
Suas in nobis vindicat plagas.
Hungariæ ſpolio ſpoliauit militem. XXIII. *Hungarorum ſpoliauerat Eccleſias, belli ſacri prætextu.*
Cœlum expiauit, quod Cæſar expilauit.
1152 Rediens itaque
Domi mortem inuenit, quam toto quæſierat orbe.
Diſce Homo
Pericula etſi non quæras, inuenies.

Conradi III. Monetam vide in pag. ſequenti.


Moneta Argentea Conradi. III
Aurea moneta Henrici Regis Romanorum Filii Conradi. III
Signum Conradi III
Signum Henrici.
Numisma Aureum Friderici Ænobarbi Imp.
Moneta Aurea Henrici. VI. Imper.
Signum Friderici Ænobarbi
Signum Henrici. VI.
Aurea Moneta Othonis. IV: Imper.
Argentea Moneta Friderici. II. Imper.
Signum Othonis. IV. Imper.
Signum Friderici. II.
Aurea Moneta Henrici Cesaris Filij Friderici II. Imper.
Moneta Aurea Henrici Landgrauii Thuringiæ Rom. Regis
Signum Henrici
Signum Conradi IV. Regis Rom.

CATENA HISTORICA.

CAPVT SECVNDVM.

1 *Conradi III. Sueui Imper. natalia 2. uxor. 3. liberi. 7. Eligitur Imperator. 10. clam fugit timore Henrici Superbi 11. eum proſcribit. 20. Vuelfonem VI. vincit: clemens inuictos. 22. ius cudendi monetam Iauuenſibus indulget. 26. Innocentium Papam aduersùs Romanos protegit. 28. fœdus init cum Emanuele Imper. 32. dat ei in uxorem ſororem uxoris ſuæ. 34. Legem fert de beneficijs, & terris tributarijs. 43. in Polonos mouet. 44. ſacram ſuſcipit expeditionem ſuadente S. Bernardo. 49. S. Bernardum in vlnas ſuſcipit, ne multitudine populorum ſuffocaretur. 51. Hungariam populatur religionis prætextu. 52. Fluminis inundatione iacturam militum patitur, dum mouet in infideles. 53. à Græcis deluſus. 54. ab infidelibus victus, & victor. 55. reuertitur inglorius regreditur in Syriam nouo milite auctus, ſed in caſſum. 57. nouum fœdus cum Emanuele in Rogerium. 58. conſolatoriam epiſtolam recipit ab Eugenio Papa. 61. Vuelfoni reconciliatur. 62. veneno tollitur à medico 64. pro eius ſepultura contentio. 6. moneta.*

2 *Gertrudes à Sulzbach uxor Conradi Sueui Imp.*

6 *Henrici ſuperbi potentia, ſpes ad imperium. 8. Conrado Imp. ſe opponit: ad conuentum citatur. 17. amiſſa recuperat. 18. moritur.*

10 *Richiza Imperatrix obedientiam profitetur Conrado Imp.*

11 *Albertus Dux Saxoniæ.*

11 *Leopoldus Bauaria donatur. 16. Bauariam luſtrat. 20. vincitur, effigies, moritur.*

12 *Rainulfi Ducis Apuliæ mors.*

12 *Rogerius Apuliam inuadit, ſæuit in mortuos. 13. excommunicatur. 15. Papam capit; titulum Regium extorquet. 29. diſſidium cum Græcis. 29. opifices ſericos Panormum ex Græcia traducit.*

13 *Robertus Princeps Apuliæ ad Conradum confugit.*

19 *Gertrudes vidua Henrici* Superbi, *nubit Henrico fratri vterino Conradi Imper. moritur ex mærore.*

20 *Vuelfo, cognomento* Pius, & Achilles Germanicus *Leopoldum vincit Ducem Bauariæ. effigies. 21. vincitur à Conrado Imper. ſeruatur fœminarum aſtu. 28. & 30. pecuniã accipit à Rogerio Siculo vt arma Conrado inferat. 45. crucem ſuſcipit. 56. Aſia reuerſus tumultum in Conradum Imper. renouat.*

20 *Vtha uxoris Vuelphonis V I. effigies.*

20 *Henricus Conradi Imper. frater Dux Bauariæ. 45 ſacram ſuſcipit expeditionem.*

21 *Fœminarum aſtus, fides erga maritum, vt ab inimicis eripiant.*

21 *Fridericus Conradi Imp. frater crudelis in fœminas, & viros, 44. fratri iraſcitur, quia filium ſuum permitteret ſacram expeditionem ſuſcipere.*

23 *Arnoldi hæreſis.*

24 *Innocent. Papa in Tiburtes mouet. 27. Romanos excommunicat. Moritur.*

25 *Romani veterem Rempub. inſtaurant. 38. Patricium creant.*

28 *Gibellini, & Guelphi.*

29 *Io: Comnenus legatos Rogerij carceri tradit.*

32 *Emanuel Imper. Græcorum ducit in uxorem, ſororem uxoris Conradi Imp.*

35 *Militum cauſa ab Imperatore quando iudicetur? 36. moriente patre, filius accipit beneficium. 37. arma dantur filio maiori.*

39 *Lucius Papa obſidet Capitolium: vincitur. Conradum implorat Imper.*

40 *Edeſſa vrbs Turcis prodita.*

41 *Eugenius Papa* Cruciatam *indicit. Romanos ſubiugat.*

42 *S. Bernardus ſacram expeditionem prædicat. 46. Francos hortatur crucem ſuſcipere.*

45 *Fridericus filius Friderici, nepos Conradi Imper. ſacram ſuſcipit expeditionem inuito patre. 63. regalia ſuſcipit à Conrado moriente cuſtodienda.*

45 *Otto Friſingenſis Ep. ſuſcipit crucem.*

45 *Re-*

Sal. An. 1138 45 *Reginbertus Pataurenſis ſuſcipit crucem.*

45 *Labeslaus Dux Boemorum crucem ſuſcipit,*

45 *Odoacer Marchio Styrenſis crucem ſuſcipit.*

45 *Bernardus Comes Carinthiæ crucem ſuſcipit.*

46 *Rudolphus Monachus rigidus in Iudæos.*

48 *Henricus Conradi Imper. filius coronatur Aquiſgrani. 60. moritur. 6. moneta.*

49 *Henricus Leo Bauariam repetit.*

50 *Geyſa II. Rex Vngarorum pius. effigies.*

55 *Ludouicus Rex Gallorum in Aſiam accurrit. effigies. 58. A Græcis capitur.*

NATALIA CONRADI.

i EX *Friderico* Sueuiæ Duce; & *Agneta* filia *Henrici IV.* Imper. & ſorore *Henrici V.* Imper. naſcitur *Conradus*.

VXOR.

ii VNa illi fuit *Gertrudes* filia Comitis à Sulzbach,

LIBERI.

iii HEnricus à Patre coronatus, Ann. Salut. 1147. mortuus Ann. 1149.

Fridericus quem impubem, & faſcibus imparem reliquit.

IMPERATOR ELIGITVR.

Sal. An. 1138 vi Henrici Superbi potentia. LOthario mortuo, Imperium ſibi certò deſponderat *Henricus Superbus* Dux Bauariæ, *Lotharij* gener, Saxonum ſtudijs, & fauore cõfiſus propter ſocerum *Lotharium*, & potentiæ magnitudinem. Saxoniam enim Bauariæ connubio copularat. Ea opinione inſignia Imperij, quæ à ſocero acceperat, apud ſe vi retinuerat, non paſſurus aſſerens, alium imperare. Faſtum hunc, & ſuperbiam cum odiſſent cęteri, ac iudicarent ſuperbiam potentia inſtructam, non eſſe publica armandam auctoritate, Comitia quæ indicta ſolemniter erant Maguntiam in Feſta Pentecoſtes, medijs Eſurialibus Confluentiæ antevertẽtes, & nulla *Henrici* ratione habita *Conradum* ex *Agnete*, *Henrici V* ſorore filium Cęſarem ſalutãt. *Non potuit* (ait Brunerus) *Henrico non indigniſſimum videri, abſentes ſe, cui duplicis ſuffragij ius, Boiariæ Saxoniæque nomine debebatur, tantam rem peractam: proindè non modò Regem vitio lectum proclamauit, ſed proxima Pentecoſtes, Bambergæ adeſſe iuſſus, Imperium contempſit.* Conradi vii Conradus eligitur Imper. Electioni interfuit *Theodumus* Epiſc. Cardinalis Legatus, ſummi Pontificis, ac totius Romani populi vrbiumq; Italiæ aſſenſum promittens. Deductus mox *Conradus* Aquiſgranum, à prædicto Cardinale, (nam Colonnienſis, ad quem ſpectat vnctio Regalis, nouiter electus pallio carebat) cooperantibus Colonnienſi, & Treuerenſi Archiepiſc. cum cæteris Epiſc. in regem vngitur. *Henrico* au- viii Henrico dies dicitur.
tem & Saxonibus per ſubreptionem electum calumniantibus, in proxima Pentecoſtes generalis curia Babenberg indicitur. Interim
in Italia Apuliam recuperare geſtiens *Roge-* ix
rius, congreſſu cum Duce *Regnaldo* habito, in fugam vertitur. *Petrus* quoq; *Leonis* moriens pacem reliquit Eccleſiæ.

HENRICVS SVPERBVS PROSCRIBITVR.

HAbito conuentu, vt condictum erat, Banbergæ, interfuere Saxones ſimul
x cum *Richiza* viduâ Imperatrice, nouo Cæſari obedientiam profitentes, ſolus ex principibus *Henricus* abfuit, regalia ſeruans; vt quæ redderet, Apoſtolorum Petri & Pauli feſtiuitas Ratisponæ præfigitur. Eò veniens, cum amicis, ac numeroſis equitum turmis, caſtra ante Vrbis mœnia locauit. Cæſar in vrbe erat, fruſtra vltrò citrò, conciliandæ pacis gratiâ commearunt amici. *Conradus* Ethruriam, oppida Italiæ, atque Noribergam, quæ ab Imperatore *Lothario Henricus* acceperat, poſtulat, & inſtat non poſſe ad *Henrici* magnitudinem quidquam accedere, niſi nouis honoribus abdicatione veterum locum faciat. *Henrico* non placebat, incertas ſpes certis iacturis emere, quantò ſimplicius *Conradum* acturum, ſi omiſſis ambagibus bellum, cuius cauſas quærat, apertè denunciet, quæque innoxio detrahere ſpolia geſtiat, armata manu inuadat; ſe quidem ſi pugnandum ſit, neruos ſibi ipſi non inuiſurum. Rex ad belli nomen conſternatus, poſteaquam cænauit, cubitum abire ſimulans, cum paucis, nemine ſalutato, noctu vrbe ad clanculum exceſſit. Herbipo- xi
lim delatus *Henricum* proſcribit, ac proxi- Albertus Dux Saxoniæ.
ma Domini Natiuitate, An. 1139. in palatio Goslarienſi, Ducatus vtriuſq; titulis eum exuit:

An. Sal. 1139. Leopoldus Dux Bauar.

exuit: & Saxoniam *Alberto* conſobrino illius; Boiariam *Leopoldo*, *Leopoldi Sancti* filio, fratri ſuo vterino conceſſit. *Et mirum dictu* (ait Otto Friſing.) *princeps ante potentiſſimus & cuius auctoritas* (*vt ipſe gloriabatur*) *à mari vſque ad mare, ideſt à Dania vſque in Siciliam extendebatur, in tantam in breui humilitatem venit, vt penè omnibus fidelibus & amicis ſuis in Baioaria deficientibus, clam corde egreſſus, quatuor tantùm comitatus ſocijs, in Saxoniam veniret. lib. 7. cap. 23.*

ROGERII SICVLI SÆVITIA. *An.* 1139.

XII Rainulfi mors.

PRidie Kal. Maij, cum diem obijſſet *Rainulphus* Dux Apuliæ, Pontifici & Cæſari fidelis: *Rogerius* qui hunc ſolum timebat, ad inuadendam Apuliam magno tranſfretauit exercitu; omnibus ciuitatibus ei ſe ſponte dantibus. Bario expugnato, *Regi-*



Rogerius inuadit Apuliã.

nonem Rainulfi fratrem non magno exturbauit negotio; inde in Eccleſias ſæuire, præcipuè capto *Bario*, *Brunonis* Archiepiſc. & *Ranulfi* Ducis ſepulchra reuellit, eorum educta cadauera per forum tracta, barbara lacerauit crudelitate, tandem Caſſinas Monaſterium opulentiſſimum prædæ cupidus expilauit. *Robertus* Princeps cum multis ex Apulia Campaniaque extorribus, aliud perfugium non haberet, ad *Conradum* Imper. ſe in Germaniam contulit; *Innocentius*, his malis cognitis, ſacra *Rogerium* deteſtatione

XIII Robertus Apuliæ fugit ad Conradũ

Sal. An. perſtrinxit: poſteà *Leonem IX.* imitatus,
1139 comparato exercitu, aduersùs eum mouit;
XIV Innocentius Papa mouet in Roger. Caſſinenſi Monaſterio exturbauit, atque in
caſtrum Gallutij compulſum acri obſidione
circumdedit. Tum *Rogerius* legatione ſi-
mulata pacis miſſa vt Pontificem falleret,
clam filiũ *Gulielmũ* Principem Tarẽti miſit
XV Capitur Papa. cum equitibus mille, qui Pontificem è loco
in locum tranſmigrantem à tergo inuaderet,
atque aggreſſum captiuum duceret. Quod
Deo permittente ex ſententia accidit. Capi-
tur Pontifex, & non ſine ignominia duci- XVI
tur ad *Rogerium* die X. menſis Iulij, qui Pa- Rogerius
pam eximio, vt decuit, honore tractauit, Rex Siciliæ.
& Regij nominis in Sicilia ab eo auctorita-
tem, & abſolutionem anathematis extor-
ſit cum Ducatu Apuliæ. Otto Friſingen.
lib. 7. cap. 24.

Henricus quondam Dux Bauariæ mouet in Saxoniam. *Sal. Ann.* 1139.

DVm hæc in Italia geruntur, *Leopoldus*
Marchio ſuſcepto Norico Ducatu, prin-
cipibus ad eũ pertinentibus timore, vel amo-
re confluentibus, primò Metropolim Duca-
tus, Ratiſbonam occupauit, poſtea colle-
XVII cto milite prouinciam luſtrauit, quæ tota
iam *Henricum* deſererat. Saxonum fides
illuſtrior fuit erga *Henricum*, cum eam con-
cionabundus obiret, & paruulum i;s filium
commendaret, tantos vbique concitauit
motus, vt fortunas, vitam ſuo principi ex-
hiberent. Nec defuere Boij, Ducis exilium
miſerentes; vt & Svveui veteres Vvelfonum
clientes: ex quibus cum exercitum confeciſ-
ſet, rectà in *Albertum* conſobrinum mouit,
& vi capto Luneburgo, totà illum eiecit
Saxonia. In Bauariam mox vires vertens,
ſecurus de ſucceſſu, niſi mors vitæ & fortu- XVIII
næ filũ intercidiſſet. Quedlinburgi ægrotare Moritur.
cœpit; nec ſine dati veneni ſuſpicione, in-
terijt XIII. Kalend. Octobr. ſepultus ad latus XIX
Imperatoris ſoceri ſui. *Gertrudem* relictam Gertrudis nubit Henrico.
eius, matrem *Leonis*, filiam *Lotharij*
Imperatoris *Conradus* coniugem dedit *Hen-*
rico fratri ſuo vterino, cui etiam contulit Moritur.
Ducatum Auſtriæ, qui ante erat principatus c. 8. lib. 6. Saxon.
Noricorum. *Krantzius*. Sed altero poſt an-
no, fida marito, mœrore extinguitur.

Leopoldus Dux Bauariæ vincitur à Vvelphone. *Sal. Ann.* 1140.

IAm pacatà per *Leopoldum* Bauaria, & ab
XX omnibus iuramento exacto, ſolum *Otto*,
atque *Conradus* comites de *Vallai Henrici*
quondam ducis partes tenebant. *Leopoldus*





in eos caſtra mouet, Valaiam arcem ſupe-
rioris Vindeliciæ, quam amnis Mangualt è
lacu Tigurino effuſus ambit, obſidione clau-
dit. *Vvelpho VI.* cui *Vtha Godefridi* Comi-
tis Palatini de Caloe filia vxor erat) frater
Henrici iam Boiorum reguli, ob pietatem
cognomento *Bonus*, & *Pius*: ob egregium
robur *Achilles Germanicus*, cui frater mori-
turus tutelam pupilli *Henrici Leonis* commen-
darat, vt pupillo ereptos vindicaret princi-
patus,

Sal. An. patus, arma corripit, obſeſſis ſuppetias fert. ſo ſagittâ *Alberto* Comite à Bogen, & *Hen-*
1140 Idib. Auguſt. Luitpoldum aggreditur, occi- *rico* Comite de *Raning* cæſo, alijs pleriſque



occiſis, multis captis, illum in fugam vertit, obſidionem ſoluit, occupatis tentorijs, & *Leopoldi* ditatus theſauris. Ratiſbonam confugit *Leopoldus*, & cladis memoria corporis in valetudinem prolapſus, paulò poſt animam eflauit. Illi *Henricus* frater ſucceſſit, cui *Gertrudes* nupſit, cogente *Conrado* Imperatore. Commouit non leuiter *Conradum* Cæſarem hæc victoria, nihilque non aduer-
Vuelphus vincitur à Conrado. ſum *Vuelphonem* molitus eſt varia fortuna, prout paratum imparatumq; offenderat, datis & acceptis vtrobique cladibus. Memorabilis in primis fortuna, quæ *Vuelphonem* Vinsbergæ excepit, eliſit penè, moxq; ſeruauit. Illic celeritate Cæſaris interceptus, commeatu deficiente, coactus eſt ſe ſe, & ſuos victori, quibuſcumque conditionibus dedere. Ibi Imperator præcepit, vt *Guelfus* cæteriq; Equeſtris ordinis viri victi in cuſtodiam traderentur, oppidumque à militibus diriperetur. Cum autem metueretur, ne

Imperator in *Guelfum* eiuſque ciues, iure XXI
Fæminarũ aſtus. belli propter rebellionem grauiter animaduerſurus eſſet, fœminæ eius oppidi, antequàm portæ aperirentur, petiuerunt, vt ſibi liceret cum ſuis rebus, quas humeris geſtare poſſent, diſcedere. Quod cum à clementi victore & optimo Principe facilè impetrarent, & hoſtes aurum, gemmas, mundumque muliebrem, cuius prima illi ſexui cura, totam ſarcinam fore arbitrarentur; repente maritis ſingulæ ſuis ſuccollantes, & quoquomodo hærentium, pendulorumque baiulæ, pulcherrimum fidei coniugalis ſpectaculum, totis Caſtris præbuere. Quo pietatis ſpectaculo commotus, & delectatus *Conradus*, quibus iratus erat, clementer
Conradi clemẽtia omnibus noxam remiſit, & conuiuio regali omnes excepit. Vnus omninò hanc piam fraudem accuſare auſus eſt, *Fridericus Conradi* frater, qui ſæuire in fratres deſtinauerat. *Conradus* tamen ferocientem compeſcuit,

Sal. An. 1142 *Iuſtiniani, qui totum orbem vigore Senatus & Populi Romani ſuis tenuere manibus, reducere, Senatu pro his omnibus Dei gratia reſtituto, & eis, qui veſtro Imperio ſemper rebelles erant, quique tantum honorem Romani Imperij ſubripuerant, magna ex parte conculcatis, quatenus ea, quæ Cæſari & Imperio debereutur, per omnia & in omnibus obtineatis, vehementer atque vnanimiter ſatagimus atque ſtudemus. Et ob huius rei effectum, bonum principium ac fundamentum fecimus. Nam pacem & iuſtitiam omnibus eam volentibus obſeruamus: fortitudines, ideſt, turres & domos potentum Vrbis, qui veſtro Imperio vnà cum Siculo & Papa reſiſtere parabant, cepimus; & quaſdam in veſtra fidelitate retinemus, quaſdam verò ſubuertentes ſolos coæquauimus.*

Sed pro his omnibus, quæ veſtra dilectionis fidelitate facimus, Papa Frangipanes, & filij Petri Leonis, homines & amici Siculi, excepto Iordano noſtro, fidelitate in veſtra vexillifero & adiutore, Tolomaus quoque & alij plures vndique nos impugnant, ne liberè, vt decet, Imperialem Regio capiti valeamus imponere coronam. At nos, quoniam amanti nullus labor grauis eſt, licet inde plurima damna ſuſtineamus, pro veſtro amore & honore gratanter patimur. Scimus namque nos à vobis proinde præmium, ſicut à patre, accepturos; vosque in eos, ſicut in Imperij hoſtes, vindictam daturos.

Cum tanta igitur noſtra in vobis fidelitas ſit, tantaque pro vobis ſuſtineamus, precamur ne ſpes iſta nobis deficiat, ne Regia dignitas nos veſtros fideles & filios deſpiciat. Neque ſi in Regalibus auribus aura ſiniſtra de Senatu & nobis flauerit, in eam intendat aut reſpiciat. Qui enim de nobis veſtræ Altitudini mala ſuggerunt, de veſtra & noſtra (quod abſit) diſſenſione lætari volunt, & vtroſque (vt ſoliti ſunt) callidè opprimere moliuntur. Sed circa hæc, ne fiant, Regalis prudentia, vt decet, ſollicita ſit & prouida: reminiſcaturque veſtra ſolertia, quot & quanta mala Papalis Curia, & dicti quondam ciues noſtri, Imperatoribus, qui fuerunt ante vos, fecerint, & nunc deteriora vobis cum Siculo facere tentauerunt. Sed nos Chriſti gratia in veſtra fidelitate viriliter eis reſiſtimus, ac plures ex illis ab Vrbe, ſicut peſſimos hoſtes Imperij, vt ſunt, pepulimus.

Appropinquet itaque nobis Imperialis celeriter vigor. Quoniam, quicquid vultis, in Vrbe obtinere poteritis: &, vt breuiter ac ſuccinctè loquamur, potenter in Vrbe, quæ caput mundi eſt, vt optamus, habitare, toti Italiæ ac Regno Teutonico, omni Clericorum remoto obſtaculo, liberiùs & meliùs quàm omnes ferè anteceſſores veſtri, dominari valebitis. Sine mora ergo precamur, vt veniatis: & interim de ſtatu veſtro, quem ſemper deſideramus ſalubrem & proſperum, de his Regalibus literis ac nuncijs nos lætificare dignemini. Sumus enim per omnia veſtræ voluntati ſemper obtemperare parati.

Sciatis præterea, quia pontem Myluium extra Vrbem parum longè per tempora multa pro Imperatorum contraria deſtructum, nos, vt exercitus veſter per eum tranſire queat, ne Petri Leones per Caſtellum Sancti Angeli vobis nocere poſſint, vt ſtatuerant cum Papa & Siculo, magno conamine reſtauramus, & in paruo temporis ſpacio muro fortiſſimo & ſilicibus iuuante Deo complebitur. Concordiam autem inter Siculum & Innocentium II. Papam huiuſmodi eſſe accepimus. Papa conceſſit Siculo Virgam & Annulum, Dalmaticam & Mitram atque Sandalia, & ne vllum mittat in terram ſuam Legatum, niſi quem Siculus petierit: & Siculus dedit ei multam pecuniam pro detrimento veſtro & Romani Imperij, quod Dei gratia veſtrum exiſtit. Hæc omnia ſollicitè veſtra animaduertat, optimè Rex, prudentia. (ſtes)

Rex valeat, quicquid cupit obtineat, ſuper ho-
Imperium teneat, Romæ ſedeat, regat orbem,
Princeps terrarum ceu fecit Iuſtinianus.
Cæſaris accipiat Cæſar, quæ ſunt ſua Præſul,
Vt Chriſtus iuſſit, Petro ſoluente tributum.

Nos de cætero Legatos noſtros precamur, vt benignè recipiatis, & quod vobis dixerint, credatis, quia ſcribere cuncta nequiuimus. Sunt enim Nobiles viri, Guido Senator, Iacobus filius Syxti Procuratoris, & Nicolaus eorum ſocius.

Hiſce autem næniis, non demulcitus Imperator, Guidonem Piſanum S.R.E. Cardinalem Legatum blandè, honorificèque ſuſcepit, & poſt confirmata priuilegia honeſtè dimiſit. *Friſingen. lib. 1. de Geſtis Frider. c. 28. Innocentius* porrò fruſtra amicorum manum in ordine reuocare Romanos ſatagens XXVII *Priuantur iure Comitiorum Romani.*

gens

gens excommunicauit, ac eos Pontificiorum,
& comitiorum iure cuius à primis tempo-
ribus ad eam vſque diem particeps fuerat ,
ſpoliauit . Verum ne ita furorem eorum
compeſcere potuit . Vnde Romani Princi-
patus amittendi timore adductus , tantum
ſolicitudinis hauſit , vt langore confectus
VIII. Kalend. Octob. perierit , An. Sal. 1143.

Fœdus Conradi & Emanuelis Imperatorum in Rogerium. Sal. Ann. 1142.

VVelfonis diuturno implicitus bello *Con-
radus* de corona & Italia cogitare non
xxviii permittebatur ; renouato diſſidio Gibelli-
næ familiæ cum ea , quæ Velfonum eſt ap-
pellata ; quarum illa quatuor continuatos
Imperatores , hæc plurimos Duces tulit .
Velfoni autem vires *Rogerius Siculus* pecu-
nia ſubminiſtrata , ſuppeditauit , veritus, ne
Conradus domeſtica aliquandò ſeditione
perfunctus, in Italiam ad coronam accipien-
dam adiret , ſeq. Germanicis , atque Italicis
copijs iunctis iterùm vetere Italiæ poſſeſſio-
xxix *Rogerij & Græcorum diſſidia* ne deijceret. Arriſit *Rogerio* fortuna, quam-
uis in eum vtriuſque Imperij Græci , & La-
tini Cæſares pacto fœdere arma coniunge-
rent . Occaſione namque nauigationis , plu-
rimæ inter Græcos & Siculos ſimultates in-
terceſſerant . *Rogerij* Legatos *Ioannes Com-
nenus* Græcorum Imperator carceri dede-
rat ; *Rogerius* contra expugnatis in Græcia
Athænis , Corintho , Thebis opifices, qui ſe-
ricos pannos texere ſolebant , captiuos de-
duxit , & Panormi Siciliæ vrbe collocarat ,
vt eam artem Siculi docerentur. Alternis ita-
que petiti cladibus , amicos aſſociarunt in
xxx ſuppetias ; Ab vna Cæſares , ab altera *Ro-
gerius* & *Vuelfo* , cui ſingulis annis Rex Si-
culus mille marcas argenti ſe ob hoc datu- xxix
rum iuramento confirmat . Item quoque
Rex Hungarorum eundem *Conradum* me-
tuens , *Vuelfonem* ad ſe acerſiuit ; dataque
pecunia nõ modica , ac deinceps omni anno
dandam pollicens, ſeditionem fouet. *Vuel-
fo itaque ſtrenui militis exercens officium, mo-
dò in Bauaria mòdo in Tranſalpinis partibus
Sueuiæ , modo circa Rhenum , tot tempeſtates
bellorum mouit , vt Regem potius ad defen-
ſionem ſui , quàm ad exterarum nationum in-
uaſiones excitaret* . Abbas Vſpergenſ. Hinc xxxii *Emanue Imper. deſponſatur.*
Cæſares vt fœdera affinitate firmarent, miſ-
ſi ſunt Græcorum Legati, qui regalis ſangui-
nis puellam *Emanuelis* , filio *Ioannis Comne-
ni* Imper. in vxorem poſtularunt. Quibus vt
gratum faceret *Conradus* ſororem vxoris
ſuæ deſtinauit *Bertham* nomine , *Embrione*
Epiſcopo Herbipolenſi miſſo Byzantium
Legato ; is cum veniſſet , *Ioanne* iam mor-
tuo , *Emanuelem* reperit in throno ſeden-
tem , cum quo nuptias celebrandas proximâ
poſt Epiphaniam hebdomadà conuenit. Su-
per quo inter vtrumque principem huiuſ-
modi inueniuntur directæ Epiſtolæ .

CONRADVS D. G. ROM. IMP. AVG. IOANNI D. G. IMP. CONSTANT. Imperatori , Salutem , & dilectionem fraternam , amicitiam , honorem , & gloriam .

*VT parentes noſtri , videlicet Romano-
xxxiii rum Imperatores anteceſſores noſtri , ad
anteceſſores veſtros , ſcilicet regnum &
populum Græcorum conſtituerunt , con-
conſtituo : & ſicut ſeruauerunt , conſeruabo .
Non eſt gens , regnum , aut populus , qui non
nouerit , noſtra Romanæ Reſpub. veſtram no-
uam Romam & dici & fore filiam , ex huius
radice ramos , & fructus eius proceſſiſſe :
propter quod hæreditatem : quæ à matre debe-
tur filiæ, conſtituimus, æternamque volumus ,
& eò ampliùs , quòd quæ matri debetur , fi-
liam velle ternimus , ſcilicet vt auctoritas
materna præcinat conſilio , auxilio , reſpondeat
autem gloria & honore filiaſtina dilectio. Sint
ergo res vtriuſque communes, vtriuſque ami-
cus idem , idem inimicus , ſiue in terra , ſiue
in mari : & cognoſcat ac timeat matris vir-
tutem , & valentiam , qui non honorauerit
filiam , ſiue Nortmannus , ſiue Siculus , ſiue
quis alter quicumque vbicumque . Neque
enim obliti ſumus , vel ego , vel principes no-
ſtri Imperij quoſcumque hoſtium noſtrorum
incurſus , vel inuaſiones in Imperium , &
magnificentiam Romanam . Sed cùm diuina
clementia ſubueniet , retribuemus vnicuique
ipſorum ſecundùm multitudinem ipſorum ma-
litiæ . Videbit ergo , & audiet vniuerſa re-
gnorum latitudo , quàm facili manu proſter-
nentur latrones , qui inſurrexerunt in vtriuſq;
imperij noſtri Monarchiam : quia cooperante
Deo , ſi alas excutiemus , hoſtem modo voli-
tantem capiemus , & cordis eius euiſcera-
bimus audientiam quæ modò extollitur con-*

tan.

Sal. An. 1142 *tra vtriuſque Imperij noſtri honorem & gloriam. Conſeruamus igitur quæ iuſta, & amicabilia ſunt ad vos, eadem vos ad nos: & tanto ſtudioſiùs, quantò per coniugium ſororis dilectiſſimæ coniugis noſtræ, Imperatricis videlicet nobiliſſimæ, & filij tui confœderati ſumus propinquiùs. Verùm quia de noſtris hilareſcere ſucceſſibus, dilectionis & nobilitatis tuæ credimus experientiam, quid poſt diſceſſum prudentiſſimorum apocriſiariorum tuorum, in generali &. ſolemni curia cum vniuerſis Imperij noſtri principibus celebrata, cui eos intereſſe volumus, Deo auxiliante actum ſit, tibi ſicut vnico fratri noſtro, & amico dilectiſſimo dignum duximus intimare. Noueris igitur, quòd omnes qui Imperium noſtrum offendiße videbantur, cooperante Deo, potenter in noſtro Imperiali iure inclinauimus, eoſque in plenitudinem gratiæ noſtræ ſuſcipientes, vniuerſas imperij noſtri partes abundanti pace ditauimus. Ad hoc Francia & Hiſpania, Anglia, Dania, cæteraque regna imperio noſtro adiacentia, quotidiana legatione ſua, cum debita reuerentia & obſequio nos frequentant, ad ea quæ Imperij noſtri mandata ſunt, ſe prompta eſſe tam obſidibus, quàm ſacramentis affirmantes. Nolumus etiam latere diſcretionis tuæ prudentiam, quod Dominus Papa, totaque Apulia, Italia & Longobardia, de die in diem aduentum noſtrum deſiderant: & vt noſtra eis imperiali ſubueniamus potentia, cum omni deuotione expoſtulant. Huius rei gratia dilectiſſimum & præcordialem Imperij noſtri Principem Embriconem, venerabilem Herbipolenſem Epiſcopum amicum tuum, ad exquirendam Domini Papæ voluntatem, Romam direximus. Cognita verò ipſius circa nos voluntate, communicato principum noſtrorum conſilio, ea quæ ad vtriuſque Imperij noſtri honorem ſpectant, per chariſſimos & prudentes nuncios noſtros, Robertum ſcilicet Principem Capuanum, illuſtrem vtique virum ac nobilem, nobiſque fidelem, nec non Albertum dilectum Capellanum noſtrum, & in fide conſtantem, tuæ ſignificamus nobilitati. Hos igitur tanquam nos audias, & quæ tibi dixerint, ſicut decet excellentiam tuam, & ſicut de te ſperamus & credimus, ad effectum perducas, & honeſtos & idoneos apocriſiarios tuos, vnà cum nuncijs noſtris ſine dilatione ad nos remittas. Præterea de Rutenis, qui ad contemptum Imperij noſtri occiſis hominibus noſtris, pecuniam noſtram ſibi vſurpauerunt, ſicut conuenit in cauſa amici, & propinqui tui, & ſicut nobis ſcripſiſti, ita facias. Militibus quoque Imperij noſtri Alemanis ſcilicet, qui apud te ſunt, ſicut decet excellentiam tuam, benignus exiſtas. Nihilominus etiam te rogamus, vt hominibus imperij noſtri, Teutonicis videlicet, qui Conſtantinopoli morantur, locum in quem ad honorem Dei Eccleſiam ædificent, concedas, tum reſpectu diuinæ remunerationis, tum & interuentu ac petitione noſtræ dilectionis. Recordari quoque debet tua diſcretio, quòd nos in literis prioribus per præfatum Capellanum noſtrum tuæ nobilitati præſentatis, hoc idem à te pro Dei amore & honore petiuimus: quia ſi ipſe qui dat ſalutem regibus, fuerit in medio noſtri, certum eſt quòd non gaudebunt inimici noſtri. Datum xviij. Kalend. Ratiſponæ, in Chriſto feliciter, Amen.*

Ioannes in Chriſto Deo, fidelis Rex Porphyrogenitus, ſublimis fortis, Auguſtus, Comnenus & Imperator Romanorum, ad nobiliſſimum fratrem & amicum Imperij mei.

xxxiii *Nobiliſſime & dilecte amice imperij mei Rex, Litera tuæ nobilitatis fraterni affectus ſignum, ad noſtram delata manſuetudinem per prudentiſſimum apocriſiarium nobilitatis tuæ, multa nos lætitia repleuit. Nam bona tuæ nobilitatis voluntas, & cognationis, & amicabilis affectio, & dilectio, quam demonſtraſti, & per literas, & per verba, & per opera ipſa erga Imperium noſtrum: noſtram conſequenter pietatem totam, toto animo ad tuum amorem pertraxit. Quare etiam diuerſos fideliſſimorum & familiariſſimorum hominum ſuorum ad tuam nobilitatem emiſit, recommunitare per eos volens nobilitati tuæ totis de cauſis, propter quas, & mandaſti, & ſcripſiſti ei. Vult enim in Deo in omnibus amicè ſapere, & cognationabiliter, & fraternè ad tuam voluntatem, & omnia agere ſecundùm quod videtur ei, quæ ad honorem ſunt nobilitatis tuæ: Quia verò prudentiſſimus Dux Venetiæ Petrus Polanus mediator à nobilitate tua in his*

cauſis

Sal. An. 1142 *cauſis aſſumptus eſt, ſicut vir bonus, & fidelis ambabus partibus: & hoc nobis placere dignum viſum eſt. De cauſa Apuliæ & Longobardiæ, prudentiſſimis apocriſiarijs noſtris, quæ à nobis viſa ſunt, iuſſimus. Nam & ſi quidam horum ad ſuſceptionem magis nobiliſſimæ cum Deo futuræ nurus Imperij mei, miſſi ſunt, tamen etiam communiter eis notum Imperij mei velle. De cauſa quæ facta eſt in Ruſſia, ſicut Imperio meo ſcripſiſti, ſicut conuenit Imperio meo facere in cauſa amici & propinqui ſui, ſic & feci. Sed de caballarijs nobilitatis tuæ, quod ſcripta tua nominatim comprehendebant, & magis de eo qui defecit in viuentibus ex eis, ſic fecit Imperium meum, vt ſcripſiſti. Vale nobiliſſime amice Imperij mei Rex.*

Conradus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus, chariſſimo fratri ſuo E. Porphyrogenito Comneno, illuſtri & glorioſo Regi Græcorum, Salutem, & fraternam dilectionem.

NObilitatis tuæ literas, vt à tanto, & tam charo amico noſtro ſerenitati noſtræ tranſmiſſas, gratanter excepimus; & viſo earundem tenore, de incolumitate & ſublimitate tua admodum gauiſi ſumus. Sed auditis à Nuncio tuæ dilectionis prudenti apocriſiario, præter illa quæ in literis continebantur, quibuſdam verbis duris, & (vt verum fateamur) ab omni retro tempore inauditis, & noſtræ maieſtatis, vltrà quàm lingua explere valeat, perturbata eſt manſuetudo, & eſt admirata vniuerſa Imperij noſtri latitudo. Vndè vel à à quo hoc tam amarum verbum proceſſerit, miramur: præſertim cum inter cætera huius mundi regna, Græcorum regnum omni ſapientia & diſcretione hactenus floruerit. Si enim idem nuncius tuus Nuncio tuo vnicũ filium noſtrum Henricum in præſentia noſtra morti dediſſet, ad maiorem iram maieſtatis noſtræ animum prouocare non poterat. Cumquè iam per triduum in hoc acerbo laboraſſet, & rigorem noſtri animi nullo ingenio, nullaque ſapientia ad ſuam voluntatem inflectere potuiſſet: vix tandem quarto die alijs verbis dulcioribus excellentiam noſtram exhilarauit, noſtræque furore indignationis mitigato, nobilitatis tuæ voluntatem nobis aperuit. Et quoniam ita nunc eſt, & eſſe debet, quòd tu amicorum amiciſſime, vxorem accipies dilectiſſimam filiam noſtram, ſororem videlicet nobiliſſimæ conthoralis noſtræ, volumus vt inſit æternum fœdus perennis amicitiæ, quàm videlicet amicitiam præſenti apocriſiario tuo ore & manuſcripto firmari iuſſimus, ita videlicet, vt & amici amicorum tuorum, & inimici ſimus inimicorum tuorum. Proinde certa ſit prudentia tua, quòd ſi tuæ nobilitati vndecumque aliqua moleſtia, vel iniuria fuerit illata, non hanc tibi tantùm, ſed etiam nobis factam iure dilectionis reputamus: quoniam virtutis tuæ nobilitas, & maximè generoſi ſanguinis, quo in pignus perpetuæ dilectionis confœderati ſumus, propinquitas nos inuitat, vt te tanquam filium chariſſimum, totius vlnis charitatis amplectamur, & cuncta quæ tibi placita ſunt, libenti animo faciamus. In qua re iuſtum arbitramur, vt eandem amicitiam nobis & Imperio noſtro firmari facias, vt completis omnibus honorificè, vtrique Imperio debitus honor exinde deferatur, & pax, & nomen Chriſti per vniuerſum mundum inde magnificetur. Porrò de quingentis militibus, quos nobilitas tua petijt, hoc tibi reſpondemus, quod non ſolùm quingentos, ſed etiam duo, vel tria millia, ſi neceſſe habueris, tibi mittemus: & quod maius eſt, antequam detrimentum aliquod honoris tui pati videremus, elaborata totius Imperij noſtri fortitudine, in propria perſona tibi, ſicut præcordiali filio, & fratri chariſſimo, deficere & deeſſe non poſſemus. Prætereà ſcripſit nobis tua nobilitas, quòd magnos & charos nuncios ſinceritati tuæ mitteremus: in quo voluntati tuæ acquieuimus: quoniam quos chariores habuimus, excellentiæ tuæ tranſmiſimus: ſcilicet, chariſſimum præcordialem noſtrum Embriconem, venerabilem VVirtzburgenſem Epiſcopum, illuſtrem & magnum Imperij principem, qui eſt cor noſtrum, & anima noſtra: necnon dilectiſſimum noſtrum Robertum illuſtrem & nobilem Principem Capuanum. Miſimus etiam quaſi vtraſque manus noſtras Germanos duos fratres, ſcilicet fratrem Bernonem virum ſapientem & religioſum, & fratrem ipſius Riuuinum, qui nobis valdè charus eſt & familiaris & nobilis: & honorandum Principem Imperij noſtri Rogerium illuſtrem comitem de Adriano, cuius fidem & conſtantiam ſæpius experti ſumus: & Gualterum

fide-

Sal. An. 1143 *fidelem noſtrum. Iſtis itaque ea quæ in literis non continentur, induſtriæ tuæ referenda commiſimus: quorum verbis fidem adhibeas, & quæ tibi dixerint, tanquam à nobis dicta credas. De Ruthenis verò, pro quibus patri tuo diuæ recordationis Ioanni Imperatori, per fideliſſimum capellanum noſtrum Adalbertum, & per comitem Alexandrum de Grauina ſcripſimus, & de loco in quo noſtris Teutonicis ad honorem Dei Eccleſiam ædificari volumus, & de nobilibus baronibus Apuliæ, Alexandro videlicet Clarimontis, Philippi de Surre, & Henrico comite, & Sene Puſtel, ille noſter præcordialis Vuirtzburgenſis Epiſcopus, & cæteri familiares noſtri voluntatem noſtram tibi referent, quibus tanquam nobis credas. Super his omnibus fidelem apocriſiarium tuum Nikephorum, licet in principio legationis ſuæ nos conturbauerit, tibi attentiùs comendamus, & quia conſtanter perdurauit, vt eum remuneres, rogamus. Vale.*

Bizantium deducta *Bertha*, cum nomen ſuum audiret inuiſum Græcis, in *Irenes* mutauit. Pudica ſponſa impudicum & adulterum offendens ſponſum, ne diù pateretur, diem præmaturè clauſit. Francfordiæ, vel apud Roncalias poſteà celebrato conuentu legem tulit Conradus.

DE BENEFICIIS, ET TERRIS TRIBVTARIIS.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis.

xxxiv *Conradus Dei gratia Romanorum Imperator Auguſtus omnibus Sanctæ Dei Eccleſiæ fidelibus & noſtris, tam præſentibus quam futuris, notum eſſe volumus, quod ad reconciliandos animos Seniorum & Militum, vt ad inuicem ſemper reperiantur concordes, & vt fideliter & perſeueranter nobis & ſuis fidelibus Senioribus ſeruiant & deuotè, præcipimus, & firmiter ſtatuimus, vt nullus Miles Epiſcoporum, Abbatum & Abbatiſſarum, Marchionum, vel Comitum, vel omnium, qui beneficium de noſtris publicis bonis aut de Eccleſiarum prædijs nunc tenent, aut tenuerint, aut hactenus iniuſtè perdiderint, tam de noſtris maioribus Valuaſſoribus, quam eorum Militibus, ſine certa & conuicta culpa, ſuum beneficium non perdat, niſi ſecundum conſuetudinem anteceſſorum noſtrorum, & iudicium Parium ſuorum.*

Si contentio emerſerit inter Seniorem &
xxxv *Militem, quamuis Pares adiudicauerint, illum ſuo beneficio carere debere, & ille dixerit, hoc iniuſtè vel odio factum eſſe, ipſe ſuum beneficium teneat, donec Senior & ille, quem culpat, cum Paribus ad noſtram præſentiam veniant, & ibi cauſa iuſtè determinetur.*

Si autem Pares eius culpati in iudicio Seniorum defecerint; ille, qui culpatur, ſuum beneficium teneat, donec ipſe cum ſuo Seniore & Paribus ad noſtram præſentiam veniant.

Senior verò, & Miles eius qui culpatur, qui ad nos venire debuerint, ſex hebdomadas antequam iter incipiat, ei, cum quo litigauerint innoteſcant.

Hoc autem de maioribus Valuaſſoribus obſeruetur. De minoribus verò in regno noſtro, aut ante Seniores, aut ante Miſſum noſtrum eorum cauſa finiatur.

Præcipimus etiam, vt cum aliquis Miles, xxxvi
ſiue de maioribus, ſiue de minoribus, de hoc ſeculo migrauerit, filios eius beneficium tenere.

Si verò filios non habuerit, & habiaticum xxxvii
ex maſculo filio reliquerit, pari modo beneficium habeat, ſeruato vſu maiorum Valuaſsorum in dandis equis & armis, ſuis Senioribus.

Si verò fortè hauiaticum ex filio non reliquerit, ſed fratrem legitimum ex parte patris reliquerit, ſed Seniorem offenſum habuerit, & ſibi vult ſatisfacere, & Miles eius eſſe, beneficium, quod patris ſui fuit, habeat, ſeruato vſu maiorum Valuaſſorum in dandis equis & armis, ſuis Senioribus.

Inſuper & omnibus modis prohibemus, vt nullus Senior de beneficio ſuorum Militum cambium, aut precarium, aut libellum ſine eorum aſsenſu facere præſumat. Illa verò, quæ tenent proprietario iure, aut per præceptum, ſiue porrectum libellum, ſiue per precariam, nemo eum iniuſtè deueſtire audeat.

Fodrum verò de Caſtellis, quod noſtri anteceßores habuerunt, habere volumus: Illud verò, quod non habuerunt, nullo modo exigimus.

Sal. An. 1144 *Si quis autem hanc iuſſionem noſtram infregerit, auri optimi lib. C. componat, medietatem Cameræ noſtræ, & medietatem, cui damnum illatum fuerit.*

Dat. apud Roncalias in Conuentu omnium Principum & populorum frequentiſſimo.

ROMANI PATRICIVM ELIGVNT. An. 1144.

XXXVIII Patriciū Romani creant. FAtis conceſſerat *Innocentius*. *Cæleſtinus* ſucceſſor quinque menſes Pontificatum tenuit: poſteà creatus eſt *Lucius*. Romani verò minimè ordine Senatorio contenti, Patricium celſioris magiſtratum faſtigij adiecerunt; ac vectigalia omnia vrbana, ac peregrina Pontifici erepta ei attribuerūt, Pontificemque ſacris decimis, & largitionibus dignitatem tueri ſuam iuſſerunt. Ea dignitas delata primum eſt ad *Iordanem Petri Leonis* filium, hominem in vrbe vetere nobilitate, ac populari gratia potentiſſimum. XIXXX Lucius Papa obſidet cap toliū Quas actiones *Lucius* primùm blanditijs impedire contendit, deindè inanes eas expertus, vim adhibendam putauit. Itaque poſtero ineunte anno, exercitu comparato Senatores in Capitolio obſedit, ordinem il- Vincitur. lum, qui libertatis Romanæ erat fundamentum, cupiens abolere. Accurrit *Iordanes* Patricius cum maiore manu, comiſſoq; prælio ipſum Pontificem cum ſuis à Capitolio repulit. Sunt, qui aſſerant *Lucium* in pugna lapide percuſſum, nec amplius in ſolio Pontificali conſediſſe. Repulſus *Lucius Conradi* implorauit auxiliū literis ſequētibus.

Populus Romanus nullum inſaniæ finem faciens, Senatoribus, quos ante inſtituerant, Patricium adiecit, atque hanc dignitatem Iordani Petri Leonis filio detulit, ac ſe ei tanquam Principi ſubdidit, deinde Pontificem ſuum adiens, omnia regalia eius tam in vrbe, quàm extrà vrbem poſita ad ius Patricij popoſcit, eumque more veterum Sacerdotum, decimis tantùm, & oblationibus ſuſtentari oportere dicens, de die in diem animam iuſti affligere non dubitauit. Sigonius.

EXPEDITIO SACRA. Ann. 1145.

XXXX DVm hæc aguntur, triſtis nuncius ex Oriente Principes Chriſtianos agitauit. Erat vrbs in Meſopotamia trans Eufratem, nomine *Edeſſa* à diebus Conſtantini Magni Chriſto dedita, & Apoſtoli Thomæ reliquijs inclyta. Hæc, cum Sarraceni quondam Alexandriam, Antiochiam, Damaſcum, Hieroſolymam, Syriam aliaſq; Orientis Prouincias occupaſſent, & gentili ritu polluiſſent, ſola inter medios hoſtes vſque ad tempus recuperatæ Hieruſalem permanſit incolumis. Tunc verò à Sarracenis vexati, cum auxilium à Latinorum exercitu petijſſent, *Balduinum Gothifredi* Regis fratrem accepere Principem. *Balduino* verò poſt *Gothifredum* ad regnum Hieroſolymorum euecto, Principatus demùm ad Ioſcelinum iuniorem peruenit. Illo dominante *Sanguinus* Sarracenorum, ſiue Turcorum princeps vrbi obſidionem admouit. Eo tempore Armenius quidam ciuis Edeſſæ iure hæreditario turrim quandam mænibus vrbis continentem inuoluit. Huius filiam eximia ſpecie virginem cum inſano deperiret amore Princeps, nec blanditijs, ac promiſſis demulcire potuiſſet, vim adhibuit. Armenius illatam iniuriam magno dolore ferens, vt Principem vlciſceretur, clam vrbem Sarracenis prodidit: quippe nocte Natiuitatis Domini, cum Sacræ in templis agerentur vigiliæ hoſtem per turrim ſuam accepit. Sarraceni in vrbem intromiſſi, templa ſubitò inuaſerunt, atque Archiepiſc. ſacris operantem miſerè vnà cum clero mactarunt, reliquos ſtupore ac terrore obtorpeſcentes trucidarunt. Tota poſteà Meſopotamia in poteſtatem adducta, ipſum Hieroſolymorum regnum in vltimum adduxere periculum. Hæc lacrymabundus ex Syria in Italiam attulit Epiſcopus Gabulenſis ad *Eugenium* Pontif. *Lucij* ſucceſſorem, Viterbij commorantem. Inde ad *Conradum* Imper. & *Ludouicum* Franciæ Regem auxilium imploratum contendit. *Eugenius* autem attrociſſimo caſu vehemētiſſimè perturbatus, *Vrbani* exemplo Crucem iterùm ſibi indicendam, ac totum Occidentem ad arma capienda concitandum putauit. Literas itaque ad omnes Reges direxit. XXXXI Romani reconciliantur. Inde ad Romanos compeſcendos Tiburtinis, cæteriſque Latij populis ſolicitatis, adeò preſſit, vt Patricium cogerentur abrogare Romani, præfectum reſtituere, Sena-

tores

Sal.An. tores ex Pontificia auctoritate tenere, & Ar-
1145 noldum turbarum concitorem vrbe eijcere.
His actis *Eugenius* in vrbem reuertitur, po-
pulorum exceptus plauſibus, *Benedictum*
eſſe, qui veniret in nomine Domini. Literis
Eugenij in Franciam de Sacra expeditione
perlatis, *Bernardus* Abbas, veniſſe tempus
inclamans, quo *plenitudo gentium introire*
Anno *deberet, & ſic omnis Iſrael ſaluus fieret*, gra-
1146. *Cruciata.* uitate orationis, Crucis ſuſceptione prædi-
care inſtituit. Quæ dicebat, mirabilium ſi-
gnorum magnitudine impleas, Regem im-
xxxxii pulit *Ludouicum* in Syriam iter arripere.
Quem populi imitantes vniuerſi, ex hauric-
bant vrbes, & oppida; Italia, Britannia,
Germania pari zelo certantes, mulieres
xxxxiii *Conradus* etiam armarunt. *Conradus* in annum ſe-
monet in quentem diſtulit expeditionem domeſticis
Polonos. curis implicitus. *Nam in Polonos abijt*, ſcri-
bit *Robertus de Monte*. Anno centeſimo
quadrageſimo ſeptimo ſupra milleſimum
xxxxiv *Conradus* Spiræ ſolemni Nataliciorum per-
S.Bernar- fecto, frequentem Principum ſuorum egit
dus Ger- couuentum. Eo *Bernardus* acceſſit, ac plu-
maniam *petit.* rimum aduentu ſuo omnium in ſe ora con-

uertit. Mirabantur homines eloquentiam,
ſed præcipuè fama ſanctitatis mouebat.
Cum à *Conrado* deduceretur in templum,
omnibus; qui in lectulis offerebantur &
grabatis, ſanitatem ſigno Crucis reſtitue-
bat; Cæcis viſum, greſſum claudis, loque-
lam mutis. Itaque cum de Cruce concionari
cœpiſſet, *Conradum* iam propenſum addu- xxxxv
xit, vt ſtatim crucem acciperet. Cuius exem- *Conradus*
plo hoſtibus reconciliatis acerrimis, *Fri-* *cruceſi-*
dericus primogenitus Ducis *Friderici* fratris *gnatur.*
Imperatoris, inuito & reluctante patre, imò
aduerſus Regem *Conradum* fratrem ſuum
adeo indignato, quia filium eius permiſiſ-
ſet Crucem accipere, vt tædio confectus
obierit; tres Epiſcopi *Henricus* Ratiſponen-
ſis, *Otto* Friſingenſis, *Reginbertus* Pata-
uienſis, Dux Noricorum *Henricus*, frater
Regis; *Guelfo Henrici* Superbi Ducis fra-
ter; Dux Boemorum *Labeslaus*; *Odoacer*
Marchio Styrenſis; *Bernardus* Comes Ca-
rinthiæ, omnes cum magno comitatu cru- xxxxvi
cem accepere. Exemplar autem Epiſtolæ
Claraualleuſis Abbatis, in orientale Fran-
corum regnum deſtinatæ, tale eſt.

Dominis & Patribus chariſſimis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & vniuerſo clero, & populo Orientalis Franciæ, & Baioariæ, Bernardus Clarauallenſis vocatus Abbas, ſpiritu fortitudinis abundare.

SErmo mihi ad vos de negocio Chriſti, in quo eſt vtique ſalus veſtra: nec dico vt excuſet indignitatem perſonæ loquentis auctoritas Domini, excuſet & conſideratio propriæ vtilitatis. Modicus quidem ſum. ſed non modicè cupio vos in viſceribus Chriſti Ieſu. Ea mihi nunc ratio ſcribendi ad vos, ea cauſa, vt vniuerſitatem veſtram literis audeam conuenire. Agerem id libentiùs viua voce, ſi vt voluntas non deeſt, ſuppeteret & facultas. Ecce nunc fratres, tempus acceptabile, ecce nunc dies ſalutis, copioſæ ſalutis. Commota eſt ſiquidem & contremuit terra quia cœpit Deus cœli perdere terram ſuam. Suam, in qua viſus eſt, & annis plus quàm triginta homo cum hominibus conuerſatus eſt. Suam vtique, quam illuſtrauit miraculis, quam dedicauit ſanguine proprio, in qua primi reſurrectionis flores apparuerunt. Et nunc peccatis noſtris exigentibus, crucis aduerſarij caput extulere ſacrilegum, depopulantes in ore gladij terram benedictam, terram promiſſionis. Propè eſt, ſi non fuerit, qui reſiſtat, vt in ipſam Dei viuentis irruant ciuitatem, vt officinas noſtræ redemptionis euertant, vt polluant loca ſancta agni immaculati purpurata cruore. Ad ipſum (proh dolor) religionis Chriſtianæ ſacrarium inhiant ore ſacrilego, lectumque ipſum inuadere & conculcare conantur; in quo propter nos vita noſtra obdormiuit in morte. Quid facitis viri fortes? quid facitis ſerui crucis? Itane dabitis ſanctum canibus, & margaritas porcis? Quam multi illic peccatores, confitentes peccata cum lachrymis, veniam obtinuere, poſtquam patrum gladijs eliminata eſt ſpurcitia paganorum? Videt hoc malignus, & inuidet: dentibus frendet, & tabeſcit. Excitat vaſa iniquitatis ſuæ, ne vlla quidem iam pietatis ſigna aut veſtigia relicturus, ſi quando fortè (quod Deus auertat) obtinere valuerit. Verum id quidem omnibus ſeculis deinceps inconſolabilis dolor, quia irrecuperabile damnum: ſpecialiter autem generationi huic peſſimæ infinita confuſio, & opprobrium

Sal. An. 1147 *ſempiternum. Quid tamen arbitramur fratres? Numquid abbreuiata eſt manus Domini, aut impotens facta eſt ad ſaluandum, quod ad tuendam & reſtituendam ſibi hæreditatem ſuam exiguos vermiculos vocat? Numquid non poteſt mittere Angelorum plus quàm duodecim legiones, aut certè tantùm dicere verbo, & liberabitur terra? Omnino ſubeſt ei cum voluerit, poße. Sed dico vobis, tentat vos Dominus Deus veſter. Reſpicit ſuper filios hominum, vt ſi fortè ſit qui intelligat, & requirat, & doleat vicem eius. Miſeratur enim populum ſuum Deus, & lapſis grauiter prouidet remedium ſalutis. Conſiderate quanto ad ſoluendos vos artificio vtitur, & obſtupeſcite. Intuemini pietatis abyſſum, & confidite peccatores. Non vult mortem veſtram, ſed vt conuertamini, & viuatis: quia ſic quærit occaſionem non aduerſum vos, ſed pro vobis, &c. In quibus et circa eandem, oratorum more, vel ordine, verſatur materiam. Et quod Iudæi non ſint occidendi, ratione probat et auctoritate. Vnde eſt illud, Beatam dixerim generationem, quam apprehendet tam vberis indulgentiæ tempus, quam inuenit ſuperſtitem annus iſte placabilis domino, et verè Iubileus. Diffunditur enim hæc benedictio in vniuerſum mundum, et ad ſignum vitæ conuolant vniuerſi. Quia ergo fœcunda eſt terra veſtra virorum fortium, et robuſta noſcitur iuuentute referta: ſicut laus eſt veſtra in vniuerſo mundo, et virtutis veſtræ fama repleuit orbem, accingimini et vos viriliter, et felicia arma corripite. Et de Iudæis ſic:* Deus, *inquit Eccleſia*, oſtendit mihi ſuper inimicos meos, ne occidas eos: *viui quidam apices nobis ſunt, repræſentantes iugiter Dominicam Paſſionem: et plura alia in hunc modum.*

Poſtrema hæc *Rodulphum* Monachum reſpiciunt, qui religionis ſeueritate clarus, ſcripturarum tamen notitia non ſatis inſtructus, in partibus Rhenanis crucem prædicans, in Iudæos ſæuire populum concitabat. Non ſolum itaque ex Romano Imperio, ſed etiam ex vicinis regnis ideſt Occidentali Francia, Anglia, Pannonia, innumeris populis ac nationibus, hac expeditionis fama ad ſumendam crucem commotis, repentè ſic totus penè Occidens ſiluit, vt non ſolùm bella mouere, ſed & arma quempiam in publico portare nefas haberetur.

HENRICO FILIO IN REGEM ELECTO: Conradus ſacram ſuſcipit expeditionem. Ann. 1147.

PRiuſquam iter arriperet *Conradus*, ne quid domi incertum relinqueret, ſub
xxxxvii *Conradus filium coronat. lib. 1. de geſtis Frid. c. 43.* Quadrageſimam Francfordiam venit (quod latinè vadum Francorum dicit *Friſingenſis*) eò quod *Carolus* ad debellandos Saxones, cum Francis proficiſcens, vadum illo *Mogi* fluminis, qui Moguntiæ Rheno illabitur, inueniſſe dicitur, vt *Henricum* filium ſuum regem Germaniæ curaret inſtituendum. Relicta inde Francfordia Aquas profectus, filium coronauit: Cuius numiſma vide ſu-
xxxxviii prà *pag.* 6. Eò *Henricus* Henrici Noricorum
Henricus Henrici filius Bauariam repetit. quondam Ducis filius, qui iam adoleuerat, venit; Ducatum Noricum, quem patri ſuo non iuſtè abdicatum aſſerebat, iure hæreditario repoſcens. *Conradus* verò vſque ad reditum ſuum quietè expectare perſuaſit. Ibi quoque *Bernardus* affuit; Quo cognito, tanta malè affectorum, ac debilium multitudo Sancti hominis viſendi ſtudio accenſa
xxxxix confluxit, vt aliquando *Conradus* præſens turbam in templo vrgentem ſuſtinere nequiuerit, ac depoſita chlamyde ipſum in vlnas
ſuſcipere, & de baſilica aſportare coactus ſit. *Conradus S. Bernardus in vlnas ſuſcipit.* Ratiſponæ inde vocantur comitia. Copiæ pedeſtres atque equeſtres, quæ terra petituræ erant, ad ducenta millia acceſſiſſe dicuntur. Ex Italia affuere etiam *Theoduinus* Epiſcopus Portuenſis legatus Pontificis, cum pleriſque Principibus, & Marchionibus. Expeditior itineri via per Auſtriam, ac Pannoniam viſa: quid ibi egerit? diligenter in- L
ueſtigandum, futuræ namque cladis forſan aſſequemur cauſam. Erat tunc *Geyſa II. Belæ* cæci primogenitus, qui inter centum deciesque ſex annos, Tertius ſine omni querelà regnabat. Hungarorum pater potiùs, quàm Rex, ſe Reipublicæ noſcens adſtrictum, non ſibi Rempublicam, ita pondus ſuſtinebat imperij, vt etiam finitimos in admirationem traheret, vel in inuidiam. *Conradum* Cæſarem Sueuum, vnà & *Henricum* Henrici Leonis tutorem habuiſſe infeſtos., qui ab Auſtro, vel cum Auſtriacis

Sal. An. 1147 Poſonium iniquè eripuerint, legimus apud
Bonſinium ſed non probamus. Nam in
vna tantùm expeditione Sacra *Conradum*,
& *Henricum* fuiſſe concordes reperio. *Hen-
ricuſq; Auſtrius* non fuit *Henrici Leonis* tu-
tor, ſed hoſtis, & æmulus. Potiùs quum
coacto *Conradus* ingenti Crucigerorum
LI exercitu, è Germania caſtra mouit, *ter
agens per Danubium, in Hungariam deſcen-
dit, vbi fortaſſe, præ veterum memoria
inimicitiarum, non peregrini Ducis ductu
& auſpicijs Ieſu Chriſti militantis ſed acerri-
mi hoſtis, vlciſcendi occaſionem nequaquam
deſerentis animum oſtendit. Nam quamuis
faciendi per Hungariam itineris poteſtatem
à Geyſa prius literis perhumanè impetraue-
rat aliquantò tamen inſolentiùs, ac par erat,
iter fecit. Et quum ſe in ſacroſanctam expe-*



*ditionem peregre proficiſcentem diceret, ſub
viatici ſtipendijve ſacri nomine, è cunctis
ſacris ædibus, cœnobijs, & Xenodochijs
immodicam pecuniam extorſit, quin & mul-
tæ baſilicæ, ac religioſa loca, collatam præ ti-
more illi ſtipem detulere. Quod quamuis Gey-
ſa, cæterique Pannones ægrè tuliſſent Sanctiſ-
ſimæ tamen expeditionis gratia patientiſſimè
tolerarent, adiuuarunt muneribus, & com-
meatibus & nullum hoſpitalitatis ac diuinæ
charitatis officium prætermiſerunt*. Bonfinius
lib.6.Decad.2. Hæc forſan cauſa diuinæ vl-
tionis, quæ innumerabilem Chriſtianorum
exercitum ſine fructu contriuit: & Barbari
noſtris peccatis fortes, de vniuerſis Chri-
ſtianorum principibus triumphum egerint. LII *Conradi caſus.*
Thraciam inde ingreſſus, cum vij. Id. Se-
ptembr. ad caſtrum quoddam amæniſſi-
mum conſediſſet, vt ibi poſtridie Natiuita-
tem Deiparæ celebraret, aduersâ Cœli tem-
peſtate, & vicini amnis intumeſcentis iniu-
ria vſque adeò eſt conflictatus, vt armis,
militibuſque multis amiſſis, inde Conſtan-
tinopolim venerit. Ibi ab Imperatore *Ema-* *Græcorũ perfidiæ.*
nuele originis ac Græcæ fidei, affine ſuo ex-
ceptus, mare traiecit, acceptiſque itineris
Ducibus Græcis nonnullis in Lycaoniam ſe
ad Iconium duci, quod à Sarracenis tene-
batur,

Sel. An. 1147 batur, præcepit. Græci verò ſiue iuſſu Imperatoris, ſiue odio nationis, ſiue inuidia laudis adducti, ipſum in Cappadociam longè diuerſo itinere per deſerta, ac difficilia loca duxere; vndè locorum ignari, indefenſi, ac inulti in perniciem dederentur. Sed & farinæ, diurniſque alimentis, quæ à perdito hoſpite, datà pecuniâ acceperant, gypſum miſceri imperatum; vt veneficio turgidi, ac inædia hauſti è medio tollerentur. Tot anguſtijs conflictatum Imperatorem rerum agendarum pernicies, diſcordia excepit; vniuerſis, qui ſimul aderant, variè de remedio diſſerentibus. Cumq; famem propulſare nulla ratione poſſent, conſcij malorum barbari, nec dubiè, à proditore moniti, magnis copijs ſuperfuſi, etiam neceſſitatem pugnæ attulere. Facilè fuit ex-

LIII

LIV *Christiani victi.* peditis, & calamitatum belli gnaris; ſiti, itineris moleſtia, ac fame confectos protere. Et quamuis bidui pugnam fortiſſimè noſtri toleraſſent, victoriam tamen ad extremum ceſſere: aucto in dies barbarorum numero, & multis Chriſtianorum audentiùs dimicantibus, internecione mactatis, & plus viginti millibus in ſeruitutem abſtractis. Vix legiones duæ, celeri fugâ ſe ſecum Cæſare cladi ſubtraxere Nicæam illuc antequam appelleret, pugnandum fuit ad flumen Meandrum, cuius vadum obſepſerant barbari. *Conradus* iuxta hoſtem caſtramétatus, poſt noctu curata corpora ſurgente Aurora aciem inſtruxit. Dein cœlitibus in vota vocatis, vadoque reperto, primus equo ſublimis in flumen deſcendit, & Barbaris fruſtrà iaculantibus, in continentem ſurrexit. Cum eo in Barbaros videbantur elementa pugnare; vndè nec in fugà inuenientes ſalutem, oſſibus ſuis, & cadaueribus conflarunt montes, longa poſt ſæcula peregrinis admirabiles, Gallorum Regi *Ludouico* ſcriptores Gallici adſcribunt victoriam.



Otho ipſe *Friſingenſis* eiuſce non meminit prælij forſan rubore ſuffuſus, quia fugæ ſuæ, non meminerit, quum Chriſtianis in Cappadocia profligatis, inter præliantes elapſus, poſt ingentia viarum incommoda Hieroſolymam denique perueniſſe ſcribitur

à Chro-

à Chronologo Reichersbergenſi. *Ludouicus* interim Gallorum Rex certior ſiniſtri exitus *Conradi*, magnis itineribus ſuperato Byzantio, in Aſiam aduolauit. Huic ſe Imperator omnium indigus adiunxit. Sed cum

LV *Conradus reuertitur.* Cæſareæ Maieſtati indecens cenſeret, ſine milite, ac pecuniâ, quæ bello amiſerat, ſatellitem regium agere, fictis in ſpeciem cauſis, de reditu cogitauit. Hiemauit Byzantij; vt collectis denuò viribus, maiori exiſtimatione ac robore, appetente æſtate reuerteretur. Scribebatur interim tota Germania miles, quique cladi ſupererat, futuro bello diſponebatur. Vt ceſſere niues, &

Regreditur in Syriam Cōradus. ſub dio agere copiæ potuere, *Conradus* valido cum exercitu, Syriam inuaſit; vbi Regis Hieroſolimitani ac *Ludouici* ſententia, de obſidenda Damaſco conſultatum. Quo minus vrbs per triduum oppugnata, muriſque exterioribus exuta in poteſtatem conceſſerit, Chriſtianorum perfidia, ac diſcors voluntas materiam præbuit. Aſcalonitana inde obſidione decreta, ad Ioppen, quò conuentus erat indictus, venerunt. Verum, cum Hieroſolimitanus exercitus, qui ex conducto præſto eſſe debebat, ad diem non conueniſſet, *Conradus* maximam & firmiſſimam exercitus ſui partem varijs incommodis abſumptam cauſſatus, domum redire diſponit. Non impulſore Deo, mota in Barbaros credebantur arma, quæ adeò ſiniſter exitus excepiſſet. Sed & *Guelphus* ipſe olim hoſtis, mox amicus, iterùm ſeditionem voluens, in Germania obſtabat, quo, relicto Cæſar in Aſia reuerſus erat,

Per Siciliam remeauerat *Vuelfo*, ibi à *Rogerio* Rege magnificentiſſimè exceptus, Re- LVI *Vuelfus rebellat.*
gijs etiam donatus muneribus, quia nemo magis *Conradum* Cæſarem ab expeditione Sicula remouere poſſe crederetur, quam ipſe, qui ad reſumenda contra Imperatorem arma concitatur. Id dubium *Conradum* impulit, omiſsà Orientis ſpe, de regno & Imperio cogitare, cui hoſtis implacabilis exitium minabatur. Vt tetigit patriam, turbata à *Guelfone* omnia, deſcriptum in Cæſarem militem, comparatas tractando facinori amicitias comperit. Priuſquam remearet in patriam, in Theſſalia *Manuele* LVII *Fœdus Conradi cum Emanuele*
conuento, conſilium cum eo *Rogerij* Siculi armis communibus perſequendi cœpit, ac præmiſſo in Germaniam *Friderico*, maritimo ipſe itinere per mare Adriaticum Polam, atque inde Aquileiam acceſſit. Vnde profectus in Pentecoſte Salisburgum, ac mox Ratiſponam acceſſit. *Ludouicus* Rex nauali itinere domum per Siciliam rediens à LVIII *Ludouicus Rex captiuus.*
Græcis captus, dum ad *Manuelem* Corcyram obſidentem deducitur, à Siculis interuenientibus liberatur, atque à *Rogerio* & Pontifice honorificè habitus domum reuertitur. *Eugenius*, vbi *Conradum* redeuntem accepit, legatos in Iſtriam ei obuiam miſit, quibus ex medio itinere reuerſis, quod *Conradum* iam in Germaniâ perueniſſe audiſsēt, literas VIII. Kal. Iulias Tuſculo dedit ſeq.

Eugenius Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio, Conrado Dei gratia Romanorum Regi illuſtri, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.

LIX *Eugenij conſolatoria ad Conradū.* *CVm in hoc mundo cuncta mutabilitatis ordo corrumpat, ſicut nec proſperis eleuari, ita nec frangi aduerſis, confidentes de diuina miſeratione, debemus: quia Dei & hominum mediator admiranda diſpenſatione conſueuit omnem filium quem recipit, aduerſitatibus flagellare: vt dum ipſum per amorem ad æterna præmia vocat, præſens mundus eius animum perturbationes quas ingerit, à ſeipſo repellat: tantoque faciliùs ab huius ſeculi amore recedat, quantò magis impellitur, dum vocatur. Quod in Iſraelitico populo, Moyſe vocante & Pharaone ſignatur. Moyſes namque tunc ad vocandum miſſus eſt, cum Pharao duris eum operibus perurgebat, quatenus alter vocando pertraheret, alter impelleret ſæuiendo, vt plebs in ſeruitio turpiter fixa, vel prouocata bonis, vel impulſa moleſtijs moueretur. Hoc itaque rationis debito incitati, diſcretionem tuam commonemus, & exhortamur in domino, quatenus tribulationes, quas tibi & exercitui tuo omnipotens Deus irrogauit, patienter ſupportes, & in eo ſpem tuam conſtituas, qui quem vult permittit affligi, & confidentes in ſe, miſericorditer liberare conſueuit. Si enim patientiam & humilitatem in aduerſis perfectè tenueris, per deſertum huius vitæ, ſub protectione columnæ nubis & ignis, id eſt patientiæ ſolatio, & charitatis ardore intrepidus perduceris. Quia igitur perſonam tuam vera charitate diligimus,*

& de

& de te valdè confidimus , ſi poſt tuum
reditum ſine dilatione , de his quæ ad hono-
rem ſanctæ Eccleſiæ & regni ſpectare noſcun-
tur , tecum mutuis potuiſſemus tractare
colloquijs , nobis vtique gratum fuiſſet .
Verùm quia id nobis temporis qualitas dene-
gauit , & de tua ſalute ſumus ſoliciti ,
quoſdam de fratribus noſtris , poſtquam
te ad Longobardiæ partes , auctore Domino ,
incolumem perueniſſe accepimus , ſicut per
venerabiles fratres noſtros , Artuuicum Bre-
menſem Archiepiſcopum , & Anſhelmum
Hauelburgenſem Epiſcopum tibi ſignificaui-
mus , ad tuam ſerenitatem duximus deſti-
nandos , vt affectum & beneuolentiam ,
quam erga te gerimus , tibi exponerent , &
quod de te audire cupimus , ipſorum relatio-
ne noſceremus . Quibus dedimus in manda-
tis , vt tibi tanquam chariſſimo filio noſtro ,
& Catholico Principi , atque ſpeciali Roma-
næ Sanctæ Eccleſiæ defenſori , ipſius Eccleſiæ
ſtatum & noſtrum exponerent . Qui ſi-
quidem in Tuſciam vſque progreſſi , ex quo
te ad Teutonicas partes pertranſiſſe nouerunt ,
longitudinem viæ , & difficultatem itineris
propter æſtatis intemperiem metuentes , ad
noſtram præſentiam redierunt . Cæterùm
quia ſtatum tuum , & dilecti filij noſtri
Henrici iunioris Regis , quem poſt diſceſſum
tuum paterno affectu dileximus , & in poſte-
rum actiones eius proſperari in Domino præo-
ptamus , cognoſcere cupimus , cum fratres no-
ſtri propter æſtatis feruorem , laborem tanti
itineris perficere non valerent , per fidelem
noſtrum Franconem latorem præſentium ,
& Apoſtolica ſcripta tuam excellentiam viſi-
tantes , nobilitatem tuam monemus , & ex-
hortamur in Domino , quatenus ea quæ cir-
ca te & ipſum geruntur , & ſtatum regni ,
per eundem Franconem nobis ſtudeas inti-
mare , & hoc tempore deuotionem quam erga
matrem tuam ſanctam Romanam Eccle-
ſiam geris , oſtendas , vt noſtro reſpondere affe-
ctui congruè videaris , & B. Petri Apoſto-
lorum Principis interceſſionibus , cui te totum
debes exponere , Creatoris noſtri largiorem de-
beas gratiam promereri . Datum in Tuſcu-
lano 8. Kalend. Iulij .

Fortuna aduerſa , quæ tanti exercitus
Lx. *Henrici Cæſaris mors.* iactura *Conradum* illuſerat , mœrorem cu-
mulauit , *Henrici* filij , quem in conſortem
imperij aſciuerat , morte immaturà . Fra-
trem reliquit *Fridericum* nomine , ſed par-
uulum & imparem imperij oneri . Non
proptereà defecit *Conradus* , ſed animi ma-
gnitudinem fortunæ obijciens , in *Vvel-*
fonem & *Rogerium* , vt iurauerat , arma tu-
lit. Supplice tamen *Vvelfone* , & interceden-
tibus qui vtrique neceſſitudine iungebantur ,
Duce *Friderico Ahenobarbo* præcipuè , vin-
dicta abſtinuit . *Rogerius* verò facinore toti LXI *Vvelſo reconciliatur.*
deteſtando poſteritati , hoſtem ſuſtulit .
Exciderat animo Syria , quietem agebat Ger-
mania , per Italiam nullæ turbæ , niſi quas
Rogerius , vtriuſque Siciliæ Rex ſuſcitabat .
Hic itaque vbi de inuiſenda Italia *Conradum*
meditari accepit , veneficio tutari rapinam
agitauit . Erat in aula Cæſaris Medicus , ve-
teri miniſterio *Conrado* familiaris . Hunc LXII
Rogerius magnis emercatur muneribus , vt
Dominum veneficio perderet . Ipſi ſedem
ſicuram , amœnos Campaniæ ſinus pretium
flagitij promittit . Medicus cui cuncta ine-
rant , præter honeſtum , fidem vendit ,
operamque exhibet . Hiſpanorum nuncios
in Confluentia poſt diem Pentecoſtes cum
dimiſiſſet ; poſteà Ratiſponæ duos ex Car-
dinalibus Romanæ Sedis legatos obuios ha-
buiſſet ; proſcripto ibi *Ottone* comite Pala-
tino ob filiorum ſuorum exceſſus , Bamber-
gam veniens , ibique incautè agens , fri-
gidæ potu , omnium dolore rapitur . Ann.
1152. XV. Kalend. Martij . Regalia duci LXIII *Regalia comēdat nepoti Frider.*
Friderico nepoti ſuo ex fratre , cum vnico
filio ſuo *Friderico* commendans . Meliùs fu-
turam rem cum publicam , tum priuatam
iudicans , ſi filio paruulo nepotem præfer-
ret , quem clara facinora dignum reſona-
bant imperio . Volentibus familiaribus ad LXIV
Laureacenſe Monaſterium cadauer deferre , *Vbi ſepultus.*
ibique iuxta patrem humare , Babenber-
genſis Eccleſia in contumeliam ſuam du-
cens hoc fore , non permiſit . Sed iuxta tu-
mulum *Henrici II. Sancti* , regio more ſepe-
liuit . Veneni vis manifeſtior fuit , quàm
vt falleret . Et cum innocentia , pietas in
Dominum , mœſtitia eludere ſuſpicionem
poſsent , conſcientia tamen Medicus ſtimu-
latus , Neapolim ad parricidam ſe contulit ,
Rogerium . Vbi , quia tyranni proditionem
non proditorem diligere ſolent , debitam
pœnam perſoluit . *Conrado* cum optima
eſſet voluntas ad Rempub. gerendam , ne- LV
que exiguæ opes ad defendendam , vna

For.

Fortuna defuit, quà humana iudicia bellica præcipuè adminiſtrari putantur.

Conradi Symb. fuit: *Pauca cum alijs, tecum multa.* LXVI

Ex Baronio. EPITAPHIA. Ex Reuſnero.

xLVII *QVi veſtis geritis pretioſas, qui ſine fine*
Non profecturas accumulatis opes:
Diſcite, quàm paucis opibus poſt funera ſitis
Contenti, ſaccus ſufficit, atque lapis.
Conradus iacet hic, qui tot Caſtella, tot Vrbes
Poſſedit, tumulo clauditur iſte breui.
Mete Dei famulus, princeps habitu, trabeatus
Exterius, veſtis aſpera ſubtus erat.
Qua iacet, Eccleſiā gēmis reparauit & auro,
Andreæ ſancti promeriturus opes.
Is Rex Conradus Monachos ſtabiliuit ibidem,
Corpore qui fertur iam tumulatus ibi.

SVeuus erā, regnū bello mihi viuida virtus,
Et pietas peperit, & mea magna fides.
Perdomui Guelphos: & publica cōmoda iuui:
Armaque pro Chriſti religione tuli.
Victor Idumæos merui cum rege triumphos
Francorum, ſocias qui mihi iunxit opes.
Quando Saraceno Mæander ſanguine fluxit:
Et tenuit denſa ſtrage cruentus iter.
Fortunæ Comes inuidia eſt: nā Cæſar Achiuū
Succeſſus odit perſequiturque meos.
Perfidus ille fame ſocios necat atque veneno;
Plenaque dat gypſo calceque farra nocens.

EX SABINO.

MAgnanimos Cōradus agēs in prælia Sueuos,
Ad Solymas longum per mare fecit iter.
Aduentuſq; ſui formidine terruit hoſtem,
Victor Idumæam qui populatus erat.
Vindice quē dextra Iordanis ab amne fugauit,
Humectat Pharios hic vbi Nilus agros.
At celebri parcum ducturus laude triumphum,
Cum reduci patriam claſſe petebat humū,

Nomen vbi ponto Nephelias induit Helle,
Vaſtus et Euxinas Boſphorus arctat aquas:
Perdidit inuictas amiſſo milite vires,
Hoſpitis indigna proditione ſui.
Ergo nec immeritas expendit Thracia pœnas,
Nunc ab inhumanis capta Boryſthenidis.
Suſtinet Imperium Getici crudele tyranni,
Quod fuit in iuſtos fraude maligna duces.

LXVIII *Amor literarum.* Nec ſilenda laus, quæ literis *Conrado* regnante debetur. Italiam populantibus barbaris, ſtudia non ſolum quę à Gręcis accepta erant, Philoſophiæ, & Medicinæ, ſed etiam quæ ipſi Romani tradiderant, iuris ciuilis ita abiecta fuerant, vt nec memoria ſupereſſet. Porro hiſce temporibus reſurgentes, duos habuere patres in Hiſpania Auerroem, & Auicenam; Sarracenum vtrumq; Non defuit Italia, dedit & ipſa I. Conſultos celeberrimos præter *Irnerium*, *Bulgarum*, *Martinum*, *Hugonem*, *Iacobum*, *Gratianum* Decretalium compilatorem, in Theologia *Petrum Lombardum* ſententiarum Magiſtrum; qui lumina & ſplendiſſimæ faces fuere venientibus.

MONETAM ARGENTEAM *Conradi III.* Vide in *pag.6.*

CAPVT TERTIVM.

MVLIER.

1 *Fœmina rationale animal eſt. 2. eius definitio. 3. an Dei imago. 4. gloria viri eſt. 5. malum maximum. 6. iniuriarum eſt fœminæ nomen. 7. mulier à mollitie. 8. fœmina redargutio. ibid. ex oſſe prodijt, ſed cerea euaſit. 9. Eua nomen vitam ſonat. Viuentium mater, poſtea mortuorum. 10. mulieris cauſa ſtatat ſepulchrum. 11. pergit videre ſepulchrum non Chriſtum. 12. Fœminæ Epheſinæ hiſtoria lepida. 13. Fœminam naſci maledictionis fructus. 14. Maſculum, ° eſſe Iudæi Deo gratias agunt. 15. quot mala mundo inuexerit. 16. omni fera peior. 17. Cur paſtæ pauſillum in ignem projciat. 18. in Pararaſceues tenetur lampadem accendere. 19. Moſcouitis odioſa. 20. fœmina infelix omen. 21. imago Dei in quo conſiſtat.*

1 *Fœmina quid ſit ex Senec.* MVlierem viuere vidimus, eius eſſe non intelligimus. Animal rationale ne dubites, nam qui *animal* definiuit
11 *impudens*, adiunxit *& niſi ſcientia acceſſit ac multa eruditio, ferum, cupiditatum incontinens.* Monſtrum, qui declamauit naturæ; & Summi Opificis negauit imaginem, quia viri gloriam annunciauerit Paulus [a] & fuit Auguſtin. [b] dicens, *ideoq; mulier nòn eſt facta ad imaginem Dei.* Dico tamen qua decet reuerentia erga primum Eccleſiæ Doctorem, eius gloſſam peccare, dum Pauli extorquet verba, licet ſententia non diſſonet. Eſto quod in muliere

a1.Cor.2 111 b de quæſtion ex vtroq; mixtim. 106.

non ſit imago Dei ratione imperij , & re-
iv gni titulo , verba tamen huiuſmodi. *Ideoq;*
mulier non eſt facta ad imaginem Dei, haud
leguntur in Paulo. Sana eſt Auguſtini expo-
ſitio , ſi ad ſenſum prouocor ; vt littera
occidit , ſi verba recito. Peiora illi conſar-
cinant , qui Auguſtino impingunt veluti
brutum mulierem , exuberantes conuicijs ,
quaſi quia viri gloria eſt mulier , hoc eſt in
viri gloriam & fabrefacta ſolatium , non ſit
æquè ac vir imago Dei , quæ oppido Dei-
tatis immago ex mente intellectuali refulget.
v Vel fuit ſermonis exceſſus , cum ſibi ius di-
cens homo tonauit.

Dira quidem vis eſt marinorum fluctuum
Et vehemēs fluuij, feruentis & impetus ignis
Eſt dira paupertas, & alia innumera.
Sed nullum immanius eſt malum muliere.
——————*Quod ſi Deum aliquis*
Mulierem formauit, opificem ſe malorum eſſe
Sciat maximum , & hominibus inimicum.
vi *Euripides apud Stobaeum ſer.71.*

Acerbum inde viro vulnus , & contume-
liæ plenum , fœminam audire teſte Hero-
doto. *Quos adorti ingenti clade affecerunt ,*
fœminaſque nuncuparunt. Idem. *Apud Per-*
ſas grauiſſima contumelia eſt , vt quis fœmi-
na mollior vocitetur . Sic Ariſtophanes in
Nebulis hoc ſchemate , Soſtratem , & Cleo-
nymum mordet , & paulò poſt Amyniam:
ita Socratem & Strephiadem colloquentes.

Soc. *Quomodo vocabis Amynia?*
Stre. *Quomodo? ſic , Veni huc Amynia.*
Soc. *Vides? mulierem Amyniam vocas.*
Stre. *Igitur iuſtè , quinque non militat.*

Quò ſpectat illud Hieremiæ. 51. *Deuo-*
ratum eſt robor eorum , & facti ſunt quaſi
mulieres . Sic apud Homerum *Iliados* 8.
Hector Diomedem inſectatur fugientem.

Nunc autem te inhonorabunt : mulieris locus
factus es. & *lib.22.*
Interficit autem me nudum exiſtentem
Non ſecus ac fœminam , poſtquàm arma
exuerim, & Cicero. 1. *Offic.*
Vos etenim iuuenes animos geritis muliebres.
Turnus apud Virgilium *lib.12.*
Loricamq; manu valida lacerare reuulſam
Semiuiri Phrygis, &c.
Eum ſequitur Valer Flaccus *lib. Argonaut.* 1.
————*Simul armiger ibat*
Semiuir.
Et Liuius *lib.3. Belli Macedon. Errare homi-*
nes , qui atrocem cædem pertinere ad illos ſe-
miuiros crederent. Porrò è diuerſo fœminæ
maſculæ dicuntur , quæ robur & animum
virilem habent . Hinc Sappho maſcula di-
cta eſt. Sic Iuturnam appellat Virg. 12. Æn.
Hoc concuſſa metu mentem Iuturna virago.
Sic Palladem *Ouidius lib.2. & 6. Metamor.*
Statius *lib.4. Syluarum. & lib.2. Thebaid.* Et
Dianam Seneca in *Hippolyto*. Bellonam Au-
ſonius *epig.1. de Auguſto*
————*Bella horrida Martis*
Othryſij, Threſſæq; Viraginis arma retractat.
Ouid. 2. *Faſtor.*
Fertur in exequias animi matrona virilis.
Valer. Max. *lib.4.c.6.* de Porcia Catonis filia.
Muliebri Spiritu virilē patris exitū imitatur.
quum apud Philippos interemptum Brutum
virum ſuum cognoſceret , quia ferrum non
dabatur , ardentes ore carbones haurire non
dubitauit . Chaſſandram Seneca *in Agam-*
nenone.
Dura virago , patiens maliq;
quanquam (vt obiter dicam) viragines prò
viroſis , hoc eſt , virum appetentibus vſur-
pet Iulius Firmicus *lib.6.c.31. & lib.8.c.27.*

Ad mulierem redeo, quę à mollitie corpo-
ris , vel animi deducitur. Ipſa tamen redar-
guit : *dicta fuit mulier quaſi* mollior *eſt ta-* vii
men Eua . Non de carne ſui ſumpta , ſed oſ-
ſe *viri*. Sed mirum vrget Angelicus, quæ ex viii
oſſe prodijt , cerea euaſit . Primæ mulieri
Eua nomen cum inditum ſit , quod vitam
ſonat , vnde per Deum & mater viuentium ix
eſt appellata, licet per diabolum mortuorum
eſſe maluerit. Lapidem ſepulcralem tolli , *Io.11.*
imperanti Chriſto : cum reſponderet Mar-
tha ; *Domine iam fœtat* gloſſat Chryſologus. *Ser.65*
Mulier , & quod fætet , cuius eſt? *Iam fœ-* x
tet . Modò ad te pertinet , quod à te venit :
ad ſepulchrum non ſentires fætorem , ſi in
Paradiſo ſuaſorem noluiſſes audire . Sic di- *Sepulchrum*
cendo , teſtaris mortem , quam intuliſti . *fœtat? cur?*
Sic mortuo Chriſto , veniunt ad monumen-
tum *Maria , & alia Maria* . Quare? *Vide-*
re ſepulchrum & non Chriſtum quærere :
(Idem *Chryſolog.*) tantùm videre ſepul- xi
chrum , reatus ſui titulum , facinoris ſui
triſte documentum , ſuæ cum diabolo præ-
ſumptionis, ſui queſtus ferale commercium;
vt inde recuperaret fidem, vndè perpetuum
ſuæ præuaricationis ſuſtinebat opprobrium.
Sed vtinam Mortis conditorium ſuggeſtum

eſſet pœnitentiæ, & templum pudicitiæ.
Ipſo in patibulo quid de fœmina ſentias;
xii historia doceat. Matrona quædam (referente
Epheſina fœmina hiſtor. *Petronio*) Epheſi tam notæ erat pudicitiæ, vt
vicinarum quoque gentium fœminas ad ſui
euocaret ſpectaculum. Hæc ergo cum virum
extuliſſet, non contenta vulgari more
funus proſequi, crinibus ſparſis, nudato
pectore, in conditorium etiam eſt proſecuta
defunctum, poſitumque in ſarcophago,
Græco more, cuſtodire, ac flere totis
noctibus, diebuſque cœpit. Sic affligentem
ſe, & mortem inedia perſequentem, non
parentes potuerunt abducere, non propinqui,
non Magiſtratus. Comploratamq;
ſingularis exempli fœmina ab omnibus,
quintum iam diem ſine alimento trahebat:
aſſidebat ægrè fidiſſima ancilla, ſimulque
& lachrymas commendabat lugenti, &
quoties defecerat poſitum in monumento
lumen, renouabat. Tum interim Imperator
prouinciæ latrones crucibus iuſſit affigi
iuxta illam caſulam, in qua recens cadauer
matrona deflebat. Proxima nocte cum
miles, qui cruces ſeruabat, ne quis ad ſepulturam
corpus detraheret, notaſſet ſibi &
lumen inter monumenta clarius fulgens, &
gemitum lugentis audiſſet, vitio gentis humanæ
ſcire concupijt quis, aut quid faceret.
Deſcendit itaque in conditorium, viſaque
pulcherrima fœmina, primo quaſi
quodam monſtro, infirmiſque imaginibus
turbatus ſubſtitit. Deindè vbi corpus iacentis
aſpexit, & lacrymas conſiderauit, ratus
quod erat, deſiderium ſcilicet extincti fœminam
pati non poſſe, attulit in monumentum
cænulam ſuam, cœpitque hortari lugentem,
ne perſeueraret in dolore ſuperuacuo.
At illa ignoti conſolatione percuſſa,
crines lacerabat, raptoſque crines ſuper
pectus iacentis impoſuit. Non receſſit
tamen miles, ſed eadem exhortatione tentauit
dare mulierculæ cibum, donec ancilla
vini odore corrupta, primùm ipſa porrexit
ad humanitatem inuitantis victa manùm.
Hæc, cibo & potione refecta, expugnare
Dominæ pertinaciam cœpit: & quid
proderit, inquit, tibi hoc, ſi ſoluta inedia
fueris, ſi te viuam ſepelieris? Vis tu reuiuiſcere,
reluctantibus Fatis, extinctum?
Ipſum te iacentis corpus admonere debet,
vt viuas. Nemo inuitus audit, cum viuere
cogitur; aut cibum ſumere. Itaque
mulier aliquot dierum abſtinentia ſicca,
paſſa eſt frangi pertinaciam ſuam. Nec
minus auidè repleuit ſe cibo, quàm ancilla,
quæ prior victa eſt. Cæterùm ſcitis, quid
plerumque tentare ſoleat humanam ſatietatem.
Quibus blanditijs impetrauerat miles,
vt Matrona viuere vellet, eiſdem etiam pudicitiam
eius aggreſſus eſt. Nec deformis,
aut infacundus iuuenis caſtæ videbatur, ancilla
gratiam conciliante, ac ſubindè dicente:

——— *Placitone etiam pugnabis amori?*
Nec venit in mentem, quorum conſederis aruis?

Quid diutius moror? Ne hanc quidem partem
corporis mulier abſtinuit, victorque
miles vtrumque perſuaſit. Iacuerunt ergo
vnà, non tantùm illa nocte, qua nuptias
fecerunt, ſed poſtera etiam, ac tertia die,
præcluſis conditorij foribus, vt quiſque ex
notis, ignotiſque ad monumentum veniens,
putaſſet expiraſſe ſuper corpus viri pudiciſſimam
vxorem. Interim dum miles forma
delectaretur mulieris, vnius cruciati parentes,
vt viderunt laxatam cuſtodiam, detraxerunt
nocte pendentem. Miles verò
dum poſtero die vidit vnam ſine cadauere
crucem, veritus ſupplicium, mulieri quid
accidiſſet, exponit. Nec ſe expectaturum
ſententiam iudicis, ſed gladio ius dicturus
ignauiæ ſuæ, commendans modò perituro
locum prouideret, & fatale conditorium
familiari, ac viro faceret. Mulier non minus
miſericors, quàm pudica: nec iſtud, inquit,
Dij ſinant, vt eodem tempore duorum
mihi chariſſimorum hominum funera ſpectem.
Malo mortuum impendere, quàm
viuum occidere. Iubet itaque ex arca tolli
corpus mariti, ac cruci affigi vacanti. Vſus
eſt miles ingenio prudentiſſimæ fœminæ.
Poſteroque die populus miratus eſt, qua ratione
mortuus iſſet in crucem. Lauda nunc xiii
mulicbrem ſexum, ſi audes. *Væ illis,*
quorum liberi fœminæ ſunt, clamant Rabbini.
Fructus benedictionis eſt maſculus, vt xiv
fœmina maledictionis. Dietim apud Hæbreos
Deum cur laudat, quòd mulier non *Nouar. lib. 2.*
prodierit. *Laudatus ſis tu, Domine Deus* *ſchediaſm. 20.*
noſter Rex Mundi, qui me fœminam non feciſti.
Quot mala mundo inuexerit fœmina, vix xv
explicant viri Sanctiſſimi. Quid quis dicat,

ſerm. de exclamat Chryſoſtomus , aut quomodò
decoll. quis enarret mulierem illam crude-
Ioan. lem , & malitioſam ; ego quidem
Bapt. exiſtimo , nullam eſſe in hoc mundo
xvi beſtiam comparabilem mulieri malæ . Quid
inter quadrupedia animalia Leone ſæuius ?
ſed nihil hac ferocius , quid in ſerpentibus
Dracone acrius ? nec hic quidem cum mu-
liere mala conferri poteſt . Nam Leo &
Draco in malo inferiores ſunt . Danielem
Leones in lacu veriti ſunt : iuſtum verò il-
lum Naboth Iezabel interfecit . Cetus Io-
nam in ventre cuſtodit : Dalila Sampſonem
circumuentum illecebris , raſo etiam capite
deformatum alienigenis tradidit . Ioannem
Baptiſtam in deſerto viuentem dracones ,
& aſpides ſubdita feritate tremuerunt : He-
rodias verò eidem caput abſcidit , & tanti
viri mortem in pretium ſaltationis accepit .
O malum ſummum bonum , & acutiſſi-
mum Diaboli telum mulier ! Per mulie-
rem Adam ab initio in Paradiſo cecidit ,
mulier ipſum exterminauit . Per mulierem
mitiſſimus ille Dauid ſuum militem inno-
centem Vriam , epiſtolæ dolo occidendum
hoſtibus præſentauit . Mulier ſapientiſſi-
mum Salomonem in præuaricationis ſacri-
legium præcipitauit . Mulier fortiſſimum
Sampſonem raſit : raſumque excæcauit :
Mulier caſtiſſimum Ioſeph vinculis alliga-
tum in carcerem truſit . Mulier Ioannem
totius mundi Caput capite truncauit . Quid
dicam de hominibus ? cùm mulier angelos
de cœlo depoſuerit , mulier malitia omnes
proſtrauit , omnes iugulat , omnes interficit ,
omnes elidit mulier impudens , nemini
parcit , non Leuitam honorat , non Sa-
cerdotem reueretur , non Prophetæ defert .
O malum omni malo peius , mulier mala :
Siue illa pauper ſit , ſiue diues , ſiue fa-
cultates habeat cooperatrices ſunt malitiæ
ſuæ . O malum intolerabile , vipera irre-
mediabilis , venenum inſanabile , mulier
mala : Si iniuriam patitur , inſanit ; ſi ho-
norem accipit , extollitur , ſi potentis vxor
ſit , non ceſſat nocte ac die callidis ſtimu-
lare ſermonibus , blanditur nequiter , &
quod vult importuna rapit violenter : Si
pauperem habeat virum , ipſum ad iracun-
dias & rixas incitare non deſinit , ſi vidua
ſit , omnes paſſim deſpicit , & ad omnem
audaciam ſuperbiæ inflatur : Timor Dei
non refrenat linguam ſuam ; nec irata fu-
turum iudicium proſpicit ; nec ad Deum
attendit . Mulieres ni de malis mulieribus ,
Sancti ſtreperet ſermo , tota herclè caderet
exiſtimatio , & fama periret muliebris . Ve-
rumtamen cum malas in fœminas tonet
Chryſoſtomus , & vobis ſpacioſa reſtat are-
na , in quam hominum producatis facino-
ra . Hæc tamen ſi genus non vituperant ,
quia ſingularia ; nec homo ſpeciem veſtram
poteſt probris illudere , quia vos plurimæ
doloſæ , crudeles , veneficæ , tumidæ , impu-
dicæ ambuletis in peius . Hiſce & ſimilibus
genus veſtrum exultat immune . Quid ta-
men dicendum Hæbreis , apud quos ino-
læuit , vt mulier è paſtæ maſſa aliquid pau-
xillum decerpat , & in ignem conijciat ,
eò quod mulier carnem primam infecerit , xvii
hoc eſt , Adamum . Quod ſi caſu negle-
xerit , & ipſam abortire contingat , abor-
tus cauſam in pœnam omiſſionis reijciunt .
Lampadem (dicunt Hebræi) in die Para- xviii
ſceues tenetur fœmina accendere , qua ob-
uiam ire Sabbatho putant : quia ipſa mulier
Mundi lucem extinxit . Quod ſi aliquando
hoc prætermittat , in hanc quoque negli-
gentiam abortum eius reijciunt . Nec Iudai-
cum credas commentum ; nulla enim in
orbe natio , cui fœmina haud malè oleat .
Adeò odioſa Moſcouitis eſt mulier , vt quic- xix
quid fœminæ manibus ſuffocatur , veluti im- *Commẽt. Moſcou.*
purum abhorreant . Viris abſentibus , ſi
fœminæ velint iugulare gallinas , ſtant pro fo-
ribus , gallinam tenentes , aut aliud animal
& cultrum , prætereunteſque viros , vt ipſi
interficiant , rogant ; teſte *Sigiſmundo* .
Omina inter infauſta fœminam ponunt : &
ſi fœminæ , quæ capite diſcooperto incedit , xx
obuiaueris , infelicem credas occurſum , *De nugis*
ait *Io: Saresberienſis* niſi , vt apud Plinium le- *Curial.*
gitur , publica ſit , aut plurium libidini pa- *l. 1 c. 13*
teat proſtituta . Nec expedit illi occurrere ,
quæ amoto velo caput ſuum deturpare non
erubeſcit . Ad Regem Perſarum expugnan-
dum delecto Romano Conſuli , occur-
rens lacerata capillis , lacrymiſq; conſperſa ,
filia , à patre interrogata , *cur fleret ?* re-
ſpondit *Perſam periiſſe* (ſic enim catulus , qui
fortè perierat , dicebatur .) Profectus in ex-
peditionem pater , voto fruſtratur , atque
victoria ; quod Rex Perſarum perierat ,
quando filia conſulis catulum flebat amiſ-
ſum .

xxi ſum. Hinc velut infauſtam regno, ominoſam caſtris, luctuoſam Senatui, ab omnibus officijs publicis, & ciuilibus fœminam ablegarunt tanquam in terra naufragium, fontem ſceleris, lethalem occurſum, oculorum lapſum, animarum exitium, cordis lanceam, ſceptrum inferorum, præceps deſiderium, iuuenum perniciem. *Quid mulier* (quærit Anaſtaſius Nicænus) *Sanctorum calumnia, quies ſerpentis, Diaboli ſolatium, ægritudo inconſolabilis, fornax ſuccenſa, eorum qui ſeruantur ſcandalum, vitium immedicabile, diurna nugæ, prodigorum hoſpitium, officina dæmonum. Quid eſt mulier? os effrænatum, triumphus myſteriorum, dux tenebrarum, magiſtra delictorum, veſtita vipera, domus tempeſtas, viri naufragium, immitis fera, &c.* Vide Chryſoſtomum *malum licet ſit neceſſarium*. (hom. in decollat. Io: Bapt.) Si ſine vxore poſſemus, Quirites, eſſe, omnes ea moleſtia careremus, aiebat Metellus Numidicus orat. quam Cenſor dixit ad populum *de ducendis vxoribus*. Verùm quia natura ſibi propagatione conſuluit, breui voluptate maſculum & fœminam cooptauit. Vnde Ariſtophanes in Lyſiſtrata:

Iſtud haud malè, imò rectè proditum eſt prouerbium:
Nec ſimul cũ peſtibus, nec rursũ abſq; peſtibus.

Quomodo declines, nec natura docuit, nec homo ſuſtinuit. Malorum vt deperires congeriem, pulchritudine dealbauit. Hoc in ſepulchro præceps homo collabitur, quum declinare feſtinat. Victus plangit, etſi mulierem à longè ſuſpiciat. Vera ſi narro, vndè dicitur fœmina, ſubdita viro? Quia Sapientia tonat Æterna, *Mulier eſto ſubdita viro*. Ipſa tamen increata iuſtitia ſi hominem corripere, vel tentare gaudeat, in eum ſollicitat dæmonem; aut fęminam armat. Aduersùs hanc clypeus ipſe defecit patientiæ, Iob patientiſſimum dico, cum nudus à tentatore in ſterquilinium proiectus, vlceribuſque confoſſus, vnam tulit mulierem, quæ Deum maledicere cogeret in ſolatium. Hinc plurimi fœminam domi ſtantem dixere Furiam: in templo Angelum: in thoro ſimiam: in campeſtribus mulam effrænem: capram in horto. Alij fęminas vocitarunt Hirundinum turbam; gementium turturum murmur; paſſeres libidinoſos; molliores plumis; Fera licet ſint bruta, Leo tamen gallum timet; cornu bos capitur; in chamo, & freno equus cõſtringitur: ſola reſes mulier sẽper calcitrat, vincula frãgit, frena mordet, legẽ ſpernit, ruborem proijcit, inter pęnas etiam peruicax infamiam laudat.

CAPVT QVARTTM.

MVLIER REGNANS.

1 *Viro ſe ſubiectam fæmina ægrè patitur. 2. prius peccat poſtea à Diabolo tentatur. 3. cur à Diabolo tentata de ambitione. 4. illi offertur non Deitas, ſed æqualitas cum homine: cur prius virum non conſuleret, & poſtea comederet. 6. conſcia ſceleris cur Adamum ſollicitauerit ad peccatum. 8. adhuc regni cupida. 9. etiam moriens regnum affectat. 12. vt regnet nec filio, nec patri, nec marito parcit. 14. in malam fæminam nullum remedium. 23. fæminarum Senatus. 24. prohibita Senatum ingredi. 27. in perpetua tutela; nec nuptias contrahit ſine conſenſu agnati. 28. excluſa ab omnibus officijs. 33. dolus. 34. ſemper falſa. 35. periura. 36. nequit eſſe teſtis. 38. fæminæ, quæ regnarunt. 39. vt imperet, neceſſe eſt eleuari à Deo. 40. licet propheta nequit exercitum ducere. 41. in pœnam datur fæminam Iudæos regere. 42. & 52. dum regnat, infauſta prænunciat. 44. fæmina regnans ſignum eſt iudicij extremi. 47. fæmina in caſtris, impudica præſumitur. 48. quando dicta Eua, cum prius diceretur Adam. 49. indecorum inter Cæſarum faſtos fæminam recenſere. 50. regnans monſtrum eſt. 51. fæminæ regnantis ſimulacrum gallina criſtata. 52. Perſis fæmina regnans omen infauſtum.*

7 *Adam punitur, quia vocem mulieris audiuit.*

10 *Agrippinæ reſponſum, dum ei filij prædicitur matricidium. 21. ambitio, libido. 32. inceſto parata.*

11 *Annæ Bolenæ ſuperbia, & regni ambitio.*

12 *Lycurgi fides, & continentia.*

13 *Semiramis virum occidit, vt ſola regnet.*

15 *Tullia immane parricidium, vt regnet.*

16 *Io-*

16 *Ioanna Regina ambitio, & libido.*
17 *Athalia tyrannis.*
18 *Cleopatra vitia, tyrannis.*
19 *Euridices ſæuitia.*
20 *Neronis an matricidium iuſtum*
•22 *Imperare marium eſt, non fœminarum.*
23 *Fœminarum Senatus ab Heliogabalo inſtitutus.*
23 *Meſa Varia ſedet in Senatu.*
26 *Regia poteſtas eſt prior patria.*
29 *Hortenſia clamant in foro, & Afrania Calphurnia.*
31 *Phrynes ob pulchritudinem iudicio abſoluta.*
37 *Debora Iſraelem iudicat; quomodo?*
38 *Zarina thronum tenet.*
38 *Inter Lybies vir non imperat fœminis.*
38 *Iuſtitia Fœmineo exprimitur corpore.*
40 *Debora Propheta, non dux exercituum.*
41 *Agrippina clam in Senatu admiſſa.*
45 *Infirmior firmiori ſeruit.*
49 *Zenobia vſurpat imperium.*

I M*Vlier eſto ſubdita viro*, legem hanc
cum ægrè fœmina ferret; cogitanti
quoquomodò paria viri vſurpet ſubſellia,
occurrit ſerpens; & mulierem adiudicauit
II peccantem; vt ex particula & coniunctiua
adnotaui in *Tomo* 1. *Monarchiæ noſtræ*.
Accurrit quaſi vocatus, & Euæ tumida co-
gitatione prouocatus. Non deerat tenta-
tionis materia, Paradiſus *voluptatis*, latus
erat cogitandi campus. Paritatem & impe-
III rium offert tentator, videns odioſam ſubie-
ctionem mulieri. *Eritis ſicut Dij*: quibus
verſutus hoſtis non deitatem, ſed per *ſicut*
IV ad imaginem & ſimilitudinem allicit Diui-
natis. Vtquam imperij ſimilitudinem viri
propriam Deus fecerat, commune mulieri
Satan promitteret, videns Euam ea cupidi-
tate flagrare. *Eritis ſicut Dij*. Erimus, re-
plicat protinus fida diſcipula; non ergo ſub-
V dita viro; viro ipſa dominabor. Come-
dam, & ſola decerpiendo, decipiam,
virum ne conſulam, vt mihi conſulem.
Sic inſcio viro, frondoſis occulta ſemitis
cucurrit ad arborem *Boni*, & *Mali*, ra-
mos arripit, fructum deuorat; & cum
Maieſtate & imperio ſeipſam in virum ar-
mare ſolicitat, innocentia exuta, Viro non
tam ſuo, quàm viro ſerpentis ſe ſubiectam
VI agnoſcit. Poterat tunc fęmina inſana, vel
pœnitentia ſanare vulnera, vel ad maritum
confugere, vt curaret ſauciam, vel ſolare-
tur ægrotam. Noluit inuida mulier, tunc
temporis ceciderat garrula, dolebant pla-
gæ, fluebant lacrymæ, cum hilari fronte
veluti ignara conſilij Adamum conuenit,
prona laudat, ad labem ſollicitat. Oh perfi-
da fęmina; cur conſcia ſceleris, virum non
auertis à planta? Sed incautum traducis in
foueam? ſciebas maſculum fœmineo non
teneri piaculo: & ne ille innocens trium-
pharet, dum ſola perires; hoc vnum ce-
laſti ſecretum, vſque dum virum ærumna-
rum faceres ſocium.

Sed quæſo exaudias Increata Sapientia.
Cur me innocuum & ſola mulieris damnas
fraude deceptum? *Quia audiſti* (ait Domi- VII
nus) *vocem vxoris tuæ*: Geneſ. 3. *Maledi-
cta terra in opere tuo*. Hæreo illis verbis, *quia
audiſti vocem vxoris tuæ*. Quod hominem
fedifragum, & Altiſſimi ſpernentem man-
data ſeuerè puniat, non mirum. Sibi impu-
tet homo, qui ſua ex culpa damnum ſentit,
& contra pacta iura vetitum comederit fru-
ctum. Ob hominem ita ſeuerè punire,
quia *audiuit vocem vxoris*, miror æquidem
miror. Si Adam & Eua connubiali erant
adſtricti ligamine, nec datum homini vin-
culum illud veluti diuinum diſſoluere: Si in
ſolatium hominis mulier creatur? homo in
quo deliquit, charæ vxoris vocem audiens,
vt propterea ab Orbis principat, in terra
maledicta incola peregrinaretur, vt varios
poſt caſus, & tot diſcrimina rerum, mor-
tis tandem tributum ſolueret? Quia Adam
totius Orbis Imperator, & ſuæ vxoris caput
& Dominus, fœminæ non redarguit cupe-
diam; ſed eius irretitus blanditijs, omiſit
piger iura regnantis, & ſubditi ac peioris vo-
cibus obediuit. *Debet enim* (ait Philo He-
bræus) *ſemper praeeſſe melior, ſubeſſe dete-
rior*. Iubet Adamo mulier; hic paret, qui
imperare tenetur. Peruertitur ordo, & ho-
mo miſerè à principatus aberrat officio.
Vndè merito principatum amiſit, & mor-
talitatis ſubiacet iniurijs, qui in culmine ſe-
dens principatus, tantò à munere declina-
uit. Edocta igitur mulier humilis auſculta-
bit vocem mariti, quæ nè ſola regnaret in VIII
Paradiſo vitæ, iuſſa eſt ſeruire etiam in
proſcenio mortis? Abſit, vt impleat natu-

ræ

IX ræ præceptum: imò fallere laborat mulier
ſollicita. Dum imperet, non eam cruciat
mortis ſententia. Dum regnet ſcandit læta
patibulum, vt ſaltem in cruce affectatos
exigat Maieſtatis honores. Parricidæ Ne-
X ronis gladio Agrippina confoditur, quæ ſi-
bi talem multos ante annos crediderat fi-
nem, ſed contempſerat. Nam conſulenti
ſuper Nerone, reſponderunt Chaldæi, *fore*
Tacitus An. 14. c. 10. *vt imperaret*, matremque occideret: atque
illa, *Occidat* (inquit) *Dum imperet*. *Anna*
XI *Bolena* Henrici VIII. Anglorum Regis adul-
tera, cum traheretur ad mortem, inſpectum
populum, quia more ſolito regios illi non
deferebat honores, ſed veluti popularem
ſpectabat fæminam, increpauit irata: *Oh*
ignobile vulgus, morior; & te inuito Re-
gina. Mortis violentiam, ſpectaculi op-
probrium vno penſabat ſolatio, *fuiße Re-*
XII *ginam*. Cauete filij, fœminea cupiditas,
nec vobis parcit, vt imperet. Cum Poly-
dectes Lycurgi frater natu grandior, Spar-
tanorum Rex deceſſiſſet, relicta vxore præ-
gnante, regnabat *Lycurgus* vſque dum cer-
tior factus de poſthumo futuro, regnum
Licurgi fides ſolertia. puero declarauit debitum. At mulier clan-
culum accerſito *Lycurgo*, de perdendo pue-
Plutarc. in Licurgo. ro verba fecit, ſi Rex factus nuptias eius non
abnueret. *Lycurgus* deteſtatus conſilium,
cautè prouidit, vt ſeruaretur nepos, & re-
gnaret. Cauete viri maritale ſolatium, co-
niugalis thorus fœmineam non explet libi-
XIII dinem, nec cupedinem. *Semiramis* ob
Semyramis tyrãnides. pulchritudinem à *Nino* Aſſyriorum adama-
ta Rege. Cum eius vitæ integritas vulgata
admodùm foret, viro peſuaſiſſe traditur,
vt quinque dies ſe ſolam regnare pateretur.
Quo impetrato, ſceptro regni, ſtolaq; regia
ſumptis, prima die ſplendidum feciſſe con-
uiuium, inque omnes duces, principeſq;
Siculus lib. 2 adegiſſe vt ſibi veluti reginæ parerent. Se-
cunda die, cum populares, primarijque
ſe tanquam Reginam colerent, virum in
carcerem truſum necari mandauit. Ita *Ni-*
nus vxoris inſidijs, quam ad thronum ere-
xerat, perijt, eiuſque ſanguine tyranna
ſubſcripſit, *Regina Semiramis*. Vel ſi Iuſti-
no fides, ſpecie viri Semiramis habenas vſur-
pauit Imperij. *Nec ipſa auſa imperium pa-*
làm tractare, tot ac tantis gentibus vix pa-
tienter vni viro, nedum fæminæ parituris:
quæ Sardanapalum deiecerant, ſolummodò
quia ſpeciem fœminæ præſeferet. Aduersùs
hanc beſtiam Dij, qui contra reptilia om-
nia præbuere remedia, in malam non inue- XIV
nere mulierem. En Tullia Romanorum
Regis Seruij Tullij filia, Romani cupida
imperij, parricidia glomerare non horruit, XV
& vſurpare mallens, quam regnum expecta-
re paternum, poſt veneno ſublatam ſoro-
rem, quæ Superbo nupſerat Tarquinio;
vnà & Tarquinij fratrem maritum ſuum,
ſolumodò quia *in viro nihil materia ad cupi-*
ditatē, neq; ad audaciam eſſe viderat teſte *Li-*
uio, aduersùs genitorem (horreſcite, inſti-
gare adulterum, ne gratuita parricidia eſ-
ſent. His muliebribus inſtinctus furijs Tar-
quinius, partim terrore, & munere ſupe-
ratis comitijs, regnum rapuit, regem per-
cuſſit. Exultauit Tullia terno conſperſa
parricidio, vt prima Tarquinium *Regem*
ſalutaret, quum ſupra cruentũ patrem vecta
carpento, conſternatos impulit equos; par-
temque ſanguinis ac cædis paternæ cruento
vehiculo contaminata ipſa, reſperſaque tulit
ad penates ſuos, virique ſui: quibus iratis,
malo regni principio ſimiles propediem exi- XVI
tus ſequerentur. Nec diſſimilis *Ioanna* Re-
gina, quales non excitauit Neapoli turbas,
& tragedias? *Lupa* ab impudicitia dicta,
tres Reges eoſdemque maritos crudeliſſimis *Reginæ Ioannæ impudicitia.*
ſuſtulit parricidijs. Quod ſi vetuſtiora
monumenta reuoluas, Athaliæ Iudæorum
Reginæ tyrannidem habes, cuius gladio XVII
poſteritas Salomonis interijt. *Iuſtinus* Ieza-
bellis, quæ ſanguinem hauſit innocentis, vt
merum ex vinea hauriret aliena. Cleopatræ,
ex his, quæ in Ægypto vetuſtiore memoria,
Reginæ nomen tulerunt, matrem thoro XVIII
expulit, filias viduas fecit; fratrem, cui regni
debebatur ſucceſſio, veneno ſuſtulit. Soro-
rem Arſinoem Epheſi in templo ſupplicem
per Antonium interfecit. Fratrum filios,
vnum in exilium egit; àlterum interficere
conata, tandem ipſi M. Antonio occaſio
mortis & infamiæ, ſcelerum ſuorum pœ-
nas exſoluit.

Euridicem ne pertranſeas vxorem A-
myntæ Regis Macedonum, cuius inſidijs XIX
is cecidiſſet, ni filia pellicatum matris, &
ſceleris conſilia prodidiſſet: virum namque
occidendum, regnumque adultero traden-
dum ſuſceperat. Mortuo Amynta, nouis
Eurydices matris Alexander appetitus inſi-

dijs

dijs occumbit, cui Amyntas in ſcelere de-
prehenſæ, propter communes liberos, igna-
rus eiſdem quandoque exitioſam fore, pe-
percerat. Frater quoque eius Perdicca pari
inſidiarum fraude decipitur. Indignum
prorsùs cupidinis cauſa liberos à matre vita
priuatos, quam ſcelerum ſuorum ſupplicijs
liberorum contemplatio vindicauerat. Per-
dicæ hæc indignior cædes videbatur, quod
ei apud matrem miſericordiam, nec paruu-
lib. 7. lus quidem filius conciliauerat. *Iuſtinus*.
xx Exinde non defuere qui Neronis iuſtum
dicerent parricidium, poſtquam, teſte *Ta-*
An. 13. c. 18. *cito*: vidit matrem *crebra cum amicis ſecreta*
habere; ſuper ingenitam auaritiam vndique
pecunias quaſi in ſubſidium corripiens, tribu-
nos & centuriones comiter excipere: nomina
& virtutes nobilium, qui etiam tum ſupe-
rerant, in honore habere; quaſi quæreret du-
cem & partes, vndè eò deſcenſum crede-
xxi rent Seneca & Burrhus, *vt niſi præueniretur*
Tacit. *Agrippina, pereundum Neroni eſſet*. Hiſce
An. 14. c. 7. apud Patres excuſauit parricidium Nero,
quod conſortium imperij, iuraturaſq; in fœmi-
næ verba prætorias cohortes, idemque dede-
cus Senatus & populi ſperauiſſet: ac poſtea-
quàm fruſtrà optata ſint, infenſa militibus
patribuſque & plebi diſſuaſiſſet donatiuum
& congiarium, periculaque viris illuſtribus
inſtruxiſſet. Quanto ſuo labore perpetratum,
ne irrumperet curiam, ne gentibus externis re-
ſponſa daret. Hiſce ſperabat aduersùs ma-
ternos cineres concitare Senatum cui ſupra
modum fęminarum diſplicebat imperium.
xxii *Non enim fœminarum* (inquit Priſcus in ex-
cerptis legationum) *ſed Marium eſt Roma-*
ni Imperij principatus. Propterea poſt mor-
xxiii tem Heliogabali qui matronarum Senacu-
lum inſtituerat; & primus præter mores &
inſtituta maiorum, vt in ordine ſenatorio
lib. 4. c. 11. mater (teſte *Alex. ab Alex.*) admitteretur à
Senatu peruicit. Sicut de Meſa Varia eiuſ-
dem Heliogabali auia proditum eſt; cui tri-
butum ferunt, vt fœmina in Senatu ſede-
ret, patres conſuleret, ſententiam diceret,
cæteraque Senatoris munia obiret: *cautum*
ante omnia, ne vnquam mulier Senatum
ingrederetur, vtque inferis eius caput dica-
xxiv *retur, deuouereturq; per quem id eſſet factum,*
teſte *Lampridio*. Priſci Romani, à quibus
xxv politiam ſunt mutuati ſequentes, ſoli viro
dedere filios in poteſtate: forſam quia cum
patria poteſtas Regiæ poteſtatis imago ſit
(hæc enim tempore & vſu prior; cum xxvi
Adam Rex prius fuerit, & poſtea pater: ac
mulieri vir primùm fuerit dominatus, quàm
filijs) fęminæ vel regiæ poteſtatis vmbram
vſurpare non poſſent. Hinc filios Ro-
ma ſoli ſubdidit patri, natura licet vtrum-
que voluerit honorari parentem. Imò pro- *l. 1. ff. de obſeq. parenti-*
pter ſexus infirmitatem, & iudicij inopiam, *bus &*
non ſolùm ſub poteſtate maritorum, ſed *pat. præſtan.*
etiam in perpetua fœminas voluere tutela.
Auctor eſt *Vlpianus*. Nec diſcrepant iura *in fragm. tit. 11.*
municipalia etiam hodierna; nam pluribi
ſine Magiſtratus, vel agnatorum aſſenſu, xxvii
nec contrahunt, vel nuptias ineunt. Ne *Tiraq. de leg. Connub.*
autem Rempublicam per inſidias inuade-
rent, cautum vt ab omnibus officijs publi- *1. n. 71.*
cis & ciuilibus fœminæ ſint excluſæ. *L. Fæ-* xxviii
mina, de R. I. Fuere tamen, quas conditio
naturæ, & verecundiæ ſtola vt in foro &
iudicijs tacerent, cohibere non potuit: vt xxix
Amæſia Sentia (ait *Valer. Max.*) Horten- *lib. 8. c. 3.*
ſia Q. Hortenſij filia, cum ordo matronarum
graui tributo à Triumuiris oneratus eſſet,
nec quiſquam virorum eis auderet patroci-
nari, cauſam ipſa fęminarum apud Trium-
viros & conſtanter, & feliciter egit. *Afra-*
nia vxor Licinij Buccionis Senatoris vxor
prompta ad lites contrahendas, pro ſe ſemper
apud Prætorem verba fecit: non quod aduo-
catis deficiebatur, ſed quod impudentia abun-
dabat. Itaq; inuſitatis foro latratibus aſſi-
duè Tribunalia exercendo, muliebris calum-
niæ notiſſimum euaſit exemplum: adeò vt pro
crimine improbis fœminarum moribus Afra-
niæ nomen obijciatur. Prorogauit autem ſpiri-
tum ſuum ad C. Cæſarem iterum atque P. Ser-
uilium Coſſ. Tale enim monſtrum magis quo
tempore extinctum, quàm quo ſit ortum me-
moriæ tradendum eſt. ib. Non diſſimilis Se-
uerina Patauina: (perijt hæc gladio confoſſa)
& Calphurnia Romana, quæ in foro quoti-
diè clamitans ſuæ defenſionis prætextu, po- xxx
ſtea & alienæ, cauſam dedit ædilitio ædi-
cto, ne fœminæ in iudicio ſtarent.
Hoc autem & mulierem intra muros re-
uocante natura; & Republica iudiciorum
indemnitati fauente. Cum plurimum non
fęminarum facundia, ſed pulchritudine,
vel alijs muliebribus inſidijs iudices irretiti, xxxi
fœmineas ierint in partes. Phryne amica
Hyperidis, cum Athenis de impietate cau-

ſam

ſam diceret, & Hyperidi proxima damnationi videretur: ea in medium producta, diſciſſa veſte muliebri, nuda iudicibus pectora oſtendit. Admirati iudices eximiam eius pulchritudinem, quam Plato naturæ priuilegium appellat. Socrates tyrannidem, dimittendam eſſe cenſuerunt. *Plutar. in Hyperide*.

xxxii Sic Agrippina deſperatis cæteris dominationis ſubſidijs, Neronem tentat pulchritudinis vincire violentia. *Tacitus An. 14. c. 2.* *Tradit Cluuius ardore retinendæ Agrippinam potentiæ eò vſque prouectam, vt medio diei, cum id temporis Nero per vinum & epulas incaleſceret, offerret ſe ſæpiùs temulento comptam, & inceſto paratam. Iamque laſciua oſcula, & prænuncias flagitij blanditias, annotantibus proximis, Senecam contra muliebres illecebras ſubſidium à fœmina petiuiſſe: immiſſamque Acten libertam, quæ ſimul ſuo periculo, & infamia Neronis anxia, deferret, peruulgatum eſſe inceſtum gloriante matre, nec toleraturos milites profani Principis imperium. Tecum ipſa nunc euolue fœmineos dolos*

xxxiii licet exclamare cum Seneca. *in Agamemn.*

Sic enim dici ſolet, mulieribus artes
Curæ eſſe, viros autem iaculandi peritiores.
Nam ſi dolis victoriam nancisci liceret,
Nos ſane viris imperaremus.

Euripides *in Danae* apud Stobæum. *ſer. 21.*

Sydera non tot habet Cœlũ, nec flumina piſces
Quot ſcelerata gerit fœmina mente dolos. Tibullus.
At crudele genus, nec fidum fœmina nomen.

xxxiv Fracta Agrippinæ potẽtia, delapſum Neronem in amorem libertæ; mater verſis artibus, per blandimenta aggredi ſuum potius cubiculum ac ſinum offerre contegendis quæ prima ætas, & ſumma fortuna expeterent. *An. 13. c. 13.* *Hæc mutatio* (notat Tacitus) neque Neronem fefellit, & proximi amicorum metuebant, orabantq; *cauere inſidias mulieris ſemper atrocis, & falſæ*. Nec iuranti credas, monet Græcorum Senarius,

xxxv *Mulieris iuſiurandum in vino ſcribo*. Res enim prorſus futiles & inanes in vino & aquas irridebant ſcribendas.

Hominum improborum inſcribe iuramentum
aquæ.

Hinc Iuſtinianus Imperator compertum habens toties peierare mulieres, quoties ab ipſis exigitur iuramentum, iura omnia abrogauit, quæ à mulieribus iuſiurandum exquirerent. *auth. vt ſine prohib. mat. S. quia verò.* Vnà inde Caſarei & Pontificij muliebre irridẽt teſtimoniũ, *l. qui teſtã. S. mulier ff. de teſtam. & S. teſtes Inſt. t. 2. eod.* vbi viros vocare fas eſt.

xxxvi Nec iuuat mulierem vel in matrimonio, vel in criminalibus admitti, imò aliquando cogi (vt de Virgine Veſtali Seneca tradit;) nam cum in ſupplementum, & ad indagandam veritatem, mulierem interrogamus, non melioris conditionis eſt mulier, quàm brutum, vel & marmora & inſenſibilia cæmenta, quæ ſæpiùs conſpiciũtur à iudice, vt per veſtigia in eis relicta, delinquentis ſemitas inſequamur.

Hic mihi aliquis Deboram obijciat, quæ

xxxvii *Iudicabat populum, & ſedebat ſub palma, quæ nomine illius vocabatur, inter Rama & Bethel, in monte Ephraim, aſcendebantq; ad eam filij Iſrael in omne iudicium.*

xxxviii Sic profanis in faſtis Zarinam Sacarum Reginam, cuius cineres plangentes ſubditi donarunt pyramide. *Fœminæ quæ imperarũt.* *Diodor.* *l. 2. c. 9.* Inter Buaos Lybies, virum viris, mulieribus imperare mulierem *Stobæus*. *Ser. 42.* Grateſipolim inter Sicyonios. *Diod.* *lib. 19.* Alexandram inter Iudæos, *Ioſeph* *lib. 13.* Zenobiam Palmirenſium Reginã *Alex. ab Alex. li. 1. c. 2.* *c. vlt.* Eudociam inter Græcos, & Irenem Athenienſem *Cuſpin.* Amalaſuntam, & Theodelindam inter Longobardos *Ritius.* *l. 1. Reg. Hiſp.* Veudam inter Polonos. *Cromer. li. 2.* Libuſsã inter Boemos. *Aeneas Syluius.* *in hiſt. Boem.* Mariam inter Britannos. *Polydor lib. 1.* Margaritam filiam Renati Andegau. vxorem Henrici VI. inter Anglos. *Polydor. li. 23.* Blancham Hiſpanam, D. Ludouici matrem inter Gallos. *Aemil. li. 7.* Margaritam Danorum Regis filiam inter Noruegios, quam Dani venerantur vt Deam. *Io. Mag. lib. 19. Krantzius.* *lib. 5. Sueciæ cap. 35* Pulcheriã Theodoſij Iunioris ſororem inter Græcos. Ferdinandi coniugem Iſabellam inter Hiſpanos *Lipſius*, *in expl. & mon. pol.* quid ergo prohibet ſub Zona muliebri Regem educari magnanimum? Nationes omnes Iuſtitiam vultu pinxere fœmineo; & hoc myſtico voto, quia Iuſtitia è palatijs pulſa virorum, fœminarum aufugit in cellulas.

Aduertite tamen vos viri effeminati, *Deboræ* dona collata ſupernè, & Prophetidem:

xxxix Quid ergo mirum fœminam præeſſe populo, quam Domini ſpiritus agebat. Vt imperet, neceſſe eſt eleuari miraculo. Da fœminam, quæ ſine ſuperno regnet auxilio, & tunc erit aſinus portans myſteria. Puer Daniel Satrapas redarguit

Babylonicos; neque inde puerum acclamabis in Regem, niſi Deum inuoces ad vindictam. Gigantem Dauid percuſſit; veruntamen exercitum haud comites. Plurimi Iudices viri *fuiſſe referuntur in Iſrael, de nullo iſtorum dicitur, quod Propheta fuerit, niſi de Debora muliere*, ſcribit Origenes, vel vt obſeruent mulieres, quòd meretur hanc gratiam puritas mentis, non diuerſitas ſexus. Vel Prophetiæ donum externum,
xxxx integrauit ſexus inopiam, vt ſi iudicium fœmina demeretur, mereatur Propheta. Prophetiæ tamen quantum ſexus imbecillitas detrahat, ex eo cognoſcitur, quod in Siſaram expeditio, Deboræ non cõmittitur, Dux armorum renunciatur Barac, ita iubente Deo, ne tanti facti gloria fœmina ſuperbiret, *Quæ miſit, & vocauit Barac filium Abinoe de Cede Nephtali, & de filijs Zabulon, dixitque ad eum: Præcepit tibi Dominus Deus Iſrael, vade & duc exercitum in montem Thabor, &c.* Romanis etiam, Neronis tyrannide fatigatis, odioſum
xxxxi erat regnum muliebre, nec pro digni-
l.4.c.11 tate videbatur (ait *Alex. ab Alex.*) Agrippinam patrum conſultationibus admitti: Hinc decreuere patres, vt à tergo abditis foribus ſtaret, velo diſcreta, quod viſum arceret, aditum admitteret. Sic Debora nonniſi velamine prophetiæ inuoluta tribunal vſurpat, & regnum occupat, eo tempore quo in opprobrium Iudæorum doctura fœmina euocatur. Audi Hieronymum: *Sicut reprehenſio fuit populi Iſrael, quando in manu mulieris Deboræ fecit ſalutem Dominus. Et tempore vicinæ captiuitatis, tacentibus viris, Holda mulier prophetauit.* Sic cum à Romanis Hieroſolymarum vrgeret excidium, dicuntur veniſſe in vrbem *mulieres docentes eam*. Vbi Hieronymus. *Iſai. 27. n. 11. Magna infelicitas populi à mulieribus lamentationis carmina diſcere.* Alios dies regnum non
xxxxii habet fœmineum. Imperat mulier, dum ratio virilis feriatur: Vrſorum ad inſtar, ſaltellat mulier, dum ſqualet preſſum picea inter nubila cœlum. Non propterea audeat fœmina ſibi vindicare viriles honores. Aſina enim eſt, ferens myſteria, præter naturam permiſſa, vt veluti ſignum iræ Dei formidinem incuteret, & homo ſe à Deo con-
xxxxiii temptum agnoſcat, *Ecce dominator* (ait Eſaias) *bellatorem, iudicem, prophetam, ariolum, ſenem, Principem conſiliarium, ſapientem. Et dabo pueros principes eorum, & effæminati dominabuntur eis.* Quid ſibi per effœminatos velit? audi, *Populum meum, (inquit Deus) exactores ſui ſpoliauerunt, & mulieres dominatæ ſunt eis.* Quod inter ſigna ſubuerſionis extrema Sybilla repoſuit. xxxxiv

Et tunc certè mundus ſub manibus mulieris lib. 1. Oracul.
Erit gubernatus, & creditus omnino. xxxxv.
Et quando vidua dominata erit totius Mũdi
—tunc ſanè elementa omnia viduabuntur
Mundo.

Natura ſubuerſa. *Ordo naturalis* (ait Auguſtinus) *vt ſeruiant fœminæ viris: quia & illis hæc iuſtitia eſt, vt infirmior ſeruiat firmiori: & hæc in Dominationibus & ſeruitutibus clara iuſtitia eſt, vt qui excellunt ratione excellant dominatione.* Sic mutis in gregibus maxima præſunt corpora, nec præcedit armenta degener Taurus, ſed qui magnitudine ac toris cæteros mares vincit: vt Elephantorum gregem excelſiſſimus ducit: ità inter homines pro ſummo eſt maximus. Theodelindam, Libuſſam, Zarinam, Zenobiam quæ maieſtatem prætulere pudori inter caſtas & verecundas ſcribere non audeo, dum in caſtris virilem habitum non erubeſcunt. Earum probitas, mihi improbitas, vertitur in opprobrium, quia nec militaris licentia, nec comitiorum ſpatia, eis excitant verecundiam. *Omnis conſumptus eſt pudor* (ait Trebell. Poll.) *ſiquidem fatigata Republica, eo vſque peruentum eſt, vt Galieno nequiſſimè agente, optimè etiam mulieres imperarent.* Rumor fœminarum xxxxviii
in throno, licet ſint optimæ, pudorem omnem conſumit. Hunc ſi à muliere demas, quid ſupereſt? beſtia. Solus pudor & verecundia fecit fœminam viri ſociam, nec aliud ſortita eſt à viro, nomen, niſi poſtquã amiſſa verecundia ſubiectionis, principatum vſurpare tentauit; & dicta eſt à viro *Eua* quæ antea vocabatur *Adam*. Qualem verò laudem mereantur ij, qui inter Cæſarum faſtos fœminam repoſuere regnantem? lege Trebellium. *Eo res proceſſit, vt mulierum etiam vitas ſcribi Gallieni compara-* in Claud.
tio effecerit. De Zenobia verò idem *Treb. ibi.* c. 1.
c. 27. Odenatus moriens duos paruulos reliquit, Herennianũ & fratrem eius Timolaum,

quo-

Marginal notes: xxxxvi li. q. ſuper Gen. c. 153. — in c. eſt ordo 33. q. 5. — xxxxvii Seneca Ep. 90.

quorum nomine Zenobia , vſurpato ſibi im-
perio, diutiùs quàm fœminam decuit, Rem-
L *publicam obtinuit* . Sed hoc ad naturæ ſo-
latium, cui accidunt monſtra, vt compa-
ratione deterrima, decor orbis refulgeat.
Terrarum in orbe natura ludit, cum fœmi-
nam veluti gallinam erigit, quæ mulie-
LI *lib.24. de gall.* ris eſt ſimulacrum regnantis. Gallinam
Valerianus depinxit, quæ habeat criſtam
ſurrectam, caudam elatam & parua cal-
caria. Omen Reipublicæ infauſtum di-
LII *Sagred. Ann. 1595* cebat Perſarum legatus, quum ſub
Memetho III. Turcarum Rege, videns
Reginam matrem imperij arbitram, illuſit.
Infelix auſpicium eſſe, ſi gallina domeſtica
non glocidet, ſed vt gallus friguler. Turcis
iocus non diſplicuit; Imò ſub Rege *Muſta-*
fa, tumultuantem militem egreſſa Regina
mater, vt placaret blanditijs; ab imminenti
Chriſtianorum exorſa triumphis, ni Tur-
carum obſtaret concordia, ſuadebat obe-
dientiam, reuocabat ad caſtra, ſed in caſ-
ſum. Diſplicuit enim garrulitas fœminæ:
& cum eloquentem laudarent, vitupera-
bant immodeſtam. Non niſi Domi, & in-
uiſibilem Turcæ eam diligunt: Picturæ
comparant: exponitur, cum venalis. *Sa-*
LIII *Ann. 1622* *gredus*. Iniuriam populo illatam Romano
ab Illyricis ſeu Liburnis *Florus* referens, Le-
gatorum præcipuè, quos vt victimas
ſecuri percuſſerant; ſceleris atrocita-
tem in eo inſimulat poſitam, quod fœmina
imperaret: *idque quo indignius foret, mulier*
l.2. c.5 *imperabat*. Nefas mulieri habitum virilem
adſumere, hoc eſt, imperium vſurpare: &
licet propter continentiam, & ad virorum
LIV eludendas inſidias prò ſolito muliebri ami-
ctu virilem ſumat, anathema eſt: quia fœ-
c. ſi qua mulier d.20. minis eſt indiſpenſabile votum, viro pare-
re. Verbum namque Domini blaſphema-
LV *ep. Paul. ad Titum c.2.* tur (ait *Hieronymus*) dum contemnitur Dei
prima ſententia; & pro nihilo ducitur; vel
Chriſti infamatur Euangelium, dum con-
tra legem fidemque naturæ, ea quæ Chri-
ſtiana eſt, & ex Dei lege ſubiecta viro, im-
perare deſiderat: cum & Gentiles fęminæ
viris ſuis ſeruiant communi lege naturæ.
Hæc coma, vt velamine lex, mulieris ca-
LVI put abſcondit; quia mulieri nullum præter
maritum, caput. Non regnum, non ciuitas,
non domus bicipitem, gubernatorem ſuf-
fert; vt geminam reſpuit voluntatē in ſin-
gularitas cordis; nec plura corda poſſunt
eſſe concordia. Virile conſilium ſi imbecil-
litas muliebris non aſſequitur? nec regnum
vſurpare præſumat. Deipara Virgo licet di-
gnior, & excellentior fuerit Apoſtolis vni- LVII
uerſis; non tamen illi, ſed iſtis Dominus
Ieſus Chriſtus, Virginis vnigenitus, Euan-
gelij miniſterium commiſit. Regina licet di-
lecta Regis & præ omnibus aulicis dignior,
cuius in opificio exhaurierat potentiam
ſuam, nullum tamen occupat munus, &
niſi ſuplex ad thronum accedit.

Expers itaque imperij mulier, an ſaltem LVIII
virum comitari poſſit, ſi illi legatio, vel pro- *An mulier ſequatur*
uincia obueniat? Diſtinguit *Virgilius Mal-* *virum in caſtra*
uezius, negans abſolutè licere fęminæ comi- *vel Legationem?*
tari virum *in caſtra*. Ipſæ enim (ait *Ariſto-*
teles) hoc vnum præſtant, tumultum: &
turbam magis inferunt, quàm hoſtes. Le- *diſc.45.*
gionum tumultum *Germanicus*, vel diſſi- *in Tac.*
mulauit, vel compeſcere ferro non auſit, quia *Pol. 2.*
Agrippinam vxorem ſecum haberet & par- *c.7.*
uulum. *Eo in metu arguere Germanicum*
omnes, quod non ad ſuperiorem exercitum
pergeret, vbi obſequia, & contra rebelles au-
xilium. Satis ſuperque miſſione & pecunia,
& mollibus conſultis peccatum: vel ſi vilis
ipſi ſalus, cur filium paruulum, cur graui-
dam coniugem inter furentes, & omnis hu-
mani iuris violatores haberet? Diu cuncta-
tus aſpernantem vxorem, cum ſe Diuo Au-
guſto ortam, neque degenerem ad pericula te-
ſtaretur, poſtremò vterum eius, & commu-
nem filium multo cum fletu complexus, vt *Tacit.*
abiret, perpulit. *An. 1.*
Cæterum ſi non in caſtra, ſed Præturas, *c.10.*
vel Legationem obeant viri, nil prohibet
(ſcribit *Maluezius*) quin comitentur & fę-
minæ, in virorum ſolatium, & admini-
ſtrationis ſubſidium. Legati munus cum
ſit, arcana expiare aliena, vxore aptiorem
non habet, quæ vel à matronis vel à nobili-
bus viris femineo colloquio extorqueat ſe-
creta. Hæc tamen tanti non ſunt, vt viro LIX
alioquin erudito ſubſcribam; cum maius
vrgeat periculum, ne vxor legati arcana
aperiat, quàm extorqueat. Si plura vident
oculi, quàm oculus; facilius erit vnam à
pluribus, quàm plures ab vna decipi. Im-
minebant *Sampſoni* Philiſtini, & *Dalilam*,

Iud.16. quam adamauerat *Sampſon*, mille & cẽtum
argenteorum pollicitatione corrumpunt, vt
à *Sampſone* arcanum eliciat. Quid ergò de
vxore confidas, compertum habes. *Ab ea*
Mich.7. *qua dormit in ſinu tuo*, (ait Propheta) *cuſto-*
di clauſtra oris tui. Hæc eſt vxor iuxta illud
c. 13. Deuteronomij *ſiue vxor qua eſt in ſinu tuo*.
& c.28. *Et vxori qua cubat in ſinu tuo*. Romanus Se-
natus cum tacitus multos dies arcana quæ-
dam agitaret; fœmina quædam impor-
Lx tunè virum ſuum orabat, ei patefacere.
Promittebat mulier iureiurando ſilen-
tium; increpabat maritum vxori ſuæ non
fidere. Tum prudens ille Senator fabulam
confixit ſequentem, vt muliebrem expro-
braret ſtultitiam. *Expugnaſti me mulier*.
*Accipe rem prodigioſam, ſed tace. Nunciant
augures caſſitam cum galeä aurea & haſta
vidiſſe volantem. Hoc conſideramus porten-
tum*. Sic fatus, forum petijt: Hæc ancil-
lam, quæ prima ingrediebatur, appellans
pectus ſuum tundebat, capillum vellebat,
ſuſpirans: *heù virum meum & patriam:
quid nobis?* hiſce ſuſpirijs volens ancillam
compellere, vt interrogaret, *quid noui?* per-
cunctanti tãdem ſecretum aperuit, clauſula
garrulitatis adiecta cõmuni, *caue, nè dixeris*.
Vix ancilla digreditur, quærit cui dicat. Hæc
alteri; illa amaſio, per amaſium fabula cir-
cumlata auctori præcurrit in forum. Ad-
uenientem familiaris interrogat, audiſti?
quid. Caſſita (replicat ille) viſa eſt volans
cum galea aurea & haſta. Tum auctor fa-
bulæ arridens: Satis (inquit) ſtrenuè mu-
LxI lier. (*mulieri*
Apud Stobaeum ſer.72. *Quid ais? cum latere velis aliquod negotium,
Ipſum aperies? At quid intereſt, ſiue mulieri,
Siue omnibus in foro præconibus narrare?*
Cõtrou. 13 Portius Latro, nobilis declamator apud *Se-
necam*, ait garrulã mulierem id ſolùm tace-
Leg. vlt. C. de ſuis & legit. hæred. re poſſe, quod neſcit. Propterea vult *Baldus*
à Feudo arceri mulierẽ, quia retinere neſciat
arcana. Vaſallus verò inter cætera iuret, ar-
cana Domini non proditurus. Hinc etiam
LxII (*Io. And. & Dominicus, ſ*) docent in electione
c.1. tit. de for. ſid. monialium non neceſſariam collationem
meriti ad meritum, & Zeli ad Zelum, vt
in virorum electionibus; ne fœminea gar-
LxIII rulitas errores pandat ſecretos. Cato Cen-
in c. indẽnit. de elect. l.6. ſorius, teſte *Plutarcho*, trium pœnitere di-
cebat: quorum primum erat, arcanum fœ-
LxIV minæ credidiſſe. Numquam enim reperta
eſt fœmina muta, hoc eſt, cuſtos ſecreti; LxV *p.12. de leg. Conub. n.9*
vt ait Eunomia ipſa Plautina apud Tira-
quellum.

*Multum loquaces meritò omnes habemur;
Nec mutam profectò repertam
Hodiò dicunt mulierem vllo in ſæculo.*

Quod ſi objcias Leenæ meretricis con-
ſtantiam, quæ vſquè ad mortem à tyrannis
ex cruciata, ne coniurationis proderet con-
ſilia, morſu linguam abſcidiſſe fertur, atque
in tyranni faciem deſpuiſſe: vt qui interro-
gandi finem non faciebat, nõ haberet, quam
interrogaret. *Ambroſ.* Simile legitur de Epi- *li.1. de Virg. in*
chari libertina in coniuratione aduersùs Ne-
ronem: vt de Liguſtica muliere idem *Tacitus* *Tacit. l. 18. Hiſt.*
& de Quintilia *Ioſephus*. Hæc enim præ-
ter naturam ſunt, vel naturæ luſus. Effœmi- *Ioſeph antiq. 19 cap. 1.*
nantur quandoquè viri, vt Heliogabalus:
Sardanapalus, nec propterea ab eis huma-
na argumenta deduces. Fœmina raró ſecre-
ta, conſtans, & prudens, eſt

*Rara auis in terris, nigroq; ſimillima
cygno*

Bruta vidimus bicipita & inter monſtra nu-
meramus: Viraginem cum laudas; naturæ
nouum exornas figmentum, quæ vel oblita
defecit; vel abundauit ſolicita. Defecit ſæ-
pius, vnde in mares mutari fœminas non la-
tet. *Plin. l.7. Licinius, Mutian. A. Gell. li. Noct.
Atticar. 9. c. 4.* Nec mutam facit amor coniu-
galis, uel maritale compeſcit imperium. Iu-
piter ipſi Iunoni, quia fœmineum ſit Nu- LxVI
men, non omnia proteſtatur pandere ſe-
creta, *Homer.* Noli Iuno putare ſcituram te
omnes ſermones meos. Id enim difficile tibi
erit, quamuis uxor mea ſis, & *lib. 11. Odiſſea.
Agamẽnonis*, vmbra monetur Vlyſſes, vxori LxVII
non credere: vndè in patriam ignotus deſcẽ-
dens, omnium poſtremæ ſe patefecit vxori.

Tiberij exemplum à *Maluetio* allatum LxVIII
retorquetur: quando Auguſtus electis con-
ſcijs, comite uno Fabio Maximo; Planaſiæ
inuiſit Agrippam. *Quod Maximum vxo-* *Tacit. An. 1.*
*ri Martia aperuiſſe: illam Liuia: Liuiam
Tiberio. Neque multò poſt, extincto Ma-
ximo, (dubium an quæſita morte) auditos
in eius funere Martiæ gemitus, ſemet incu-
ſantis, quod cauſa exitij marito fuiſſet*.
Hic enim Auguſti arcanum fœmina pandet,
vndè Auguſti mors, & Agrippæ cædes.

Securiùs Legatus per fœminas aliena
vſurpat myſteria, ſi ſolutus; vel ſacrilegio

alieni

alieni coniugij (impio tamen more) vel con-
Lxix cubinarum amplexu: vt de *Auguſto* legitur, quum ratione potius quam libidine adulteria quæreret, vt ciuium ſuorũ conſilia exquireret. Quid enim fœmina non reuelat impudica, dum amatorio volutatur complexu.

Lxx *Id mihi magnæ quod parti eſt vitium mulierũ*
Quæ nunc quæſtum facimus, quæ vbi ſuburrata ſumus *(quam ſat eſt.*
Largiloqua extemplo ſumus, plus loquimur,
Lena apud Plautum in Ciſtell.

& Virgil. *epig. de Venere & Vino:*

Multos cæcus amor cogit ſecreta fateri.

Lxxi Inſidias non effugiſſent Maſſilienſes à *Commano* Segoregiorum Rege illis ſtructas, ni eiuſdem Regis cognata in complexu Venereo adoleſcenti Maſſilienſi aperuiſſet. Quid ſi fœmina ſigilli cuſtos, & fida teneat arcanum? fœmina eſt. Ora eius & linguam ſi vincias, geſtibus & nutibus pandet occulta. Dormiat, adhuc ſi dormientis mammæ ſiniſtræ cor bubonis admoueris, confeſtim reuelabit ſecreta; vt ex Magorum ſententia refert *Plinius*. Quin etiam tradit Democritus, ſi ranæ viuenti linguam extrahas, nulla alia corporis adhærente parte, ipſaque rana in aqua dimiſſa imponatur ſupra cordis palpitationem dormienti mulieri, eam quæcumque interrogaueris, vera reſponſuram. *Plinius lib. 32. c. 5.*

Tiraq. n. 18. ib. Quid ſi ſecreta ſit?

lib. 29. c. 4. nequit tacere mulier.

Magiſtratui itaque vel in legatione, vel in caſtra mulierem ne adiungas; *Haud enim* (aiebat Cecina in Romano Senatu) *fruſtra placitum olim, ne fœminæ in ſocios aut gentes externas traherentur. Ineſſe mulierum comitatui, quæ pacem luxu, bellum formidine morentur, & Romanum agmen ad ſimilitudinem barbari inceſſus conuertant. Non imbecillem tantùm, & imparem laboribus ſexum, ſed ſi licentia adſit, ſæuum, ambitioſum, poteſtatis auidum: incedere inter milites: habere ad manum centuriones: præſediſſe nuper fœminam exercitio cohortium, decurſu legionum. Cogitarent ipſi quoties repetundarum aliqui arguerentur, plura vxoribus obiectari: his ſtatim adhæreſcere deterrimum quemque prouincialium: ab his negotia ſuſcipi, tranſigi: duorum egreſſus colli, duo eſſe prætoria; peruicacibus magis & impotentibus mulierum iuſſis; quæ pijs quondam alijſque legibus conſtricta, nunc vinclis exſolutis, domos, fora iam & exercitus regerent.* Vſque adhuc Cecina.

Sed mortali Reipublicæ fato, paucorum (narrat *Tacitus*) hæc adſenſu audita; plures obturbabant, neq; relatum de negotio: neque Cæcinam dignum tantæ rei cenſorem. Mox Valerius Meſſallinus, cui parens Meſſala, ineratq; imago paternæ facundiæ, reſpondit: *Multa duritiæ veterum melius, & lætius mutata neq; enim vt olim obſideri vrbem: bellis, aut prouincias hoſtiles eſſe.* (Hinc vna Carthaginienſes & Romanos confidentia perdidit: Illos Capuæ, hos Romæ. Tot vicibus reuocantur hoſtes, quot priſca diſciplina laxatur) *& pauca fœminarum neceſſitatibus concedi, quæ ne coniugum quidem penates, adeò ſocios non onerent: cætera promiſcua cum marito, nec vllum in eo pacis impedimentum. Bella planè accinctis obeunda: ſed reuertentibus poſt laborem, quod honeſtius, quàm vxorium leuamentum?* (Cæterum in caſtris, Reipublicæ ſalus debet eſſe militare ſolatium. Onera ſunt Magiſtratus & in prouincias mittitur Prætor vt diù noctuque excubet prò publica vtilitate.) *At quaſdam in ambitionem, aut auaritiam prolapſas. Quid ipſorum Magiſtratuum, nonne pleroſque varijs libidinibus obnoxios? non tamen ideò neminem in prouinciam mitti. Corruptos ſæpè prauitatibus vxorum maritos: num ergò omnes cælibes integros? placuiſſe quondam Oppias leges, ſic temporibus Reipublicæ poſtulantibus: remiſſum aliquid poſtea, & mitigatum quià expedierit. Fruſtra noſtram ignauiam ad alia vocabula transferri: nam viri in eo culpam, ſi fœmina modum excedat. Porrò ob vnius, aut alterius imbecillem animum, malè eripi maritis conſortia rerum ſecundarum, aduerſarumq; Simul ſexum natura inualidum deſeri, & exponi ſuo luxu, cupidinibus alienis vix præſenti cuſtodia manere illæſa coniugia: quid fore, ſi per plures annos in modum diſcidij oblitterentur? Sic obuiam irent ijs, quæ alibi peccarentur, vt flagitiorum vrbis meminiſſent.* Addidit pauca Druſus de matrimonio ſuo. *Nam principibus adeunda ſæpius longinqua imperij. Quoties Diuum Auguſtum in Occidentem atque Orientem meauiſſe comite Liuia: ſe quoque in Illyricum profectum; & ſi ità conducat, alias ad gentes iturum haud ſemper æquo animo, ſi ab vxore cariſſima, & tot communium*

nium

nium liberorum parente diuelleretur.

Hiſce & grauioribus forſam ſuaſus Moyſes, cum in Ægyptum pergeret Sephoram duxit vxorem, in Pharaonem legatus. *Cumque eſſet in itinere in diuerſorio, occurrit* *Exod. 4.* *ei Dominus, & volebat eum occidere*, quia tanto implicatus munere, mulierem duceret, quæ ſola poſſet exturbare Rempublicam. *Forſitan* (ait Auguſt.) *in hoc loco poſſum intelligere quod diſplicuerit Deo, quare Moyſes tanta mirabilia facturus vxoris impedimentum ſecum ducere vellet in Ægyptum. Vnde datur intelligi, quod ex illo loco remiſerit vxorem ſuam ad ſocerum ſuum.* Vide Iure Conſultos. *in l. obſeruare. §. proficiſci, ff. de off. Procon.* Liuia ne prætermittatur, *grauis in Rempub. mater, grauior domui Cæſarum nouerca*, modo *pater patriæ*, modo *mater*, Tiberio tandem ſuſpecta; vt ille *moderandos fœminarum honores* ſuaderet; adhortando prius, *ne immodico faſtu, ſe ſe offerret* (ait Dionyſ.) *lib. 57.* *quippe ſuperbia omnes ea priores fœminas longo interuallo poſt ſe reliquerat: quæ Senatum, ac de populo, qui vellent domum ad ſe ſalutandam venire admittebat, idque ipſum in publicos commentarios referri curabat. Quin etiam epiſtolis Tiberij nomen matris aliquandiu adſcriptum fuit, literæq; ad Tiberium datæ, Liuiæ etiam inſcribebantur: ac niſi quod in concilium, ad exercitum, inque conciones venire non fuit auſa: cætera omnia, quaſi ipſa imperium teneret, agere audebat: etenim Auguſto incolumi plurimum potuerat, ipſaque ſe Tiberio imperium dediſſe ferebat: ideoq; non æquata modò poteſtate cum eo regere, ſed priores ipſo regere volebat. Hinc multa extra conſuetudinem populi Romani introducta; inuentique haud pauci, qui matrem eam patriæ, ac genitricem appellandam cenſerent: alij Tiberio ab ipſa nomen habendum, nimirum à matre vocatæ, vt à patre Græci. Quæ indignè ferens Tiberius, & decretos illi, exceptis minimis, honores improbauit, neque inſolens quicquam agere permiſit. Statuam quandam Auguſto Liuia dedicare, ac propterea patritios, & equites cum eorum vxoribus conuiuio accipere ſtatuerat. Tiberius neque dedicationem ei, niſi S. Conſulto conceſſam permiſit: & viris ipſe epulum, illa tantum mulieribus (eo iubente) præbuit. Poſtremò ab omnibus actionibus publicis ei remotæ, curationem rei familiaris mandauit: quæ ipſa quum moleſta ipſi eſſet, peregrinationes inſtituit, omnique modo ſe illi ſubtraxit; neque minima Capreas ſecedendi cauſa mater ipſi fuit.* Hæc ſunt, quæ à comitante vxore ſperare poteſt in Magiſtratu Maritus. Sic Agrippina Neronis mater principio adminiſtrabat omnia, quæ ad principatum ſpectabant: ambo vna exibant foras: illa reſpondebat legatis, literaſque ad populos, & Principes, & Reges mittebat. Senatum ingreſſa obtinuere Patres, qui in Palatium ob id vocabantur, vt adſtaret abditis à tergo foribus, velo diſcreta, quod viſum arceret, auditum non adimeret. *Quin & Legatis Armeniorum, cauſam gentis apud Neronem orantibus, aſcendere ſuggeſtum Imperatoris, & præſidere ſimul parabat, niſi cæteris pauore defixis, Seneca admonuiſſet, venienti matri occurreret. Ita ſpecies pietatis obuiam itum dedecori.* Tacitus. Sic Victoria Auguſta Victorini mater, *mater Caſtrorum* voluit appellari; Aliæ quæ *Cæſariſſæ* factæ ſunt, *Diacon. lib. 17.* & Bulenger. *lib. 1. de Imper. c. 4.*

Hæc in politicis aduersùs muliebre imperium: quod grauius in ſpiritualibus. Vnde animarum curam exercere prohibetur, *c. dilecta, de ma. & obed.* quæ ſunt ordinis Eccleſiaſtici agere non permittitur, & ſi ordinetur, nullus ordo; ſed veluti in flumine eſt proiectus character. *In principio cauſ. 15. q. 3. c. noua de pœnit. & remiſs.* Abbatiſſæ nec moniales ſuas benedicunt; earum confeſſionem non audiunt; Euangelium non legunt: ſacra vaſa non tangunt, *c. ſacratas. c. mulier. d. 23.* non excommunicant, licet prælaturam cum iuriſdictione teneant. *c. de monialibus. De ſentent. excom.*

CAPVT QVINTVM.

FOEMINA FORTIS.

1 *Regnum penes ſapientes.*

2 *Fortitudo Regum propria.* 3 *quid ſit? fortis, quid ſit, & vnde.* 20 *fortitudinis finis.*

8 *Alexandri Maced. magnanimitas.*

9 Nec Hercules contra duos, *prouerbium vnde?*

Au-

10 *Audacia quid.*
14 *Publica vtilitas omnibus præferenda.*
14. 27 *Mulieres fortes.* 24. *à mollitie* 25. *cum dentibus nata malum omen.*
23 *vir à viribus.*
24 *maribus ineſt maior pulſus, quàm fœminis.*
24 *Helleborum cur fœminis non detur.*
26 *Fœmina caſtris prohibita.* 30. *cum nubit cur Caia dicta?* 32. *facilè in hereſim labitur.* 36. *mulierem vincere, dedecus eſt.* 38. *cur citiùs pubeſcat.* 44. *ſi fortis, per accidens eſt.*
26 *Caſtra, quaſi caſta.*
30 *Mos traducendi ſponſam domum.*
31 *Mars vnde dicatur?*
33 *Viri effœminati.*
35 *Seſoſtris Rex quo titulo victos inſcriberet.*
40 *Zeuſis cur tardè pingeret.*
42 *Inter fœminam, & Deiparam nulla proportio.*
43 *Maſculus ſemper prior naſcitur, quàm fœmina.*

AVreo ſeculo, quo penes ſapientes regnum fuiſſe Poſſidonius iudicat, trinum legitur fuiſſe Regis officium: ſuadere,
Seneca ep.90. I vel diſſuadere, vtilia atque inutilia monſtrare: & infirmiorem manu, & animo à validioribus tueri. Horum prudentia, non tantum quid deeſſet ſuis prouidebat: ſed & fortitudo arcebat pericula, beneficentia augebat, ornabatq; ſubiectos.

Poſtrema hæc virtus Regia eſt, & vix
II alij communis. Regem namque ſine regno
fortitudo quid? haud fabuloſum duco, cum ſibi dominari ſit celſitudo & libertas imperij. Hæc, quæ vulneribus, coronis, campeſtri puluere, opimis ſpolijs, militari ſigno, torque, enſe, ſcuto, veluti fidiſſimo & perenni teſtimonio, perſonas & poſteros heroas reſonat, & fortiſſimos publicat. Quid ſit? vitia, quæ
III *fortitudinem* circumſtant, *timor* & *fi-*
Moral.3 c.6. *ducia* explicant. Vnde *medium* dicitur à Philoſopho *inter timorem & fiduciam*. Timidus omnia timet. Temerarius & tumidus omnia ſperat. Fortis timet,
IV quæ timere honeſtum, & non timere turpe: vt infamiam: qui enim eam timet modeſtus, ac verecundus: qui non timet, impudens. *Ille vir fortis, qui circa præclaram mortem impauidus fuerit.* Natura an omnes homines fortes æquè produxerit?
V corporum negat diſſonantia. Frigidiores natura timent. Calidiores, nimis præſumunt. Temperati, vt plurimum fortes: quod enim bile audent, frigido reprimunt. Decipitur vulgus, cui fortior eſt quem cordis arguit magnitudo, & quantitas. Quid enim Leone fortius? cor licet habeat exile. Paruo in corde quia incluſi ſpiritus vitæ,
VI fortius pectora calefaciunt; vnde fortitudo, quandoque fiducia, & furia. Ex aduerſo, calido deficiente, timor exoritur. Inde temerarius ſudat: timidus trepidat: Fortis animoſo peragit conſilio. Hiſce paſſionibus corporea inſtrumenta reſpondent. Nam VII
oculus rutilat; color furuus; ætas virilis; pectus latum; corpus toris eminens, atque lacertis, erat in Hercule, qui imago dicitur fortium.

Fortitudinem adiuuant generoſa proge- VIII
nies, & auorum facinora: Educatio: lo- *Alex. magno-*
cus, patria, vt apud Græcos Spartani; inter *tado.*
Hiſpanos Cantabri. Vſus tandem, quo ſenex virtus reficitur. M. Alexander ſolis quadraginta veteranorum millibus, Orbis expeditionem aggreditur; & magis mirabile, quod vincere cogitauerit, quàm quod vicerit.

Ex obiecto tandem à timore, vel fiducia
fortitudo diſtinguitur. Gigantes ne fortes IX
dicas, qui contemnentes fulmina Iouis, autumabant Deum obruere lapidibus. Omnia experiri pericula fortitudo non appetit: Timet fortis ſuperna iacula, non ictus hominum; timet famem, peſtilentiam, naufragia, vulgi inſaniam, tyrannidem principum; non vulnera, nec ſanguinem. Vt temerarius eſt, qui ſupra vires pericula tentat: ſic timidus, qui onera ſibi fugit æqualia: *Alcides* in Olimpicis duos ſuſtinere im- X
potens, & victus; & noluit inde ſolus pugnare aduerſùs Hydram, & Cancrum; periculi ſocium Iolaum duxit, vndè proloquium
nec Hercules contra duos. Sibi imputet, qui XI
imminentia mala non timet. Fortiorem ſe non timere dementis, non fortis eſt. Malorum omnium peſſimum eſt, non mæreri conſolatorem.

Audaces & temerarias inſimulant Zeno- XII
biam & Cleopatram, quia hoſtem fortiorem

rem non formidarunt laceſcere. Huius for-
titudo in triumpho maluit erubeſcere, quàm
mori. Illius verò ruborem criminis, mortis
delere pauore. Zenobiam remeauit Aurelia-
nus in triumphum. Cleopatra triumphanti
moriens præcurrit Auguſto. Illa piaculum
temeritatis auget pauore mortis. Hæc ru-
more fortitudinis, purgauit infamiam
fiduciæ.

Famâ fortitudo reſonat, non tamen va-
xiii nam reſpicit gloriam, ſed iuſtitiam, & ho-
neſtatem; quam propugnare patria exigit,
natura iubet. Fortitudinis gloriam non à
populorum poſtulat plauſu, ſed à periculi
cauſa. Si pro Dijs, patria, & parentibus ar-
ma tractaſti, fortis es, licet inuidia vitu-
peret, vel æmulatio non laudet. Spartana
mulier eo in prælio, quo non longe ab vrbe
decertabatur, quinque liberis ſub vexillis
miſſis, venientem indè quendam rogauit.
Quomodò Lacedemoniarum rerum ſumma
verſaretur? reſpondente autem illo, *filios
eius omnes interijſſe*: Mulier ad eum, *Malo*
xiv *tuo fato, hoc à te non petij, ſed vt patria res* *publica vtilitas*
ſe habeat, rogaui: eo replicante: *Omnia be-* *omnibus*
ne cedere: dixit mulier *iam filiorum mortem* *præferen-*
non doleo. Similiter alia Lacedemonia, *da.*
Fulg. lib. cum agnouiſſet filium in prælio cæſum, mo-
5 c. 10. nuit, *Vt quemadmodum habebat eum, ſe-*
xv *pelirent: quoniam pro eo alium ad prælium*
miſſura erat. Quod de quinque liberis Spar-
tana, de ſeptem mulier Hebræa Macha-
bæorum mater & martyr, Septem filiorum
funera ſpectans, ſtetit ſaxea inter tyranno-
rum, & tormentorum phalanges. Contra le-
giones, filiorum manipulum ducens, *Ite*
(inquit) *ò meum agmen*; *Hoc vultu, quo
fœminam videtis, docere non ſolas Lacænas
viros parere. Mei Liberi non eſtis, niſi eſtis
liberi*. Hoc dicto, rixantur protinùs de
ſupplicio filij; nec Mors timetur, ſed mo-
ra. Quæris, an mater fleuerit? lacrymas
ſuas alienis ridebat in oculis. Singulos tue-
batur intuendo, Aquilæ ſimilis; quæ
Theſaur. alumnos format obtutu. Sic vno die, ſepties
in eleg. mater & martyr, poſt ſeptena filiorum fu-
nera exarſit; & Planetarum numero addi-
dit firmamentum. Hæc planè Deo reſtituit
obedientiam, quam ſi de paradiſo deturba-
uerat Ebræa mulier, Ebræa vidua remittit;
& ne exularet amplius, in Cœlum relegat.
Fortiſſima fœmina, hoc ſolum deerat Iu-
daicæ gloriæ, vt colus numeraretur inter
trophæa. Tyrannorum Fata, vt indè pe-
reant, vbi promittitur ſecuritas. Iniquò
ferens animo. Aretaphila vxor Nicoſtratis
Cyrenenſis tyranni patriam à marito op-
preſſam, eum de medio tollere, conſilium xvi
inierat; ſed crimine ad Caluiam matrem,
ſocrumque Aretaphilæ delato, licet ſæpè pe-
tita tormentis, negauit fortis, vſque dum
conſtantiæ teſtimonio, delatione purgara, *Egnatius*
illa verò reſtituta marito, eum veneno ſu- *li. 8. c. 3.*
ſtulit, & tandem patriæ libertati conſuluit.
Non longe Archidamia Spartana, quæ pa-
triam obſidente Epirotharum Rege Pirrho, xvii
cum Lacedemonij, primis tenebris fœmi-
nas in Cretam mittere decreuiſſent, *in Sena-
tum cum gladio venit, viros iurgata, ſi vi-
uendum fœminis putent, Sparta euerſa?* Cum
viri in hoſtium caſtra vallum ex curribus fa-
cere ſtatuiſſent, vndè ſtationem ab impetu
elephantorum tutam habentes, reſiſtere
poſſent (Hoc facere incipientibus, venerunt
virgines ac mulieres vnà cum ſenioribus, vt
ſibi id opus conficiendum relinquerent, eos
verò qui pugnaturi erant, quietem agere
corporaque curare iuſſerunt. Ipſæ inſuper
tertiam partem foſſæ fecerunt (erat latitudo
ſex cubitorum, profunditas quatuor, lon-
gitudo ſeſqui propemodum ſtadij) Poſtridiè
ſummo mane cum hoſtes mouerentur, mu-
lieres arma, telaque viris miniſtrantes, pu-
gnare viriliter hortabantur; *quod dulce* *Plutar. in*
quidem in oculis patriæ vincere eßet, præcla- *Pyrrho.*
*rum verò in manibus matrum ac fœminarum
interire*. Sic Perſis Cyro duce cum Medis xviii
pugnantibus, tandem fugientibus, obuiam
proceſſere mulieres, ſublatis tunicis: *& quò* *Polyænus*
(inquiunt) *contenditis? Vndè egreſſi eſtis,* *lib. 6.*
eò introire vultis? Quibus fœminarum ver-
bis, rubore Perſæ ſuffuſi, regredientes in
pugnam, hoſtem vicerunt. Carthagine ca- xix
pta, Æſculapij templum ſupererat in arce
opulentiſſimum: hinc ſupplices ad *Scipio-
nem* venere rogantes: vt ijs, qui ex Byrſa
(nondùm enim recepta erat) excedere ſta-
tuiſſent, ſalutem donaret. Annuente *Sci-
pione*, quinquaginta millia promiſcuæ mul-
titudinis ex Byrſa exierunt. *Haſdrubal* cum
vxore, & liberis, & noningentis transfugis,
deſperata venia, templum nonnihil tutati
ſunt. Demum omnibus fame, vigilijs, la-
bore feſſis, *Haſdrubal* occultè ad *Scipionem*
tran-

tranſfugit : quem vbi qui in templo erant ante pedes ducis conſtitutum viderunt, eius perfidiam execrati, ædem incendunt : ſic melius quàm per varios cruciatus, perituri. Haſdrubalis vxor quum ſe ſe, quantum in eo rerum tumultu & vltima deſperatione potuit, exornaſſet, ex aduerſo hoſtium, ſummo faſtigio templi conſtitit: duobus filijs ante pedes conſtitutis, ibi alta voce *Haſdrubalem* vt patriæ, coniugis, liberorum
Sabellicus Dec. 5. lib 9. proditorem inſectata, ambos filios in conſpectu patris, & Romani exercitus obtruncat, ſeque cum illis in ſubiectam flammam deiecit.

XX Fortitudinem itaque ne gloriæ vanitate metiaris, ſed Deorum vultu, patriæ religione, parentum ſalute. Indignè viuit, qui mori formidat ob quem viuit. Vitæ munus hoc vno beneficio penſatur, eiuſdem vitæ ſacrificio. Patribus multum debemus, vnde naſcimur; ſed plus patriæ tenemur, per quam viuimus. Dulcis amor patriæ, & ſatis vixit qui ob patriam moritur; vt nimium vixit, qui patriæ ſuperuixit; & parum vixit, qui patriæ inutilis vixit. Vulnera, propter gloriam, ſanguis ob ſtatuam, labores ob laudem haud fortitudini fortia; ſed propter Deos, propter patriam, propter parentes. Fortis aliquando cedit, numquàm fugit. Nam cedere maiori minorem natura docet. Fugere mors ipſa fortitudini ſuadere non potuit. Moriendo namque, ex hoc mundo haud fugit, ſed egreditur. Omnia quæ congerit Patria, cum ergà nos præparet, cur non rependimus? Aquile-
XXI ienſes mulieres tanta fide contra *Maximinam* prò Romano pugnarunt Senatu, vt funes de mulierum capillis necterent, quibus ſagittas excuterent, deficientibus neruis. Carthaginienſes patria excedere à Romanis
XXII iuſſi, deſperatione acti, licet armis, ac
Sabell. li.8. Dec. 5. nauibus expoliati, bellum renouant; & cum opificia ſacra, profanaque in vſum belli conuerterent; Mulieres quoque memorabili exemplo, cannabis, & lini inopia capillos ſibi ſecuerunt. Pretioſi funes, fortiſſima ligamina, quibus veluti Fato ſalus implicata Reipublicæ, ac nexu incluſa Gordiano eludi poterat, non ſolui.

Si hæc ita ſe habent, cur fortiſſimis mulieribus habenas non laxamus imperij? Conſilio manu, ſanguine, vita, redempta patria? reſtituta Reſpublica; manumiſſa libertas haud ſatis ſunt, vt eis aperiamus caſtra, concedatur tribunal, erigatur thronus?

Suaſorias iſtas ſi in Heliogabalum conuertas, imperarent oppidò fœminæ, ſi in XXIII vir à viribus.
viros, cum vir dicatur, quia in eo maior vis quàm in fẹmina, *Hippocr.6. Epid.* & hinc virtus nomen accepit teſte *Lactantio de Opific.Dei c.12.* Mulier verò à mollitie non tam XXIV Helleborum non datur fẹminæ.
animi, quàm corporis, vndè maribus maiores pulſus inhærent quàm fœminis. *Galenus de pulſib.* Ouidius etiam in deſcript. Iphidis fœminæ in marem *lib.9. Metamor.*

——Nec candor in ore
Permanet: & vires augentur: & acrior ipſe eſt,
Vultus, & incomptis breuior menſura capillis;
Pluſq; vigoris adeſt, habuit quam fœmina

Et *lib.2. Faſtorum.*

Quid faciat? pugnet? vincetur fœmina pugnãs?

Et Silius *lib.2.*

Parietibuſq; domus imbellis fœmina ſeruet.

Hinc Philoſophi docent Helleborum, vti graue medicamentum fœminis non dari, vel minus dari, quàm viris. *Tenera enim mulier* (ait Moyſes *Deut.28.n.56.*) *& delicata, quæ ſuper terram ingredi non valebat, nec pedis veſtigium figere propter mollitiem, & teneritudinem nimiam.* Partes, quas velut arma natura animalibus dedit, vt dentes, cornua, aculeos, calcaria, & cætera generis eiuſdem: aut maribus tantum naturam conceſſiſſe, aut certè potiores, atque robuſtiores, quàm fẹminis auctor eſt *Ariſtoteles de Gener. anim.7. c.10.* Romanis cum XXV fœmina cum dentibus nata malum omen
lex eſſet, portenta, atque prodigia alio ex vrbe deportanda, *Valeriam* fœminam, quę Regum temporibus inauſpicato quidem exemplo cum dentibus in vrbe nata erat, & Aruſpicum reſponſis exitio diceretur futura ei ciuitati, in quam deferretur, Seſſapiam tum florentiſſimam tranſlata fuit, nec citra illius vrbis exitium. *Petrus Crinitus lib.22.c.10. de Hon. Diſcipl.* Mulier dentata hieroglyphicum eſt bellicoſæ mulieris, quæ caſtris ominoſa ſemper & imperio. Nullam apud veteres Romanos fœminam in caſtris fuiſſe, non tam Scriptorum docemur teſtimonio illius æui, quã Iſidori, qui XXVI caſtris prohibita fœmina.
Caſtra dicta voluit, quod in ijs caſtraretur libido, & ab eis fẹminæ longè degerent. Nunc verò *Caſtra* per antiphraſim, quaſi minimè à ſcortis & libidinibus caſtrata appellamus,

vt probant Scipio, quum ad Numantiam duo millia Scortorum è caſtris eiecerit; & *Frider. I.* Imper. aduerſùs Germanorum mores, qui ad bellum non pergebant ſine mulierum plauſtris, legem tulit.

Non erit in noſtris nobiſcum fæmina caſtris,
Qui reus extiterit, ſpolijs nudatus abibit;
Turpiter, & naſo mutilabitur illa refecto.

xxvii Telam, colum, & ancillarum cuſtodiam fœminis natura mandauit aiebat, Hector ad vxorem *Homer. lib. 6. Iliad.* Pheretina Regno Cyreneorum pulſa, ad Euelthonem Regem Cypriæ Salaminis profecta precabatur, vt ſe Cyrenem cum exercitu reduceret. Ille omnia potiùs quàm exercitum dabat. Pheretina id quod dabatur, accipiens, dicere bonum id quidem eſſe, ſed melius facturum, ſi ei petenti daret exercitum. Quumque identidem, ad omnia quæ dabantur, hoc diceret, tandem miſit ad eam Euelthon dono fuſum aureum, atque colum penſo circumdatam, dicens: talibus rebus donari fęminas, non exercitu. *Herodotus lib. 4.* His mirè concinit illud Virgilij 7. *Ænead.*

Cura tibi Diuum effigies, & templa tueri
Bella viri, pacemq; gerant,

& Ouid. 12. *Metamor.*

——————— *Columq;*
I, cape cum calathis: & ſtamine pollice torq;
Bella relinque viris.

Quod forſan Poetæ à ſacris paginis mutuarunt, vt in Ouidiana Poeſi, videre eſt diuina myſteria. *Ecce hoc inueni* (inquit Eccleſiaſtes) *vnum & alterum, vt inuenirem rationem, quàm adhuc quærit anima mea, & non inueni, v. 27. & alterum.* [l] Caietanus Italicæ linguæ proprietatem ſequens vertit *vnum* per *vnam*, ideſt diligenter mulierum omnium naturas, ſtudia, paſſiones conſideraui. Quid tandem es aſſequutus? *Virum de mille reperi vnum, mulierem ex omnibus non inueni, n. 28.* Virorum vnum reperi, qui merito iuſtitiæ, fortitudinis, *viri nomen* mereatur. Fœminarum verò quæ à prudentia, conſilio, & fortitudine poſſit laudari, nullam. Sibi tamen Salomon aduerſari videtur, nam *Prouer. 31.* mulierem appellat fortem. *Mulierem* (inquit) *fortem quis inueniet?* irriſionis ſunt verba quaſi chimeram proferat. Montem aureum, vel lacteum quis inueniet? *procul* (adiungit) *& de vltimis finibus*, hoc eſt, ne quæras in patria, ſed in vltimis finibus terrarum: vnde cum Salomon non vni loquatur, ſed omni nationi, & ei quæ eſt in Orbis regione finitima, idem eſt, ac ſi doceat, *mulierem fortem ne quæras.* Nam qui in Oriente, debet quærere in Occidente: & ex Auſtro pergere in Aquilonem. Finge tamen repertam hanc pretioſam margaritam, eam forſan ad regendam manuduces. Rempublicam; vel in caſtra ad arma tractanda? *Quæſiuit lanam* (reſpondet Salomon) *& linum, & operata eſt conſilio manuum ſuarum, de nocte ſurrexit, deditque prædam,* (ideſt cibum) *domeſticis ſuis, & cibaria ancillis ſuis. Conſiderauit agrum, & emit eum, de fructu manuum ſuarum plantauit vineam. Accinxit fortitudine lumbos ſuos, & roborauit brachium ſuum. Guſtauit, & vidit quia bona eſt negociatio eius; non extinguetur in nocte lucerna eius. Manum ſuam miſit ad fortia* (habent ſeptuaginta ad vtilia) *& digiti eius apprehenderunt fuſum. Manum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem: Non timebit domui ſuæ à frigoribus niuis, omnes enim domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus. Stragulatam veſtem fecit ſibi, byſſus & purpura indumentum eius.* Si domeſticæ diſciplinæ tantùm fœmina
præſidet, licet fortis: quis munia obierit xxviii
Reipublicæ? *Nobilis in portis*, (ſcilicet in Magiſtratu, qui antiquitùs locabatur in portis ciuitatis) *vir eius, quando ſederit cum ſenatoribus terræ.* Nec obijcias & mulierem à Salomone *in portis* locari *& laudent eam in portis opera eius*: non enim locatur mulier in portis Senatus, vel Magiſtratus, ſed laudant eam in portis opera eius domeſtica, quæ à marito reſonantur in portis ciuitatis. *Laudant eam in portis ope-*
ra eius, quia dum maritus ſedebat in portis xxix
ſola veſte & toga vxoris manibus texta induebatur, vt de *Alexandro Macedone* legimus apud Plutarchum in *Alex.* & *Auguſto* in *Alex. ab Alex. lib. 5. c. 8.* Mos erat tum
Romanis, cum Græcis ſponſam Domum xxx
ſponſi comitari lana, ſandalijs, colo, fuſo; cum autem perueniſſet ante ianuam ſponſi interrogabatur, quænam vocaretur? *Caiam eße* reſpondebat: Quod ea prima tectam tunicam texuiſſet, qualem ſpõſa induit *Plinius lib. 8. cap. 48.* Vt virorum itaque ar-
ma gladius, enſis, galea; fœminarum ſunt xxxi

colus,

colus, fuſum, lana. Hinc Varro *Martem*
ita dictum ſcribit, quòd maribus in bello
præeſſet. Quid ſi fœmina dux eſſet? *fœmina*
æquè miles; Græcorum eſt adagium, quod
aptè (*Cyprianus* explicat) *mulieres ad om-*
xxxii *nia delicata, ad vitiorum ſarcinas fortiores*
ſunt viris. Has veluti ſatellitium in partes
ſuas facilè ducunt hæretici. *Simon Magus*
xxxiii Helenam habuit meretricem; *Nicolaus*
Antiochenus choros duxit fœmineos. *Mar-*
cion ad maiorem laſciuiam mulierem Ro-
Viri effœminati. mam præmiſit. *Apelles* Philomenem co-
mitem habuit. *Montanus* Priſcam & Ma-
ximillam priùs auro corrupit, quàm hæreſi.
Arius vt Orbem deciperet, ſororem Prin-
cipis ante decepit. *Donatus* Lucillæ opibus
adiutus eſt. *Elpidium* cæcum *Agape* cæca
duxit. *Priſcilliano* iuncta fuit Galla non
xxxiv gente, ſed nomine, *Hieronymus epiſt. ad*
Cteſiphontem. Qui de muliebri, itaque glo-
riantur fortitudine, & muliebri decoren-
tur titulo, *Saluete viri effœminati*. Sic En-
nius cum notare vellet mollitiem, & ſe-
gnitiem militum, muliebria dixit eorum
ingenia. *O iuuenes, iuuenes, animos geritis*
muliebres. Parum intereſt, ait Philoſophus
Moral. 3. Fęminæ imperent, vel viri effœ-
minati. Seſoſtris Rex Ægyptiorum, victo-
xxxv riarum cumulo celeberrimus, vbique forti-
tudinis ſuæ trophæis erectis, inſculpto vi-
ctoris, & patriæ nomine, muliebria ge-
nitalia adſculpebat in cippo, ſi nullo cruen-
to certamine, ciuitatem illam & populum
deuiciſſet; ne apud poſteros ſe excuſarent,
mulierē vincere dedecus eſt. vel hoſtium multitudine, vel Felicitate vi-
ctoris; ſed propria ignauia ſe teſtarentur
infames. Ipſe verò ex aliena infamia famam
xxxvi dedignaretur accipere. Fœminam namq;
occidere vt iniquum; ita & vincere parum.
Cur (ait Ariſtoteles) *lib. problem.* 29. *c.* 11. *mu-*
lierem interficere iniquius ſit, quàm virum,
quanquàm naturæ ratione mas fœmina præ-
ſtantior eſt? an quia mulier imbecillior eſt,
minuſque proinde iniuriam facere poteſt. Ete-
nim eniti aduerſus id, quod longè infirmius
eſt, nihil virile, imò ſtolidum, atque iniquiſ-
xxxvii *ſimum eſt*. Theodora Imperatrix; cum ei
Rex Bulgarorum, mortuo marito Theophi-
lo, bellum per legatos denunciaſſet. *Fore*
ipſi ignominioſum (reſpondit) *ſiue vincat,*
ſiue vincatur, propterea, quod cum fœmina
pugnaſſet. Hoc reſponſo Bulgarus & à bel-
lo abſtinuit, & fidem coluit Chriſtianam.
Quanta enim viro gloria, fœminam vin-
cere quæ boleto comparatur. Conſidera nu- xxxvi
ptias, in quibus nonniſi pubes, hoc eſt in
decimo quarto, ſe immiſcet maſculus; fę-
mina verò in decimo ſecundo, & ante. Sed
quia infirmior, & imbecillior citius pu-
beſcit. Debiliora enim quà faciliùs xxxix
perficiuntur, & corrumpuntur. Citò na-
ta, citò pereunt. Diù elaborata ferunt
ætatem. Quemadmodum exilia poma citiùs xxxx
matureſcunt, robuſta ſerius. Salices citiùs
creſcunt, quàm quercus. Iactanti Agatar-
cho ſe citiſſimè pingere; cum Zeuſis tardiſ-
ſimè. *Tu tempori* (reſpondit Zeuſis) *ego*
æternitati pingo. Ita fœminæ ex Ariſtotele 7.
de nat. animal. vti citiùs pubeſcunt, & ſe-
neſcunt. Subiungit Accurſius, *quia mala*
herba citò creſcit. l. qua ætate. 5. *ff. qui teſtam.*
fac. poſſ. Quod venuſtè quidam Poeta. Ger-
manus ita vertit:

Vt Lolium ſegetes creſcendo vincit, & altè
Emicat hortorum carduus inter opes:
Fœmina ſic maribus citius conſurgit in auras
Fœmina non vllum ferre parata modum.
Nimirum praua creſcunt velocius herba,
Fœmina quas inter connumeranda venit.

Porrò eadem ratione ſoluit Bodinus *lib.* 5. *de*
Repub. cur fœminæ vbique mares numero xxxxi
vincant? quia in naturæ vniuerſitate, dete-
riorum rerum maior eſt affluentia, quàm
prætioſarum.

Nec Virginem Dei Matrem opponant,
quaſi imbecillitas ſexus contumelioſa ſit xxxxii
Virginæ Deiparæ? Nam illam ab initio, *Inter fœminā & Deiparam nulla proportio.*
& ante ſecula creatam poſſederat Dominus.
Ab æterno ordinata, & ex antiquis ante-
quam terra fieret, cum Deo erat cuncta
componens. Mala noſtra nec vidit, nec
tulit, niſi vt genus repararet humanum.
Ab ea itaque quæ dicitur, & eſt *Salus in-*
firmorum, ad eam quæ eſt cauſa mortis, &
origo malorum, violenta eſt illatio.

Muliebrem fateamur imbecillitatem, ob
quam pręſumptio iuris inoleuit, vt ſi mas xxxxiii
& fœmina eodem caſu mortem obeant,
præſumitur vir tanquam robuſtior fœminæ
fuiſſe ſuperſtes, *l. ſi quis duos, S. ſi maritus, ff.*
de reb. dub. Ex aduerſo cum quæritur vter
prior natus ſit, mas an fœmina? marem
dicas ex Baldo *l. idem erit, ff. de ſtatu hom.* Co-
lumbæ cum vno eodemque partu marem, &

fęminam edant; excunti maſculo ſemper
fœmina cedit vel virium debilitate, vel re-
uerentiæ teſtimonio, quam ipſo in vtero na-
tura docet: *Ariſtoteles 6. de Animal. c. 4.* idem
de canibus tradit Plinius *lib. 10. c. 68.*

XXXXIV Diogenem reſpice lector, qui inter noſtras
lucubrationes fortem quærit mulierem.
Fœmina inſcribitur *Fortis*, quinta hæc diſ-
ſertatio, cum in ea debilem, mollem, te-
nellam inſequamur. Spartanæ, quæ vi-
ros corripuere timidos, & Perſides, quæ
militem retinuere fugientem, molles itaque
erunt, & imbelles. Mulier (reſpondeo)
eſt in conuiuio, non Spartana: vt Helioga-
balus non facit virum, nec Spartana mu-
lierem. De viro & fœmina eſt declamatio,
cum à virtute, hanc à mollitie non tam
geſta, quàm organa probant. Fœminam
aliquando vireſcere, eſt naturæ phenome-
num. Licet Sol patiatur ecclipſim, quum
in eum Luna ſuperbit, dices tamen Lunam
Sole minorem.

CAPVT SEXTVM.

FOEMINA STATIONARIA.

1 *Fæmina non adeſt conuiuio. 2. fæminarum Babylon. inhoneſtas in conuiuio. 8. Eleuſinem cur pergere vetita. 9. domum deportata, ei calceamenta prohibita. 10 cur in paradiſo creata, cum vir extra 11. fæmina vna laus, domum regere 13. nec religionis prætextu domum exeat. ſi in canonem,* ſi quis ſuadente *incidat Romam non pergit 14. cur pilos in facie non habeat. 15. eſt hortus concluſus. 16. nocti aſſimilatur 18. Luna 19. hoſpitem fugiat 26. cum eſt in itinere, non debet regredi. 29. inhoneſta, creditur, ſi in publico appareat 31. debet velata incedere etiam corã patre 38. vultum quando aperiat 41. puniatur à viro 42. quæ pæna? 43. eius honeſtas quali inſtrumento poſſit à viro cuſtodiri: 45. ferè omnes impudicæ 47. laudari & defendi ab eo, qui non eſt maritus, impudicum eſt 49. fæminarum vitia ſolus maritus ſcire poteſt 50. prudens aſtutia ſeruandi honeſtatem.*

3 *Repudij cauſa iuſta ſi fæmina viro inſcio, in theatro, vel in publico fuerit. 4. Si aperto capite foris ſit viſa: 5. Vel ſecreto loquens. 7. Ob ſolam ſuſpicionem:*

8 *Lycurgus vxorem damnat.*

11 *Dianæ templum cur crematum.*

12 *Venus cum teſtudine quid?*

17 *Seneca materteram laudat, quia ſtationariam, & inuiſam.*

19 *Sara ſe abſcondit in tabernaculo.*

20 *Themiſtocles ſub ſpecie mulieris fugit.*

21 *Currus quo vehitur ſponſa, cur comburatur?*

22 *Gynecæa quæ?*

25 *B. Virgo Maria vbi habitaret?*

28 *Solitudinem quærit.*

35 *Iphigenia cum immolanda, pedes cooperit, cur?*

48 *Suſana toto vitæ tempore velata incedit.*

FOeminam non in throno, non in ca-
ſtris cum locare natura permittat; vbi
erit ſtatio eius? forſan in balneo, vel in
conuiuio, vel in theatro? locum petit, ſi
viri natiuitate ſocia, erit etiam in peregri-
1 nationibus comes? Græcorum conſuetudo
muliebrem ſexum à conuiuijs amouit, nec
in virorum ſympoſijs accumbebat mulier,
niſi lenocinio clara, & meretricio infa-
mis. Vel matronalem enim virginalemq;
pudorem offendit iocantium libertas, vel
iocandi libertatem retardat pręſentia mulie-
bris. Hinc apud Terentium iubente Thra-
ſone in conuiuium Pamphilam introduci,
indignata recuſauit Thais. Impoſſibile du-
cens, ſuis pudicam reſtitui, ſi virorum
accumberet in conuiuio. *Muretus lib. 7.*
var lect. c. 2. Ab honeſtate ſemper inhone- II
ſtas ſumit incrementa libidinis; vt apud
Babylonios, Fœminarum conuiuia ineun-
tium Modeſtus erat habitus, deinde ſummæ
quæque amicula auferebant, profanato pu-
dore. Ad vltimum vna corporum velamen-
ta proijciebant non meretrices tantùm, ſed
matronæ, & viri, apud quos comitas erat, III
corporis vulgati ludibrium. *Curtius lib. 5.*
Hinc inter diuortij cauſas, hanc tulere
Romani, ſi Circenſibus, aut alijs Theatra-
libus

libus ludis inuito marito, mulier interfuiſ-
ſet *L. conſenſu C. de Repud.* Horridum huc
facit *C. Sulpicij* Galli maritale ſupercilium,
cum(*Valer. Max. lib. 6. cap. 3.*) Vxorem dimi-
iv ſit, quod eam aperto capite foris verſatam
cognouerat: abſciſſa ſententia, ſed tamen
aliqua ratione munita. Lex enim (inquit)
tibi meos tantùm præfinit oculos, quibus
formam tuam approbes. His decoris in-
ſtrumenta compara, his eſto ſpecioſa, ho-
rum te certiori crede notitiæ: Vlterior tui
conſpectus ſuperuacua imitatione accerſi-
tus, in ſuſpicione & crimine ſubhæreat,
v neceſſe eſt. Nec aliter ſenſit Q. Antiſtius
Verus, repudiando vxorem, quòd illam
in publico cum quadam libertina vulgari
ſecreto loquentem viderat: Nam (vt ita
dicam) in cunabulis & nutrimentis culpæ,
non ipſa commotus culpa citeriorem deli-
cto præbuit vltionem: vt potiùs caueret in-
iuriam, quàm vindicaret. Iungendus eſt
vi his P. Sempronius Sophus, qui coniugem re-
pudij nota affecit, nihil aliud quàm ſe igno-
rante ludos auſam ſpectare. Sic dolum
olim fœminis occurrebatur, mens earum
aberat à delictis. *Val. Max.* Nunc dum ip-
ſæ adulterinis tripudiant coniugijs, glorian-
tur viri de lenocinio, vt falſo gaudio inno-
uant dolorem infamiæ. Antiquis ſola ſuſ-
vii picio vertebatur in crimen, & ſolo rumore
innocentiam lædebat infamia. Cæſar repu-
diauit vxorem; quia Clodio ſuſpicaretur di-
lectam. Lycurgus lege vetuit, ne mulier
viii Eleuſinem proficiſceretur, veritus, ne à
diuitibus dato precio corrumperetur; addi-
ta pœna drachmarum ſex millia: Vxorem
porrò Lycurgi inobedientem ſycophantis
accuſantibus, talentum dedit. Quod cum
poſtridie illi vitio daretur, reſpondit Lycur-
gus. *Ego dare conſpectus ſum, non accipere.*
Eraſmus *lib. 8. Apopht.* Quò igitur relegamus
ix mulierem? domum deportamus, vt ibi in-
ter animalia domeſtica curam gerat familia-
rem, & diuitias à viro cuſtodiant acquiſi-
tas. Propterea Ægyptijs fœminis calcea-
menta haud dabantur, quo domi ſe conti-
nerent. Vxorium eſt ornamentum aut cum
marito, aut per maritum loqui. *Plutar. in*
precept. connubial. Condidit Deus hominem
x ſed extra paradiſum; in paradiſo verò mu-
lierem; creatum enim hominem tulit Deus,
& poſuit in Paradiſo voluptatis. *Geneſ. 2.*
num. 15. cuius ex dormientis coſta fęminam
elaborauit, *num. 21.* Sed vnde omnium Im-
peratori, ad quem paulo poſt accedunt bru-
ta, teſſeram ſubiectionis, & feudi fidem
profeſſura, campus & ager datur in patriam;
cum Regia Paradiſi traditur iri domicilium
ei; quæ foret viro ſubiecta. Homo ne
exardeas, foras enim in agro efformaris;
& campus tibi datur in patriam, vt publicò
poſſes euagari forò, & totius Orbis latiſſi-
mo currere campo. Fœmina verò intra Pa-
radiſi clauditur valuas, vt ſecretis recondi-
ta penetralibus, & deambulando quiret
ſibi mandatam menſurare terram, extra
quam nec ei hominem, nec eam homini
inuiſere liceret. Vitio datur quidquid gene-
roſum, & virile extra muros fœmina ten-
tat. Vnde laudes, epitaphium docet:

Hoſt eſt Epitaphium haud pulchrum pulchræ xi
fœminæ
Suum maritum corde dilexit ſuo.
Domum ſeruauit, lanam fecit,

Clytemneſtra ita Agamemnonem alloqui-
tur maritum.

Quin tu foris, quæ ſunt, agas negotia
Curas ego tractabo domeſticas.

Lacæna quædam captiua facta, cum inter-
rogaretur, quid agere ſciret? *Domum* (in-
quit) *bene gubernare.* Huc Regius canit
Pſalmiſta, *Vxor tua ſit vitis abundans, ſed*
in lateribus domus tuæ. Neque domibus ex-
ternis aſſideas, neque menſis. Nazianze-
nus *in documen. Virgin.*

Excedis ò Mulier, limites vxoris
Per atrium. Nam veſtibuli fores, vltra
Domum eſſe ab ingenua matrona exiſtimantur
Vlterius autem perſequi, & in viam currere
Canis eſt opus, idque conuicijs affecti, ò Rhode,

Mænander apud *Stobæum*

Magni Alexandri natali die templum Dianæ
Epheſiæ concrematum (tradit Plutarchus *in* xii
vita Alex.) *& iure*; quia in Alexandri ortu
obſtetricando occupata Dea, ſuam deſere-
rat ædem. Myſtica erat Venus illa, quam
Phydias teſtudini ſuperpoſuit; tum vt len-
to illo greſſu, quo hæc graditur, ſignifica-
ret mulierem clauſam, & à foro alienam:
tum quia, ſicuti teſtudo nonniſi de loco
mouetur in locum, quàm intra teſtaceam
domum ſuam clauſa; ita muliere clauſtra
domus, vel rarò ægrediatur, vel nunquàm
etiam pietatis, & religionis prætextu. San-

cta

ctailli domus, vbi ſacra peragat; ne ſacri-
lega domum deſerat, vt templum adeat.
XIII Pepererat Anna, quæ ex voto conceperat;
cumque cum viro ſuo Helcana iuxta con-
ſuetudinem legis teneretur in templum
aſcendere, non aſcendit: Dixit enim viro
ſuo: *Non vadam? Num.22.* Sed cur *non
vadam*? legem fœmina ſpernit, & poſt-
quàm parit fœcunda, ſterilis fit in gratiarum
actione? Fœminarum genus (reſpondet
Oleaſter) decet non hinc inde diſcurrere,
etiam pietatis aut religionis prætextu. Amat
hoc genus exire, amat hic indè diſcurrere:
& quia à viris ſuis ſæpè arcentur, cauſam
religionis aut pietatis mentiuntur: vt ergo
licentioſum genus teneret officio, occaſio-
nes vagandi præcluſit. Inde ſi in canonem
ſi quis ſuadente, &c. inciderit mulier, ab
Epiſcopo abſoluitur, nec opus eſt eam adi-
re Pontificem; quia periculoſum mulieres
peregrinari, & virorum cętibus immi-
ſceri. *Hoſt.Io.And.Panor. in cap.mulieres. de
ſentent.excomm.* Pilos in facie non poſtulat
XIV genus fœmineum (inquit Galenus) *lib.11. de
vſupartium*) in frigora & brumas, quia ſub
tecto vitam agentes, domi vt plurimum
Philoſophantur. *Semper te* (inquit Hiero-
nymus *Epiſt.22.ad Euſtochium*) *cubiculi tui
ſecreta cuſtodiant. Audies à ſponſo: Hortus
XV concluſus ſoror mea ſponſa, hortus concluſus,
fons ſignatus. Cant.4. Caue, ne domum
exeas, & velis videre filias regionis aliena.
Dira egreſſa corrumpitur.* Nocti aſſimilaris
XVI vt homo dici. Quoniam vt ille actu publi-
co fit clarior, tu obſcurior. Vel clareſcis,
cum tenebris domus coniugalis es inuoluta.
Materteram ſuam laudabat Seneca, quia
XVII annos ſexdecim, quibus maritus eius Ægy-
ptum obtinuit, numquam in publico con-
ſpecta, nec vllum prouincialium admiſit in
domum. Fœmina Romana virum cum
inter barbaras ſequeretur nationes, cenſuit
pudicitiæ famam ſolo aſpectu fædari, &
ſolis tenebris poſſe cuſtodiri; vnde & apud
Ruthenos ea eſt fęminarum conditio, vt
nulla honęſta putetur, niſi domi concluſa
viuat. Surgentem ſuſpice Lunam; ſemper
XVIII ed Calendas cornutas occurrit, & mulie-
ris eſt hieroglyphicum in publico prodeun-
tis, quæ impudica, bracchia expandit ad
alienos. Luna eſt, nec ſplendet, niſi à
XIX Sole peregrinetur remotior. Quid eſt? quod
tres illi Angeli, quos in domum ſuam ſu-
ſceperat Abraham, quamuis auguſti in an-
guſto diuerſarentur tugurio, Saram non vi-
dent, vt mirarentur Angeli. *Vbi eſt Sara
vxor tua? Gen. 18.* Ruſticanum & angu-
ſtum occupamus tugurium, ſecretiores an-
guli aſpectum non fugiunt, nec Sara vide-
tur? vbi eſt? Forſan ignorabat Dominus,
qui in poſterioribus Sodomorum futura ex-
cidia denunciat, vbi Sara eſſet? *Sed docere
nos* (inquit Ambroſius) *voluit, quantus
pudor eſſe debeat fœminarum, ne procaci oc-
curſu hoſpitum in ſe oculos inflectant*, & in-
fra: *Prouectior ætate Sara iuuenilem cuſtodit
verecundiam.* Locum, vbi Sara claudeba-
tur Angelis ipſis inuiſa, perpende? *Ecce eſt
in tabernaculo*, Domus ſcilicet ſecretiori par-
te latebras quærens, vt Soli viro conſtaret.
Sic Perſæ, & Parthi vxores & concubinas in XX
ſecretioribus à viris ſemotas volunt habi-
tare, neque in publicum prodire ſinunt.
Sed per viam vndique ſeptæ in tentorio cur-
ribus vehuntur. Hoc commento Themiſto-
cles Græcia pulſus, ad Regem Perſarum tutò
profugit, cum comites Græcam mulierem
ex Ionia (interrogantibus) ad quemdam Re-
gis admiſſionalem agere, reſponderent. *Plu-
tar. in Themiſt.* Apud Boethios mos erat,
vt ſponſa tradenda marito, curru vehere- XXI
tur nuptialem domum; eò cum perueniſſet,
aderant qui extemplò currum comburerent.
Eo ſymbolo indicare volentes, vltra ei opus
curru non eſſe, cum domi deinceps ſe con-
tinere deberet. Propterea apud Tullium
lib.3.de Oratore dicebat L.Craſſus Orator. XXII
*Equidem cum audio ſocrum meam Leliam,
eam ſic audio, vt Plautum mihi, & Næ-
uium videar audire*, (faciliùs enim mulie-
res incorruptam antiquitatem conſeruant;
quod multorum ſermonis expertes ea te-
nent ſemper, quæ prima didicerunt.) Idem
protulit Plinius Iunior *Ep.1. ad Euritium*,
de Epiſtolis vxoris Pompeij Saturnini. *Le-
git* (inquit) *mihi nuper epiſtolas, quas vxo-
ris eſſe dicebat, Plautum, vel Terentium
metro ſolutum legi credidi.* Hinc inoleuit, ſe-
cretiora loca gynæcea appellare. Vt cum XXIII
Panthæda Spartanus, Aſiæ legationem, obi-
ret, oſtentantibus quibuſdam murum val-
dè munitum, latum ac ſublimem, dixiſſe
*fertur, Per deos, ò hoſpites, pulchra Gynæco-
nitis*, ideſt domus mulierum, teſte Plutar-
cho

echo *in Lycaon*. Græcis namque & Latinis Gynæcea dicta ſunt ſecretiora loca, in qui-
Gynecæa quid? bus degunt mulieres, & textoria opera conficiunt; vt Gynæcearij dicti ſunt, qui ibidem ea exercerent. *L. vnuſquiſque, C. ad l. Iul. Repet. L. 2. 3. 5. & L. ſi quis ex corpore, C. de mulier. & Ganee.* Procopius *de Bello Vandal. lib. 1.* Vitruuius *lib. Architectur. 6. c. 10.* & fœminarum nomine ſæpius ſint
xxiv appellati: vt facetè reſpondit *Diogenes Cynicus* apud Laertium, quum ex Lacedæmone Athenas reuerteretur, interrogatus. Vnde & quò veniret? *A viris ad fœminas*, reſpondit. Gynæceum hoc Latinis quandoq; con-
in Eunucho. claue dicitur, vt ex Terentio *virgo in conclaui ſedet*; erat altiſſimus locus in ſuperiori domus parte; *Homerus lib. 22. de Andromache.*

Sed telam texebat in conclaui domus alta.

& *2. Illiados.*

Virgo verecunda, ſuperiora aſcendens.

Caſtiſſima Iudith ex eo laudatur, quia in ſuperioribus domus ſuæ cubiculum ſecretum extruxerat, in quo cum puellis ſuis clauſa moraretur. *Iudith c. 9.* Talis, & ſic
xxv ſtabat Virgo Maria, cum ad eam non in foro, nec in templo, ſed in penetralibus cubiculi clauſam acceſſit Legatus Angelicus. Vndè Ambroſius. *Ipſa quoque ad Eccleſiam progreſſio rarior ſit adoleſcentulis. Conſidera, quanta fuerit Maria, & tamen nuſquam alibi, niſi in cubiculo reperitur. in adhortat. ad Virgin.* Quod ſi exeundi neceſſitas vrgeat?
xxvi feſtinet, nec moram extra lares domeſticos
fœmina non reſpiciat retro. trahat. Ægredienti de Sodoma Vxori Lot, iubet Dominus: *noli reſpicere poſt tergum tuum. Geneſ. 19.* At quid mali eſſe potuit in reſpiciendo? Iuuaret potiùs, vltrices intueri flammas, vt timore diuinæ iuſtitiæ illibatam ſeruaret innocentiam? Optimo iure (reſpondet Caietanus) fœmina prohibetur reſpicere, *ne tardet in itinere, ſed acceleret.* Si fœminis liceret reſpicere; ſemel ægreſſæ, regrederentur nunquàm. Mittit
xxvii Noe Columbam de arca, *quæ cum non inueniſſet, vbi requieſceret pes eius, reuerſa eſt ad eum in arcam*, non redijſſet, ſi inueniſſet. Miſit ſecundò; hæc redijt portans ramum Oliuæ, virentibus folijs. Miſit tertiò, *ſed non eſt reuerſa vltra ad eum.* Virentibus delectata arbuſculis, quæ frondebant. Sic mulier è domo emiſſa maritali, ſi regrediatur, non eius adſcribas conſtantiæ, ſed virorum inopiæ, uel inertiæ. Namque ſi ſecundò emittas, floribus ornata regreditur, & ſtipata coronis, quas obtulerunt amaſij, à quibus circumuenta, ſi iterum ægrediatur, non vltra reuertitur; & fruſtrà expectatur.

Noli itaque reſpicere poſt tergum tuum. xxviii
Beatiſſimam ſequere Virginem. In Montana abit, ſed *cum feſtinatione*, imò Euangeliſta ſubiungit, *cucurrit*, ne aliquos in publico miſceret ſermones, vel in plateis, & cognatorum ædibus moram trahere cogeretur, inquit Ambroſius. Vbi cum Eliſabetha tribus menſibus cohabitauit, *Non quod domus eam delectaret aliena, ſed quia frequentiùs videri in publico diſplicebat.* Fœmina porrò alioquin honeſta, famam lædit, eius herclè poſſidetur pudicitia, ſi publicis commoretur in locis. Thamar honeſtam fœminam cum Iudas ſocer eius videret ſe- xxix
dentem *in biuio itineris*, ſeù, vt eſt in Hebræo, *in porta oculorum*, loco ſcilicet publico, *ſuſpicatus eſt eſſe meretricem.* Præſumptionē iuris aduersùs caſtam fœminā inducit publica deambulatio, per vagos namq; greſſus impudicam mulierem deſcripſit Salomon: vagi xxx *Prou. 5.*
ſunt *greſſus eius*. Leuina caſtiſſima fœmina, minimè tamen domo contenta, nunc Auernum, nunc Baias profecta, meretrix facta eſt; relictoque viro, ſequitur adoleſcentem.

Caſta, nec antiquis cedens Leuina Sabinis,
Et quamuis tetrico triſtior ipſa viro,
Dum modò Lucrino, modò ſe permittit Auerno,
Et dum Baianis ſæpè fouetur Aquis:
Incidit in flammas, iuuenemq; ſecuta, relicto
Coniuge, Penelope venit, abit Helena.

Valer. *lib. 1.*

Hinc apud Euripidem Medea ſe excuſat, quod abeſſet à patria, vt ſuſpicionem tolleret impudicitiæ.

Corinthiæ fœminæ ægreſſa ſum domo,
Ne mihi quippiam crimini vertatis, noui enim multos mortalium
Honeſtos, ſanctos illos quidem procul ab oculis,
Hos verò in externis, alijs verò ab otioſo pede
Infamiam ſibi contraxerunt, & ignauiam.

Iuuenalis verò eas vituperat fœminas, quibus notum:

—Quid toto fiat in Orbe,
Quid Seres, quid Thraces agant, &c.

Decet ſolitudo verecundiam: & gynæceum pu-

pudoris ſecretum eſt, ait Ambroſ. *exhor. ad*
Virgin. In hoc pudoris conclaui diù exercita
xxxi Rebecca, cum primùm Iſaac ſponſo ſuo
obuiàm procedit, *tollens citò pallium ſuum,*
operuit ſe. Geneſ.24. Vbi Ambroſ. *lib.3. de*
Virgin. Vtique pulchra virgo non decori ti-
muit, ſed pudori. Hunc non tam velum
tegat, quàm murus protegat. *En ipſe*
xxxii (inquit cœleſtis ſponſa) *ſtat poſt parietem*
Velata procedat. *noſtrum. Cant.2.* Vt vel ſponſus ipſe cęle-
ſtis muri obice videatur excludi. *Velat ca-*
put (inquit Tertullianus) *ſi mater propter fi-*
lios, ſi ſoror propter fratres; ſi filia propter pa-
tres. Omnes in te ætates periclitantur. Indue
armaturam pudoris; circumduc vallum
verecundiæ; murum ſexui tuo ſtrue, qui
nec oculos emittat proprios, nec admittat alie-
xxxiii *nos.* Hoc muro Beatiſſima incluſa virgo,
etiam cum in apertum campum humani ge-
neris charitas prouocabat. Pudor reuoca-
bat domum; amor euocabat in atrium. Se-
xus verecundia elongabat à carcere, mater-
na dilectio impellebat ad iudicem. Vincitur
tandem in matre amor, qui triumphabat
in filio; Vbique pudor exultat; domi re-
tinet matrem: in atrio filium verecundia
cooperit. *Dic* (quærit Anſelmus) *pijſſima do-*
mina, fuiſti tunc cum illo? Maria: *Non.* Anſel.
Quare? cum eum tantum diligeres? Maria:
Nox inſtabat & non expediebat, vt mulie-
xxxiv *res tunc foris inuenirentur.* Nuptiæ filij Dei
virginem excludunt vagantem; & fatuas
redarguit, quia inter vicinas ſolumodò quæ-
xxxv rerent lucernam accendere. Mors ipſa pu-
dorem non ſoluit; nec fortis occumbit, ſi
abſque verecundia. Dianæ cum immolare
Iphigeniam tenerentur Achyui, Patris con-
ſenſu ad aram ducta, pedibus diligenter
veſtem obuoluit, cæteraſque texit corporis
partes: nudo relicto iugulo, vt honeſtè ca-
dens, pudorem, quem per tota vita ſerua-
uerat, inuiolatum relinqueret. Idem legi-
mus de vxore Panthei Lacedæmonij, apud
Fulgoſium *lib.4.c.5.* & de Olympiade M.A-
lexandri matre: Quæ expirans capillis, &
xxxvi veſte crura contexit, ne quid mortua im-
pudicum relinqueret. Natura occultanda.
Franc.Georg.Venetus c.27.tom.6.Cant.1. Ar-
xxxvii *moniæ.* Naturam imitatus Phidias, Palladis
ſimulacris Draconem conſueuit apponere,
veluti ambage tacita innueret fœminam
peruigili cura indigere, vt pudor ſeruetur
illæſus. *Cæl.Rhod. lib.10.* Sicuti namque
ædium, Oraculorum, theſaurorum cuſto-
diæ Draco præficitur; ita & fœminæ, in
qua non eſt pręcioſior pudicitià theſaurus. xxxviii
Aperit, vel ſubiectionis ergo vt Chalcedo- *Vultum*
niæ viduæ, quas & reliquæ fœminæ ſunt *quando*
imitatæ velatæ incedentes, ſi in graues vi- *aperiat*
ros, magiſtratus præſertim offenderent, di-
midium faciei retegendo. *Cælius lib.13.c.6.*
Vel in pignus futuri coniugij, non tamen
ſine munere rogabat ſponſus, vt ſponſa ab
eo pateretur videri, faciemque detegeret. xxxix
Victorius lib.27. Var.lect.c.3. Hinc Impera-
tor exploſa veterum conſuetudine, qui pu-
bertatem ex inhoneſta corporum inſpectio-
ne ſanciebant, ex lege naturæ iura ſua æta-
tibus reddidit; & à decimo ſecundo anno
fęminam, à decimoquarto maſculum pube-
rem dixit. Velatæ, itaque muroque incluſæ
domeſtico fęminæ.

Tum colere antiquas artes, maternaq; iuſſa
Atq; agili diſcant carpere penſa manu. xxxx
In digitis acus, ante pedes intexta quas illi
Viminaque & fuſo ſtamina torta leui.
Hoc Tanaquil Opus, hos mores Lucretia mon-
ſtrat,
Phylacide hos coniunx, Thelemachiq; parẽs.

Pontanus *lib.1. de Amore coniug.*

Quod ſi aberrent, & ſexu fraudato xxxxi *puniatur*
munia vſurpent virilia, ne indulgeat mari- *à uiro.*
tus, puniat. Quod ſi prætereat, mulieri
ne adſcribat, ſed ſuæ ignauiæ, atque ſtul-
titiæ. Quòd enim animus eſt corpori, id
virum oportet eſſe mulieri. Inſanit Vulgus,
cum vitia ab animo proficiſcentia, corpori
imputat. Delirant Principes, qui bellorum
tumultus populo tribuunt, quorum ipſi
ſunt auctores: ita viri reijciunt in fęminas,
ſi quid ipſi delirauerint. Malè itaque mo-
ratam mulierem tribus modis caſtiget (ait
Chryſoſtomus *homil.26. in Matth.* Primum
docendo ſecundum Deum. Si autem timo-
rem Dei non ſentit, improperando, vel vt
homines erubeſcat. Si nec pudorem ſentit
frequenter confuſa, faciat quod præcipit Sa-
lomon, duram baculo percute. Ergo pri-
mum admone, quia multum proficit Do-
ctrina iuſtitiæ. Deinde confunde, quia
frequenter pudor frænum eſt vitiorum.
Tertium iuſtum eſt, vt caſtigetur, quaſi
ancilla, quæ erubeſcere neſcit vt libera. Hi-
ſce ex impudica pudicam fieri, putat ma- xxxxii
ritus

ritus, ſed æthiopem lauare, ea peruicax do
cet. Maritalis obſtat ſocietas, iiſdem flagellis
vxorem moderari & ancillam. Paſtor eſt nó
percuſſor; cuius eſt, exemplo potiùs certa-
re, quàm iurgijs, & charitate quàm pote-
ſtate præcellere. Trinam Petri negationem
prænunciat Dominus, nec vllam memorat
pœnam; vt priùs innoteſceret remiſſio
peccati, quàm peccatum. Argue, obſecra,
increpa ſed in patientia, adulteram quan-
doque diſſimulando, niſi ſit publica. Diſſi-
XXXXIII mulatione namque, vel facimus pœniten-
tem; vel timidam & raro pecantem. Seras,
quibus claudas honeſtam, præter muliebrem
& voluntariam conſtantiam, ne cogites.
Veneto in armamentario, non nauali, ſed
Decemuirali, dicunt, Carrarienſis ducis
ſera ſeruatur ferrea, ad modum faſciæ, qua
muliebria claudebat vxoris, ne ſine vitæ
diſcrimine eam daretur viro cognoſcere.
Nec propterea mihi pudica; inter etiam
inſidias fœminam vna facit innocuam vo-
luntaria conſtantia. Phanus vxorem habens
XXXXIV ſuſpectam, ſic atrij fores occluſit, vt non
niſi cum ſonitu poſſent aperiri. Verum cum
illa per tegulas adulterum intromitteret, ir-
ridebant vicini maritalem cuſtodiam, facto
prouerbio *Phani Oſtium*. Quo innuerent
aliquid fruſtrà ſeruari. Nemo, vti Ægyptus,
arctiori cuſtodia fœminam clauſit: & tamen
XXXXV Pheron Seſoſtris F. Ægyptiorum Rex, lu-
minibus orbatus, cum circiter decennium
cæcitati ſuæ remedia fruſtra quæſiiſſet, ora-
culo tandem monitus, ſolius mulieris vri-
nà, quæ præter maritum, viro fuiſſet in-
cognita, poſſe ſanari: à Regina lætus inci-
piens, ac inde matronas expertus Ægy-
ptias, vnà & populares, impudicas omnes;
cum olitoris cuiuſdam vxoris ſolummodò
vrinà, quæ ſola eſt inuenta pudica, ſanare-
tur; occiſis reliquis eam duxit vxorem.
Herodotus.

Honeſtatem quomodò vir poſſit cuſtodire.

Verè omnes impudica.

Quid itaque? impudicum dices genus fœ-
mineum? nec laudo, nec vitupero. De bo-
nis, vel inhoneſtis mulieribus (aiebat Ari-
gæus Lacedemonius apud Eraſmum, *lib. 6.*
XXXXVI *Apopht.*) nil timerè loquendum. Quales ſint,
iuſtum eſt ignorare. Matronam verſari in
fabulis, proſtitutionis genus putatur. Qui
vxorem laudat alienam; non laudaret, ni-
ſi cognoſceret. Et hoc detrahit pudori fœ-
mineo. Prima laus pudicitiæ matronalis eſt;

Fœmina ſi laudetur eſt inhoneſta.

nulli notam eſſe, præterquàm viro ſuo. Hinc
Franciſcus Biragus *lib. 2. caſ. 22. de duello*; XXXXVII
iure reprehendit eum, qui in defenſionem
honoris cuiuſdam virginis, procum publi-
ca prouocauit ad arma; occaſione data,
famam virginis trahendi per ora hominum,
& fabulandi de pudicitia eius, quam defen-
ſione polluerat. Cum ſuſpicionibus labo-
remus plerumque; *Nulla ſatis pudica eſt*; XXXXVIII
de qua quæritur an pudica? Seneca *lib. 1. con-
trouer. c. 2.* Suſanna, quæ fœminas ſuæ pudi-
citiæ nobilitauit exemplo, cum inter paren-
tum lacrymas, & vulgi conuicia, calum-
niantium ſcelere, traheretur ad tribunal
reorum, operta venerat, plus timens cupi-
dorum oculorum ſcandalum, quàm falſi
expauens delicti ſupplicium. *Diſcooperiretur* *Daniel.*
iudices tamen iuſſerunt iniqui, *erat enim* *19.*
cooperta. Iam ſaxa parabantur adulteris de-
bita: & aliquis elato iam lapide, lapidi ſi-
milis hæſit, concionem imò mortem mo-
rante puero duodene. Vtrumque ſeorſim
de criminis loco ſciſcitando teſtem, & v-
trumque diſcrepantem inueniens, Diaboli
nuda commenta, & mendacio detegit men-
dacium. Mutantur tunc populi voces,
triumphat veritas, libidinem deuincit caſti-
tas. *Saluatus eſt ſanguis innoxius*. Decorem IL
inde (rogat Tertullianus *lib. de corona militis.
c. 4.*) an innubilauerit velo, & innocuam ob-
ſcurauerit tegumento pulchritudinem?
in poſterum, ſemper inceſſit velata, vt
doceret poſt victoriam eſſe timendum. Ve-
lata inceſſit; nam quamvis pudor, ſeueri-
tate examinis, proculcarit mendacia, &
voce exultarit hoſtili, ob accuſationis me-
moriam, velum retinuit; quaſi velamen
deponere non daretur; quia ſemel fuerat à
falſis teſtibus accuſata.

Suſanna ſemper velata.

A laudibus itaque, & conuicijs mulierum
abſtineam. Vt nemo ſentit (ait Plutar.) qua
parte ſtringat calceus, niſi qui indutus: Ita
nullus fœminarum vitia noſcit, niſi qui du-
xit vxorem. Felix illud erit connubium, in
quo tam vir, quàm fœmina thorum abhor-
rent temerare alienum, nec ſui eſſe, ſed
iuris putent alieni. Quidam cum miſſo nun-
cio ſollicitaret Lacænam; reſpondit illa. *Cum* L
*eſſem puella, didici obedire parenti, & feci:
mulier autem facta, viro. Itaque ſi ad hone-
ſta prouocor, viro meo primum aperiam;
eiuſque exequar mandata.* Hæc vna nobilis,

hæc vna regnans, hæc vna magiſtra, quæ ſexum muliebrem reuocet ad obedientiam. Nec eſt, qui inſimulet, ſi de fœminea doceas conſtantia. Si trepidat, nobilem, dominam, Magiſtram, abſque iniuria, inficior.

CAPVT SEPTIMVM.

FOEMINA NOBILIS.

1 *Fæmina ex carne; homo ex puluere. 2. aquam non polluit, vt homo. 3. fæmina nomen nobilius nomine viri. 4. fæmina pulchritudo, deuotio, 5. fides, 7. diutius efformatur in vtero. 8. in fæmina creatione Deus requieuit. 10. vltima creatur. 11. etiam lapide ſculta hominem vincit. 13. viro æqualis. 16. in ſiniſtro naſcitur. 17. cauſa benedictionis. 18. originale peccatum ab homine non à fæmina venit, cur non circumcidatur? ibid. 22. quomodò non ſit ad imaginem Dei.*

2 *Nominis nobilitas arguit perſonæ nobilitatem.*

5 *Fides moriente Chriſto in ſola ſuperfuit Maria.*

5 *Cur omnes candelæ non extinguantur in maiori hebdomada?*

6 *Euam cur primò tentaret Satan?*

12 *Nobilitas ex corporis viribus non deducitur.*

14 *Iupiter abſque fæmina Mineruam parturijt, vtriuſque ſexus dictus. ib.*

15 *Androgena maſculi ſimul & fæmina.*

16 *Siniſtra pars nobilior.*

17 *Sarah cur Sara facta?*

18 *Iudæ peccatum grauius ſcelere Euæ.*

20 *Deus cur fæmineo non indutus corpore?*

PRO FOEMINA. Natalia, ex
1 quibus nobilitatem metimur humanam, ſi fœminæ ſunt nobiliora, cur
imparem maſculo dicam? Ex puluere homo plaſmatur, ex carne fœmina; quantò terram caro vincit, tantò viro
eſt fœmina excelſior. Pura ſe mulier lauet
in vndà, ſemel abluta, ſi iterum corpus,
vel manum mergat in aquis, aquam non polluit; homo verò licet corpore perfricato,
manum ſi iterum demittat in aquas, toties
turbidat, quoties abluit. Materiæ conſo-
II nat nomen, quod ſublimius fœmina hære-
Nomen fæminæ ditauit. *Terram* in Adæ inuoluimus nomi-
nobile. ne, vt Euæ, *vitam*, Summi Opificis prouidentia, qui dedit rebus conſona nomina.
Vno à nomine Maieſtatem Æterni Verbi
reſonat Paulus, *quòd tanto melior Angelis ſit
effectus*, Vnigenitus Dei, *quanto differentius præ illis nomen hæreditauit*. Hinc Cabaliſtæ fœmineam nobilitatem deducunt, quia
Tetragramaton quod eſt, primum & ſummum Dei nomen fęminæ magis, quàm viro
concinet, cuius nomini, *Tetragramaton*,
numerò, characteribus diſcrepat. Pulchri-
III *pulchra.* tudinem pende mulieris, & normam Ideæ,
quam ab æterno Creator conceperat, aſſequeris; cæterum homini præter venuſtatem
nil donauit, & ab exemplo æſtima exemplar. Nobilitatem ſi à virtute deſumas,
virtutum cardinem dicas fœminam. Moralem, vel Theologicam diuide virtutem.
Vbique præcurrit. Charitatem, quæ om- IV
nium virtutum facilè princeps, ſola fęmi- *deuotio.*
na ſuſtinet. *Pro deuoto* namque *fæmineo ſexu* intercedere mandat Eccleſia. Fidei lu- V
cernam; quam (Chriſto moriente) extinxere Apoſtoli, ſola accendit Virgo Maria, nec
præter fœminas, pergit aliquis videre ſepulchrum, niſi fęminarum clamoribus excitatus. Maiori in hebdomada, cur ex quindecim luminibus vnam ſolumodò non extinguas? Mariæ Virginis eſt hieroglyphicum,
quæ ſola fidei lucernam ſuſtinuit.

Percunctare inferos, quid de fęmina VI
ſentiant? adeo conſtantem Satan exhorruit, *timet ab*
vt genus expugnaturus humanum, in ſolius *inferis.*
fęminę victoria cogitaret triumphum. Euam
itaque vti fortiorem aggreditur, qua victa,
credebat hominem non poſſe conſiſtere.
Exitus acta probauit. Proſtrata muliere,
cum viro dedignatur manus conſerere.
Triumphum canens ante victoriam, præcipitauit in Erebum, vbi non viri, ſed fęminæ,
ſciſcitantibus, quid eſſet? retulit, victam.
Nec vltra quæſitum. Quantum ualeat fę-
mina, Natura declarat, dum utrumque ela- VII
borat. Quadraginta diebus uirilia corpora

viii abſoluit; octoginta fęminea, ueluti altioris indaginis & excelſioris ſtructuræ. Si Homo nobilior eſt brutis, quia tardius naſcitur, nec tantum opus celeriùs audet natura perficere.

tempus eius constructionis.

ix Quanto nobilior fęmina, cuius conficiendis in organis delectata natura, opificium protrahit, & ſemper adiungit. Ordo

x creationis homine nobiliorem poſcit primo namque in ordine æternorum à perfectiori ad imperfectius Summus exorſus Opifex, ab Angelis ad Cœlos, aſtra, elementa: ex aduerſo in ordine corruptibilium, mineralia, uegetabilia, ut ſemina; ſenſibilia, ut bruta, reptilia, uolucres, piſces; Hominem tandem; & poſt maſculum fęminam efformauit, in qua requieuit, cum in ea uidit perfici Cęlos, terram, & omnem ornatum eorum, nec ultrà fęminam quid ſuper-

xi eſſet. Creatori itaque ultima eſt fęmina in executione, cui prima fuerat in intentione. Antequam enim quidquam faceret à principio, iam concepta erat. *Prou.* 8. poſtquàm gyro uallauit abyſſos, æthera firmauit ſurſum, librauit fontes aquarum, circumdedit mari terminum ſuum, appendit fundamenta terræ, ex aquis uiuentia deduxit, ſeminauit uolucres, multiplicauit bruta (quæ omnia ſub Cęlo, tanquam tecto concamerantur) Paradiſi regiam extruxit, & in ea ueluti acolam & dominam fęminam fabrefecit; quam manuductam ad uirum, Adam qui Dei admodum mirabatur opificium, pulchriori illectus obiecto, in unam Euam conuerſis oculis, conticuit, intentuſque ora tenebat. Huius imaginis lapidea exempla non ſemel concupiuit Rhodus, & Cyprus; quia uel lapide expolita pulchritudo fæminea, hominem uincit.

xii Agiliorem fortiorem, & laboribus natum ſi virum obijcias; accidentia corporis ſunt, nec vltra æſtimantur. Inter ipſos homines baiuli, nautæ, Rhedarij viribus præcedunt Principem, Senatorem, conſulem, nec inde his illos præponimus. Boues, Equi viribus corporis hominem antecellunt, quos nec fortes, nec homines nuncupamus.

Animi vires ſi pendas, vt mollior corpore, & pondere leuior altiora cogitat fœmina. Ex fine ſi arguas; pari voto natura

xiii fœminam cooptauit & maſculum. Pater generat, mater procreat. Fortitudine ille foris acquirit; hæc Domi ſolertia conſeruat. Vterque propagatione circuit, & generatione renouat, quod corrumpitur. xr

Abſque fœmina maſculus non haberet ſimilem, & humana areſceret ſpecies. Ex fabulis Græcorum myſteria erue. Nonne xiv

Iupiter ceruicem ferijt, vt Minerua exurgeret? & Iuno indignata aduerſùs Iouem, cuiuſdam plantæ vigore, abſque viro concepit, & Martem parturijt? Vtriuſque ſexus Iouem Orpheus dixerat; ne vnius deficientia Deitatem argueret imperfectam. Nec fabulis veritas diſſonat. Deum Optimum Maximum fœminam non negabis & maſculum, ſi in eo cuncta creata eminent. Maſculum & fœminam ad ſui efformauit imaginem, vt Scriptura ſancta teſtatur, xv

quod myſticè Plato Androgeniorum fabulà inuoluit, qui cum integri eſſent; quia tumidos, in maſculum ſecuit & fœminam, qui torquet ſydera mundi. Locum, vbi concipitur, cogita; eſt in ſiniſtro, ſitus eſt cordis, vnde motus, vnde ſanguis, vnde to- xvi

tius corporis actio: Homo verò in dextero, quod cedit ſiniſtro. Abraham, fœmina benedicitur intercedente; nam ſicut mulieri xvii

benedictio dirigitur; ita viro lex, & maledictio. Teſtimonium habes in Sarah cui literas detrahitur H. ad locupletandum Abraam, qui inde dictus eſt Abraham, illa verò Sara. Antequàm formaretur Eua viro tantumodò lignum interdicitur, vt fœmina libera ſuperuiueret & immunis.

Peccauit homo comedendo, non mulier, xviii

per quem non per quam mors mundum intrauit. Peccauimus omnes ſed vno in patre, in quo & morimur, non in matre. Originis labem vni debemus homini, non fœminæ; quam propterea circumcidi Scriptura Sancta prohibuit; vt eo puniremur in ſexu, qui genus humanum inobedientia polluerat. Suos tenent auctores delicta.

genus humanũ labe viri, non fœminæ pollutum.

Quod ſi eam Dominus arguit; non eſt temeritatis præſumptio, ſed ignorantiæ indicium, quia dæmoni ſuggerenti crediderat. Peccauit homo, & peccati ſcientiam tenebat, nec hoſtili verſutiæ poterat imputare piaculum, quod ſola malitia patrauerat. Errauit mulier, ſed quàm grauiori ſcelere peccauit homo, Chriſtum tradendo?

Collige ex toto fœminarum cætu labes omnes præteritas, imo & futuras non ad- xix

xx huc æquè bis Iudæ proditionem ſacrilegam,
Verbum fit caro, ruſticano naſcitur in tugu-
rio, quod mendicitatis humilis exornabat
inopia. Et cum fęmineam vt nobiliorem
deceret aſſumere carnem; quia tamen ad-
uersùs virilem ſuperbiam Verbum deſcen-
derat, non fœmina, ſed homo crucem
aſcendit; Sic peccator, eadem veſte mor-
talitatis pollutus, debitum ſolueret diuinæ
iuſtitiæ, ad quam accederet, non cultu
laruatus fœmineo, ſed reſurgeret; vti ce-
ciderat. Sexus verò muliebris, quià
deceptus ſuas vlciſceretur iniurias, fę-
xxi minaque, non homo, Draconis caput con-
tereret, eiuſque inſidiaretur calcaneo.
Hinc Canon ſaluatur Eccleſiæ dicentis, *ad
imaginem Dei non eſſe mulierem*, hoc eſt
corpoream non tenere ſimilitudinem Chri- xxii
ſti, qui iure non fœminæ innocuæ, ſed
peccantis Adami aſſumpſit exuuiem; Et li-
cet fœminam non dedeceat Sacerdotium,
minimè tamen Sacerdotem facimus, quia x
Sacerdos Chriſtum, Chriſtus primum ho-
minem repræſentat. Deus porrò ex Vir-
gine naſcitur; & per fæminam dici-
tur filius hominis Chriſtus, qui matre
contentus, maſculum reſpuit genito-
rem. *Hæc pro fæmina.*

CAPVT OCTAVVM.

FOEMINA IGNOBILIS.

1 Pictoris lepida hiſtoria.

*2 Fæmina ex carne aliena. 3. ſuo conta-
ctu totum polluit Orbem. 5. Cur Eua di-
cta? 6. nullum habet nomen. 7. Eua per
libidinem dicta. 8. Obedientiæ exemplum
erga virum in brutis. 9. compta non aſ-
picienda. 10. viri imago. 11. pia, deuota.
12. garrula. 13. excluditur à præſepio. 14.
ſuperſtitioſa. 15. Dæmoni auxiliatur. 17.
maiori faſtu, & crimine peccauit quàm
homo. 18. incontinentia peccauit. 19. cur
natura diu fæminam elaboret. 20. cur ci-
tius pubeſcat. 21. fæmina mutata in vi-
ros. 22. cupit fieri maſculus. 25. eſt veluti
materia inſatiabilis. 24. cur amet virum,
à quo primum cognita. 25. in generatione
patitur, maſculus agit.*

*4 Homo cur contactu turbidet aquam. 16.
ſi homo non peccaret, per fæminam genus
non cecidiſſet humanum. 23. cur odio ha-
beat fæminam quam primò carnaliter co-
gnouit?*

5 Pulchritudo fraus eſt.

*12 Cur Angelus primò mulieribus reſurre-
ctionem annunciet?*

*26 Cur fæminæ concipienti pictura exponatur
pulchra. 27. plures fæminæ ex vno maſcu-
lo concipiunt, non è contra. 28. fæmina hie-
roglifica. 34. cur apud Hebræos nuberet
ſuæ tribus viro. 35. ſolo maritorum ſtema-
te fulget. 35. vxor doctoris domina dicitur
ſed non à marito 36. viledſcit viri ignobili-
tate. 37. eſt vmbra mariti. 38. conſularis
fæmina poſtponitur viro Prætorio. 30. ca-
put & finis familiæ. 31. in poteſtate viri
non patris. 32. ſequitur forum viri. 33. cur
in regnum etiam maſculo deficiente, non
ſuccedat. 29. Soror & frater vndè dicti.*

*39 Homo quomodò ſuperior Angelo. 2. cur Eua
prior creatus.*

i IN *Fæminas.* Lepida hiſtoria ad vos diri-
gitur, Clariſſimæ fęminæ, quæ virorum
nõ formidatis vſurpare ſubſelia. Cum in do-
mo artificis fulgerent corpora picta, & no-
uis coloribus nuberet imago, inſtrati roſtro
alipedes, dictique tapetes, Romæ murmur
erat, Apellem tabulis ſuis, non tàm inſi-
gnem fuiſſe. Operis fama, & plaudentium
rumore aſcitus Michael Angelus *Bona Rota*,
videre picturam; cum inſpexit, laudauit:
*ſi tamen iudicio non reſeruaretur extremo, in
quo cum cuilibet forent reddenda ſua, præter
telam, nil ſupereſſet pictori.* Brachium
namque à Zeuſi, ab Apelle faciem, à Par-
haſio fæmora, à Fidia manus tranſtulerat.
Vndè pictura improbari non poterat, quia ii
aliena. Sic corpora veſtra fæminæ, quia ex
carne fabrefacta, ex puluere verò virilia,
vt illa extollitis; hæc vitio vertitis, homi-
num oſſa laudatis. Aliena eſt caro, & ni co-
ſtam homo nudaſſet, vel fæmina abeſſet,
vel ex viliori materia ſui cognoſceret infir-
mitatem. Maſculi excellentiam prioritas
creationis oſtendit. Humana natura tota

in

in vno producitur indiuiduo virili,ut totius
ſpeciei eſſet homo principium ; ſicut Deus
totius eſt Vniuerſi principium. *Fecit Deus*
(inquit Scriptura) *ex vno omne genus ho-*
minum. Act.17. ideſt Adam ; quem ſo-
lum, cum adhuc Eua creata non eſſet, uo-
luptatis in Paradiſo poſuit, cui ſoli omnia
creata adduxit, quibus nomen imponeret,
antequam Eua conſurgeret, quam poſtea
III creauit, *vt c.2.ep.2.ad Timoth.*

Contactu aquam non polluere gloriatur,
quaſi viro ſuo, vnico tactu totam non in-
fecerit maſſam corpoream. Tangit arbo-
rem manus fœminea, & adeò veneno mu-
liebri exanimatur planta, vt terram, aquam
aerem, ignem, Paradiſum ipſum corru-
perit. Quod manu ſua homo turbidet lym-
phas, imago eſt mortis: & in cinerem re-
IV ſolutio ventura, cuius memoriam haud te-
net fœmina tumida: quia per Euam vitæ
nomen acceperit, quæ fuit mortis origo.
Mater efformata viuentium etiam poſt-
quàm mortuorum voluit eſſe parens, Eua
dicitur, ne de nomine ſuperbiret, ſed va-
cuum offendens titulum, quæreret in nomi-
V ne, quam in corpore perdiderat, innocen-
tiam. Vel mulier cum formatur, nullum ei
imponitur nomen, ſed alieno appellatur
VI nomine *Adam* quia adeò ignota, vt omnium
Creator brutis, volatilibus, piſcibus, plan-
tis nomina indulgeret, quæ ſoli fœminæ de-
VII negauerat. Nec *Eua* à Summo appellatur
Opifice,ſed ab Adamo,qui inſtigante libidi-
ne, vitam dicit eam, per quam mors in or-
bem intrauerat. Adam mulieri nomen
imponit, ne, ſi à Deo recepiſſet, à viri po-
teſtate crederetur exempta. Adamum bru-
torum petunt ſupplices ſpecies;at ueluti mi-
VIII litarem teſſeram profeſſuræ, ab eo nomen
ſortiuntur: Prima inter beſtias fęmina fuit,
ut qua cæteræ & mulier teneretur adſtricta,
imò obedientiæ, reliquis erga uirum præbe-
ret exemplum.

IX Si ex pulchritudine excellentia deducitur,
vndè iubemus faciem auertere à muliere
compta? Pulchritudini præferes Maieſta-
tem. Decorantur venuſtate viri, ſed ad
imperium, non in dolos, & fraudem. *Spe-*
cies Priami digna eſt imperio, canit Poeta.
Vt fęminæ *Formoſa ſpecies, muta commen-*
datio Publius Syrus. Vel *ſilentem fraudem*
aiebat Theophraſtus. Vel *regnum abſque ſa-*
tellitio, Carneades. Quidquid ſit, exem-
plum eſt hominis, quod pinxit Deus ab ho- X
minis exemplari, quod ad ſui formauerat
imaginem & ſimilitudinem. Fœminam
verò ad imaginem viri, *adiutorium ſimile*
ſibi. Geneſ.2. Quod ſi exemplum præferas
exemplari, ignorare diceris copiam ab ori-
ginali.

Inter virtutes poſteà, fœmineam cele-
bras charitatem, quia ſemper ſexus deuo- XI
tus, & in tenebris Chriſti morientis, fidei
lucernà, illuminarit Eccleſiam. Sic Ange-
li reſurrectionem annunciantes, fœminis
non viris, lætitiæ & fidei legationem expo-
ſuerint, quia virorum, Chriſto relicto,
omnes fugerant etiam dilecti. Quid tamen
ſi garrulam petat Angelus ſęminam, vt fa- XII
ma totum vulgaretur per Orbem? Non po-
terat velocior fama ruere, quam ſi linguæ
crederetur ſęmineæ. Nequierat aliger Cho-
rus frequentius volitare per Orbem, ni gar-
rulam ſęminam vocaſſet in ſubſidium. Ver-
bum fit caro, in ſtabulo naſcitur, volant
Angeli, currunt Paſtores, deſcendunt Prin- XIII *Exclu-*
cipes; ſola fœmina excluditur à præſepio, *ditur à*
ne Herodi proderet Redemptorem Deuo *præſepio.*
tam reſonas, non inficior; amplio & ſuper-
ſtitioſam; non tam Angelicis pronam vi- XIV
ſionibus, ſed & illuſionibus. Medea, Mar- *ſuperſti-*
tina, Cirres, fœminæ Theſſalæ de Magia *tioſa.*
ſuperbiunt: & quia mulieres frequentius
ſpiritus Pythonicus implet, in tota Iſraeli-
tarum terra Saul de morte Regum, de ſtra-
ge populi, de luctu publico cum tenebrarum
principe tractaturus, ad ſolam mulierem
confugit. Quàm familiaris ſit Dæmoni, ex
eo argue; quod ſine fęmina nullum opus
agreditur. Vincit Adamum, quum ſpe XV
deſtitutus, vocat fæminam in ſuppetias; &
quòd ipſe tentare non audet; ſecurus & vi-
ctor exultat fęminæ miniſterio. Hinc pri-
mùm Euam aggreditur, non vt fortiorem;
nec belli ſummam; nam victa muliere,
nulla erat iactura generi humano; ſed ad-
huc vacabat à culpa, & longè erat à pæna.
Cur itaque in fæminam hoſtis erumpit? non
adhoritur vt hoſtem; ſed vt familiarem cir- *Dæmon*
cumuenit, conſcribit in militem, copiam *per fæ-*
comparat, ſuas ei credit phalanges, quas *minam*
ipſe Satan ducere non audebat in hominem. *virum*
Vno itaque in homine morimur; & licet *aggreditur.*
vna non moriamur in fæmina; vno in ho- XVI
mine

mine per vnam morimur fæminam . Sic
impari ſexu, pari tamen faſtu homo pecca-
XVII uit, & fæmina, (ait Auguſtinus *lib.11. cap.35. in Geneſ.*) imò maiori faſtu mulier
aberrat (adiungit Chryſoſtomus *homil.7. ad populum Antioch.* credens Deum ex inuidia
ementitum, cum ait, *quacumque die comederis, morte morieris*, arrogans, inuito
Deo, fieri ſicut Deus. Sæuitia intolerabilis,
ſuperbia pluſquam diabolica, hoc eſt fæminea, quæ, & nunc, inuito viro, dominari
præſumit. Quod ſi parentum labem, iuxta
XVIII antiquorum placita, ad incontinentiam re-
uoces, quia ante legitimum tempus, furati
ſint vſum coniugij; & hoc fæminæ impu-
tes, quæ impudens ſolicitauerit prima vi-
rum. *Geneſ.3.*

XIX Diuturniora tempora cum inſumet natu-
ra in fæminæ, quàm maſculi generatione,
in ſtructura occupata dicebatur mirabili;
imò & fatigata opificij pondere, tardius fæ-
minam edere. Fœdæ adulationis commen-
ta; ſi mas imperfectius eſt fæmina; & in
fæminam natura recidit, non voluntate, ſed
caloris inopia; quomodò naturam in fæmi-
na delectari dicimus, & quieſcere. Mo-
ram trahit in fæminæ ſtructura, dum inſu-
dat, & fatigatur maſculino ſexu opus con-
ſummare, & exorientem corrigere fæminã.

Verùm fruſtrata ſpe correctionis, fæ-
minam veluti Viri virus euomet, ſpernit, &
quaſi calcibus properare ſolicitat, vt quan-
tocius exeat de Mundo. Hinc fæminam
anno decimo ſecundo puberem facimus;
XX maſculum decimoquarto; licet tam fæmi-
Pari anno maſculus, eſt fæmina cum maior eſt. nà, quàm maſculus dicantur maiores in
vigeſimo quinto. Sed vndè duos annos præ-
currens fæmina, & citiùs pubeſcens, haud
præcurrit maſculo, ſed pari gradu, & an-
norum numero maioritatem nanciſcitur?
imò celeriori pede ad mortem properat fæ-
mina? citò nata, citò pereunt. In eam in-
dignata natura, ne vileſcat, & ſui ludi-
brio fæmina iuuat, corripere tentat, etiam
adultam & puberem; vt de Caſini virgine
XXI *fæminæ in viros mutatæ.* in puerum mutata, legimus apud Plinium
lib.7.c.4. & apud Licinium Mutianum: &
apud Aulum Gellium *lib. Noct. Attic.9.c.4.*
Argis Areſcontem nupſiſſe fæminam, mox
erumpente barba, & virili membro, factum
virum duxiſſe vxorem. Idem accidit Smyr-
næ. Pari caſu in Africa, nuptiarum die
ſponſa mutatur in ſponſum. Vnde nec an-
tiquorum fabulæ reſpuendæ ſint, in quibus
Iphidis in marem mutatio narratur; ex de-
terioribus in meliora erumpente natura.
Orbis adhuc fæminam non exhorruit, quæ
Regina licet, maſculum fieri non concupi- XXII
ſcat. Dolet, cruciatur, fæmina ipſa, ſi
aliam fæminam pariat, quia afflicto afflictio
additur, & geminatur opprobrium, na-
tiuitate partus informis: Formæ locum te- XXIII
nens maſculus, vt fæmina materiæ. Hinc
eſt, quod fæmina marem appetendo, num-
quàm ſatiatur: vt habet de materia Philo-
ſophus.

Et ardentiùs amat virum, à quo deflo-
rata. Ex aduersò vir odio habet fæminam XXIV *virum amant à quo deflorata.*
illam, cum quà primò concubuit. Mulier
enim cum in coitu veluti materia à forma
perficiatur ab homine; homo verò potius
perdat, quàm acquirat; illa amat, iſte odit.
Quem latet præter equum, omne animal XXV
triſtari poſt coitum, cum fœmina gaudeat,
& exultet, ſemper viro parata? Patitur fę-
mina, agit in generatione maſculus; hoc
eſt, illa ſubijcitur, vt perficiatur. Dat iſte
perfectionem, & ſeminis emiſſio maſculi-
ni in vaſe fœmineo, eſt tanti roboris, vt ab
hoc ſpecies, pulchritudo, ſimilitudo pro-
ueniat. Fęmina, quæ ſuo in organo habet XXVI
ex alieno ſemine efformatum, niſi illi ſub
viſu corporeo externa exhibeatur imago,
vel viri, quem aſpectu haurit, manu pal-
pat, corpore ſuſtinet, lingua vincit: vel
picturæ, quàm, dum coit, ſuſpiciat, mon-
ſtrum edit. Vſu propterea inoleuit, ſpe-
cioſis exornare gynæceum tabulis, vt in con-
ceptione mulieri non deficiant exemplaria:
Hinc de fœmina Æthiopiæ legimus, album XXVII
concepiſſe puerulum. Vnus etiam pluribus
ſufficiet maſculus fœminis, non vna pluri-
bus de conceptione loquor, non de coitu;
vni namque fęminæ nec maſculorum ſuffi-
cit legio) quia vna forma geminam poteſt
explere materiam, non materia geminam
formam. Dolium, fœminam dico, quod XXVIII
vini ſortitur odorem. Lunæ comparo,
quæ alieno lumine fulget. Cum naſcitur,
quia nihil eſt, vel tota viri, familiam non XXIX
auget; vnde Soror, quaſi *ſeorſim*, dicta,
quia ſeorſim naſcitur, & ſeparatur ab ea
domo, in qua nata eſt, & in aliam familiam
transgreditur. *L.2 ff. de Orig. Iur.* & Aulus
Gell.

Gell. *lib.10.c.13.* Frater verò *quaſi alter* glo-
xxx riam erubeſcat familiæ ſuæ caput eſſe, quia
finis familiæ. & finis eſt, *L.pronunciatio, ff.de verb.ſignif.*
Capua quæ ad Annibalē deſciuerat à Fuluio
recepta, Campanis in ſingulis decreuit Se-
natus familias. *Aliorum bona publicanda, ipſos*
liberoſque eorum, & coniuges vendendas,
extra filias quæ nupſiſſent, priuſquàm in Ro-
mani populi poteſtatem venirent. Liuius *dec.3.*
xxxi *lib.3.* quia in familia virorum non patrum
eas Senatus recenſeret. *Qui ex familia tua*
naſcuntur (ait Iuſtinianus *de Pa.poteſt.Inſt.1.*
xxxii *non ſunt in poteſtate tua, ſed patris eorum.*
ſequitur Mulier namque forum ſequitur viri, non
forum patris. *L.cum quidam, ff.de iuriſd.omn.iud.*
viri. domicilium *L.exigere C.de iud.* ciuitatem,
& familiam *L.final.§.reſcripſerunt.ff.ad Mu-*
xxxiii *nicip.* Exinde abſonum ducimus Regum fi-
fœmina lias, etiam maſculo deficiente, ſuccedere, &
non ſuccedit in in throno ſedere, quia per eas ad extraneos
regno. regnum deuoluitur, proſtituto & extincto
ſplendore familiæ paternæ. Quod odioſum
principibus non videre proauum imagines,
vel videre reuulſas. *L.lex quæ.C.de admin.tut.*
xxxiv Hebræis mos erat, fœminas viro ſuæ tribus
nubere, nè abrogarentur familiarum no-
mina, & terra promiſſionis ſorte diuiſa,
confunderetur. Iura volunt Romana, fœ-
minam viri ſequi conditionem, paternam
mutantes nobilitatem in melius, vel in de-
terius, vt ſolo maritorum ſtemmate fulgeat;
& radijs mariti illuſtretur. Vxor militis (ait
Bartol. *l.ſi poſt mortem, ff. de Contratab.*) vel
Doctoris domina appellatur, licet ab ipſo
marito ſic nominari non debeat. Si natura-
lis fœmina viro nubat legitimo, ex qualita-
te mariti, fit & ipſa legitima.

xxxv *Fœmina nupta* (ſcribit Vlpianus) *clariſſi-*
Nobilitatem *mis perſonis; clariſſimarum perſonarum ap-*
habet à *pellatione continentur. Clariſſimarum perſo-*
viro. *narum nomine Senatorum filiæ, niſi quæ vi-*
ros clariſſimos ſortitæ ſunt, non habentur. Fœ-
minis enim dignitatem clariſſimam mariti
tribuunt; parentes verò donec plebeij, nuptijs
fuerint copulatæ. Tandiu igitur clariſſi-
ma fœmina erit, quandiu Senatori nupta
eſt vel clariſſimo, aut ſeparata ab eo, alij
inferioris dignitatis non nupſerit. Con-
L.fœminæ, ff.de ſentit Imper. Alex. *Sic vt proponitis &*
Senat. *auum conſularem & patrem prætorium vi-*
rum habuiſtis, & non priuatæ conditionis
hominibus ſed clariſſimis nupſeritis, clarita-
tem generis retinetis. L.1.C.de dignit. Sic Va-
lent. Theodoſ. & Arcadius Imperatores.
Mulieres (inquiunt) *honore maritorum eri-*
gimus, genere nobilitamus, forum ex eorum xxxvi
perſona ſtatuimus, & domicilia mutamus.
Sin autem minoris conditionis virum poſtea
fuerint ſortitæ, priori dignitate priuatæ, poſte-
rioris mariti ſequentur conditionem. Vmbra
eſt itaque mariti mulier, eum proſequitur, xxxvii
quocumque ierit. Huc facit Vlpiani quæ-
ſtio in *L.1.ff.de Senat.* Conſulari fœminæ *conſulari fœminæ homo*
Conſularem virum præferendum eſſe, nemo
ambigit; ſed vir Præfectorius an fęminæ *præfectorius*
Conſulari præferatur, quæritur? *& puto* *præferatur.*
præferri (inquit Vlpianus) *quia maior di-*
gnitas in ſexu virili. Vnde Euripides in xxxviii
Iphigenia:
Præſtat vnicus vir, eſtque lucis huius munere
Dignior, quàm multa ſanè fœminarũ millia.
Quid eſt homo, quod memor es eius? quærit
Dauid, aut filius hominis quoniam viſitas
eum? *Minuiſti eum paulominus ab Angelis,*
gloria & honore coronaſti eum, & conſtitui-
ſti eum ſuper opera manuum tuarum. Pſal.8. xxxix
Harmonia tamen diſſonare videtur: *Si mi-* *Homo*
nuit eum paulò minus ab Angelis; quomodò *quomodo*
conſtituit eum ſuper opera manuum ſua- *minor &* *maior*
rum? Angeli forſan effugiunt manus eius? *Angelis.*
Nonne tu Domine qui terram, & Cœlum
fundaſti? nonnè opera manuum tuarum
ſunt Cęli? ſi igitur infra Angelos homo;
quomodò ſuper opera manuum tuarum? In-
fra Angelos in creatione; ſuper Angelos In-
carnatione. Deſcendiſti tu Domine, vt
aſcenderet homo: Deſcenderunt Angeli,
cum aſcenderunt homines ſuper Scalam Ia-
cob; & quaſi iratæ terram habitarunt Cę-
leſtes legiones, cum viderunt te (Domine)
innixum ſcalæ; hoc eſt humanæ adhærere
naturæ, & Angelicam paruifacere. Hu-
manam cum dico naturam, virilem intelli-
go; Virginis namque etſi in vtero Verbum
ſe abſcondidit, homo tamen, non fœmina
prodijt; vt ſicut in homine morimur, eo-
dem viuamus in homine. Per fęminam vt *Sanè hæc*
mors, ſic vita Mundum ingreditur, vt diſcas *verba accipias;*
quod Deus non in fęmina, ſed per fęminam *myſtice*
incarnatur. Nec Verbum caro factum eſſet, *namq; loquor, &*
ſi in vtero virginali organa offendiſſet fęmi- *de virtutibus*
nea. Aliter incarnari non debuit, quàm ſi *Deiparæ*
homo, non fœmina, fieret. *intelligo.*

C A-

CAPVT NONVM.

FOEMINA FVGIENDA.

1 Pentapolis deſcriptio fumantis.
2 Inceſtus Loth.
3 Homo cum ſola fœmina nuſquam ſecurus.
4 Chriſtus recuſat ſolus ſtare cum fœmina.
6 Mirantur Apoſtoli quòd ſolus eßet cum fœmina.
9 fœminarum conſortium vitandum.
11 S. Ludouicus Epiſc. nequit matrem oſculari.
14 Ad Deiparam cur Angelus, non Propheta miſſus fuerit?
15 Alexander M. Syſigambim timet aſpicere.
17 Facilius ad ignem, quam ad mulierem accedas.
18 Sunamitis Prophetam fugit.
19 S. Iacobum Eremitam dæmon vincit per fœminam.
20 S. Ephrem à meretrice eruditur.
21 Ab ancilla Petrus victus.
22 Intereſt non recordari mulierem.
23 Oßa viri & mulieris non miſcet Eccleſia.
24 Natura fœminam & maſculum gemellos membrana ſeparat.
25 Ioſeph cur pallium reliquerit in manu adulteræ?
26 Conſortium fœminarum eſt veluti ludus canum.
27 Angelus non audet cur fœmina ſolus verſari.
28 Coram Adamo cur Deus Euam formaret.
29 Deus non inflat in faciem Euæ.
30 Mariam Virginem cur in cœna Chriſtus noluerit.
31 Quam dificile mulier probetur caſta.

1 PEntapolis quinque olim Regibus beata Sedes, ſuos horrens principes Veneri inſidiari præpoſteræ, in lacuna eſt liquefacta ſulphurea, vt ſuis effeminatus Cupido mergeretur in vndis. Fumabant aquæ, nam legibus naturæ ſubuerſis, calorem ignis vſurpauerant vndę. Naturæ ne dicas inimicam Pentapolim, in qua inimicæ fœderantur naturæ ignis & aqua, vt perderent naturæ inimicos. Non aliter cum purgari poſſet mare pollutum, ignem recepit in ſinum, & lympha præbebat pabulum facibus. Quàm ſanctè coierint ignis & imber, ex eo habes, quod iuncta moriuntur; & mare adhuc dicitur *Mortuum*. Tanto è Veſſuuio Loth ſolus eripitur cum vxore, & gemina filia; quem Angeli de hoſpitio grati à flammis vindicauerant; maiori & ipſi ab igne impudico humanà redempti ſolertia. Lex illi datur, ne patriam à tergo reſpiceret, quia ridenda non flenda, cum in flammis Venus præpoſtera. Fœmina verò quæ ſui natura nititur in vetitum, dum ſe vertit, inſulſa ſalſum migrauit in lapidem: Hac in ſtatua hoc vnum ſtupe, quod non geminis oculis, ſed vndique fluant lacrymæ miſerantes patriam non extinctam, ſed propagatam. Sed quo fugis, caſtiſſime pater? Inuerſis forſan ignibus, fugis reſolutas nubes? ſi filiæ vndique ardentes te comitantur? & ignem claudis in ſarcinis? Nefariæ Virgines, caſtitatis tædio, vel propagandi ſtudio, cum Veneri ſuæ leno deficeret, ad Bacchum confugiunt, & poſtquàm calices vini meri propinarunt patri, thalamum ſcandunt maternum, & ſemine ſoror fratrem concipit paterno Infelix natura ſi ſacro genitoris in gremio, filiarum libidinem non effugit. En ſtatua equidem carnea, ſed vino, tenebris, ſomno excæcata, inceſtum *Inceſtus Loth.*
furantes filias vel non ſentit, vel timore II
impudico amori poſthabito, dormire gaudet, nè horrore libidinem intercipiat. Honeſtas fallitur, cum pudicum genitorem & caſtum filiarum commendat cuſtodiæ. Titillat ſemper Cupido, & ſi propinquent ſexus, cæcus cum ſit, nequit inter filias & genitorem diſcernere. Tactu incedit, quemcumque offendit, iungit, copulat, nectit
honeſtatis, pudoris, naturæ, ſexus nullo III
facto diſcrimine. Locus, religione terribilis, tempus aſtrorum mutatione metuendum, Prophetas ipſos etiam in ſanctuario,
nec ſecuros, nec arguit innocuos. Angeli IV *Chriſtus*
ipſi inter *Sanctorum Sancta*, faciem auer- *nolit cũ*
tunt; nè ſeipſos reſpiciant, cauent; quia *fœmina*
vnus eorum, facie ſtabat pictus virginea *ſolus ſtare.*
Infelix natura etiam Æterno ſubiecta Verbo,

bo, inter Phariſæorum inſidias adulteram
accuſantium, vt Ieſum caperent in ſermo-
ne, ſolam tandem cum Chriſto deſeren-
tium, vt quod Phariſæorum verſutia per-
diderat, redimeret, & vinceret aſpectus
fęmineus, cum ea decertare non gaudens,
quaſi non audens, fœminam miſſam fa-
ciens, *mulier vade in pace. Io.4.* palàm fa-
cit, quod Deus Omnipotens cum fœmina,
ſi ſola ſit, vires experiri non delectatur.

Licet Humana natura gemino vinculo
V gratiæ colligata, ob idiomatum communi-
cationem impaſſibilis, & glorioſam reſur-
rectionem impeccabilis, nolens à Magdale-
na haud peccante, ſed pœnitente tangi, *noli
me tangere*, quia *nondum aſcendi ad patrem
meum*, oſtendit, extra Cœlorum mœnia
cum fęminis congredi, formidare. Hinc
VI Apoſtoli Sichar. regredientes ad fontem Ia-
cob, vbi ex itinere fatigatus ſedebat Chri-
ſtus, cum muliere loquens Samaritana, *mi-
rabantur, quia cum muliere loqueretur. Io.4.*
licet in publico, & luce meridiana, quaſi ex
colloquio fœminæ etiam pœnitentis quia ſo-
lius, diuinitas Chriſti redderetur ſuſpecta.
Imò dubia, & ſi Phariſæo fides, commen-
titia & nulla. *Videns autem Phariſæus* retro
VII Chriſti pedes ſtare mulierem peccatricem
*ait intra ſe. Hic ſi eſſet Propheta, ſciret vti-
que, quæ & qualis eſt mulier, quæ tangit eum.
Luca 7.* retro erat pedes exuberans lacrymis,
mœrore & pœnitentia languebat, cum ſola
peccati memoria Phariſæum excitabat in
Chriſtum; vt quem crediderat Deum, ob
fęminæ lugentis conſortium nec inter Pro-
phetas adſcriberet. Porrò ſi mirantur A-
poſtoli, murmurant Phariſæi, quia cum
fęmina loquitur Chriſtus; quid de vxoribus
Patriarcharum Abrahami, & Iacobi, cum
vagantur aduenæ & peregrinæ in ſolo alie-
no? Adulteros quæſiſſe non profero, reſpuiſ-
VIII ſe non lego. *Si Muliercula* (ait Baſilius)
*prætextu ſpiritualis deuotionis continuò Mo-
nachum accedens, incipit per oculos haurire,
& ſorbere venenum* quid ſi domi, vel in
theatro? vbi ſolitudo, vanitas, pulchritudo
linguam ſoluit, viſum aperit: amplexus exi-
git, oſcula petit; & ſi non cætera ſumpſit;
& quæ data ſunt, oſcula perdere dignus
erat? Sanctuarij portæ Venere haud fuiſ-
ſent pollutæ ſacrilega, ni retrò tabernaculum
cum Leuitis Sacræ Virgines ſeceſſiſſent.

Hoſpitiolum tuum (clamat Hieronymus
ad Nepotian) aut raro (aut numquam mu- IX
lierum pedes terant. Omnes puellas & vir- *feminam*
gines Chriſti, aut æqualiter ignora; aut *fug.*
æqualiter dilige. Ne ſub eodem tecto man-
ſites, nec in præterita caſtitate confidas.
Nec ſanctior Dauide, nec Samſone potior;
nec Salomone potes eſſe ſapientior: memen-
to ſemper quod paradiſi colonum de poſſeſ-
ſione ſua mulier eiecerit. Malum eſt videre
mulierem, peius alloqui, peſſimum tan-
gere. Samſon leone fortior, & ſaxo du-
rior, qui eſt vnus & nudus mille perſecu-
tus eſt armatos, in Dalilæ molleſcit ample-
xibus. Dauid ſecundum cor Domini ele-
ctus, & qui venturum Chriſtum Sancto
ſæpè ore cantauerat, poſtquàm deambu-
lans ſuper tectum domus ſuæ Bethſabeæ ca-
ptus eſt nuditate, adulterio iunxit homici-
dium. Nullus etiam in domo tutus aſpe-
ctus. Salomon qui diſputauit à Cedro Li-
bani vſque ad hyſopum, mulierum factus
amator, recedit à Domino. Et ne quis ſibi X
de ſanguinis propinquitate confideret, in
illicitum Thamar ſororis Ammon exarſit
incendium. Regina Siciliæ S. Ludouici Epi-
ſcopi mater, cum ad ſe Neapolim venien-
tem filium Gallico more, in oſcula curreret,
renuit Ludouicus; matri verò quærenti
Numquid haud ſum mater tua? oppidò (in- XI
quit ille) *ſed mulieres, quam ſeruo Dei oſ-
culari non licet*; non alloqui, nec aſpicere.
Etſi namque malignitas deſit, venuſtas ocu-
lis ingeſta rapit, & paſſiones animi facile
populatur. *Vidit mulier, quod pulchrum* XII
eſſet lignum oculis, aſpectuque delectabile, *fœmina*
& tulit de fructu illius, & comedit. Geneſ.3. *virum*
Hinc quanto debeamus moderamine viſum *fugias.*
reſtringere, perpende, qui mortaliter vi-
uimus, cum viuentium mater per oculos
mortem ſubierit. Etiam in aperto, & co-
gnatorum agmine ſtipata Suſanna, timet à XIII
ſenibus aſpici, qui experientia didicerat,
quantas illi calamitates ſpectari pepererat.
Maria pudicitiæ gloria; virginitatis exem-
plar à Gabriele, non ab homine ſalutatur
cum Propheta deligi poſſet, vel Patriarcha, XIV
vt Abraham, Iſaac, vel Iacob Deo dilectiſ- *ad Vir-*
ſimi. *Sed ne quo degeneri deprauaretur affa-* *ginem*
tu (notat Ambroſius, *c.1. Luca.*) Angelus *Angelus*
mittitur non quod virginitatis magiſtra ſer- *non pro-*
mone deprauaretur humano; ſed ab An- *pheta.*

gelo ſalutatur, vt diſcant virgines omnes virorum vereri affatus, timere aſpectus, conſuetudinem trepidare.

XV Alexander Macedo, cum Darij ſororem, filias, vxorem Syſigambim, quam nulla ætatis ſuæ pulchritudine corporis vicit, captiuas haberet, tam ſanctè coluit, quàm ſi eodem, quo ipſe parente genitæ forent. Nec videre voluit, turpe ratus eſſe, eum, qui viros viciſſet, à mulieribus ſuperari. *Gellius lib. 6. cap. 8.* Lepida itaq;
XVI (ait idem Gellius) quæſtio agitari poteſt. Alexander ne continentior fuerit, qui Darij vxorem formoſiſſimam videre noluit? an P. Scipionem Africanum, qui expugnata Carthagine, virginem tempeſtiuam, forma egregia, ad ſe perductam, patri ſuo inuiolatam reſtituit?

XVII Ad ignem potiùs ardentem (ait S. Nilus *Orat. 2. aduer. vitia*) quàm ad mulierem iuuenem iuuenis appropinqua. Nam ſi ad ignem acceſſeris, dolore affectus reſilies. At ſi fœminæ verbis incenſus fueris, ita facile non recedes. Florent olera propè ſata, & libidinis ſemina mulierum familia-
XVIII *Sunamites Prophetam fugit.* ritate excitantur. Eliſæus Sunamitidis excitat Filium; dolorem vertit in lætitiam; ſed peracto miraculo, cui reticuit, quærit Propheta, nec inuenit. Vocat matrem, nec adeſt. O matris ignauia; de filij vita agitur; & quaſi nouerca crudelis à Propheta diſcedit; filij forſan ditaris obitu, vnde eum faſtidias reſurgere, nè hæreditate ſpoliaris? Teſſera eſt Pudicitiæ. Filij reſurrectionem deſiderat mater, ſed pudica non immoratur in Prophetæ cubiculo. Præſente ſeruo vocatur, & non niſi per internuncium Propheta fœminæ loquitur. Filio tandem excitato, Prophetam tacita ſuper terram adorat; ſed nullo gratiarum facto colloquio, recedit ſolicita. *Adorauit ſuper terram, tulitq; filium ſuum, & egreſſa eſt*, 4. *Reg.* 4. Miraculum lego, gratiarum actionem non lego. Adoratio fœminæ ſcribitur, ſermo non refertur. Filium tulit, & egreſſa eſt, non ingrata ſed pudica. Caſtitatis auxilium eſt Prophetę conſortium, ſed in modeſtiæ egreditur argumentum, *etſi nullum eſſet in mora periculum*, inquit, *Caietanus*.

Imò ſuſpicionis iuſta præſumptio (dicam
XIX ego) & piaculi teſtimonium indubium. Nullum in mora periculum, Caietane? cur ergo Patres, tuus Thomas Angelicus; Auguſtinus, Dominicus, Franciſcus, Benedictus ſanctiſſimas etiam fœminas deportarunt à clauſtris, ſororem ipſam relegantes, & matrem. Nullum in mora periculum? Non minori ſanctitate clarebat S. Iacobus Eremita, cuius miraculis infideles illecti, lumen fidei cognouerant. Quadraginta annos in ſolitudine, herbarum radicibus tolerauerat vitam, diu noctuq; precibus vacans. *S. Iacobi Eremitæ inconſtātia.* Dum Satan inſidias ſtruens, pulcherrimam virginem claris ortam parentibus ingreditur; nomen prodit S. Iacobi; diù quæſitum, tandem inuentum, ad eum parentes filiam adducunt. Quanta virginem circundaret turba malorum, narrant. Pro illa orat Sanctus; fugit Dæmon, ſed morè Parthorum. Parentes veriti, ne breui reuerteretur, orant Eremitam, vt eam ſaltem biduò retineat. Illè vitæ ſanctitate confiſus, non renuit; ſed genitoribus recedentibus, dum ſolus cum ſola miſcet colloquia, aſpectu vincitur, affectu ligatur, nec ſoluitur quàm in libidinem. Quadragenariam ſolitudinem, & pœnitentiam illuſtrem miraculis ſtupro obtenebrans & homicidio. Reformidans namque, ne ſcelus aliquandò proderet, ſi ſuperuiueret, de medio ſuſtulit.

Pœnituit tandem, & ſcelera obliterauit lacrymis, ſed lapſu ſuo forſan plures reuocauit à culpa, quàm dolore duxerit ad pœnitentiam. Noli poſt vulnus remedium quærere; nec de prętерita ſanctitate confidas. Eos enim Satan aggreditur, quos morum probitas præterit imparatos. Salem dicas hominem, fœminam aquam; ſi appropinques, ſolui & defici; quid prohibet? Ex XX
Eremo S. Ephrem pergebat in vrbem, vt ex occurſu aliquid piæ inſtructionis hauriret: & ecce nutrix, quæ fixè in Ephrem intuens, illi roganti cauſam, reſpondit meretrix: *S. Ephrē à meretrice eruditur.* *Quid mirum, ſi ego te intuerar, cum mulier ex viro facta ſit: tu verò in matrem tuam, ideſt terram ex qua plaſmatus es, oculos defige.* In medio mulierum noli commorari, (ait Salomon *Eccleſ.* 42.) de veſtimentis enim procedit tinea, & à muliere iniquitas viri. Propter ſpeciem mulieris multi perierunt: & ex hoc concupiſcentia, quaſi ignis exardeſcit. *Eccleſ.* 9. Victoriam ne cogites, vbi fęmina adſtat. Virum ſola ſpecie exarmat. Sequitur Petrus Magiſtrum, nec turbas for- XXI

midans

midans armatas, vſque intrò in atrium ſummi ſacerdotis inpauidus intrat;. nec eſt qui interroget, miles qui arceat, cuſtos qui claudat, portæ patent, cuſtodes dormiunt, vel recedunt vigiles. Sed vnde, cum pauet aula, Sacerdos trepidat, in Chriſti diſcipulos nulla cuſtodia? quia fœmina excubias ſuſtinet, ait Laurentius Iuſtinianus. *Non armatos aduocant milites, vt debellarent Apoſtolum, vnius mulcercula lingua Chriſtiana militia deuicit ducem.* Longe ab humanis cogitationibus ſpecies fœminea, hæc ſola
xxii quæ præter Deum agat in diſtans, & in ſomnijs polluat innocentiam. Matrona Romana longo fatigata itinere, Arſenium Monachum videndi cauſa: poſtquàm vidiſſet, rogabat: ſui memoriam haberet in precibus. *Imo* (reſpondit ille) *operam dabo, idque ſerio, ne tui vnquam amplius meminiſſe*
xxiii *queam*. Si cadauerum oſſa miſcere non au-
Oſſa fœmina & viri non miſcet Eccleſia det Eccleſia; ſeparatis ſarcophagis maſculos longè humans à fœminis; vndè flagrante libidine, & fęmina inſuflante poterit homo non vrere? Dic mihi Iob, de ſepulchro educens cineres & oſſa mortuorum, cur tam ſedulus maſculorum oſſa ſeiungis à fęminis, *cauens nè maſculinis fœminina coniungeret?* Si nihil poſt mortem, ipſaq; mors nihil, cur anxius fatigas in nihilo? *Sicut lapides* (reſpondet Athanaſius) *illi Eoam plagam reſpicientes contiguitate eiaculantur ignem, ita mas & fœmina contiguitate conflagrantur: etſi non conflagrentur, maius miraculum eſt, quàm mortuos ſuſcitare.* *Hom.* 18. Lapides, qui vel maſculi, vel fęminæ ſunt, rigent cum longinqui; ardent propingui, nobis ſunt argumentum; nec horrore ſepulchri, nec pudore fraternitatis, concupiſcentiam frigeſcere. Natura ipſa ſolicita, cum ge-
xxiv mellos procreat, membrana diſtinguit, & cellulis locat diuerſis in ipſo vtero matris, ſi vnus maſculus, & alter fœmina ſit. Si autem eius generis, eadem pelliculà inuoluit. Vna in fęminas ſalus, ſi fugias. S. Ægidio S. Franciſci ſocio, quid agerent fratres aduerſus carnis tentationes? interroganti Ruffinus reſpondit: *Commendo me Deo, & B. Virgini, & ſupplex me in terram proijcio.* Iuniperus verò ait. Ego ſtatim exclamo: *à longè, à longè, quia captum eſt hoſpitium.* Cui Ægidius, *tecum ſencio*: optimum *eſt fugere. Caſtitas ſpeculum eſt, quod ſolo intuitu offuſcatur.* Ioſeph pudicitiæ decus, enauigat is odij fluctibus, amoris patiens tempeſtatem, cum ea ætate eſſet, quæ caſtitati aduerſatur, corpore elegans, facie pulcher; Ægyptia mulier iuuenis pulchritudine capta, nihil non tentat, vt alliciat in ſtuprum. Sed in caſ- xxv
ſum iactis blanditijs, per violentiam tentat extorquere conſenſum. Ioſeph verò nec adulatione emollitus, nec violentia fractus, pallio aufugit relicto, intemperantem puniens deſpectu. *Relicto in manu eius pallio, aufugit*, quo inuerecundiam operiret adulteræ. *Ioſeph cur pallium reliquerit in manu adulteræ?* Illa autem impudico ardens amore, & odio fremens fœmineo, cruciatur deſpecta, flagrans ſaturari ſanguine, cum ſemine non potuerit. Sed cur pallium relinquere? Ioſeph vti impudicus plectèris, non mulieris fraude, ſed pallij teſtimonio. Nudus aufugis, te ergo expoliauit libido. Manus namque fęminea haud virum exarmat. Solo illa vincit aſpectu; cui in trophæum victus obtuliſti ſpolia. Cęca caſtitas, non cęcus amor. Ex caſtitatis ſpolijs fecit ille ſibi perizomata: cum ille præuidere neſciret, quod ſi nuda appareret in foro; iure erubeſceret. Libidinem porrò exuuijs onuſtam pudicitiæ, quis dignoſceret? impudicam feciſti pudicitiam Ioſeph, cum pallium in manu adulteræ proieciſti. En caſtitas ſine patrono, en nuda virginitas; quo veſtias non habes, præter verecundiam. Repete pallium, extorque, ſcinde; Abi (ex aduerſo clamat innocentia) & abijt: *Contagionem iudicans, ſi diutius moraretur.* Ne paulatim (adiungit Hieronymus *ad Heliod. lib.* 1.) virus ſerperet, quod tetigerat, abiecit. Mulie- xxvi
rum fuge colloquia; nec virtutis excuſet prętextus, ſanctitatis fama non vocet, quia cum fęminis conuerſatio, canum dicitur luſus; ſaltant, reſultant; deſiliunt, inſiliunt nec recedunt, ni ſeipſos tandem premant, & comprimant Domeſtica ſi vrgeant negotia, cum fęminis miſcere colloquium, non ſine teſtibus pergas. *Fœminarũ conſortiũ eſt veluti luſus canum.* Phinees namquè alter ex exploratoribus, quos Iericho miſit Ioſues, Angelus erat (teſte Abulenſe *q.* 27. *in Ioſue c.* 2.) & ta-
men non cum eo homo ſociatur, quia ſolus xxvii
Angelus hoſtilia nequiret explorare conſilia, ſed quia ingreſſurus erat *Domum mulieris.* Et licet Dei gratia impeccabilis, carne tamen indutus humana, audere non poterat, *Angelus nõ audet cum fœmina ſolus conuerſari.*
ſolus abſque culpa diuerſari cum fœmina. xxviii

Ipſius Dei ne fugias exemplum. Mundum extruit, exornat plantis, illuminat aſtris, propagat viuentibus, nec vnquam maſculum ſeiungit à fęmina. Solum hominem, conſtruit, errabundum, & conſortis ſocietate deſtitutum in Paradiſum, veluti in carcerem ſolitarium detrudit. Vſque dum die ſeptimo, & fœminam viri adiutorium adiunxit. *Hic Adamus perfectè abſolutus erat* (ait Baſil. Seleuc. *orat.* 2.) *cum illa nondùm*
XXVIII *orta. Quare in Adami conſpectu vult illam effingere, & fictricis artis ſua ſpectatricem deſiderat propriam imaginem?* Deus puritatis origo, radix virginitatis cum mulierem fingit, ſpectantem Adamum efflagitat, in Adami operatur conſpectu, quo Adamum, ipſamq; Euam inſtituat, ſpectantium oculos etſi ad pudicitiæ veritatem ſuperfluos, eſſe ad famæ honorem proficuos. Imo pudicitiæ auxilia, qui & phalanges cogitationum auertant; & virtutis ſint teſtimonia. Hi ſi arbitri abſint, fama læditur caſtimoniæ; & pro impudica accipitur, de qua quæritur an pudica? Ex humo Deus euocatũ hominem, cum efformaſſet facie ad faciem inſuflando, inſpirauit in faciem eius ſpiraculum vitæ. Fęminam extruit, nec legitur in faciem eius inſuflaſſe ſpiraculum vitæ. Anima tamen rationali informaſſe & quis dubitat? in faciem fęminæ non inſuflat, vt à Deo natura puriſſimo, diſcas, a muliere faciem auertere; nam ipſe tam familiariter cum fœmina
XXX conuerſari non gaudet. Paſcha Ieſus cum diſcipulis celebrat, in quo, amoris pignore propinat ſanguinem; & cum Iudam non reſpuiſſet à cœna, Virginem matrem prohibuit; quia pedes lauaturus Apoſtolis, fas eſſe non credidit, quod filius & Deus tangeret pedes maternos. Cum narraret Moyſes colloquium, quod inter Abrahæ ſeruum & Rebeccam valdè honeſtum acciderat iuxta fontem, fęminæ conditionem hiſce depingit. *Puella decora nimis, virgoq; pulcherrima, & incognita viro. Geneſ.* 23. Abundare videtur Croniſta, ſatis erat *puella*; exuberet etiam, *virgo* dicat: ad quid *incognita viro?* ſi virgo, ergo incognita viro? Claudicabat licet geminum virginitatis teſtimonium, cum dixit, *puella*, & adiunxit, *virgo*, quia ſola cum ſolo ſteterat iuxta fontem. Caſtitatis videbantur areſcere lilia, quia abſque arbitris Rebecca habuiſſet cum viro colloquium. Vbi Rebecca? propè fontem cum aduena. Non ergo ad hauriendam aquam, cum muſſitet caro; duo pro Rebeccę caſtitate præconia inſonent, *Puella*, adiungatur ac *Virgo* & gemino teſtimonio, copula tertium, vt ſine rumore credatur innocua. Dic itaq; & *incognita viro*. Mulierum itaque fuge conſortium; Lot namque, quem non luxuriantis Sodomę decolorauit impuritas, pudendæ tamen commixtionis non euaſit inceſtum. *Vritur* (ait Ambroſius) *flammis mulierum, quem ſulphurea flamma non vſſit. Pſalm.* 118. *Ser.* 11.

Coram Adamo cur Deus Euã formaret.

Quàm difficilè fœmina probetur caſta.

LIBER XXII.

CAPVT PRIMVM.

FRIDERICVS I. ÆNOBARBVS. OCCIDENTIS IMPERATOR XXII.

1 *Fridericus Ænobarbus à Papa diſcors. 2. eius hieroglyphicum. 4. alluſio. 6. dicitur malleus Italiæ. 7. Sacram expeditionē ſubit. 8. Guelphis, & Gibellinis charus. 9. Conradus Imperator eum filio proprio prætulit. 11. in Dominica Lætare coronatur. 12. eadem die vnà cum Epiſcopo Friderico conſecratur. 13. diuertit ab vxore quia conſanguinea. 14. eius legatio ad Papam. 15. Daniam diuidit inter fratres. 16. reparat damnum Eccleſiæ à milite datum. 17. ad Roncalias iudicat. 19. derthona capta, coronatur. 20. Romam petit. 21. Arnoldum hæreſiarcham Pontifici tradit. 22. renuit implere ſtratoris officium erga Papam. 23. à Papa coronatur. 24. Romanos cadit. Ænobarbus dictus. 25. Spoletum incendit. 26. Veronenſes inſidias ſtruentes punit. 27. ſuccenſet Papæ ob Conradi picturam, nomen ſuum Pontifici præponens. 28. In Itali deſcendit tanto apparatu, vt fontes areſcerent. 29. ius feudale promulgat. 30. Mediolanum expugnat, diruit. 31. Imago S. Ambroſij velut captiua ad eum ducitur. 32. Antipapam fouet. 33. excommunicatur. 34. deſeritur ab Henrico Leone; coram eo genua flectit, vt reuocet; diadema ei de capite ruit. 36. Fugatur à Mediolanenſibus. 37. ſe coram Alex. Papa Venetijs proſternit. 38. Henricum Leonem vincit. 40. in Aſiam mouet. 41. S. Ambroſius viſus eſt cum eo pugnare. 42. Turcas ter vincit. 43. moritur. 44. morientis verba.*
2 *Sol & Luna ſymbola Papæ & Imperatoris.*
35 *Beatrix vxor Frider. Imper. diadema ei in caput reponens, conſolatur.*

1 PLurima cum Pontifice diſſidia Fridericus habuit, in Italia moratus à Pontifice ſemper diſcors, non ſemel excommunicatus fuit. Hinc bella, cędes. Sedens in hieroglyphico Papa, ſtringit dextera claues, in eas directa ſiniſtra, quaſi in Cęſarem diceret. *Ego Dominus, & Magiſter*. Ex aduerſo ſtat Cęſar, nec ſedet, digito globum annuens terreſtrem, ſiniſtrà ad pectus admotà, quaſi Papam redarguat, quem toruo aſpicit oculo, & ipſe dicens, *Ego Dominus*. Supra Papam *Sol* lucet; ſupra Cæſarem *Luna*, iuxta Solem eclipſim paſſa ob interpoſitionem terræ, hoc eſt mundani affectus, & libidinis in vtroque imperandi, propterea nec Sol ſine eclipſi. Quia ſicuti in Cœlo cum vicina currunt ſuprema illa luminaria, Eclipſis conſurgit, terra intermedia Ita inter mortales, vt ſupremę hæ duæ luceant poſtetates, debent eſſe longinquę, ni mūdus bellorum, ac diſſidij obruatur eclipſi. Veritatem audiant, quæ *de terra orta eſt*: quę ſunt Cæſaris, dentur Cæſari: *Quæ Dei, Deo.* 11

I. ALLVSIO AD HIEROGLYFICVM.

NOn benè cōueniūt, nec in vna Sede morātur;
Quæ, Maieſtates ſunt ſimul Oppoſitæ.
Cæſaris Imperiū Luna eſt; Sol Trina Poteſtas
Summi Pontificis; ſed ſimul eſſe, negant.
Eclipſim patitur, cum lumine Plena ſuperbit;
Et contra Solem ſurgere Luna ſolet.
Imperij Occidui, cum fert Federicus habenas;
Orbis Dimidium vix datur eſſe, ſuum.
Magnus Alexander non notos appetit Orbes,
Flens; nec totum Orbem, ſub Ditione, regit.
Summus Alexāder, ceu Nomine Tertius Idē;
Sic Cælum, Terras, Tartara, Præſul habet.
Cæſar, flecte genu; Ter Magnū pronus adora;
Dum dicas, Imperium ſurgit in Orbe, Tuū.

M. Anton. Moles Neap. S. Th. D.

II.

CVm medius veluti radios intercipit orbis
Solares, atris Luna laborat equis.

Vel

Stelliferæ veluti moderatrix Cynthia noctis
Obſcuris quando tecta laborat equis,
Fatidici retenet, pullato lumine vultus,
Nigraque Terrigenis incutit vmbra metū,
Sic quoq; qui Imperij, rerū cui sūma poteſtas,
Excelſi in terris ſceptra, viceſque gerunt:
Mutua ſi armati coeant in vulnera, turpes
Si igneſcant ira, ſi furor arma paret;
Tunc præceps totum lacerat diſcordia mundum,
Blandaque pacis amans exulat inde quies.

Io: Fran. Franzinus S. Th. D.



FRIDERICVS I. ÆNOBARBVS.
OCCIDENTIS IMPERATOR XXII.

Sile Fama; ad Antipodas abi
Sal. An. Plaga etiam incognita, agnoſcit *Fridericum*.
Tubal vocarem in fabrum,
Vt cœleſtem cælaret hominem;
Ni aurea, non ferrea deberetur ſtatua.
Malleum ſi cupis? Ipſe dabit:
qui *Malleus* eſt dictus *Italiæ*. VI
Cedat Nabucho imaginem ſuam,
quia inter Deos terræ
abſque contumelia Creatoris creatura adoratur,
quæ cultum Redemptori redemit. VII *Sacram ſuſcipit expeditionem cum Imperatore Conrado.*
1147 In ephebis adhuc, Deo crucem baiulat, *Conrado* duce,
Et patrem prò Chriſto deſerit.
Magiſtro Cæſare, ecquis non didiciſſet Imperare? VIII *Vtroq; ſanguine natus, vtriq; charus fuit.*
Minorem Creator plaſmare non debebat,
vt *Gibellinos* conciliaret cum *Guelfis*.
1152 Ipſe Imperator *Friderici* Maieſtati IX *Conradus Imper. moriens filio ſuo Ænobarbum prætulit.*
Filium immolauit vnigenitum.
Cum Filio maiorem credidit *Ænobarbum*,
Conrado reputatum eſt ad iuſtitiam.
Semel tamen in eo conſenſere Principes, X
quia Fata volentes ducerent, nolentes traherent
vt Cæſarem dicerent.
Reliqua ferro confecit.
Dominica *Lætare* coronatur XI
Dum lætus Superum, Inferumq; chorus choræas ducit.
De concordia Sacerdotij & Imperij ne dubites, XII *Eodem die, in eandem Eccleſia ab ijſdem vngitur Fridericus Ep. Monaſterien. & Fridericus Imper.*
Idem, Ibidem, ab eodem vngitur in Chriſtos Domini
Vnà Rex hominum, Phæbiq; Sacerdos.
Etiam in nomine concentus reſonat;
Fridericus Cæſar & Pontifex.
Sacra ne à matre diuerteret XIII *Diuortit ab vxore Adhelcida, quia conſanguinea.*
1153 Profana ab vxore diuortit,
Quam conſenſus fecerat & concubitus, non Sacramentum
Aula ne diſſonaret à Curia
Ad Solem, Aſtra, Luna legauit XIV *Legatio ad Pontificem.*
ad Pontificem, Epiſcopos, Imperator.
Dominus Mundi XV *Regnum Daniæ ſopita diſcordia diſtribuit.*
Reges vocans, non auocans regna,
ne inter duos litigantes tertius gaudeat,
mauult duobus conſulere,
Danorum tollere damna,
fratreſq; componere, diuidendo.
In Italiam deſcendens,
1154 ne Sanctorum clamor ad Cœlum aſcenderet, XVI *Eccleſiæ Damna à milite illata reparat.*
Spoliauit, placauit.
Caritatem miles ſaturauerat hoſtijs,
Charitate, & iuſtitia Cæſar expiauit hoſtias:

viritim

XVII *Tribunal aperit ad Roncalias.*

viritim reparando, quod viri eſurierant.
Efoſſa Iuſtitia, quam Itali foderant,
Roncalienſibus erexit in campis, & in compitis,
vt quam non aulici, ſtiparent ruſtici.
Ad fidem Feudatarij vocati
obtulere claues, ſed is clauos tulerat,
quibus feras reſeraret Italiæ.
Portas ſi quæ Ciuitas clauſit,

XVIII *Mediolanum Derthona &c. Fœdus ineunt in Fridericum.*

ipſe mænia diruit.
Terdona, Aſtium
Mediolani præluſerunt incendio.
Victori accidunt Vrbes, præcedunt turbæ,
Accedenti præcidunt palmas.

XIX *Ticinum triumphator ingreditur, Derthona capta. Coronatur.*

Trophæa ſtruit *Lodium*, triumphum *Ticinum* inſtruit.
Suoque Liberatori
Ferream coronam offerunt.

XX *Quàm celer Romam properet.*

Tale decet Diadema militem.
qui Vrbem victurus erat victricem Orbis.
Roma venientem prius imminentem ſenſit, quàm minantem,
Piſcator ipſe quamuis in littore timuit.

XXI *Arnoldum hæreſiarcam tradit Pōtifici, à quo crematur.*

Reſpirauit *Adrianus*, cum expirauit *Arnoldus*,
cuius cineres abſumpſit flamine, expunſit flumine.
Manu Cæſaris fretus, manes iniquos ſparſit in freto:
Ne priſca Quirites ſuſcitarent Idola.
Quid vltra poterat *Ænobarbus*?
ſternit ſe Cæſar

XXII *Renuit implere officium ſtratoris; poſtea implet.*

Sed Pontificem ſtrauit, cum ſe ſtratorem non ſtruxit,
Et penè ſuplet, cum ponè ſuppedaneum ſuffert.
His actis, actum erat de Vrbe
Niſi *Fridericus* ſe Romæ, Romam *Adriano* dediſſet.

XXIII *Coronatur à Papa.*

Eccleſiam ingreſſus, Cruce præeunte ſed ferrea,
coronam nactus eſt auream, non Romanorum auram.

XXIV *Romanos vincit.*

Plauſtra inuadentes pro plauſu
Coronatus proſiliens adeo retudit, ac tudit; 1155
vt Millenos Romanorum vnus Cæſaris vrgeret in Tartara
Viros non à viribus voces, ſed à virtute.
Æneobarbum Roma dicas non *Ænobarbum*,

Sic antiqui cecinere.

& vel inuita acclama Victori
Vnus homo hic vrbem, totum qua Orbem arcuit, arcet.

XXV *Spoletum incēdit.*

Vrbe an maior homo eſt? maior an Orbe vir eſt?
Annoſum amiſit annonam Spoletum
quum alimoniam non immiſit
vel numos miſit adulterinos:

XXVI *Veronenſes inſidias ſtruunt pontibus, & montibus, iter negantes niſi pecuniam viritim ſolueret.*

Vtrumque Cæſar igne purgauit.
Verona cum Regi Regiam negaret viam,
& Mundi Domino
aquam inique venderet.
Cæſar vænire iuſſit; venitq; miles non mercator
vt ſolueret in ferro aurum.

Filius erat Friderici qui dictus eſt Cocletes.

Sic pontes tranſcendens, montes conſcendens,
In illis *Cocletis* filius *Cocletem* ſuperauit;
In iſtis *Annibale* maior

non

non orbus receſſit, ſed Orbibus acceſſit
vt Aſtræam Cœlo pulſam, in Cœlos reduceret.
Io: canite *Friderico* populi
à quo fœnore gloriæ pacem recepiſtis inuiti.
Ad effingendam *Magno Friderico* ſtatuam
Diuinum excitarem Phidiam,
ni *Conradi* pictura concitaſſet *Fridericum* in Scripturam.

XXVII *Ex pictura Conradi Imp. genua flectentis coram Pontifice, & coronam recipientis, ſuſpicans Fridericus Imperatorem, quaſi Feudatarium haberi à Pontifice, vt quadam epiſtola Adriani Papæ innuere videbatur, ſuccenſet: & plaudentibus Germaniæ Epiſcopis, nomen ſuum in vindictâ præponit Pontificis in Epiſtolis.*

Mutuò ſe ſe prodentes ſcriptor, & pictor
dum Pontifici *ligium* ligant Cæſarem,
ſe à Pontifice, Cæſar ſoluit:
& iacentem in pictura, erigit in ſcriptura:
quaſi *Pontifici* præcederet Imperator.
Peccauit *Fridericus*, ſed in fide parentum
Gregem Paſtores ex framea duxerunt in Foueam,
quùm verbenas verterunt in virgas.
In ſemitam aſtrorum errantium, maiora aberrarunt & ſydera
Sol & Luna, Pontifex & Imperator.
Collimabat vterque ad rectum, ſed indirectè
ad iuſtum iniuſtè; ad pacem bello.
Qui vult pacem, præparet bellum
non in vitam; ſed in vitia.
In Italiam itaq; tantâ acie deſcendit

XXVIII

vt terram præmeret, montes deprimeret.
Euerrens tamen, non euertens
Scelera nec induxit, nec indulſit
ſed inter rudera, collapſæ legis rudimenta ruderans,
non inueniens, ſua Mente compoſuit; ſuo Marte repoſuit.

XXIX *Ius Feudorum promulgat.*

Sex expeditionibus in Italos ſuſceptis,
In ſeptima requieuit; cum Italiam traduxit in Syriam.
Mediolanum Germanorum remoram ſuccidit in nemora

XXX *Mediolanum expugnat, diruit.*

poſtquam bis expugnatum, ſemel diruit.
Sale reſperſit, quia Solem deſpexit.
Serpentem, qui inſidiabatur calcaneo eius, calcauit.
Tellus, Æthera, Pontus celos impoſuere triumpho
cum Diuos captiuos remeauit in caſtra.
Vrbe deditâ etiam S. Ambroſius ſuam imaginem dedidit,
Et humi inclinauit, vt Summi iracundiam declinaret.

XXXI *Mediolanenſes imaginem S. Ambroſij veluti captiuam ad Fridericum ducunt.*

Sed heù, quid immortale mortalibus?
Qui vinxit Diuos Cœli, vincitur à Deo terræ.
Vni *Alexandro* duos obiecit *Fridericus*
Pontifici PſeudoPontifices.
Ex fabula hiſtoriam fecit;
Potuit *Alexander* non Hercules contra duos.
Imò *Paleari* ciuitate contra Omnes:
In Aquilam torquente fulmina Ioue.

XXXII *Antipapam fouet in Alex. III.*

Ciuitas Alexandria paleæ *dicta in contumeliam, a Pontifice extructa.*

1175 1176 *Leo* ipſe tonitru expauit Tonantis,

XXXIII *Excomunicatur.*

Fugientem Cæſar inſequitur, ne Aquila ſequeretur *Leonem*,
cumq; ſe *Henrico* incuruaret, ſub quo curuatur Orbis
indignatum diadema, ruit ex capite *Friderici*, ad pedes *Henrici*
Non leuauit is, ſed omine ſupra hominem ſe eleuauit.
Sola fœmina, optima tumoris magiſtra, timorem abiecit,
Diadema collegit:

XXXIV Friderico *excomunicato*, Henricus Leo *receſſit in Germaniam, nec eum* Fridericus, *etiam ſe curuando*

coram Henrico, reuocare potuit.

& vires viro virago remiſit, quas amiſerat.
Inſubrico denuo Aquila colluctata colubro, 1176
Sectum reperit virulentum,

XXXV *Beatrix vxor Friderici conſolatur maritum; eumque eleuat.*

& vires reparaſſe cadendo,
Sed in manibus Dei, non hominum,
Inſubrum ſuam duxerat, Eccleſia cauſam.

XXXVI *Fugatur à Mediolanenſibus, quos vicerat.*

Romana *Alexander* Venetijs Maieſtate traducta 1177
quod non niſi in mari, poſſet piſcator
ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulare
& in ſolo Deorum Senatu

XXXVII *Alex. III. fugit Venetias.*

non tam *Petro*, quàm *Alexandro* Draconum colla ſubmittere
Barbarum, vel Ænobarbum ad pedes habuit.

XXXVIII *Venetijs procumbit coram Pontifice.*

O viuum Eccleſiæ trophæum
In domo *Marci* iuratur *Petri* gloria;
vt Apoſtolici triumphi teſtimonium daret Euangeliſta.

XXXIX *Vincit Henricum Leonem; cui tandem reconciliatur, cum is ſe humilem præbuit.*

Hoc in gymnaſio didicit Cæſar calcare *Leonem*; 1178
Ænobarbum mulciſſet *Henricus*, ni æneus fuiſſet.
Cum ſe curuauit, *Fridericum* incuruauit. 1181
Sic ex bono malus, ex malo Optimus,

XL *In Aſiam mouet.*

Melius quàm inceperat, *Fridericus* deſijt. 1190
Cruce pro Crucifixo ſumpta,
tremuit Aſia, cum fremuit Germania

XLI *S. Ambroſius viſus eſt cum eo pugnare*

& Duce Cæſare, Deo comite, milite Sancto
malo Crucis mala prius traiecit in impios.

XLII *Turcas ter vincit.*

Vicit, quot vidit,
Apud *Ionium*, & *Philomelium*
Turcarum monimentis in monumentis euerſis.
tot infidelium demerſit myriades;
vt ſanguinis cataclyſmus terram obrueret.
Muro, monte, flumine, vel ferro prohibitus
Cadauerum aggere Victoriæ pontem excitauit,

XLIII *Æſtu fatigatus dum in* Cydno *flumine lauatur, obriguit.*

Tot tandem onuſtus triumphis,
qui mare enatauerat, flumine merſus;
& in malacia naufragus,
Lethem Africæ inuenit in Cydno Aſiæ,
dum mendaci ſe credidit elemento:
& Sudoribus ſuis, vndis ipſis tumorem accrenit.

XLIV *Verba Friderici morientis.*

Chriſti verò expirans in caſtris,
per aquam reuocari debebat, qui fuerat vocatus in aquâ.
Sic verum ad Iouem Aquila cecinit regrediendo,
Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum.

CA-

CATENA HISTORICA.

CAPVT SECVNDVM.

1 Friderici Ænobarbi Imper. geneſis. 2. educatio. 3. vxores. 4. filij. 5. mores. 6. eligitur à Conrado præceſſore ad Imperium. 8. in Dominica Lætare coronat. 9. in die coronationis negat indulgere crimina. 10. eius prima legatio ad Papam, cum quo fœdus init. 12. Traiectenſes mulctat. 13. altercantes de Regno Daniæ componit. 15. cogitat bellum Vngaris inferre. 26. diuortit ab vxore Adheleida. 29. in Italiã deſcendens, iubet militi reſarcire damnum illatũ Eccleſiæ. 30 feudarecognoſcit. 36. à Mediol. tentatur pecunia placari. 38. agrum Mediolanenſem populatur. 4.0 Aſtium populatur. 41. fert legem pacis inter milites. 41. Derthonam obſidet: incendit. 42. triumphum agit in Dominica Iubilate Apud Papienſes. 43. Arnoldum hæreſiarcam Papæ tradit. 44. pacem iurat Hadriano Papæ. Recuſat implere ſtratoris officium Papæ. Implet tandem. 45. Romanis iniuſta & ſuperba petentibus quid reſponderit. 47. ab Adriano coronatur Romæ. Romanos vincit. 48. legatos Græcorum recipit; ad eos mittit. 54. Beatricem Burgundam ducit in vxorem. 56. Græcorum legatos dolo venientes pacificè recipit. 57. expeditionem parat in Mediolanenſes. 59. Pater Patriæ dictus. Diſſidium Colonienſis Eccleſiæ iudicat. 60. Polonos vincit. 61. Græcorum ſuperbos legatos corripit. 62 Anglorum legatos audit. 63. legatos audit Papæ. 64. ſuccenſet Pontifici ob falſam interpretationem epiſtolæ Pontificiæ; & Lotharij picturam in aula Pontificia. 66. indecore legatos Papæ remittit. 67. apud ordines Imperij dolet de iniuria ſibi illata à Papa. 71. volens in Italiam deſcendere, peccata ſua prius confitetur; belli cauſam ſacerdotibus examinari mandat. 75. luſtrat exercitum in campis Lijcatibus. 81. demulcitus placidis legatorum verbis reconciliatur Pontifici. 82. Daniæ Regi inueſtituram indulget. 82. Italiam ingreſſus cum centum millibus militum; caſtrorum renouat diſciplinam. 84. mandat citari Mediolanenſes. 83. Brixienſes mulctat. 91 Mediol. in deditionem accipit. 94. Modoetiam euerſam reſtituit. Veronam ſubigit. 95. exercitum purgat. 96. conuentum agit in Roncalijs. 97. populis iudices diſtribuit extraneos. 98. regalia vindicat. 100. pacem firmat in populis. 102. fert legem feudorum. 113. Placentinos damnat, & Cremenſes. 115. Ianuenſes in obſequium redigit. 116. fodrum exigit: Vvelfoni vectigalia Mathildæ reſtituit. 118. commendat Papæ Guidonem Blanderatenſem. 120. iubet in vindictam nomen Imperatoris præponi nomini Pontificis. 124. arguitur ab Henrico Cardinali S. Nerei. 125. defenditur ab Eberhardo Ep. Babenberg. 125. ſuccenſet ob inciuilitatem nuncij Pontificij. 126. Mediolan. vt rebelles damnat: Haſtam diruit. Comenſes reſtituit. 128. legatis Papæ reſponſum dat ſuper arduis. 129. offert Papæ diſſidia componere iudicio Cardinalium, & Epiſcoporum arbitrio. 132. agrum Mediol. populatur. 133. à Sicario tentatur. 134. Cremenſes obſidet. 136 cum Romanis agit in Hadrianũ Papam, ſed in caſſum. 138. vota captat pro eligendo Papa. 139. Cardinales è vinculis ſoluit. 145. fouet Antipapam. Legatos reſpuit Alex. 147. inuitatur à Cardinalibus Papam legitimum ſequi. 157. Synodum Papienſem indicit. 158. citat Papam ad Concilium. 159. vocat Epiſcopos Vltramontanos. 160. legatos mittit ad Alex. III. qui ſuperbè Papam inhonorant. 160. facit per legatos Antipapam adorari. 160. Cremenſes in deditionem accipit. 161. ſcribit ad Reimundum Gurſenſem Epiſcopum. 167. confirmat Antipapam. 179. excommunicatur. 181. agrum Mediol. populatur: timet confligere cum Mediolan. Pontirolum capit. 182. mandat Laudenſes muro lapideo vrbem circundare. 183. à Mediolan. victus victoriam

fingit. 185. ſcribit Eberhardo Saltzburgenſi. 192. Eberhardum Saltzburgenſem indignatus vocat ad Papienſem conuentum. 194. ſcribit Ep.Gnreenſi. 195 tentat conciliare Regibns Anglornm & Gallorum Antipapam. 198. eius legati in concilio Toloſano ad Imperatorem clamant, pertinere, videre de Papa. 199. Regem Gallornm ſolicitat prò generali Concilio. 200. vulnus accipit, iurat Mediolani excidinm. 201. Mediolanum in deditionem accipit, diruit. Papiæ coronatnr; epulum principibus dat. Vxor illatam vindicat inıuriam. 202. Ianuenſes, Placentinos, Brixienſes dedit. 203. priuilegium dat Henrico Caretto. *204. ab Alex.III. in Concilio Claromontis excommunicatur. 205. ad Epiſc. Sueſſionenſem ſcribit. 206. cum Antipapa Burgnndiam petit. 207. cogitat tertinm in Papam eligere. Ludouicum Gallorum Regem ad colloquium prouocat. 208. Lngdnneuſi Epiſcopo ſcribit. 210. patitnr Epiſcopos liberè loqui coram ſe in Antipapam. 212. cnr ad colloquinm cnm Lodonico Galliæ Rege non fuerit. 219. Regem Daniæ decipit. in obſequinm allicit. 222. Conradnm Vvitelſpachinm priuat Epiſcopatu Mognntiæ. 224. in Lombardos mouet. 225. fngit. 226. Mantuanis regalia remittit. 227. Bariſonem creat Regem Sardiniæ. 228. Guidoni Gnerræ regalia donat. 234. nonnm Antipapam fouet, anlicorum dolo, non ſponte. 235 innehit in Cardinales. 236. iuramentnm exigit in comitijs de confirmatione Antipapæ, ab Herbipolenſibns. 248. oſſa Caroli Magni effodit. 249. legatos in Italiam mittit. 249. in Italiam deſcendit, & popnlorum clamorem ſpernit. 252. Romam obſidet: occupat. 253. coronatur Romæ ab Antipapa. 258. in eum conſpirant Lombardi. 262. fngam redimit auro. 263. inſidias euadit ſeruili tunicà tectns. 264. induratur. 265. in auaritiam declinat. 266. à Vvelſone ſeniore hæres ſcribitnr. 268. Saxonibns tnmultnm agentibus reconciliatur in comitijs Babenberg. 270. legatos mittit ad Alex. III. ſpecie pacis. 271. Henricum Regem agit coronari ſucceſſorem. 272. petit filiam Imperatoris Manuelis in vxorem filio. 281. Ladislaum Regem Bohemiæ deponit. 283. in Italiam deſcendit. 284. Alexandriam obſidet. 279. proſcribitur à Mediolanenſibus etiam quoad nomen. 285. vincitur. 286. obſidionem ſoluit Alexandrinam. 288. procumbit coram Henrico Leone. 291. de pace agit, ſed fruſtra. 292. vincitnr, & fugatur a Mediol. 293. ploratur vt mortnns. 295. Alexandrum III. proſcribit. 298. Venetis ſuperbè reſpondet. 301. Venetias pergit. 302. genna flectit Alex.III. 307. pacis leges. 309. ægrè fert nomen Græci Imp. ſibi preponi. 320. monet in Henricum Leonem. 323. genna flectenti reconciliatnr. 326. agit pacem Conſtantiæ. 328. intereſt Veronenſi Concilio. 329. diſcordat à Papa Lucio: petit filium coronari, nec impetrat. 335. mortale euadit periculum. 336. noua lis cum Papa prò electione Archiep. Treuirenſis. 339. Regnum luſtrat. 343. & 348. eins diſſidia cum Papa Vrbano III. 350. Cremam reædificat. Cremonenſes vincit. 351. Cremonenſibus dat cudendi monetam priuileginm. 354. Sororem Regis Danorum, quam filio ſuo petierat in vxorem, innuptam remittit. 358. crncem ſuſcipit. 362. ſcribit Saladino. 364. ad Philomelinm barbaros vincit. 365. habet fautorem D.Gregorinm, iterum vincit. 366. moritnr. 367. morientis verba pia, ætas. 368. dolor omnium de eius obitn, cauſa moralis eius mortis. 369. inſcriptio: Symbol.*

3 *Adheleida vxor Friderici Imper. diuortit à viro: iungitur Dietho de Rauensberg.*

3 *Inditha matris Friderieus I. Imperator.*

3 *Beatricis vxoris Imp. Friderici & nn. 54. 133. deſcendit in Italiam in ſuppetias mariti. 289. maritum conſolatur conſtans.*

7 *Guelfi & Gibellini. 137.*

13 *Inueſtitura regni per gladium fit: Prouinciæ per vexillnm.*

14 *Electio Epiſcopi ad Imperatorem ſpectat, capitulo diſcrepante.*

16 *Henricns Leo. 28. Bauaria ei reſtitnitnr. 29. comitatur Imper. Fridericum*

in

in Italiam. 41. aquam Derthonenſibus interdicit. 77. legatos Papæ læſos vindicat. 133 deſcendit in Italiam in ſuppetias Friderici Imper. 186. mouet in Slauos. 187. 223. Epiſcoporum electionem impetrat. 188. diſſidium eius cum Hartunico Ratiſpon. 200. Cæſar deſignatur à Frid. Imp. 214. cur vxorem repudiaret. Methildem ducit Britannam. 266. conatur Vvelfonem ſeniorem decipere. 272. in Paleſtinam peregrinatur. in vita non bis diſcrimen incidit. 275. de fide altercatur cum Græcis. 277. a Soldano Egypti honorificè donatus. 288. à Friderico recedit. 310. vincit, & vincitur à Saxonibus. 311. queritur apud Imper. in Philippum Colonienſem. 312. citatus non venit. 313. in duellum prouocatus, petit colloqui cum Cæſare ſolus. 314. renuit pecunia redimere gratiam Cæſaris. 315. proſcribitur. 318. excommunicatur. 318. flexis genibus petit abſolui. 319. Thuringos vincit. 322. fit ſupplex Cæſari. 323. genua flectit coram Cæſare reconciliatur. 324. in Angliam exulat. 335. reſtituitur. 359. iterum exulat in Angliam.

16 *Henricus Auſtrius Bauariam reſtituit Henrico Leoni 52. dux declaratur. 28. vocatus ad comitia non venit. 53. eximitur à comitijs Bauar. 70. tentat vſurpare prædia Eccleſiæ Bamberg. 89. Mediol. vincit. 272. ſororem nuptam tradit Stephano vel Ladislao Hungarorum Regi.*

16 *Vvelpho VI. Tuſcià, Sardinia donatur. 29. comitatur Fridericum Imp. in Italiam. 116. vectigalibus Mathildæ donatur. 257. in Paleſtinam pergit. recuſat fouere Antipapam. 266. vendit hæreditatem ſuam.*

18 *Guicmanus intruditur in Epiſcop. Magdeburg. 25. ab Anaſtaſio Papa impetrat tranſlationem.*

18 *Epiſcoporum tranſlatio quando permittenda.*

18 *Eugenius Papa negat roganti Friderico Imp. tranſlationem Epiſcopi. 19. legatos ſuos corripit. 23. moritur.*

23 *Anaſtaſius Papa legat Cardinalem pro cauſa Magdeburgenſi.*

20 *Henricus Archiep. Mogunt. iniuſte depoſitus à legatis Pontificis: appellat ad tribunal Dei.*

27 *Guillelmus cognomento* Malus, *Rex Siciliæ: eius effigies.*

30 *Feuda recognoſcendi mos. 31. pœna commiſſi.*

31 *Fodrum quando exigatur? 128. de Dominicalibus Papæ.*

33 *Imperatoris in Italiam deſcendentis iura.*

37 *Mediolanenſes Imperatori rebelles. 58. in Papienſes mouent. 84. citantur à Friderici Imper. 85. tentant donis mulcere. Arma in eum corripiunt 93. miſerè dediti. 126. legatos violant deluſoriè dicunt ſe iuraſſe. 132. Tricium expugnant. 133. Sicarios mittunt in Fridericum. 180. mouent in Laudenſes. 201. Mediolanum diruitur. 259. reſtituitur.*

42 *Otto Vvitelſpachius Derthonam obſidet. Caſtrum occupat. 49. Alpium tranſitum occupat aduerſus Veronenſes. 66. temerè gladium ſtringit in legatum Papæ. 78. Famà nominis Riuolam occupat; inde Lombardiam. Elogium. 79. iubet legatos Græcorum Italia faceſſere: 89. fortitudo. 95. Ferrarienſes ſubigit. 126. à Mediolanen. cum dedecore habitus. 136. ad Romanos Legatus. 146. fouet Antipapam. 256. legatus ad Græcos. 321. Bauaria donatur. Effigies. 332. moritur vt conſanguinus honoratus à Frider. Imper. 333. alia effigies, & Symbol.*

42 *Bertolfus Dux Burgundionum Derthonam obſidet.*

43 *Arnoldus hæreſiarca crematur.*

44 *Hadrianus Papa negat oſculum Friderico Imper. quia ſtratoris non impleuerat officium. 63. legatos queſtum mittit ad Fridericum Imp. prò iniuria illatà Epiſcopo, & non vindicata. 72. eius legati queruntur apud Papam aduerſus Fridericum Imper. 73. ſcribit ad Epiſcopos Germaniæ aduerſus Fridericum. 74. admonetur ab Epiſcopis Germaniæ ſuauius agere cum Imperatore: 76. & 81. legatos mittit ad Fridericum, vt eum mulciret. 120. Mediolanenſes in Imperatorem concitat. 121. interdicit Friderico, ne cauſam duorum caſtrorum*

inter

inter Brixianos & Bergomates cognoſceret. 128. poſtulata miſſa ad Frider. 137. obit.
48 Spoletani adulterinam monetam ſoluunt Friderico Imper. rebellant; victi.
49 Veronenſes doloſi erga Fridericum Imp. 348. obſtant, ne ab Vrbano III. excommunicetur.
49 Albericus Veronenſis tentat intercludere tranſitum alpium Friderico Imperatori: laqueo finitur.
50 Arnoldus Archiep. Mogunt. & Hermannus Palatinus coguntur canem portare.
51 Auſtria antiquitus Bauariæ ſubiecta.
52 Græci dolo occupant Apuliam.
60 Lobizlaus Polonus paterna priuatus hæreditate ad Frider. Imper. confugit. 70 Rex Bohemorum creatur à Friderico Imper. 85. Mediolanenſes reprimit. 88. Mediolanenſes vincit.
62 Fridericus Dux Sueuiæ filius Conradi Imp. gladio cingitur. 200. Cæſar deſignatur. 255. moritur.
62 Berta ſiue Irenes Imperatrix Græca munera mittit Friderico Sueuo nepoti.
65 An imperium venerit ex donatione Pontificis.
68 Ludouicus Francorum Rex inuidet Friderici Imp. gloriæ. 155. fouet Alex. III. 212. vocatus ab Imp. Friderico ad colloquium, an venerit.
69 Geyſa II. Rex Vngaror. legatos mittit ad Fridericum Imp. contra Stephanum fratrem ſuum.
69 Stephanus frater Geyſæ II. Vngar. Regis confugit ad Fridericum Imper.
70 Otto Friſing. Epiſcop. ſe opponit Henrico Auſtrio volenti vſurpare prædia Eccleſiæ. 116. moritur.
72 Radeuicus qui ſcripſit geſta Friderici I. timet quid recenſeat. 174. Alex. III. recognouit verum Papam.
76 Henricus SS. Nerei, & Achillei: & Hyacinthus Cardinales legati Papæ ad Frider. Imper. 77. in itinere ſpoliantur. 124. Epiſtola ad Eberhardum pro concordia Imper. & Papæ.
76 Reinaldus Cancellarius Frid. Imp. 78 Elogium.
79 Guilielmus Maltrauerſa.
85 Conradus Dachauius. 116. moritur.
86 Laudenſes ſolo pulſi ad Imper. Frider confugiunt. 260. ab Imperatore deficiunt.
87 Egbertus Schardingenſis à Mediol. occiſus.
90 Albertus Andechſius Mediolanenſes duello vincit.
97 Crucem ferendi mos quid?
99 Regalia quæ.
114 Modatia ad Cæſarem pertinet.
116 Frider. Colon. Archiep. moritur.
125 Eberhardi Ep. Bamberg. Epiſtola pro Frider. Imp. Admonet Papam lenius agere cum Imper.
128 Legati Cæſaris an inſcio Papa Romam pergat? an in palatijs Epiſcoporum.
128 Romæ an recipiendi ſub iuriſdictione Cæſaris. 128. Italiæ Epiſcopi quid iurent Cæſari.
131 S. Trium Magorum Reliquiæ.
132 Carſidonius Ep. Mantuanus.
132 Garnerius Anconitanus.
137 Alex. III. Papa: 141. natalia Friderico Imp. ſuſpectus: 143. conſecratur Victorem excommunicat. 146. Scribit ad Canonicos Bononienſes. 151. Legatos ad Regem mittit. 145. ad Fridericum 176. ad Arnulphum Lexouienſem. ſcribit. 178. ad Galliæ Epiſcopos. 196. à Gallis & Anglis receptus. 204. in Gallias ſe conferens à Ianuenſibus honoratur. 215. diſſuadet Ludouico Gallorum Regi, in colloquium ire cum Frider. Imp. 221. Concilium Turonenſe congregat. 231. Romam vocatur 232. Galliarum Eccleſijs collectam indicit. 252. in ædes Frangipanum confugit. 280. Italos vrget in Frider. 300. calcat Venetijs Faſtum Friderici.
142 137. Victor IV. Antipapa. 248. ſcribit Friderico Imper. 164. in Papienſi conuentu laudatur. 165. à Canonicis S. Petri recipitur. 166. confirmatur à Frider. Imp. 196. reprobatur à Gallis, & Anglis. 230. obit.
150 Arnulphus Lexouienſis in Anglia cauſam agit Alex. III. 152. ſcribit ad Cardinales. 153. ad Io: Neapolit.
154 Io: Card. Legatus Alex. III.
155 Emanuel Græcorum Imp. fouet Alex. III. ſpe coronæ Occidentalis. 156. ſcribit Ludouico Francorum Regi. 251. auxilia

xilia

xilia offert Alexandro III. ſi ei corona Occiden. detur Imperij. 259. & 281. pecunia Lombardos adiuuat in Fridericum Imper. 271. poſtulata renouat erga Papam. 308. victus, ſe victorem vulgat.

157 *Concilij conuocandi poteſtas penes quem?*

163 *Papienſe Conciliabulum.*

168 *confirmat Victorem Antipapam.*

175 *Guntherus ſcriptor Alex. III. recognouit verum Papam: cur ſuam non proſequeretur hiſtoriam.*

178 *Arnoldus Archiep. Mog. trucidatur.*

179 *Io: Amagninus Cardin. Legatus Alex. III. excommunicat Fridericum Imp.*

190 *Laudenſe Conciliabulum.*

192 *Eberhardus Archiep. Saltzburg. recuſat Conciliabulo Papienſi adeſſe. 194. tentat pecunia ſe excuſare. 210. tuetur Alex. III. inter Schiſmaticos, impunè.*

197 *Concilium Toloſanum.*

216 *Valdemarus Rex Dania legatos mittit ad Frider. Imper. 218. ad Imper. pergit. 219. obſequium Cæſari profitetur. 220. negat adhærere Antipapæ.*

217 *Bernardus Octauiani legatus in Daniam.*

217 *Abſalon Roſchildenſium Epiſcopus diſſuadet Regi Daniæ ad Imperat. pergere Frideric.*

221 *S. Thomas Cantuarienſis adeſt Concil. Turon. et obuiant Cardinales.*

221 *Conradus Vvitelſpachius Antipapam deteſtatur in Concilio Turonenſi. 222. eligitur Cardinalis ab Imper. deponitur Archiepiſcopatu Moguntino. 306. repetit Archiepiſcopatum; non auditur. Fit Archiep. Saltzburg. 347. tentat reconciliare Imperatorem cum Papa.*

229 *Balnei Comites.*

229 *Antony Barbauara tyrannis.*

230 *Paſchalis III. Antipapa. 253. Romæ Sacra agit. 267. obſidetur. 270. moritur.*

233 *Vbertus Archiep. Mediol. obit.*

233 *Galdinus Sala Archiep. Mediol.*

234 *Reinaldus Archiep. Colon. impellit Fridericum erga Antipapam, vt proditor increpatur. 250. Stragem Romanorum agit. 255. moritur.*

237 *Albertus Friſingenſis recuſat Antipapam ſequi: cedit.*

237 *Conradus Saltzburgenſis recuſat Antipapam ſequi. 248. Epiſcopatu deturbatur Moguntino. 334. reſtituitur.*

241 *Henricus Rex aduerſus Alex. III. 242. ſcribit Reinaldo Archiep. Colon. 243. petit confirmari iura, & conſuetudines Anglorum. 245. in clientelam Imperij regnum tradit. 246. eius conſenſu non iurarunt legati pro Antipapa 342. ſe excuſat a ſacra expeditione.*

250 *Raimo Tuſculanus pro Antipapa.*

250 *Chriſtianus Mogunt. ſtragem agit Romanorum. 280. in Italos deſcendit. 281. Anconem obſidet. 294. Bononienſes, vincit virtutes eius. 306. recipit nouum pallium. 325. obit adſtante Papa.*

254 *Gulielmus* Bonus *Rex Siciliæ ſuppetias mittit Alex. III. effigies.*

256 *Vvelphonis VII. vita, effigies.*

261 *Opizo Maleſpina fauet Imper. Friderico.*

268 *Alexandria* Palearis *extructa. 287. Epiſcopo donatur.*

270 *Calixtus III. Antipapa. 306. cedit, fit Epiſcopus Beneuenti.*

273 *Stephanus Rex Vngarorum IV. Venetis infeſtus. Effigies; odio habet Frider. Imp. 275. fugit.*

274 *Ladislai Vngarorum Regis effigies: coronam rapit, moritur, effigies.*

275 *Stephanus III. Belæ filius coronam vſurpat Vngarorum: effigies.*

279 *Albertus Archiep. Salizburg. deponitur.*

299 *Otho Friderici Imp. filius Venetorum captiuus.*

301 *Veneti ab Alex. III. poteſtate de ſponſandi mare donantur. 303. in bello ſacro primi Ptolemaidem oppugnant.*

306 *Philippus Colon. Archiep. nouum recipit pallium. 310. inſidias ſtruit Henrico Leoni. 315. in Saxoniam graßatur. 337. Superbè agit in Henricum filium Friderici. 338. pecunia eum placare tentat. Coloniam munit. 346. ab Imperatore diſſentit propter fiſcum Eccleſiarum. 361. nuptijs non adeſt.*

315 *Berhardus de Anehold Saxoniæ Dux.*

316 *Suauorum priuilegium, vt tantum in ſua terra damnentur.*

317 *Vviehmannus Magdeburg. Epiſcopus Henricum Leonem inuadit.*

325 *Lucius III. Papa adſtat morienti Chriſtiano Moguntino. 328. Concilium Verona*

rona vocat. 329. *renuit filium Frid. coronare*. 343. *obit.*

330 *Henricus filius Friderici Imp. coronatur ducit filiam Regis Siculi*. 336. *Rudolphum fouet*. 337. 339. *Vrbeuetum obſidet*. 343. *mandat Epiſcopum pugnis cædi* 349. *nuptias celebrat cum Conſtantia*. 352. *titulum Prætoris, & Comitis Mediolano donat*. 355. *mouet in Ducem Sabaudiæ.*

336 *Rudolphus, & Volmarus eodem tempore Archiepiſcopi Treuirenſes..*

332 *Ottonis Vvitelſpach patris Ottonis Ducis effigies.*

333 *Ludouici Vvitelſpach. effigies. Symbol.*

340 *Saladinus vrget Chriſtianos in Syria*. 355. *Hieruſalem capit*. 362. *Epiſtola ad Fridericum*. 353. *capit Vidonem Luſignanum.*

341 *Gulielmus Montisferrati Sybillam ducit filiam Balduini Regis Hieroſol.*

341 *Sybilla vxor Guidoni Luſiniani.*

343 *Vrbanus III. Papa*. Turbanus *dictus plurima à Friderico Imp. repetit*. 348. *vult eum excommunicare*. 355. *moritur.*

344 *Bertoldus Epiſcopus Metenſis ingratus Friderico Imper.*

346 *Epiſcopo mortuo, bona eius mobilia cui debeantur.*

347 *Decimæ Eccleſiaſticæ laicis quando conceſſæ?*

353 *Adolphus Comes Saxoniæ Saxones affligit.*

356 *Gregorius VIII. Papa ſacram parat expeditionem.*

357 *Clemens III. Papa*. 357. *Conradus Montisferrati Tyrum defendit.*

358 *Fridericus Friderici Imp. filius crucem ſuſcipit*. 364. *vulneratus*. 367. *iuſta patri ſoluit. obit. caſtitas.*

358 *Bertoldus Andecenſis crucem ſuſcipit.*

358 *Hermannus Badenſis crucem ſuſcipit.*

358 *Otho Dux Burgundiæ crucem ſuſcipit.*

358 *Florentius III. Comes Hollandiæ cum filio Vvilhelmo crucem ſuſcipit*. 368. *effigies, mors.*

358 *Vvilhelmus Florentij filius, Comes Hollandiæ, crucem ſuſcipit*. 368. *dilectus à Friderico Duce Sueuiæ.*

360 *Bella Rex Hungarorum iuuat ſacram expeditionem. effigies.*

361 *Iſaacius Angelus Imper. Græcorum impedit ſacram expeditionem.*

363 *Philippus Rex Gallorum crucem ſuſcipit*. 363. *Ricardus Rex Anglorum crucem ſuſcipit.*

FRIDERICI NATALIA.

EX *Friderico*, cognomento *Coclete* Sueuiæ Duce, *Conradi* Imperatoris fratre, ac *Iuditha* filia *Henrici Nigri* Ducis Bauariæ naſcitur *Fridericus* An. 1121. *Enobarbus* dicitur à ruſſa barba, ſic Itali in contumeliam, quia grauis nobis incubuerit. Vaiblingenſium prognatus dicitur quos tam paterno, quàm materno ſanguine Clodoueorum, & Carolorum progenitos memorat *Vſpergenſis*, vt gloriabatur idem *Fridericus* Imperator. Eius Geneſim exhibent *Otto Friſingenſis*, *Abbas Vſpergenſis*, & ex eis *Bucellinus*, vt ex arbore ſequenti.

AR-

ARBOR MATERNA FRIDERICI I. IMPERATORIS

Henricus cognomine *Magnus*, filius Vvelphonis quarti, frater quinti: Dux Bauariæ, & Saxoniæ &c.

Vxor
Vvlphildis filia Magni Ducis Saxoniæ

Helena Vxor Vvartiſlai Duc. Pomeraniæ — Methildis Vxor Theobaldi M. Vocburgij — Iudith Vxor Friderici Duc. Sueuiæ — Henricus Superbus Dux Saxoniæ Bauariæ — Vxor Gertrud. filia vnica Lotharij Imp. — Guelpho VI. Dux Bauariæ Princeps Su. — S. Conradus S.R.E. Card. — Vvlphildes Vxor Rudolphi C. Rhetiæ & Brigant.

Caſimirus Dux citerioris Pomeraniæ. — Frider. Vocburg. Burgrauius Ratiſpon. — Otho Vochburg. Landtgrau. Iſtriæ. — Conradus Dux Sueuiæ Comes Palat. Rheni. — Frid. I. Imp. Enobarbus. — Henricus Leo Dux Sax. & Bau. Vx Methildes filia Henrici Anglorum Regis, & Leonoræ Duc. Aquit. — Guelpho VIII. — Rudolphus Iunior Comes Rhetiæ, & Brigantij.

Itha Com. Rhetiæ Brig. Pfullendorfi, Vxor Alberti diuitis, Com. ab Habſpurg.

Vvilhelmus Princeps Sax. infer. & Luneb. Vxor Helena filia Vvoldemari Regis Daniæ. — Henr. Iun. Dux Sax. & Bauariæ, Elector Palat. Gener. Henr. VI Im. Vx. I. Agnes filia Conr. Duc. Sueu. Elect. Pal. II. Agnes Marc. Landeſpergen. — Otto IV. Imp. Vx. I. Beatrix, filia Philippi Imperat. II. Duciſſa Brabantiæ. — Ludetus in pueritia extinctus. — Albertus Sapiens, Comes Habſpurgius; Vx. Heduuiges Comitiſſa de Fryburg. & Dillirgem. — Rudolphus Comes ab Habſpurg, Vx. Gertrudes, Baroniſſa de Regenſperg.

Otto I Dux Brunſui. & Luneb. Vx. Methil. March. Brandeburg. — Helena Vx Alberti I. Du. Sax. — Maria Vx. Valdemari Duc. Sleuicenſis, Regis Daniæ. — Rodulp. I. Imp. Comes Habſp. Vx. Anna Co. tel. Frid. Burggra. ab Hoheberg. uij Norimb. vnde omnes electores, Brandeburg. — Eliſabet. Habſpurgia Vx. Bi. II. Eliſabeth, Duc. Burgund.

Methilde Vx. Hen. Principis Anhaltini, à quo vſq. hodie familia. — Agnes Vx. Vvenceſlai Princ. Rugiæ, à quo omnis poſteritas. — Albertus cogn. Mag. Dux Brunſuic. & Luneb à quo omnes Duces Brunſ. — Eliſab. Vx. Vvilhelmi Hollandi Reg Rom. à quo Comites Hollandiæ. — Adheleida Vx. Henr. Landgrau. Haſſiæ, à quo omnes poſteri. — Henr. Duc. Bau. Occid. Sax. inf. Comes Palat. — Timgardes Vx. Hermani Marc. Badenſis. — Agnes, Vxor Othonis Bau. Ducis ad quem detulit Electoratum vſque hodie perſeuerantem.

Hermanus Badenſis Iunior à quo omnes Marchiones Badenſ.

GENESIS PATERNA FRIDERICI I. IMPERATORIS ÆNOBARBI.

Fridericus Baro in Vveiblingen. &c. Vxor Henrici IV. Imper. ſoror Henrici V. Imper.

Luitholdus Comes ab Hohenſtauffen — Fridericus Dux Sueuiæ Vxor Agnes filia Henrici IV. Imper. ſoror Henrici V. Imper. — Otho Ep. Argent.

Conrad. III. Imp. Vx. Gertrudis filia Com. à Sultzbach. Beatrix Vx. II Comitiſſa Burgundiæ. — Frider. Cocles Dux Sueuiæ. Vx. I. Iuditha filia Henrici cogn. Mag. Duc. Bauariæ Vx. II. filia Com. Zuuainbruck & Sarbruch.

Conradus Dux Sueuiæ Comes Palat. Rheni. Vx. Eliſabeth. filia Conradi Duc. Francon. nepotis Henrici IV. — Ex I. Vxore Fridericus I. Imp. Ænob. Vx. Adheleid. filia Theob. March. Vochburg Ex II. Vx. filiam habuit quæ nupſit Lantgrauio de Thuringi.

Sophia Vx. Conr. March. Spoleti & Sueuiæ — Dux Conradus Miſniæ. — Henr VI. Imp. Vx. Conſtantia Duc. Apuliæ. — Frid. Dux Sueuiæ. — Philipp. Imp. Vx. Irene filia Iſaacij Imp. Bizant. — Otho Palat. Burgundiæ. — Beatrix Abbatiſſa Quedlinburgi.

Agnes Vx. Henrici Guelphi Duc. Sax. Com. Palat. Rheni & Electoris. — Otho Palat. Burgund. — Beatrix Vx. Othonis I Ducis Meraniæ.

Barnimus I. cogn. Bonus Dux Pomer. Vx. Maria filij Alberti I. Duc. Sax. II. Margareta filia Henr. Duc. Brunſ. III. Methildes, March. Branderburg. — Bugslaus III. Dux Pomeraniæ. — Frid. II. Imp. Rex Siciliæ & Hieruſalem Vx. I. Conſt. Reg. Caſtellæ II. Iole filia Reg. Hier. — Maria Vx. Othonis IV. Imper. — Chunegunda Vx. Vvencelai Regis Bohemiæ.

Mãfredus nothus Rex Neap. Vxor Beatrix filia Amadæi Com. Sabaudiæ, ex *Albizo*. — Henr. VII. Rex Rom. & Siciliæ. — Ludouicus Elector & Dux Bauariæ, à quo omnes Electores & Duces, ita *Bucellinus*. — Frideric. Nothus Princeps Antioc. — Conr. III. Imperat. — Henricus ſeu Hentzius nothus Rex Sardiniæ. — Vvenceslaus junior Rex Bohem. vnde Reges Bohemiæ & Hungariæ, ac poſteritas.

Conſtantia Vxor Petri Regis Aragoniæ, & Siciliæ. — Conrad. Caputus. — Conradinus D. Su.

Educatio Friderici.

II *à Conrado educatur.* CVm filijs patrui ſui *Conradi* Imperatoris educatus eſt *Fridericus Ænobarbus*; cũque minore natu filio orbatus *Conradus*, nepotem vnicè diligeret, & loco filij haberet, quia alter filius puer eſſet, ſermonum omnium, & arcanorum participem nepotem fecit; qui à patruo veluti à viuo & domeſtico exemplari, veram ideam deprompſit imperij.

Vxores.

III DVas hăbuit. I. *Adheleidam* filiam *Theobaldi*, ſeu *Diepoldi* Marchionis Bauarici in *Vochburg*, quam dimiſit quia conſanguineam in gradu prohibito, iuxta decretum Concilij Conſtantienſis. Hanc, facto diuortio, duxit *Dietho* de *Rauensburg* II. *Beatricem* filiam *Reginaldi* Comitis Veſontionis in Burgundia, quæ illi vnica erat, cuius opulentiſſima dote, etiam quinque millia militum eius ſubduntur Imperio *Vſpergenſis*.

Filij.

EX *Beatrice* genuit Fridericus *Henricum* Imperatorem. IV

Philipum Imperatorem.

Conradum Ducem Franciæ Spoleti, & poſt obitum fratris, comitem Burgundiæ.

Otthonem Comitem Burgundiæ hæredem maternæ dotis.

Fridericum Ducem Sueuiæ.

Beatricem Abbatiſſam Quedlinburgi.

Sophiam, alij dicunt *Ludgardam* coniugem *Conradi* Marchionis Miſniæ.

FRIDERICI MORES.

V ERat Fridericus *vir armis ſtrenuus, acer animo, exercitatus in bellis, corpore robuſtus, in conſilijs prouidus, in negotijs peragendis virilis, affabilis manſuetis, ſuperbis reſiſtens, ingenio ſubtilis, memoria excellentiſſimus. Quorumcumque enim hominum vultus, vel perſonas ſemel agnoſcebat, etiam poſt multa interſtitia temporum, ſi ad eum rurſus veniebant, citiſſimè eos nominatim ſalutabat, ac ſi quotidiè cum eo morati fuiſſent. Erat quoque ſtatura mediocris, magis tamen longa, quàm breui, pectore plenus, corpore robuſtus, facie ſatis eleganti, barba & capillo ruffo.* Vſpergenſis. Hic ille *Fridericus*, qui vrgente *Bernardo*, aduerſus Sarracenos crucem aſſumpſit.

IMPERATOR ELIGITVR.

VI *Otto Friſing. de Geſtis Frid. lib. 1. c. 36. Imperator. cap. 63. lib. 2.* EX delegatione patrui potius, quàm ex Principum electione, Imperium datur *Friderico* ſcribit *Vſpergenſis*: moriens namq; *Conradus* Imperator regalia duci *Friderico*, cum vnico ſuo *Friderico* commendauit. Melius profuturum Reipublicæ iudicans, ſi nepotem ſpectatum bello, præferret filio paruulo. In eum cecidit concors Principum conſenſus, quia cum in Romano Orbe duæ æmularentur nobiliſſimæ familiæ;

VII *Guelfi & Gibellini.* *vna Henricorum de Gueibelinga, alia Guelforum de Altdorfio: altera Imperatores, altera magnos duces producere ſolita. Iſte, vt inter viros magnos, gloriaq; auidos aſſolet fieri, frequenter ſe ſe inuicem æmulantes, Reip. quietem multiores perturbarant. Nutu verò Dei, vt creditur, paci populi ſui in poſterum prouidentis, ſub Henrico quinto factum eſt, vt Fridericus Dux pater huius, qui de altera, ideſt de regum familia deſcenderat; de altera, Henrici ſcilicet Noricorum Ducis filiam, in vxorem acciperet, ex eaque Fridericum, qui in præſentiarum eſt, & regnat, generaret. Principes ergo non ſolum induſtriam ac virtutem iam ſæpe dicti iuuenis, ſed etiam hoc quod vtriuſq; ſanguinis concors, tanquàm angularis lapis, vtrorumq; horum parietum diſſidentiam vnire poſſet, conſiderantes, caput regni conſtituere adiudicauerunt: plurimum Reip. cogitantes, ſi tam grauis & diutina inter maximos Imperij viros, ob priuatum emolumentum ſimultas, hac demum occaſione, Deo cooperante, ſopiretur.* *Friſingen lib. 2. de geſtis Frid. c. 2.* Quamquam itaque *Conrado* filius ſupereſſet, *Fridericum* dixere conſenſu Cæſarem, eius munificentiam, opes, potentiam, nobilitatem, rei militaris peritiam, in agendis prudentiam Electores ſequuti. Fidei itaq; cum recepiſſet ſacramentum, Aquiſgranum venit, vbi Dominica, qua *Lætare Hieruſalem* canitur, ab *Arnoldo* Epiſcopo Colonienſi coronatur; in eadem Eccleſia, eadem die, Monaſterienſis electus, *Fridericus* nomine, ab eiſdem à quibus, & Rex, Epiſcopis in Epiſcopum conſecratur, *vt reuera*, ait Friſing. *Summus Rex, & ſacerdos præſenti iucunditati,* VIII *Dies Coronationis.* *l. 2. c. 3.*

tati,

tati, hoc quaſi prognoſtico intereſſe crederetur: quia in vna Ecclesia, vna dies duarum perſonarum, quę ſolæ noui ac veteri Inſtrumenti inſtitutione ſacramentaliter vnguntur, & Chriſti Domini ritè dicuntur, vidit vnctionem.

IX *Iuſtitiã diligit.* Vnctione peracta, quidam ex aulicis, quem in pęnam criminum priuatus deportauerat, coram omnibus ad pedes *Friderici* procubuit, ſperans inter reſonantes plauſus, animi mulcire rigorem. Se verò de priſtina ſeueritate nihil relaxans, reſpondit conſtans: *non ex odio, ſed iuſtitia pœnam irrogaſſe, propterea ſibi non eſſe remittere, quod erat alienum.* Mirabantur adſtantes iuuenem ſenis inductum animo, inter lætitiæ tumultus nec tantillum ad vitij indulgentiam, potuiſſe gloriam à virtutis ſemita retrahere.

Legatos mittit ad Eugenium Rom. Pontif. & de Regno Daniæ litigantes componit.

CORonatione peracta, legatos ad *Eugenium* Rom. Pontif. Vrbem, ac Italiam diſponit *Hilinum* Treuerenſem electum, & *Eberhardum* Babenbergenſem Epiſcopum, viros prudentes, & literatos, qui fędus inter aulam & curiam ſequentibus pacti ſunt conditionibus, vt in Comitijs Conſtantienſibus publicatum eſt An. 1152.

Venerabili in Chriſto Domino Eugenio Dei gratia Apoſtolicæ Sedis Pontifici Fridericus eadem gratia Romanorum Imperator Auguſtus filialem dilectionem & debitam in Chriſto reuerentiam.

Regiæ Maieſtatis dignitas poſtulat; quæ ad pacis & concordiæ bonum ſpectare noſcuntur, attenta ſolicitudine ſtabilire, & vt inter Sacerdotium & Regnum indiſſolubili charitate bonum ipſum perpetuo perſeueret, diligenti ſtudio & exacta diligentia laborare. Huius itaque rationis proſpectu Concordiam inferius annotatam, quæ inter vos & nos, auctore Deo, ſtatuta eſt, ſicut ab vtraque parte ſtabilita eſt & ordinata, ne aliquid arbitrio noſtro immutaſſe videamini, per eadem verba præſentis ſerie ſcripti praecepimus annotari.

IN NOMINE DOMINI, AMEN.

HÆc eſt Concordiæ forma & conuentionis inter Dominum Papam Eugenium, & Dominum Fridericum Romanorum Imperatorem conſtituta, mediantibus

Gregorio S. Mariæ trans Tiberim
Hubaldo ſanctæ Praxedis,
Bernardo ſanctæ Clementis,
Octauiano ſanctæ Cæciliæ,
Rolando ſancti Marci,
Gregorio ſancti Angeli,
Guidone S. Mariæ in Porticu } *Cardinalibus,*

& Brunone Abbate de Claraualle, ex parte Domini Papæ:

Anſelmo vero Auelbergenſi,
Hermanno Conſtantienſi, } *Epiſcopis,*

Odelrico de Zembruch,
Guidone Guerra,
& Guidone Baldratēſi, } *Comitibus, ex parte Domini Regis.*

Dominus ſiquidem Rex vnum de maioribus Miniſterialibus regni fecit in anima Regis iurare, & ipſe propria manu, data fide in manu legati Domini Papæ promiſit, quod ipſe nec treguam, nec pacem faciet cum Romanis, nec cum Rogerio Rege Siciliæ, ſine libero conſenſu & voluntate Romanorum, & Domini Papæ Eugenij, vel ſucceſſorum ſuorum, qui ſubſcriptæ concordiæ cum eodem Rege Friderico tenere voluerunt, & pro viribus laborabit Romanos ſubiugare Domino Papæ, ſicut melius vnquam fuerunt à centum retro annis. Honorem Papatus, & regalia beati Petri, ſicut deuotus & ſpiritualis Aduocatus S. R. E. contra omnes homines pro poſſe ſuo ſeruabit & defendet; quæ non habet, recuperare pro poſſe iuuabit, recuperata defendet; Græcorum quoque Regi nullam terram ex iſta parte maris concedet: Quod ſi forte ille inuaſerit, pro viribus Regni, quanto citius poterit, ipſum eijcere curabit. Hæc omnia faciet, & obſeruabit ſine fraude, & malo ingenio.

Dominus vero Papa Apoſtolicæ auctoritatis verbo vnà cum prædictis Cardinalibus in præſentia præſcriptorum Legatorum Domini Regis promiſit, & obſeruabit, quod eum ſicut B. Petri chariſſimum filium honorabit, & venientem pro corona ſua plenitudine, ſine difficultate & contradictione, quantum in ipſo eſt, Imperatorem coronabit, & ad manutenendum, augendum, & dilatandum honorem Imperij, pro debito officij ſui iuuabit, & quicumque iuſtitiam & honorem Regni conculcare aut ſubuertere auſu temerario præſumpſerit,

Anno 1152. ſerit, Dominus Papa à regiæ dignitatis dilectione præmonitus, eos ad ſatisfactionem canonice admonebit. Quod ſi Regi ad Apoſtolicam admonitionem de iure & honore regio iuſtitiam exhibere contempſerint, excommunicationis ſententia innodentur. Regi etiam Græcorum ex iſta parte maris terram non concedet: quod ſi ille inuadere præſumpſerit, Dominus Papa viribus B. Petri eum reijcere curabit.

Hæc omnia ex vtraque parte ſine fraude & malitia ſeruabuntur, niſi forte libero & communi conſenſu vtriuſq; immutentur. Teſtes autem, quorum nomina ſubſcripta videntur.

Arnoldus Colonienſis Archiepiſcopus,
Hermannus Conſtantienſis Epiſcopus,
Anſelmus Auelburgenſis Epiſcopus.
Arditio Cumanus Epiſcopus,
Conradus Curienſis Epiſcopus,
Vvibaldus Stabulenſis Abbas,
Albertus Colonienſis Decanus,
Magiſter Henricus Notarius,
Gotifredus Viterbienſis Capellanus Regis.
Ex laicis, quorum Vuelpho Dux,
N. Marchio,
Hermannus de Baden Comes,
Vlricus de Luzemburch Comes,
Anſelmus Miniſterialis & Camerarius Regis.

Signum Domini Friderici Romanorum Imperatoris.

Ego Arnoldus Cancellarius recognoui.

Datum Conſtantiæ, decimo Kalendas Aprilis, indictione decimaquinta, Anno Dominicæ Incarnationis 1152. Regnante Domino Friderico Romanorum Rege glorioſo, anno vero Regni eius primo.*

Interim Traiectenſium contumaciam, quâ in patruum ſuum *Conradum* fuerant abuſi, vlturus, circa Rhenum deſcendit; ipſiſque pecunia multatis, ac *Hermanno* Epiſcopo confirmato, Saxoniam intrauit. XII Vbi *Petrum*, qui & Suæuus, & *Guuotonem* XIII conſanguineos de Regno Daniæ altercantes ad ſe venire præcipiens, in comitijs Merſeburgenſibus, ita compoſuit. Guuoto retentis ſibi quibuſdam prouincijs, regium nomen per porrectum gladium abdicaret. Eſt enim conſuetudo Curiæ, vt regna per gladium, prouinciæ per vexillum à Principe tradantur, vel recipiantur. *Petrus* verò accepto ab ipſius manu Regno, fidelitate & hominio ei obligaretur. Ita corona Regni per manum Principis ſibi impoſita, in die Pentecoſtes ipſe coronatus, gladium Regis ſub corona incedentis portauit. *Gualdemarus* etiam *Petri* conſanguineus Daniæ Ducatu donatus, lætus abſcedit.

ECCLESIAE MAGDEBVRG: DAT EPISCOPVM.

XIV *Contendente capitulo de electione Epiſcopi, electio ad Imper. ſpectat.* Magdeburgenſi Eccleſia, quæ Saxoniæ Metropolis eſt, viduata paſtore; dum alij *Gerardum* eiuſdem Eccleſiæ præpoſitum, alij Decanum eligerent, nec ſpes eſſet concordiæ; *Fridericus* Decano perſuaſit, vt *Guicmannum* Circenſem Epiſcopum iuuenem ſed viuum nobilem eligerent: eique acerſito regalia eiuſdem Eccleſiæ conceſſit. Tradit enim curia, tempore *Henrici V.* quo de Epiſcoporum inueſtitura deciſa fuit inter Regnum & Sacerdotium controuerſia, ſibi ab Eccleſia conceſſum, quod obeuntibus Epiſcopis, ſi fortè in eligendo partes fiant, Principis arbitrij eſſe, Epiſcopum quem voluerit, ex primatum ſuorum conſilio ponere; qui conſecrandus non eſſet, ni prius regalia ab ipſius Regis manu per ſceptrum ſuſciperet. Sic bene diſpoſita Saxonia, Bauariam ingreditur, & Ratiſponæ in Apoſtolorum Feſto in Monaſterio S. Emmeranni, quia maior Eccleſia conflagrauerat, coronatur. Redeuntibus porrò legatis, & de rebus Italiæ læta nunciantibus; XV Vngaris bellum indicere, cum à Principibus expoſceret, non impetrauit. *Friſingenſis c. 6. lib. 2.*

Contentio inter Henricum Leonem, & Henricum Auſtriæ de Ducatu Bauariæ.

XVI Germania pacata, inteſtina ſupererat diſcordia inter *Henricum* iuniorem de Saxonia, cognomento *Leonem* Fratruelem *Vvelphonis*, filium auunculi ipſius *Friderici* Imperatoris: & inter *Henricum* Auſtriæ, fratrem *Luipoldi*, filium patrui eiuſdem *Frider.* Imper. *Auia quippe ipſius, cum in Sueuia genuiſſet duos filios Conradum Regem, &*

Anno 1152. *Fridericum Ducem, mortuo marito, nupſit Luipoldo Marchioni Auſtriæ, & Styriæ, ex quo tres filios, ſiue quatuor, vt quidam dicunt, ſuſcepit, videlicet Luipoldum, qui primus iniit certamen prò Ducatu Norico, ſed hic immaturà morte præuentus eſt, & fratri ſuo Henrico idem certamen reliquit. Genuit quoque Conradum Archiepiſcopum Saltzburgenſem, & Ottonem, qui fuit Epiſcopus Friſingenſis, ille qui Chronicon vſque ad tempora Friderici huius perfecit.*

Albertus frater Erneſti Ducis Sueuorum hic Auſtriam ab Hungaris vindicauit.

Leopoldus in nuptijs Henrici III. Imp. mortuus, Treueris ſepultus.	Leopoldus II. Vxor Itha filia Henrici Imper.	Erneſtus in bello occiſus contra Henricum IV.

Leopoldus III. Vxor Agnes filia Henrici IV. & ſoror Henrici V. quæ prius Friderico Sueuorum Duci nupſit, ex eoque genuit Fridericum, & Conradum.

Leopoldus IV. factus à Conrado Imper. Dux Bauariæ, ſepultus in Auſtria, in Monaſterio S. Crucis, ordinis S. Bernardi.	Henricus natu maior, recepit Gertrudam filiam Lotharij II. Imper. relictam Henrici Ducis Bauariæ. Hic fuit creatus primus Dux Auſtriæ à Friderico I. & Monaſterium Viennæ erexit, quod vocatur Sororum.	Iuditha Vxor March. Montiſferrati	Conradus Ep. Saltzburg.	Otto Friſ.	Gertrudis Vx. Duc. Bohemiæ.	Bertha Vxor Ducis Polon.

Leopoldus V. Auia eius fuit Agnes, filia Henrici IV. Protauia Ita.

Henricus itaque *Leo*, patre, quem veneno ſublatum nonnulli dicunt, deſtitutus, ea ingenij ſagacitate floruit, vt decennis erepta patri repoſceret apud *Conradum* Imperatorem An. 1147. cum iſte in procinctu arma moueret in Turcas. Sed iuſſus Imperatoris reditum expectare, quia non longè à reditu, Fato conceſſit *Conradus*, electo *Friderico*, protinus renouauit queſtus, vt cogeretur Imperator in paternam eum reſtituere hæreditatem, Bauariæ præcipue. *Henricum* verò Auſtriæ, cum ante ſuſceptum ducatum tantummodo Marchio eſſet, Ducem declarauit. *Vvelphoni*, quoq; auunculo ſuo, contulit Marchiam Tuſciæ, Ducatum Spoleti, principatum Sardiniæ & totam terram comitiſſæ *Methildis*. Herbipoli poſtea curiam agenti *Friderico*, exules Apuli venere, *Rogerij* accuſantes tyrannidem; xvii
quorum occaſione ad ſuſcipiendam coronam Imperij, expeditio iuratur Italica.

Eugenij Papæ queſtus in Guicmannum Epiſc. Magdeburgenſem.

xviii INtruſo *Guicmanno* Cirenſi Epiſcopo in Cathedram Magdeburgenſem, *Gerardus* præpoſitus *Guicmannum* veluti intruſum apud *Eugenium* Pontificem accuſauit. Hinc nouæ diſſenſionis cœpit exordium inter Imperium, & Sacerdotium. Grauiſſimè tulit quærelam Rom. Pontifex, & Epiſcopis, ac Cardinalibus, qui in gratiam *Guicmannia* intercedebant, Sequentia reſcripſit.

xix *Eugenius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus fratribus Eberhardo Saltzburgenſi, Artuuico Bremenſi, & Hillino Treuerenſi Archiepiſcopis, Eberhardo Babenbergenſi, Hermanno Conſtantienſi, Henrico Ratiſponenſi, Ottoni Friſingenſi, Conrado Patauienſi, Danieli Pragenſi, Anshelmo Hauelburgenſi, & Burckhardo Eiſtadenſi Epiſcopis, ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.*

Litteras quas pro cauſa Magdeburgenſis eccleſiæ veſtra nobis prudentia delegauit, debita benignitate ſuſcepimus. In lectione autem & cognitione earum ſtupore nimio, & admiratione repleti ſumus, eò quòd longè aliud in eis quàm vobis ex officio pontificatus immineat, perſpeximus contineri. Cùm enim in eccleſiæ vertice ſitis ex diuina prouidentia conſtituti, vt de medio eius quæ fuerint nociua propellere, quæ vtilia debeatis attento ſtudio conſeruare, in cauſa iſta, ſicut ex ſuggeſtione litterarum veſtrarum nobis innotuit, non quod expediat eccleſiæ Dei, quod ſacrorum canonum ſanctioni concordet, quod exinde à cœleſti arbitrio approbetur, ſed quod terrenis principibus placeat, attendiſtis: & qui eorum animos à ſua minus recta debuiſtis deflectere intentione, atque vbi eſſet via Domini, demonſtrare. non perſuaſiſtis quod rectum eſt, nec ſtetiſtis murus pro domo Iſrael: quinimò ipſis, vt ait propheta, parietem ædificantibus, vos (quod ſine grandi animi rancore vix dicimus) liniuiſtis illum loto abſque paleis. Non ita

ſatie-

ſentiebat princeps Apoſtolorum, qui ex fidei ſuæ confeſſione, vt totius eccleſiæ fundamentum eſſet, accepit: ſed comminantibus ſeculi filijs, & Apoſtolis, ſi prædicarent in nomine Ieſu mortis exterminium intentantibus, confiſus de domini virtute reſpondit: Oportet obedire Deo magis quàm hominibus. Vos autem ne à terrenis videamini principibus diſſentire, illi cauſæ fauorem veſtrum impenditis, cui & eccleſiaſticæ auctoritas conſtitutionis, & ſupernæ voluntatis examen pro certo creditur obuiare. Cùm enim tranſlationes Epiſcoporum ſine manifeſtæ vtilitatis & neceſſitatis indicio, diuinæ legis oraculum non permittat: cùm etiam multò amplior, quàm in alijs electionibus cleri & populi eas debeat præuenire concordia: in facienda tranſlatione de venerabili fratre noſtro Guicmanno Sicenſi Epiſcopo, nihil horum eſt, ſed ſolus fauor principis expectatur: & nec inſpecta neceſſitate illius eccleſiæ, nec conſiderata vtilitate perſonæ, clero nolente, imò (vt dicitur) ex parte maxima reclamante, in Magdeburgenſi eua dicitis eccleſia ſupplantandum. Super quo tantò amplius admiramur, quantò perſona illa, cuius grauitatis ſit atque ſcientiæ, ab anteactis agnouimus, ac proinde quantum eccleſiæ illi ſit vtilis, non penitus ignoramus. Quoniam igitur quicumque temporalis auræ flatibus agitentur, nos in illius petræ ſoliditate fundati, quæ in fundamento meruit eccleſiæ collocari, ſicut non debemus, ita nec volumus omni vento circumferri doctrinæ, aut à ſacrorum canonum rectitudine impulſu aliquod deuiare: per præſentia vobis ſcripta mandamus, quatenus cauſæ iſti fauorem vlterius non præſtetis, & apud chariſſimum filium noſtrum Fridericum, quem Deus hoc tempore pro ſeruanda libertate eccleſiæ in eminentiam regni euexit, efficere veſtris exhortationibus ſtudeatis, vt & ipſe à ſua ſuper hoc intentione deſiſtat, & contra Deum, contra ſacros canones, contra regiæ dignitatis officium, eidem cauſæ fauorem ſuum vlterius non impendat: ſed eccleſiæ Magdeburgenſi, ſicut & alijs eccleſijs regni à Deo ſibi commiſſi, liberam facultatem, quem voluerit ſecundum Deum eligendi, relinquat, & electionem ipſam poſtmodum fauore ſuo, ſicut decet maieſtatem regiam, proſequatur. Nos enim, ſi quod de ſupradicto fratre noſtro facere nititur, videremus ratione fulciri, nec voluntati eius, nec poſtulationi veſtræ duceremus aliquatènus obuiandum. Contra Deum autem, & ſacrorum canonum ſanctiones, nulli omnino petitioni poſſumus præbere conſenſum. Datum Signiæ XVI. Kalend. Septemb.

xx Anno poſtea ſequenti, qui fuit Sal. 1153. duos Cardinales *Bernardum* præsbyterum, & *Gregorium* Diaconum legauit, vt *Henricum* Archiep. Moguntinum, *virum* (ait Friſingen.) *pro diſtractione Eccleſiæ ſuæ frequenter correptum, nec correctum deponeret,* & depoſuit; *ac Arnoldum Cancellarium ſuum, per quorundam ex clero, & populo, qui illuc venerant, electionem, ei ſubrogauit.*

Depoſitio Henrici Archiep. Mog. lib. 2. c. 9.

xxi Iure, vel iniuria? ſub iudice adhuc. Nam *Conradus* Epiſcopus, qui poſt centum annos Chronicon ſcripſit Moguntiarum, *Arnoldum*, & Cardinales veluti ſimoniacos ſuggillat, qui pecunia corrupti, *Henricum* depoſuerint, vt *Arnoldo* Epiſeoparum venderent. Tanti criminis teſtimonium fuit *Hemici* prouocatio ad tribunal Dei, quum ſuper terram vndique circumuentus, ad quem confugeret, non haberet. Periere tres illi, & horribili morte, cum obtorto collo ad iudicem traherentur ſupremum, innocentiam reſonarunt *Henrici*. Nec prò Cardinalibus ſatis ſuffragatum *Baronius* conſiderans, longe eos ſuperuixiſſe quàm *Conradus* meminit. Nam cum eiuſdem nominis plures *Bernardi* ſtarent in albo Cardinalium; ac de eorum obitu, & duratione nil certi proferre poſſimus; *Conrado* Epiſcopo conſtanter, atque adamuſſim geſta narrāti mendacium impingere S. ipſe *Bernardus* non patitur. Qui calumnijs fatigatum Epiſcopum teſtificari & ſcribere coram ipſis Cardinalibus non erubuit.

xxiii *Dominis & Patribus Reuerendis Apoſtolicæ ſedis legatis puer ſanctitatis eorum Bernardus Claræuallis vocatus Abbas per omnia Deo placere, & gratos fructuoſæ ſuæ legationis manipulos reportare. Etſi corpore remoti, ſed affectu, & noua voluntate vobis appropiauimus: optantes, & orantes dirigi actus, & ſtudia veſtra ad omne, quod decet, & expedit Inde eſt, quòd audientes miſerandum illum Archiepiſcopum Moguntienſem vocatum ad veſtram præſentiam, ibiq; reſponſurum aduerſarij ſuis, auſi ſumus veſtram pro eo interpellare bonitatem. In hoc enim credimur honorificari miniſterium veſtrum, ſi quatenus ſal-*

ua iuſtitia licet, parieti inclinato, & maceriæ depulſæ humeros veſtræ auctoritatis ſuppoſitis, nec calamum quaſſatum conteri, nec lignum fumigans (quod in vobis eſt) extingui nõ permittis. Sentiat obſecramus, ſibi profuiſſe & precem noſtram, & ſuã ſimplicitatem, ob quã fertur à falſis fratribus circumuentus potius, quàm inuentus in aliquod dignus depoſitionis.

xxiii *Friſing. c.9.l.2.* Hæc *Bernardus* ſed in caſſum. Nam ijdem Cardinales Moguntino depoſito, *permiſſu principis Burckardum Eiſtetenſem ſenio grauem, de nulitate cauſantes, itidem ſubmouere. Dumq; poſt hæc in Magdeburgenſem, & quoſdam alios ſententiam ferre cogitarent, à principe inhibiti, & ad propria redire* *xxiv Obitus Eugenij* *iuſſi ſunt.* Moritur ea tempeſtate *Eugenius* Papa *Anaſtaſio* ſedẽ relinquens. Abhoc miſſus *Lechardus* Cardinalis ad terminandam Magdeburg: electi cauſam, ſed cum ſecus *Friderici* Imper. nutum quædam tractare tentaret, in gloriè redire coactus, in itinere deceſſit. Porrò *Fridericus* miſſis ad *Anaſtaſium* cum *Guicmanno* nuncijs, non ſolum *xxv Guicmanus trãsfertur.* facti ratihabitionem, ſed pallium ei impetrauit: nec ſine ſcandalo, quia Romani iam decreuiſſent à propoſito numquam recedere.

LEGATIO AD MANVELEM GRÆCORVM REGEM. Anno 1153.

CVm fruſtra non bis tentaſſet *Fridericus* cauſam inter, *Henricum Auſtrium*, & *Saxoniæ* componere, præcipuè menſe Septembri, in comitijs Ratiſponenſibus: nè



xxvi *Diuortium* in caſſum comitia vocaſſet, cum nuper ab Apoſtolicæ ſedis legatis monitus, ab *Adheleide Vochburgia* vxore diſcedere, ſanguinis *Friderici ab vxore.* nexu propiore, quàm ferrent matrimonij leges

leges, conſuluit Proceres, de ſecunda inthori ſocietatem adlegenda, deque mittendis ad *Manuelem* Conſtantinopolitanum legatis, pro ineundo fœdere aduerſus *Guilelmu* cognomento *Malum*, qui recens Apuliæ & Siciliæ dominatum, *Rogerio* patre defuncto, inuaſerat. Decembri menſe, Boica lis denuò in Spitenſi conuentu euocatur: ſed quia neque tum Auſtrius comparuit, Goſlariæ tandem, edicto vocatus negligenſque vadimonij, damnatus, & ex Principum ſententia, *Henrico Leoni* victoria litis aſſerta eſt. *Henricum porro Auſtrium*, vt ſupra retulimus, nè impacatus diſcederet, plurimis decoratum titulis remiſit, & beneficijs.

xxviii EXPEDITIO ITALICA. Anno 1154.

SVb regni initium profectionem hanc iuramento pollicitus Imperator poſt bien-
xxix nium, validum contraxit per otium exercitum; atque *Henricum Leonem*, florente iuuenta principem, & *Vvelphonem* eius patruum in partem expeditionis aſſumpſit. Redux è Saxonia in Boiariam, in campis Lycatibus ad Vindelicorum Auguſtã copias recenſuit ſub ineuntem Octobrem. Inde progreſſus per fines Brixinenſium, & vallem Tridentinam, legiones in planitie Veronenſi ad lacum Gardæ expoſuit. Porrò cum reſciuiſſet militem in itinere, deficiente commeatu, Sacrilego eccleſiarum ſpolio neceſſitati conſuluiſſe, iuſſit à toto exercitu conferri viritim, quantum ſatis eſſet ad damnum reparandum; idq; per Tridentinum & Brixinẽſem Epiſcopos ad loca rebus ſpoliata referri, ratus ſe niſi placato Cœlo, expiatoque ſacrilegio, Deum minimè fore propitium. Menſe Nouembri, in Roncalijs ad Padum, haud longe à Placentiâ caſtra habuit. Eſt autem conſuetudinis Imperatorum, vt quoties ad ſumendam Rom. Imperij coronam proficiſcerentur, ſingulos Regum clientes, regia beneficia ſequenti profiteri ritu. Ibi prælongo haſtili ſcutum ſuſpendebatur, & voce præconis beneficiarij omnes ad proximæ noctis excubias citabantur; quiſquis obſequio deerat, ſequenti die coram Rege & Principibus euocatus, exuebatur clientelari iuriſdictione ſiue ſacra foret, ſiue prophana; vt *Haſtuuicus* Bremenſis, & *Vlricus* Halberſtattenſis Epiſcopi in *comiſſi* (ita vocant) pœnam incurriſſe cen-
xxxi ſi ſunt, ſaluo tamen Eccleſiarum iure, quibus perpetuo eã beneficia deuinciuntur. Mos vltra cum eſſet, à tempore *Caroli M.* in hodierna vſque deductus, vt quoties Reges Italiam ingrediuntur, aulicos ſuos præmittant, qui ſingulas ciuitates ſeu oppida peragrando, eaque ad Fiſcum fodrum Regalem ſpectant, & ab accolis *Fodrum* dicuntur, exquirant. Ex quo fit, vt Principe adueniente plurimæ ciuitates, oppida, quæ tumida teniti conabantur, ſolo proſtrata, proteruiæ ſuæ documentum poſteris oſtendant. Alia itidem antiqua conſuetudo manauit, vt Principe Italiam ingrediente, cunctæ vacare debeant dignitates & magiſtratus, ac ad Cæſaris nutum ſecundum legum præ- xxxii
ſcripta, cuncta tractari. Inſuper terræ Principes in Signum ſubiectionis, ex omnibus quæ terra producere ſolet vſui neceſſarijs, pro Regis & militum alimonia ſuppeditare tenebantur. Rege igitur apud Roncalias, xxxiii
per quinque dies ſedente, inter plurima ex querimonijs emerſere negotia, *Gulielmus Marchio de Monte Ferrato, vir nobilis &* xxxiv
magnus, qui penè ſolus inter barones Italiæ ciuitatum effugere potuit Imperium, ſimul & Aſtenſis Epiſcopus, grauem vterque ſuper Aſtenſium, alter, ideſt Marchio ſuper oppidanorum Kairæ conqueſtionem facientes inſolentiam. Aderant etiam Cumanorum ſeu Laudenſium conſules lacrymantes aduerſus Mediolanenſium ſuperbiam, præſentibus duobus conſulibus eiuſdem ciuitatis, *Oberto de Otto*, & *Gerardo Nigro*: quos ſecum duxit, vt itineris duces eſſent. Venerant etiam Ianuenſium, & Mantuanorum legati: illi Saracenorum, ſpolijs onuſti, quos in Hiſpania deuicerant; iſti ne cum ſocietate Mediolanenſem crederẽtur induiſſe perfidiam, ſe ſuoque arbitrio Cæſaris permittentes. Cæſar commeatu imperato, iuſſis ciuibus, amicitiæ rebellium renuntiare, fauore pro- xxxv
ſecutus legatos, in patriam dimiſit. Mediolanenſes vbi adeſſe præ foribus *Fridericum*, & ſe in reliquorum culpam peti deprehendere, ad placandum Principem, nobiliſſimos legarunt ciues, pecuniæ ingentem offerentes quantitatem, ſi parceret lapſis, & xxxvi
teſtimonio amicitiæ, Lodium, ac Comum

ſibi

Eccleſiæ damna reparat.

Friſing. 2. c. 11.

xxx *Feudorũ in Roncalijs recognitio.*

Idem c. 12.

ſibi ſubijci imperaret. Erubuit Cæſar ten-
Sal. An. 1154. tari pecunia, ac vultu renidens impudenti
orationi ſic fermè reſpondit. *Seruitium*
vos Regi praſtaturos, & ſemper credidi, &
ſumpturus experimentum accedo. Vos alijs,
vobis alios ſubmittere iuſtitia haud patitur,
honeſtas non ſinit. Sit veſtrum ac illorum
par conditio, eadem libertas, Imperij libidine
temperanda. Diuidite turbidos, quique pa-
cis conſilijs vos obtulere vindictæ. Seruire
Imperio iuxta libertatem eſt. Deliquiſtis vos,
illi modeſtiam retinuere: vt nec vos benefi-
cijs decorare, nec illos iniuria proſequi ſit ani-
mus. An daturi vel accepturi legem acceſſi-
ſtis? paciſci cum Domino, non eſt tributum
obſequij, ſed rebellionis argumentum. Ab-
ſceſſere legati, quid *Fridericus* pararet, ci-
uibus referentes. Qui ſiue recenti metu, ſiue
multò ante deliberaſſent; & iniquà peti-
tione ſeditioni cauſam prætexiſſent, ſocias
ciuitates Aſtium, & Dertonam ſuæ miſcue-
xxxvii re fortunæ. Ingreſſo Mediolanenſem agrum
Imperatori neque obuij fuere legati, nec
commeatus miniſtrati, nec vrbis patuere
mœnia. Vnde contumaciæ certus cuncta
flammis, ferroque vaſtare, oppida, inter
xxxviii quæ *Roſatum*, in munimentum condita,
Roſatum. ſolo æquare cæpit. Mediolanenſes non tam
præſentium, quàm futurorum timore per-
territi, *Gerardi* conſulis Domum, quia tanti
mali auctoris, *Friderici* iram mitigaturi di-
rimunt. Ipſe vindictam hanc minimè pen-
ſi habens, maiores his irrogaturus clades, Ti-
cinum amnem progreſſus, pontes ligneos,
quos ipſi ob incurſum in Papienſes, & No-
uarienſes conſtruxerant, ac fortalitijs mu-
nierant, occupatos ignibus tradit; tria mu-
xxxix nitiſſima caſtra, Mummam? Gailardam,
Tricam incendit. Poſtea Vercellas & Tau-
rinum diuertens, tranſuadato Pado Pa-
piam verſus in Cairos, & Aſtenſes mouet,
quia iuxta præſcriptum Principis Marchio-
ni ſuo *Guilhelmo* de Monte Ferrato non
paruiſſent; At hi viribus ſuis diffidentes, ad
montana vicina diffugiunt. Rex verò pri-
mò Cairam veniens, & ſufficienti annona
milite recreato, poſt turres, oppidumque
ſuccenſum; Aſtam procedit, quam vacuam
non opibus, ſed habitatore repertam direp-
tioni dedit. Porrò ad tollendam militarem
ſeditionem non ſolum edicto, ſed à ſingulis
xxxx Sacramento exacto legem dedit, *ne quis in-*
fra caſtrorum ambitum gladium ad commili-
tonis nocumentum ferre auderet, adijciens pœ- *Caſtrenſis pax.*
nam, vt quicumque hanc treguam violando,
quempiam ex ſocijs vulneraret, manu muti- *Idem c. 16.*
laretur, vel etiam capite obtruncaretur.

Secuta eſt Dertonenſis obſidio. *Dertona* xxxxi
penè in pede Apennini montis, ex ea qua Apen- *Obſidio*
ninus & Pyrenæus, iunguntur, parte ſita, *Dertonenſis.*
campaniam Papiæ ſeu Mediolani tanquàm è
ſpeculà proſpiciens. In monte terete, ſcopulo-
ſam faciem in prærupto laterum prætendente
poſita: turribus & præcipuè vna lateritia, à
Tarquinio Superbo olim facta, quæ & Rubea
nunc ab indigenis dicebatur ſuperba: in decli-
uo montis ſuburbio, ex murorum ambitu, ac
turricum celſarum, populiſque multitudine,
cuiuſdam anniculi per medium tranſeuntis
inſignis. Non tam ſuis, quàm Mediolanen-
ſium, & vicinorum Baronum, præcipue
Marchionis Opitij, cognomento Malaſpinæ
munita præſidijs, iuſſa fœdus abrumpere
cum Mediolanenſibus, negauit ſe deſertu-
ram ſocios. Quamobrem à *Friderico* pro-
ſcripta, rigente adhuc Februario obſideri
cœpit. Præmiſſi ad exploranda oppidi mu-
nimenta *Ottho Vvitelſpachius* regius Aquili- *Otto Vvitelſpach.*
fer, qui à rerum geſtarum gloria *Magni* no-
men conſecutus, Boiariæ imperauit, & *Ber-* *Dux Bauariæ.*
tolfus Dux Burgundionum. Hi Taneram
flumen tranſgreſſi, non procul tetenderunt
à ripà. Capta mox primo inſultu ſuburbia;
Dum vrbem curarent viri fortes à Mediola-
nenſibus miſſi. Regis exercitus trifariam
diuiſus. *Fridericus* ad Occidentem caſtra-
metatus: *Henricus Leo* in ſuburbio ad me-
ridiem è regione Apennini: Papienſes ſub-
ſidiarij, pars ad Orientem, pars ad Aquilo-
nem. Obſeſſi adeo circumuallati, vt carce-
re viderentur incluſi. Muris verberandis
omne machinarum genus adhibitum. Ob-
ſeſſis, ex oppugnationis difficultate creuit
audacia, & ex neceſſitate alacritas reſiſten-
di. Irrumpunt ſæpè vario Marte. Nam
ex Cæſarianis duo nobiles iuuenes *Kadolus*
Boius, & *Io: Saxo* cæduntur. Complures
viciſſim ex oppidanis, partim Saxis in vr-
bem per catapultas proiectis, partim in ve-
litaribus pugnis occiſi, nonnulli etiam capti.
Sed nulla re grauius vrgebantur, quàm ſiti, *Aqua*
quod *Henricus Leo* eos aquatione prohibe- *prohibitis.*
ret adempto riuo, qui ſuburbium perflue-
bat. Puteum, quo ſubinde ſitim irritabant

Sal. An. 1154.

acrius, quàm ſedebant, Papienſes fecere inacceſſum. Caſtrum vicinum Mediolanenſis Imperij, admotis inter nocturas tenebras ſcalis, ab *Otthone Vvitelſpachio*, & *Bertoldo* Duce occupatum. In longum ducebatur obſidio, cum *Fridericus* religionis intuitur à quinta Cœnæ Domini feriâ, vſque ad proximæ Paſchalis hæbdomadæ feriam ſecundam, ab oppugnatione ceſſauit. Clerus Vrbanus hæc vſus occaſione, ipſa die Paraſceues, ordine mæſto, ſacro indutus cultu, inſtructus thuribulis, prælato Crucifixi ſigno, portis ægreſſus, ad Regis procedebat tentorium more ſupplicantium. Quos Rex de longè proſpiciens, miſſis in occurſum Epiſcopis, cur, & ad quid venirent, inquiſiuit. At illi, *Dertonæ nos* (aiunt) *infelix portio ad pedes regalis excellentiæ procumbere flagitamus, calamitates deploraturi, quas non culpa noſtra ſed perditæ ciuitatis ſuſtinemus contagio. Et cum cultum Principis intueri non permittimur, liceat interim pedibus benignitatis veſtræ prouoluti, obnixè poſtulare: vt humanitatis gratia nos homines aduertendo, humanæ miſeriæ communem & veſtram ſortem recognoſcatis. Pro reis læſæ Maieſtatis haud preces fundimus, ſed vtinam eis numquam iunxiſſet ſors, quæ nobis tam obnoxia erat futura. Numquid cum ſonte inſons pari pœna ab æquo iudice plectendus erit? Vallamur diuturnitate clauſtrorum, quatimur tormentorum acerbitate, alimentorum fatigamur inopia, vnde nec Sacroſancto paſſionis Dominicæ tempore Deo ſeruire licet, quia nec libet. Aſtantes enim altaribus, ſagittarum terremur ſpiculis, Saxonum percellimur ictibus: ſicque ſemper ad omnem etiam naturalem motum pauidi, à mentis tranquillitate tanquàm amentes circumferimus. Quid fecimus? forſam Mediolano aſſociati rea contra Papiam arma tulimus? ex fœdere forſam ſeditioſæ ciuitatis iram principis incurrimus? At nos armorum ignari, ne dicam cum factioſis, ſed nec vllis mortalibus fœderati, ſoli Deo ſpiritualibus armis militare conſueuimus. Abſque conſilio noſtro armatur miles. Ad nos eccleſiarum ſpectant excubiæ, pro Regum cæterorumque principum tranquillitate ad regem regum Deum quotidiana aſflagitatio. Nos miſerum vulgus, nos Dei tantum ſeruitio mancipati, noſtram intueamur ſortem, nihil ad nos de tyrannis terræ. Vtinam prior ætas, atque aurea ſecula redirent Saturni, vt colonnus terræ ſarculo, ligoneque & raſtro, non cum naturæ conſorte, ſed cum terra pugnaret, ſicque ordo ſacratus Deo, orationibus vigilaret. Pereat qui ad cruentandum genus humanum arma extulit, qui beluina feritate hominem ſe non recognoſcens, humanum ſanguinem primò fudit. Ad nos redeamus: Nihil fecimus, alienas ob culpas plectimur. Nobis quæſumus pietas principis parcat, & ſi miſerrimæ non vult ignoſcere ciuitati, nos ſaltem inermes iam ex fœtore peſtilentiæ morbidos, & morti propinquos, libertati datos, de tam grauibus clauſtris exire permittat.* Hæc dicunt, & manus ad Cœlum tendentes, lacrymiſque genas rigantes, cum magno eiulatu ad pedes eorum qui miſſi fuerant ſe proſternunt; iubentur tamen in vrbem redire. Poſt quatriduum integratur oppugnatio, & terna hebdomada producitur; quando oppidani vltimis fracti malis deditionem faciunt. Deditis facta vitæ & libertatis venia: vrbs direpta & flammis vaſtata. Papienſes, ſuum vt ſtudium *Friderico* probarent, rogarunt, vt Papiam regni quondam ſedem, Dertonenſi illuſtraret triumpho. Annuit *Fridericus*, vt eos quorum cauſa, & auxilio rebelles debellauerat, victoriæ fructum recrearet. Triumphans ingreſſus eſt, ibique ea Dominica, qua *Iubilate* canitur, in Eccleſia S. Michaelis diademate redimitus, ſceptrumque geſtans, victoriam Deo gratulatus eſt.

Clerici Dertonenſes procumbunt miſeri.

Dertbona incenſa.

XXXII *Idem c. 20.*

Triduo ibi exacto, iter Romam verſus aggreditur; cumque à Placentinis mœnibus arceretur, omiſſa obſidione, tanta celeritate mouit in vrbem, vt *Hadrianus* Pontifex, qui *Anaſtaſio* ſucceſſerat, anxius, amicus, an hoſtis veniret, obuiam miſerit legatos, qui iuramentum de præſtanda Romanæ Eccleſiæ tutela exigerent, poſcerentque ſibi dedi *Arnoldum* hæreſiarcham, qui in exercitu verſabatur. Traditus vrbis præfecto, reſti addictus, & igne conſumptus eſt; cineres ne ab ſtolida *plebe corpus eius venerationi haberetur, in Tyberim ſparſus*. Friſingenſis.

XXXIII *Arnoldus crematur.*

Sutrium Fridericus promouerat, vbi *Hadrianus* è munitiſſima Caſtellanæ ciuitatis arce, in quam ſe metu aduentantis receperat, poſt præſtitum mutuum pacis iuramentum, conuenit. Cum autem Rex Pontifici XXXIV

tifici ſtratoris officium de more non exhiberet, Cardinales perterriti abierunt retrorſum, in Caſtellanam ciuitatem ſe recipientes, relicto Pontifice in Regis tentorio. Turbatur Pontifex, & quid agendum anxius, deſcendit triſtis in præparato ſibi Faldiſtorio. Tunc Rex ad eius veſtigia procidens, pedibus deoſculatis, cum ad pacis oſculum

Stratoris officium Imperator implere tenetur.

accedere vellet, renuit Pontifex dicens: *quia conſuetum & debitum mihi ſubtraxiſti honorem, quem prædeceſſores tui Orthodoxi Imper. pro Apoſtolorum Petri & Pauli reuerentia prædeceſſoribus noſtris Romanis Pontificibus exhibere vſque adhæc tempora conſueuerunt: Donec mihi ſatisfacias, ego ad pacis oſculum non recipiam.* Negauit Rex ſe facturum, Propterea remanente ibidem exercitu, totus ſequens dies ſub iſtius rei varia collocutione decurrit. Tandem requiſitis antiquioribus Principibus, qui cum *Lothario* Imper. ad *Innocentium* venerant, & priſca conſuetudine diligenter examinata tam ex veteribus monumentis, quàm ex depoſitione viuentium, decreuere Principes ac curia Regalis, quod Rex in Apoſtolorum obſequium *Adriano* Pontif. ſtratoris exhiberet officium & eius ſtreguam, *ſuppedaneum* ſcilicet teneret, dum equum Papa conſcenderet. Tranſlata itaque die caſtra ſequenti in agrum Neſinum, præceſſit aliquantulum *Fridericus* & Papæ appropinquanti Regis tentorio occurrit, Rex quantum iactus eſt lapidis, & in

Implet ſtratoris officium.

conſpectu totius exercitus officium ſtratoris cum iucunditate adimpleuit, & ſtreguam fortiter tenuit. Tum Pontifex eundem Regem ad pacis oſculum primò recepit. *Acta Hadriani apud Baronium.*

Romanorum poſtulata ſuperba.

xxxxv Friſing. c.21.l.2.

ROmanorum ciues, Imperatoris cognito aduentu, prætentandum ipſius animum legatione adiudicarunt. Accepto itaque prius de ſecuritate viatico inter Sutrium & Romam conuenientes, taliter adoſti ſunt.

Vrbis legati nos, vrbis non paruum momentum, rex optimè, ad tuam à ſenatu populoque Rom. deſtinati ſumus excellentiam. Audi ſerena mente, benignis auribus, quæ tibi ab alma orbis domina deferuntur vrbe, cuius in proximo, adiuuante Deo, futurus es princeps, imperator, & dominus. Pacificus ſi veniſti, imò quia vt arbitror, veniſti, gaudeo. Orbis imperium affectas, coronam præbitura gratanter aſſurgo, iocanter occurro. Cur enim ſuum viſitaturus populum non pacificè adueniret, non glorioſa munificentia reſpiceret, qui indebitum clericorum excuſſurus iugum, ipſius magna ac diutina expectatione præſtolatus eſt aduentum? Reuertantur opto priſtina tempora, redeant rogo inclytæ vrbis priuilegia, orbis vrbs ſub hoc principe recipiat gubernacula, refrenetur hoc Imperatore, ac ad vrbis reducatur monarchiam orbis inſolentia. Tali rector Auguſti ſicut nomine, ſic induatur & gloria. Scis quòd vrbs Roma ex ſenatoriæ dignitatis ſapientia, ac equeſtris ordinis virtute & diſciplina, à mari vſque ad mare palmites extendens, non ſolùm ad terminos orbis dilatauit, quinetiam inſulas extra orbem poſitas orbi adijciens, principatus illic propagines propagauit. Non illos procelloſi fluctus æquorum, non hos ſcopuloſæ, & inacceſſibiles rupes Alpium tueri poterant, Romana virtus indomita cuncta perdomuit. Sed exigentibus peccatis, longè poſitis à nobis principibus noſtris, nobili illo antiquitatis inſigni, ſenatum loquor, ex inerti quorundam deſidia neglectui dato, dormitante prudentia, vires quoque minui neceſſe fuit. Aſſurrexi tuæ, ac diuæ Reipub. profuturum gloriæ, ad ſacrumſanctum vrbis ſenatum, equeſtremque ordinem inſtaurandum, quatenus huius conſilijs, illius armis, Romano imperio, tuæq; perſonæ, antiqua redeat magnificentia. Nunquid hoc placere non debebit tuæ nobilitati? Nonne etiam remunerabile iudicabitur tam inſigne facinus, tamq; tuæ competens auctoritati? Audi ergo princeps, patienter & clementer pauca de tua, ac de mea iuſtitia, prius tamen de tua quàm de mea. Etenim,

Ab Ioue principium.

Hoſpes eras, ciuem feci. Aduena fuiſti ex tranſalpinis partibus, principem conſtitui. Quod meum iure fuit, tibi dedi. Debes itaque primò ad obſeruandas meas bonas conſuetudines, legeſque antiquas, mihi ab anteceſſoribus tuis imperatoribus idoneis inſtrumentis firmatas, ne barbarorum violentur rabie, ſecuritatem præbere: officialibus meis, à quibus tibi in Capitolio acclamandum erit, vſque ad quinque milia librarum expenſam dare, iniuriam à rep. etiam vſque ad effuſionem ſanguinis propellere, & hæc omnia priuilegijs munire, ſacramentique interpoſitione propria manu confirmare.

Adhæc rex tam ſuperbo quàm inuſitato orationis tenore, iuſta indignatione inflammatus, curſum verborum illorum de ſua reip. ac imperij iuſtitia, more Italico longa continuatione, periodorumque circuitibus ſermonem producturum interrupit, & cum corporis modeſtia, oriſque venuſtate regalem ſeruans animum, ex improuiſo non improuiſè reſpondit.

Multa de Romanorum ſapientia, ſeu for-
xxxxvi *titudine hactenus audiuimus, magis tamen de ſapientia. Quare ſatis mirari non poſſumus, quòd verba veſtra plus arrogantiæ tumore inſipida, quam ſale ſapientiæ condita ſentimus. Antiquam tuæ proponis vrbis nobilitatem, diuæ tuæ reip. veterem ſtatum ad ſydera ſuſtollis. Agnoſco, agnoſco, vt & tui ſcriptoris verbis vtar: fuit, fuit quondam in hac rep. virtus. Quondam dico, atque ò vtinam tam veraciter, quam libenter. Nunc dicere poſſemus. Senſit Roma tua, imò & noſtra viciſſitudines rerum. Sola euadere non potuit, æterna lege ab auctore omnium ſancitam cunctis ſub lunari globo degentibus ſortem. Quid dicam? Clarum eſt qualiter primò nobilitatis tuæ robur ab hac noſtra vrbe translatum ſit ad Orientis vrbem regiam, & per annorum curricula, vbera deliciarum tuarum Græculus eſuriens ſuxerit. Superuenit Francus, verè nomine & re nobilis, eamque quæ adhuc in te reſidua fuit, ingenuitatem fortiter eripuit. Vis cognoſcere antiquam tuæ Romæ gloriam, ſenatoriæ dignitatis grauitatem, tabernaculorum diſpoſitionem, equeſtris ordinis virtutem & diſciplinam, ad conflictum procedentis intimoratam ac indomitam audaciam? Noſtram intuere rempub. Penes nos cuncta hæc ſunt. Ad nos ſimul omnia hæc cum imperio dimanarunt. Non ceſſit nobis nudum imperium: virtute ſua amictum venit, ornamenta ſua ſecum traxit. Penes nos ſunt conſules tui: penes nos eſt ſenatus tuus: penes nos eſt miles tuus. Proceres Francorum ipſi te conſilio regere, equites Francorum ipſi tuam ferro iniuriam propellere debebunt. Gloriaris me per te vocatum eſſe, me per te primò ciuem, pòſt principem factum, quod tuum erat à te ſuſcepiſſe. Quæ dicti nouitas quàm ratione abſona, quàm veritate vacua ſit, æſtimationi tuæ, prudentumque relinquatur arbitrio. Reuoluamus modernorum Imperatorum geſta, ſi non diui noſtri principes Carolus & Otto, nullius beneficio traditam, ſed virtute expugnatam Græcis ſeu Longobardis Vrbē, cum Italia eripuerint, Frācorumq; appoſuerint terminis. Docet hæc Deſiderius & Berengarius tyrāni tui, in quibus gloriabaris, quibus tāquā principibus innitebaris. Eos à Francis noſtris non ſolum ſubactos & captos fuiſſe, ſed & in ſeruitute ipſorum conſenuiſſe, vitam finiſſe, vera relatione didicimus. Cineres ipſorum apud nos reconditi, euidentiſſimum huius rei repræſentant indicium. Sed dicis, Vocatione mea veniſti. Fateor, vocatus fui. Redde cauſam quare vocatus fuerim. Ab hoſtibus pulſabaris, nec propria manu, Græcorumue mollitie liberari poteras. Francorum virtus inuitatione adſcita eſt. Implorationem potius quàm vocationem hanc dixerim. Imploraſti miſera felicem, debilis fortem, inualida validum, anxia ſecurum. Eo tenore vocatus, ſi vocatio dicenda eſt, veni. Principem tuum militem meum feci, teque deinceps vſque in præſentiarum in meam ditionem transfudi. Legitimus poſſeſſor ſum. Eripiat quis ſi poteſt clauam de manu Herculis. Siculus in quo confidis, fortè hæc faciet? Ad priora reſpiciat exempla. Nondum facta eſt Francorum, ſiue Teutonicorum manus inualida. Deo largiente, vitaque comite, & ipſe temeritatis ſuæ quandoque capere poterit experimenta. Iuſtitiam tuam, quam tibi debeam, exquiris. Taceo quòd principem populo, non populum principi leges præſcribere oporteat. Prætermitto quòd quilibet poſſeſſor poſſeſſionem ſuam ingreſſurus, nullum conditionis præiudicium pati debeat. Ratione contendamus. Proponis, vt mihi videtur, trium ſacramentorum exactionem. De ſingulis reſpondeo. Dicis me debere iurare, vt leges anteceſſorum meorum Imperatorum, eorum priuilegijs tibi firmatas, & bonas conſuetudines tuas obſeruem. Apponis etiam, quòd patriæ vſque ad periculum capitis, tuitionem iurem. Ad iſta duo ſimul reſpondeo. Ea quæ poſtulas, aut iuſta ſunt, aut iniuſta. Si iniuſta ſunt, nec tuum erit poſtulare, nec meum concedere. Si iuſta, recognoſco me hæc & debendo velle, & volendo debere. Quare ſuperfluum erit voluntario debito, & debita voluntati ſacramentum apponere. Quomodo enim tibi tuam iuſtitiam infringerem, qui quibuslibet infimis etiam quod ſuum eſt, ſeruare cupio? Quomodo patriam, & præcipuè imperij mei ſedem, vſq; ad periculum capitis non defenderem qui &*

ipſius

ipſius terminos non ſine eiuſdem periculi æſtimatione, quantum eſt in me, reſtaurare cogitauerim? Experta eſt hoc Dania nuper ſubacta, Romanoque reddita orbi, & fortaſſe plures prouinciæ, pluraque ſenſiſſent regna, ſi præſens negotium non impediſſet. Ad tertium venio capitulum. Affirmas pro pecunia quadam iuramentum præberi à mea deberi perſona. Proh nefas. A tuo Roma exigis principe, quod quilibet lixa potius petere deberet ab inſtitore. A captiuis hæc penes non exiguntur. Num in captiuitate detineor? Num vinculis hoſtium vrgeor? Nonne multo & forti ſtipatus milite inclytus ſedeo? Cogetur princeps Romanus contra ſuam voluntatem cuiuslibet præbitor eſſe, non largitor? Regaliter & magnificè hactenus mea cui libuit, & quantum decuit, & præcipuè benè de me meritis dare conſueui. Sicut enim à minoribus debitum ritè expetitur obſequium: ſic à maioribus meritum iuſtè rependitur beneficium: hunc quem alibi à diuis parentibus meis acceptum ſeruaui morem, ciuibus cur negarem? Vrbemque meo introitu lætam non facerem? Sed meritò non iuſta iniuſtè petenti, cuncta iuſtè negantur.

Hæc dicens, & non ſine condigna mentis indignatione orationem terminans, conticuit. Porro quibuſdam ex circunſtantibus inquirentibus ab his qui miſſi fuerant, an plura dicere vellent, paulisper deliberantes in dolo reſponderunt, ſe prius ea quæ audierant, conciuibus ſuis referre, & tunc demum ex conſilio ad principem redire velle. Sic accepto commeatu à curia egredientes, ad Vrbem cum feſtinatione reuertuntur. Rex dolum præſentiens, conſulendum ſuper hoc negotio patrem ſuum Romanum pontificem decernit. Cui ille: Romanæ plebis fili, adhuc meliùs experieris verſutiam. Cognoſces enim in dolo eos veniſſe, & in dolo rediſſe. Sed Dei nos adiuuante clementia, dicentis, Comprehendam ſapientes in aſtutia ſua, præuenire eorum poterimus verſutas inſidias. Maturato igitur præmittantur fortes & gnari de exercitu iuuenes, qui eccleſiam beati Petri: Leoninumque occupent caſtrum. In præſidijs equites noſtri ibi ſunt, qui eos cognita voluntate noſtra, ſtatim admittent. Præterea Octauianum Cardinalem presbyterum, qui de nobiliſſimo Romanorum deſcendit ſanguine, fideliſſimum tuum, eis adiungemus. Sicque factum eſt. Eliguntur proxima nocte pene vſque ad mille armatorum equitum lectiſſimi iuuenes, ſummoque diluculo Leoninam intrantes vrbem, eccleſiam beati Petri, veſtibulum & gradus occupaturi, obſeruant. Redeunt ad caſtra nuncij hæc læta reportãtes.

Quomodo Rex in eadẽ eccleſia ſancti Petri coronam Imperij acceperit: & de excurſu Romanorum, & clade ac victoria Imperatoris.

CORONATVR FRIDERICVS.

SOle orto, tranſacta iam prima hora, præcedente cũ cardinalibus & clericis ſummo Pontifice Adriano, eiuſque aduentum in gradibus præſtolante, Rex caſtra mouens, armatus cum ſuis per decliuum montis Gaudij deſcendens, ea porta quam auream vocant, Leoninam vrbem, in qua beati Petri eccleſia ſita noſcitur, intrauit. Videres militem tam armorum ſplendore fulgentem, tam ordinis integritate decenter incedentem, vt rectè de illo diceret poſſet, [Cant. 6.] Terribilis vt caſtrorum acies ordinata: & illud Machabæorum, [1. Mach. 6.] Refulſit Sol in clypeos aureos & æreos, & reſplenduerunt montes ab eis. Mox princeps ad gradus eccleſiæ beati Petri veniens, à ſummo Pontifice honorificè ſuſceptus, ac vſque ad confeſſionem beati Petri deductus eſt. Dehinc celebratis ab ipſo Papa miſſarum ſolennibus, armato ſtipatus Rex milite, cum benedictione debita Imperij coronam accepit, Anno regni ſui IIII. Menſe Iunio, XIV. Kalend. Iulij, cunctis qui aderant, cum magna lætitia acclamantibus, Deumque ſuper tam glorioſo facto glorificantibus. Interim à ſuis pons, qui iuxta caſtrum Creſcentij ab vrbe Leonina vſq; ad ingreſſum ipſius extenditur Vrbis, ne à furente populo celebritatis huius iucunditas interrumpi poſſet, ſeruabatur. Peractis omnibus, Imperator cum corona ſolus equum phaleratum inſidens, cæteris pedes euntibus, per eandem qua introierat portam, ad tabernacula quæ ipſis muris adhærebant, reuertitur. Romano pontifice in palatio, quod iuxta eccleſiam habebat, remanente.

Dum hæc agerentur, Romanus populus cum ſenatoribus ſuis conuenit in Capitolio. Audens porro coronatum Imperatorem ſine populi conſenſu, magno impetu Tiberim tranſeunt aduerſus eos, qui in Leonina remanſerant, confligentes. Multi vtrimque

XXXVII que cæſi. Cæſar ad tumultum excitatus,
correptis confeſtim armis accurrit, grauiter
vlturus iniuriam, niſi *Hadrianus* delicti im-
petrata venia, iratum mitigaſſet. Pugna ab
hora diei decima in noctem producta. Cap-
ti è Romanis ducenti, innumeri ſauciati,
mille plus minus merſi in Tyberim & præ-
focati. Vrente porrò æſtate, ne aere inſa-
lubri fatigaretur exercitus in montana tra-
ducitur Tiburtina. Confines regiones an-
XXXVIII nonam præſtabant. Soli Spoletani defuerunt
Spoleti contumacia. officio, vel defraudando, vel adulterinam
monetam offerendo. Nec ſatis autumantes
peccaſſe, *Guidonem Comitem* cognomento
Guerram inter Tuſciæ proceres opulentio-
rem, ex Apulia *Friderici* legatum reuerten-
tem vinculis tradere non formidarunt; mu-
rorum ambitu, ac turrum altitudine con-
fidentes. Quamobrem indignatus Cæſar, ca-
ſtra Spoletũ mouit; auſos Spoletanos in Ger-
manos irrumpere non modo retudit, ſed re-
currentes inſecutus, ſuperatis vallis, por-
tas inuaſit. Ciuitatem miles diripuit: quæ
ante, quàm præda poſſet exportari, concep-
tis temerè flammis, magnam partem cre-
matur. Inde ad littora *Adriaci* deſcendens,
Palæologum & *Marodocum* Græcorum ob-
uios habuit legatos, à quibus muneribus do-
natus, *Guibaldum* Corbeienſem Conſtan-
tinopolim miſit. Reuertenti in Germaniam,
Soli poſt hæc Veronenſes infeſti fuere. An-
Veronenſium dolus. tiqui moris erat, vt Cæſaribus Atheſim tra-
iecturis, pontem ſternerent; ſtrauerunt op-
pidò, ſed ea fraude, vt ponderis impatiens,
maleque compactus, facilè à pregrauanti-
bus ſolueretur, & tranſeuntes in flumem
excuteret. Incaſſum tamen, hæc tentantur,
incolumi milite tranſeunte; Veronenſes
qui ſubſequebantur, pars capti, pars ſub-
XXXIX merſi; in foueam inciderunt, quam fece-
rant. Grauius ad Veronenſes Pylas certa-
men. Sunt fauces, quas vno latere Atheſis
impetu per confragroſa decurrens, ex altero
imminens amni rupes, cogunt in arctum
anguſto calle in medio, relicto, quem ſi à
fronte vel è prominente caute pauci infe-
ſtent, totos exercitus arceant, & impunè ſa-
xis obruant. Rupis ſupercilium *Albericus*
Veronenſis eques, cum quingentorum la-
trunculorum globo, inſederat. Primo die
pauci tranſeunt innocui: Venienti ſaxis è
monte prouolutis intercipiuntur. Certior
factus *Fridericus*, *Iſaacium* & *Garzabanum*
Veronenſes illuſtres equites, qui Cæſarem
ad vrbem proſecuti, erant adhuc in exerci-
tu, mittit, qui popularibus ſuadeant ab in-
cæpto deſiſtere. Verum lapidibus ſalutati,
fuere reiecti. Miſſi rurſum alij, irridentur,
ac Imperarori referre iubentur, neminem
illac tranſiturum, quin prius equo vel lori-
ca & ære non modico tranſitum emiſſet.
Turpe eſt (inquit *Cæſar*) *Principem latroni-
bus pendere tributum: virtute via eſt ape-
rienda.* Tum conuerſus ad Vvitelſpachium:
Tua (*ait*) *erunt partes, hanc prohibere igno-
miniam:* Poſtea ad milites conuerſus, quaſi
Virgiliano illo vteretur carmine

O ſocij, neq; enim ignari ſumus ante malorum
O paſſi grauiora, dabit Deus his quoq; finem.
Forſam & hæc olim meminiſſe iuuabit.

Cum *Otthone* ſociantur ducenti iuuenes
notæ fortitudinis; illi per deuia ſyluarum
& montium, per concaua, & confragoſa
Alpium oberrando loca, repetando, ſuccol-
lando, compoſitis in modum ſcalarum ha-
ſtis, ad rupis faſtigium inobſeruati enitun-
tur. Exeritur ab *Otthone* Imperatoris ve-
xillum, quod vſquè eo latenter geſtauerat:
Hoc præſagiente ſigno victoriam, cantus
attollitur; exercitus qui in valle manebat, ad
aciem properat. Ridebant latrones; ve-
rùm vbi generoſa cohors in apertum pro-
dijt, territi, ac in fugam præcipites, per ab-
rupta diffugiunt fractis artubus inter cautes
vel ima ſemianimes. Audaciores in veſtigio
obtruncantur præter duodenos, qui cum
Alberico capti, omnes ligno donantur, vno
excepto, (Gallus eques erat) qui fraude
circumuentus, latronibus ſe aſſociauerat,
in plectendis ſocijs, carnificis functus offi-
cio, vitam redemit. Cęteri qui per decliua
montium diſperſi iacebant, vt tranſeunti-
bus, temeritatis documenta præberent; nu-
mero quingenti, in compitis viarum acer-
uantur in cumulum.

Redux in Bauariam, in comitijs Ratiſpo- L *Species ignominiæ.*
nenſibus, *Henrico Auſtrio* abdicato, *Hen-
ricum Leonem* in paternum Bauariæ remiſit
principatum, vt ſupra diximus. Subinde
in Vvormatiæ conuentu de turbata pace
poſtulati *Arnoldus* Archiep. Mog. & *Her-
mannus* Palatinus, compertique ob priuatas
inimicitias, Rheni confinia cędibus, incen-
dijs miſcuiſſe; eos ignominia notari placuit

veteri

Sal. An. 1154. veteri Francorum & Sueuorum more, vt qui genere illuſtris, reus capitis agebatur, antequam pœnas daret, ad augendum dedecus, per aliquot millia paſſum, canem geſtaret. Vetus enim apud Francos & Sueuos *LI* inoleuit conſuetudo, *vt ſi quis nobilis, vel miniſterialis, vel colonnus pro hiſce reatibus reus inuentus fuerit, antequam mortem ſubeat, ad confuſionis ignominiam, nobilis canem, miniſterialis ſellam, ruſticus aratri rotam de proximo in proximum comitatum geſtare cogatur.*

Cæſar Vvormatia in Bauariam regreſſus *LII* ea conditione *Henricum Auſtrium* induxit, vt *Henrico Leoni* cederet Pontificatum, *vt Ducis titulos retineret, & Marchionatus Auſtriæ ab antiqua Boiorum iuriſdiſtione eſſet exemptus; quibuſdam etiam comitatibus ei adiunctis, iudiciariam poteſtatem Principi Auſtriæ ab Anaſſo, vſque ad ſyluam prope Pataniam, quæ dicitur Roſental protendendo.* *LIII* Ea enim vſque tempora Marchiones Auſtriæ, Stiriæ, Iſtriæ, & Chambenſis, ſiue Vohburgius, pertinuerant ad ordines Boiariæ, neque ijs licebat à Boiarijs abeſſe comitijs, quoties vocarentur à Duce. Huius rei diploma deſcriptum eſt ab *Andrea* præsbytero Ratiſponenſi, quo *Henrico Auſtrio*, & eius ex *Theodora* liberis, Auſtriam liberi ducatus nomine eſt tranſcripta. Sequenti poſtea hebdomada, Herbipoli, in magna *LIV* Principum frequentia, effuſis in regiam *Nuptiæ Friderici & Beatricis.* magnificentiã opibus cum *Beatrice Reinaldi* Burgundionum Comitis filia, nuptias celebrat. *Reinaldus* iſte de antiqua & illuſtri Burgundionum proſapia originem trahens, illius Burgundiæ comes dicebatur, quæ olim à *Rudolfo* rege Imperatori *Henrico Conradi* filio, cum teſtamento relicta, regnum erat. Hæc eadem prouincia eſt, à qua *Conradus* *LV* Dux eiuſque filius *Bertolfus* Duces vocari conſueuerint. Diſceptationis hæc fuerat cauſa. Conſuetudo inolæuerat, quod ſemper ſeniori fratri, eiuſque liberis ſeu manibus ſeu fœminis, paternæ hæreditatis cedat auctoritas, cęteris cum veluti Dominum reſpicientibus. Ex ea, *Vvilhelmus*, qui dicebatur puer, huius ex parte patris conſanguineus, *Conradi* verò Ducis ſororis filius, rerum ſummam dum adhuc viueret, illa haberet in prouincia. Quo, fraude ſuorum, rebus humanis exempto, *Reinaldo* comiti iure hereditario Dominium ceſſit. Quod accidit regnante *Henrico V.* & *Lothario II.* Porrò iuſtitiæ ſuæ nimium confiſus comes, lenis enim homo erat, curias principis adire neglexit; vndè indignatus princeps, *Conrado* Duci terram conceſſit. Dumque vterque longa concertatione, loca illa tenere prætenderet res eſt ita compoſita, vt *Bertolfus* prædicti *Conradi* filius tres ciuitates inter Iuram, & montem Iouis, Loſannam, Gebennam, & N. acciperet, cęteris, Imperatrici relictis. Protenditur hæc prouincia penè à Baſilea, ideſt a caſtro quod Mons *Biliardi* vocatur vſque ad Iſaram fluuium, de quo *Lucanus*

.... hi vada liquerunt
Iſaræ

iungitur ea terra etiam, quæ *Prouincia* vocatur, & ab eo flumine porrigitur vſque ad ea loca, quà Rodanus mari recipitur, & Arelatum ciuitas ſita eſt. *Reinaldus* porrò *Simonis* Lotharingiorum Ducis filiam ducens, ex ea tantum hanc puellam ſuſcepit, ipſamque non multò poſt moriens, iuxta morem, totius terræ ſuæ hæredem reliquit. Hanc Imperator in matrimonio ſortitus, non ſolum Burgundiam, ſed & Prouinciam Imperio iam alienatam vxorio titulo, reſtituit. Interim *Guibaldus* Abbas Corbeienſis è Græcia rediens, Legatos Græcorum qui cum eo ad *Fridericum* venerant, apud Iuuaniam reliquerat, quia redeunte ad Tranſalpina *Friderico*, Græci Campaniam *LVI Greci Apuliā occupant.* & Apuliam dolo occupauerant, adulterinis litteris populos ſollicitando, quas imperatorio ſigillo clauſas, per ſurreptionem acceperant. De Legatis itaque conſultum, an tanquàm proditores plectendi, vel cum ignominià deridendi? benignior præualuit interpretatio, ne violarentur; ob hoc dies eis in Norico caſtro, menſe Iulio præſcribitur. Expeditione poſtea diſpoſità ad recuperandam Apuliam, cum audiſſet fuſis Græcis *Vvilhelmum* ciuitates omnes recepiſſe, ad compeſcendam contumaciam Mediolanenſium iram conuertit. Vnde ad Principes ſequentia ſcripſit.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus, dilecto patruo ſuo Ottoni Friſingenſi Epiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum. *LVII*

Quia diuinæ prouidentiæ clementia, Vrbis & orbis

Sal. An. 1156. *& orbis gubernacula tenemus, iuxta diuerſos euentus rerum, & ſucceſſiones temporum, ſacro Imperio & diuæ Reip. conſulere debemus. Cùm enim ea quæ neceſſitatis cauſa inſtituta fuerint, ceſſante neceſſitate ceſſare debeant: expeditionem, quã proximè Vvirtzeburg propter inuaſionem Græcorum in Apuliam iurari præcepimus, poſt fugam eorum tibi, cæteriſq; principibus relaxamus, vt ad alia imperij negocia promptiores eos inuenire poſſimus. Verùm quia Mediolanenſium ſuperbia iamdiu caput contra Romanum Imperium erexit, & modò ſua fortitudine totam Italiam ſubuertere, vel ſuo nititur dominio ſubiugare: ne & tanta præſumptio noſtro tempore præualeat, vel gloriam noſtram plebs improba vſurpare, vel conculcare valeat, futuris caſibus viriliter occurrere, & ad deſtructionem eorum omne robur Imperij excitare intendimus: Ex iudicio igitur principum expeditionem contra Mediolanum à proxima Pentecoſte ad annum iuratam tibi indicimus, quam intimè rogantes & præcipientes; quatenus ad eam nobiſcum peragendam, à vigilia Pentecoſtes ad annum, Vlmæ nobis indubitanter occurras: certus, quòd nec te, nec aliquem principum noſtrorum montem Apenninum tranſire cogemus.*

Abſente Cæſare Mediolanenſes mox reædificata Terdonà, ac ſuper Ticinum gemino extructo ponte, Papienſe renouant bellum, fines eorum irrumpunt, Vigeuenum obſident, ad deditionem cogunt. Conditionum porrò duritie fatigati Papienſes, rurſus deficere tentant. Mediolanenſes verò reædificato Lunello, totum penè Papienſium populantur territorium. LVIII

SCHISMA COLONIENSIS ECCLESIÆ. Anno 1156.

LIX DEfuncto *Arnaldo* Colon. Archiep. ſcinditur Eccleſiæ concordia; præpoſitis & abbatibus *Gerardũ* Bunnenſem præpoſitũ, maioris verò eccleſiæ Canonicis Fridericum Adolfi comitis filium eligentibus. Itaq; Menſe Iulio in Norico caſtro de ſua vtriſq; electione per triduum coram Principe decertant; qui eorum auditis clamoribus ad curiam Ratiſponenſem, cauſam remiſit decidendam; vbi ob initam concordiam inter *Henricum Leonem*, & *Auſtrium*, tanta cœtus dicitur conuentum lætitia, vt *Pater Patriæ* diceretur *Fridericus*. Colonienſis verò Eccleſię partibus auditis, eam quæ à Canonicis facta fuit, validiorem iudicans, *Fridericum Adolfi* comitis filium, de regalibus inueſtit, & à Romano Pontifice conſecrandum miſit in Vrbem. *Fridericus dicitur Pater patriæ.*

FRIDERICVS MOVET IN POLONOS. Anno 1157.

LX BOitzlaus, Cazimerus, & tertius Lobizlaus, qui Gertrudem nepotem Imperatoris, filiam Leopoldi Marchionis Auſtriæ vxorem fuerat ſortitus, Polonorum terram hæreditario iure tenere debebant: maiore natu, quem vltimo loco poſuimus, nomen & honorem Ducis habente. Eiectus porrò à fratribus cum vxore regalis ſanguinis, ad *Conradum* Imper. perfugit. Moniti legatione tyranni vt fratrem reciperent, ſpreuerunt Regem, eiuſque ad obitum durauit *Lobizlai* exilium. *Friderico* etiam ſummam rerum tenente, impunè arbitrabantur poſſe ſcelera multiplicare; nam debitum fidelitatis ſacramentum, ſolitum ſingulis annis tributum quingentarum marcarum, publico inferre deſueuerant ærrario. Imperator ergo magnis fretus copijs Poloniam licet arte ac natura munitam (vndè Imperatores vix & magno labore ad fluuium Oderam peruenerant) diuina fretus ope, quæ viſibiliter præceſſit exercitum, eorum repagula, quæ inter locorum anguſtias, pręciſa ſyluarum denſitate extruxerant, penetrauit; & XI. Kal. Septemb. amnem, qui ex illa parte Poloniam quaſi murus ambit, & gurgitis profunditate aditum excludit, cum exercitu ſuperauit. Poloni vehementer exterriti, licet vicinarum gentium, Ruthenorum, Parthorum, Pruſchorum, & Pomeranorũ freti ſubſidijs in fuga ſpẽ vitæ ponentes, ac deſperatione correpti, facti ſuæ patriæ hoſtes arces, & munitiones incendebant. Inſecutus fugientes Imperator, Vratislauià tranſcurrens Epiſcopatum Poſnanienſem igne & gladio depopulatur, indignum æſtimans parcere eis, qui in ſeipſos tam crudeles fuerant. *Bolezlaus* Dux rebus ſuis vltimum cernens imminerè fatum, deditionem obtulit *Friderico*, qui Romanas edoctus artes,

Parcere proſtratis, & debellare ſuperbos.

præmaturam, & à Deo datam, nolens cruen-

Sal. An. 1157. tare victoriam, ducem recepit; qui Imperatoris pedibus prouolutus, Principum interuentu in gratiam receptus eſt, poſtquàm iurauit pro ſe, & prò omnibus Polonis, quod frater ſuus exul ad ignominiam Romani Imperij non fuerit expulſus; & duo millia marcarum Imperatori, & principibus mille, Imperatrici XX. marcas auri; Curiæ CC. marcas argenti in pœnam temeratæ fidei dare promiſit. Iurauit etiam Italicam ex-

Radeuicus lib. 1. c. 5. peditionem, & ſe iudicio ad futurum Curię Magdeburgenſis prò querimonia fratris expulſi. Obſidibus in ſpeciem datis, nam Dux dolis plenus, iam iam promiſſionibus ſuis moliebatur inſidias. Nec enim Curiam venit, & Italicam expeditionem violato ſacramento mentitus eſt. Herbipolim inde mouens Imperator, Manuelis Conſtantino-

LXI *Græcorũ ſuperbia.* politani legatos eò venientes, quia nimio faſtu, verborumque phaleris Græcum tumorem vanitatemque oſtentantes, acerbo erat dimiſſurus reſponſo, ni ipſi precibus, lacrymiſque veniam exoraſſent, datà ſponſione, quod deinceps ampulloſa ſpernentes, non niſi eam, quàm deceret Romanum principem, & vrbis ac orbis dominatorem, reuerentiam ſuis ferrent ſalutationibus. Munera attulerant ab Irene Imperatrice, *Conradi* Regis ſorore ad *Fridericum* Sueuiæ Du-

LXII *Fridericus Dux Sueuiæ.* cem, eiuſdem *Conradi* filium peradoleſcentem, *Manuelis* nomine poſcentes, vt ipſis præſentibus, publiçè, gladio cingeretur. Affuere plurimi aliarum nationũ legati munera certatim offerentes, inter quos legati

Anglorum Legati. *Henrici* Anglorum Regis precioſa donaria, verborum exornata lepore obtulere.

Literas.

Præcordiali amico ſuo Friderico, Dei gratia Romanorum Imperatori inuictiſſimo, Henricus Rex Angliæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegauenſis, Salutem, & veræ dilectionis concordiam.

Excellentiæ veſtræ quantas poſſumus referimus grates, dominantium optime, quòd nos nuncijs veſtris viſitare, ſalutare literis, muneribus præuenire, & quod his charius amplectimur, pacis & amoris inuicem dignatus eſtis fœdera inchoare. Exultauimus & quodammodo animum nobis creſcere, & in maius ſenſimus euehi, dum veſtra promiſſio, in qua nobis ſpem dediſtis in diſponendis regni noſtri negocijs, alacriores nos reddidit, & promptiores. Exultauimus, inquam, & tota mente magnificentiæ veſtræ aſſurreximus, id vobis in ſincero cordis affectu reſpondentes, quòd quicquid ad honorem veſtrum ſpectare nouerimus, pro poſſe noſtro effectui mancipare parati ſumus. Regnum noſtrum, & quicquid vbique noſtræ ſubijcitur ditioni, vobis exponimus, & veſtræ committimus poteſtati, vt ad veſtrum nutum omnia diſponantur; & in omnibus veſtri fiat voluntas imperij. Sit igitur inter nos & populos noſtros dilectionis & pacis vnitas indiuiſa, commercia tuta: ita tamen vt vobis qui dignitate præeminetis, imperandi cedat auctoritas, nobis non deerit voluntas obſequendi. Et ſicut veſtræ ſerenitatis memoriam veſtrorum excitat in nobis munerum largitio, ſic vos noſtri quoque reminiſci, præoptamus, mittentes quæ pulchriora penes nos erant, & vobis magis placitura. Attendite itaque dantis affectum, non data: & eo animo quo dantur excipite. De manu Beati Iacobi, ſuper qua nobis ſcripſiſtis, in ore magiſtri Herriberti, & Guilhelmi clerici noſtri verbum poſuimus, teſte Thoma Cancellario apud Norhant.

LXIII *Queſtus Papę in Imperatorem.* Menſe poſtea Octobri Veſontium celebratus curiam, iter aggreditur. Ibi à *Rolando* tit. S. Marci præsb. Card. Cancellario S.R. Eccleſiæ, & *Bernardo* tit. S. Clem. pręsb. Card. diuitijs ac grauitate inſignibus, conuenitur. Cauſa legationis, vt ait Radeuicus *l. 1. c. 8. Speciem ſinceritatis videbatur habere, ſed fermentum & occaſionem malorum latuiße, poſtmodum euidenter deprehenſum eſt. Principe ergo die quodam à ſtrepitu & populi tumultu declinante, in cuiuſdam oratorij priuatiore loco, prædicti nuncij in eius conſpectum deducti, ab eoq; vt oportebat, ſicut qui boni ſe nuncij baiulos aſſererent, benignè & honeſtè recepti ſunt. Exordium autem ſermonis illorum in fronte ipſa notabile comparuit, quod tale fuiſſe dicitur: Salutat vos beatiſſimus pater noſter Papa Hadrianus, & vniuerſitas Cardinalium S.R. Eccleſiæ. Ille vt pater, illi vt fratres. Pauciſque interpoſitis, litteras quas ferebant protulere.*

Hadrianus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilecto filio Friderico illuſtri Romanorum Imperatori, Salutem, & Apoſtolicam benedictionem. LXIV

Imperatoriæ maieſtati paucis retroactis diebus recolimus ſcripſiſſe, illud horrendum & execrabile facinus, & piaculare flagitium tempore noſtro commiſſum, in Teutonicis par-

 tibus,

Sal. An. 1157.

tibus, ſicut credimus, aliquando intentatum, excellentiæ tuæ ad memoriam reuocantes, non ſine grandi admiratione ferentes, quòd abſque digna ſeueritate vindictæ vſque nunc tranſire paſſus ſis, tam pernicioſi ſceleris feritatem. Qualiter enim venerabilis frater noſter E. Londonenſis Archiepiſcopus, dum à ſede Apoſtolica remearet, à quibuſdam impijs & ſceleſtis (quod ſine grandi animi mœrore non dicimus) in partibus illis captus fuerit, & adhuc in cuſtodia teneatur: qualiter etiã in ipſa captione prædicta, viri impietatis, ſemen nequam, filij ſcelerati, in eum & in ſuos euaginatis gladijs violenter exarſerint, & eos ablatis omnibus, quàm turpiter atque inhoneſtè tractauerint: & tua ſereniſſima celſitudo cognoſcit, atque ad longinquas & remotiſſimas regiones fama tanti ſceleris iam peruenit. Ad cuius vtique vehementiſſimi facinoris vltionem, ſicuti cui bona placere, mala verò diſplicere credimus, cõſtantius exurgere debuiſti, & gladium, qui tibi ad vindictam maledictorum, laudem verò bonorum eſt ex diuina prouiſione conceſſus, in ceruicem deſæuire oportuit impiorum, & grauiſſimè conterere præſumptores. Tu verò ad ipſum ita diſſimulaſſe diceris, ſæuitiam neglexiſſe, quòd eoſdem non eſt quare pœniteat commiſiſſe reatum: quia impunitatem ſacrilegij quod geſſerunt, iamiam ſentiunt inueniße. Cuius quidem diſſimulationis & negligentiæ cauſam penitus ignoramus: quoniam nos in aliquo ſerenitatis tuæ gloriam offendiße, conſcientiæ ſcrupulus noſtrum animum non accuſat: ſed perſonam tuam ſicut chariſſimi & ſpecialis filij noſtri & principis Chriſtianiſſimi, quem in Apoſtolicæ confeſſionis petra non ambigimus per Dei gratiam ſolidatum, ſynceræ ſemper dilexerimus charitate, & debitæ tractauimus benignitatis affectu. Debes enim glorioſiſſime fili, ante oculos mentis reducere, quàm gratanter & quam iocundè alio anno mater tua ſacroſancta Romana eccleſia te ſuſceperit, quanta cordis affectione tractauerit, quantam tibi dignitatis plenitudinem contulerit, & honoris: & qualiter imperialis inſigne coronæ libentiſſime conferens, benigniſſimo gremio ſuo, tuæ ſublimitatis apicem ſtuduerit confouere: nihil prorſus efficiens quod regiæ voluntati vel in minimo cognoſceret, obuiare. Neque tamen pœnitet nos deſideria tuæ voluntatis in omnibus impleuiſſe, ſed ſi maiora beneficia excellentia tua de manu noſtra ſuſcepiſſet, ſi fieri poſſet, conſiderantes quanta eccleſia Dei & nobis per te incrementa poſſint, & commoda prouenire, non immeritò gauderemus. Nunc autem quia tam immenſum facinus quod in contumeliam vniuerſalis eccleſiæ & imperij tui noſcitur etiam commiſſum, negligere ac diſſimulare videris, ſuſpicamur vtique ac veremur, ne fortè in hanc diſſimulationem & negligentiam propter hoc tuus animus ſit inductus, quòd ſuggeſtione peruerſi hominis zizania ſeminantis, aduerſus clementiſſimam matrem tuam ſacroſanctam Romanam eccleſiam, & noſipſos indignationem (quod abſit) aliquam conceperis, vel rancorem.

Ob hoc igitur, & ob alia omnia negocia quæ cognoſcimus imminere, duos de melioribus & charioribus quos circa nos habemus, dilectos ſcilicet filios noſtros, Bernhardum S. Clementis presbytherum, Rolandum S. Marci presbyterum Cardinalem, & cancellarium noſtrum, viros vtique religione, prudentia & honeſtate conſpicuos, ſerenitati tuæ de latere noſtro, ad præſens duximus deſtinandos: excellentiam tuam rogantes attentiùs, quatenus eos tam honorificè quàm benignè recipias, honeſtè tractes, & ea quæ ipſi ſuper hoc, & ſuper alijs, ad honorem Dei & ſacroſanctæ Rom. E. ad decus etiam & exaltationem Imperij pertinentia, ex parte noſtra, imperatoriæ propoſuerint dignitati, ſicut ſi ab ore noſtro procedant, abſque vlla hæſitatione ſuſcipias, & ipſorum verbis, tanquam ſi ea contingeret nos proferre, fidem non dubites adhibere.

Hiſce lectis, in publico Principum conuentu, à *Reinaldo* Imperij Cancellario, ſuſpicati ſunt Principes, quod Hadrianus Imperium, clientelare Romanæ ſedis duceret beneficium. In hanc interpretationem declinabant aulici, *quia à nonnullis Romanorum temerè affirmari nouerant, imperium vrbis, & regnum Italicum donatione Pontificum reges noſtros hactenus poßediſſe, idque non ſolum dictis, ſed & ſcriptis, atque picturis repræſentare, & ad poſteros transmittere. Vnde de Imperatore Lothario in palatio Lateranenſi ſuper huiuſmodi picturam ſcriptum eſt* Lxv Lotharij pictura.

Rex venit ante fores, iurans prius vrbis honores.

Poſt homo ſit Papæ, ſumit quo dante coronã.

Talis pictura, & ſuperſcriptio, quando alio

anno

Sal. An. 1157.

anno circa Vrbem fuerat, per fideles imperij delata, cum vehementer diſplicuiſſet, amica prius inuectione præcedente: laudamentum à Papa Adriano accepiſſe memoratur, vt & ſcriptura pariter atque pictura talis de medio tolleretur, ne tam vana res ſummis in orbe viris litigandi præberet materiam. His omnibus in vnum collatis, cum ſtrepitus & turba inter optimates regni de tam inſolita legatione magis ac magis inualeſceret, quaſi gladium igni adderet, dixiſſe ferunt vnum de legatis: à quo ergo habet, ſi à Domino Papa non habet imperium? Ob hoc dictum eò proceſſit iracundia, vt vnus eorum, videlicet Otto Palatinus comes de Bauaria, vt dicebatur, prope execto gladio ceruici illius mortem intentaret. *At Fridericus auctoritate præſentia ſua interpoſitâ tumultum compeſcuit: ipſos autem legatos ſecuritate donatos, ad habitacula deduci, ac primo mane via ſua proficiſci præcepit: addens in mandatis, ne hac vel illac, in territorijs Epiſcoporum ſeu Abbatum vagarentur, ſed recta via, nec ad dexteram nec ad ſiniſtram declinantes reuerterentur in Vrbem. Ipſis itaque ſine efficacia reuertentibus, id quod factum fuerat ab Imperatore per vniuerſum regni ambitum prouide literis declaratur, quarum tenor.*

LXVI Ottonis Vritelſpachij temeritas.

LXVII *Friderici literæ Circulares ad Principes Imperij.*

Cum diuina potentia, à qua omnis poteſtas in cælo & in terra, nobis Chriſto eius regnum & imperium regendum commiſerit, & pacem eccleſiarum imperialibus armis conſeruandam ordinauerit: non ſine maximo dolore cordis conqueri cogimur dilectioni veſtræ, quòd à capite S. eccleſiæ, cui Chriſtus pacis ac dilectionis ſuæ characterem impreſſit, cauſæ diſſenſionem, ſeminarium malorum, peſtiferi morbi venenum, manare videntur. De quibus, niſi Deus auertat, totum corpus eccleſiæ commaculari, vnitatem ſcindi, inter regnum & ſacerdotium ſchiſma fieri pertimeſcimus. Cùm enim nuper in Curia Biſuntij eſſemus, & de honore imperij & ſalute eccleſiarum debita ſollicitudine tractaremus, venerunt legati apoſtolici, aſſerentes, ſe talem legationem noſtræ afferre maieſtati, vnde honor imperij non paruum accipere deberet incrementum. Quos cum prima die aduentus ſui honorificè ſuſcepiſſemus, & ſecunda (vt mos eſt) ad audiendam legationem eorum cum principibus noſtris conſediſſemus, ipſi quaſi de mammona iniquitatis inflati, de altitudine ſuperbiæ, de faſtu arrogantiæ, de execrabili tumidi cordis elatione, legationem apoſtolicis literis conſcriptam nobis præſentauerunt, quarum tenor talis erat: Quòd præ oculis mentis ſemper deberemus habere qualiter dominus papa inſigne imperialis coronæ nobis contulerit, neque tamen pœnitentia moueretur, ſi maiora excellentia noſtra ab eo beneficia ſuſcepiſſet. Hæc erat illa paternæ dulcedinis legatio, quæ vnitatem eccleſiæ & imperij confouere debuit; quæ vinculo pacis vtrumque colligare ſtuduit, quæ ad vtriuſque concordiam & obedientiam animos audientium allexit. Certè ad vocem illam nefandam, & omni veritate vacuam, non ſolum imperialis maieſtas debitam indignationem concepit, verùm omnes principes qui aderant, tanto furore & ira ſunt repleti, quòd ſine dubio illos duos iniquos presbyteros mortis ſententia damnaſſent, niſi hoc noſtra intercepiſſet præſentia. Porrò quia multa paria literarum apud eos reperta ſunt, & ſchedulæ ſigillatæ, ad arbitrium eorum adhuc ſcribendæ, quibus (ſicut hactenus conſuetudinis eorum fuit) per ſingulas eccleſias Teutonici regni conceptum iniquitatis ſuæ virus reſpergere, altaria denudare, vaſa domus Dei aſportare, cruces excoriare, nitebantur: ne vltrà procedendi facultas eis daretur, eadem qua venerant via ad Vrbem eos redire fecimus. Cumque per electionem principum, à ſolo Deo regnum & imperium noſtrum ſit, qui in paſſione Chriſti filij ſui duobus gladijs neceſſarijs regendum orbem ſubiecit, cumque Petrus Apoſtolus hac doctrina mundum informauerit. Deum timete, regem honorificate: *quicumque nos imperialem coronam pro beneficio à domino papa ſuſcepiſſe dixerit, diuinæ inſtitutioni, & doctrinæ Petri contrarius eſt, & mendacij reus erit. Quia verò hactenus honorem ac libertatem eccleſiarum, quæ iamdiu indebitæ ſeruitutis iugo depreſſa eſt, à manu Ægyptiorum ſtuduimus eripere, & omnia eis dignitatum ſuarum iura conſeruare intendimus: vniuerſitatem veſtram ſuper tanta ignominia nobis & imperio condolere rogamus: ſperantes ne honorem imperij, qui à conſtitutione Vrbis, & Chriſtianæ religionis inſtitutione, ad veſtra vſque tempora glorioſus & imminutus extitit, fidei veſtræ indiuiſa ſinceritas, tam inaudita nouitate, cam-*

Sal. An. 1158.

præſũptuoſa elatione imminui patiatur: ſciẽtes omni ambiguitate remota, quòd mortis periculum antè vellemus incurrere, quàm noſtris tẽporibus tanta confuſionis opprobrium ſuſtinere.

DISSIDIA HVNGARORVM. Anno 1158.

REmiſſis legatis, à principibus Burgundiæ iuramentum fidelitatis exegit. Præſtitère omnes Epiſcopi, Archiepiſcopi,

LXVIII Gallorum Legati.

& præter hominum memoriam non minus cõcordia quàm obſequio erga Cęſarem certabant. Diſplicuit Francorum Regi *Ludouico* gloria *Friderici*, vnde in ſpetiem magis & faſtum, quàm in vtilitatem legatos miſit atque recepit; nec iam ad colloquium, quod concupierat, ſed ad bellum clanculum copias collegerat. Reuerſus porrò Burgundia *Fridericus*, in curiâ Ratiſponenſi Hungarorum audiuit legatos Regis Geyſæ II. nomine quærentes aduerſus Stephanum fratrem eiuſdem Regis quatuor namque liberos *Bela* genuerat, Geyſam, Ladislaum, Stephanum, Almum, veluti læſæ maieſtatis reum, quia ad regnum aſpiraret, atque in tanto negotio auunculum amborum, *Belam* virum prudentem, ac ad nouandum idoneum, ſuaſorem habere crederent, eo quòd honorificentius habito adoleſcenti, per ſtudia colendi, ferociæ viſus eſt nutrimenta ſuggerere. Rex autem ſuſpectum habens tantum fratris honorem, non tam ipſum quàm familiares inſimulans, dicta & facta eorum vertebat in crimina; multiſque in fratrem vulgatis, conſcriptis, qui falſa probarent, fratris necem inter inſidias quærebat. Is autem ad Imperatorem velut totius Orbis aſylum euaſit, ærumnas ſuas erga germani tyrannidem deplorans, cui non ſatis fratrem paterno expuliſſe regno, niſi de capite quoque ſuo, & vita innocentiſſima ſupplicium ſumeret. Tali deprecatione victus *Fridericus* in Hungariam legatos miſerat, prò iuuenis reſtitutione. Rex verò aduerſus fratrem duos de optimatibus regni ad Curiam dirigit, Epiſcopum Geruaſium de Caſtro Ferreo, & comitem *Heidenricum* viros opulentos, & eloquentes, qui obiecta diluerent, & de fratris eiectione inuidiam in eum, qui paſſus erat, retorquere ſatagerent. Auditis legatis *Fridericus* non breuis expeditionis cauſam agnoſcens, contentus muneribus, quæ ad mille talenta obtulerant legati, ad opportuniora tempora remiſit, per ſinum Adriacum in Græciam adoleſcẽte non inuito tranſmiſſo. In eadem curiâ Dux Boemorum *Labezlaus* vir conſilio, manuque potens, Rex creatur, ea tamen lege, ne dignitas tranſiret ad poſteros. *Auentinus l.6. Otto Friſing.* Epiſcopus, & *Henricus* Dux Auſtrię patrui Imperatoris, diſſidentes, quia *Henricus* Eccleſię tentaret vſurpare prędia, ad priſtinã fratres reuocãtur concordiã.

LXIX Gaiſa Rex Hũgarorum fratrem accuſat.

LXX. Radeuicus c.13. lib.1.

EXPEDITIO ITALICA. II.

INſtabat tempus (ait idem *Radeuicus*) quo Reges ad bella proficiſci ſolent, ipſeque in Italiam venturus, primò omnium in Deo ſpem ſuam reponens, aſcitis religioſis, ac probatis ſanctitate viris, eorum conſilio belli cauſas ſubiecit. Vocauit inter eos *Hartemannum* Brixinorenſem, Epiſcopum, qui tunc inter Germaniæ Epiſcopos famâ ſanctitatis florebat; Huic conſcientiæ ſuæ vulnera aperit, remedia expoſuit, quatenus iturus ad bellum ſpiritalibus armis ante muniret animam, quàm corpus. Cauſas belli exponens, dum eas iuſtas tam ſupradictus Antiſtes, quàm reliqui ſacerdotes probarent, nè dignitas Imperialis vileſceret, arma ſumit.

LXXI Hartemanus confeſſor Cæſaris.

Belli cauſam examinat.

LEGATIO APOSTOLICA. Anno 1158.

LXXII

ITer aggrediente Friderico, Romani interim legati, qui inglorij remiſſi fuerant in Romano conſiſtorio, *quantas ſuſtinuerint iniurias, in quo periculo fuerint, exponunt, grauiora grauioribus addunt, vt in vltionem eorum, quæ ſe pertuliſſe dixerunt, Romanum prouocarent Pontificiem*. In hoc negotio clerus Romanus diuiditur, pars eorum Imperatori fauens, iniuriam cauſabatur legatorum, pars adhærebat Pontifici. *Vnde* (ait Radeuicus) *de hac tempeſtate dicturi, lectorem non noſtris verbis niti volumus, ſed ponentes epiſtolas hinc inde directas, ex eis colligat, quam, artem tueatur, cuiue fidus velit permanere. Nobis autem indulgentiam petimus, qui potius vtramque perſonam ſacerdota-*

Legati queruntur in Fridericum.

Sal. An. 1158. dotalem ſcilicet & regalem reuerentia debità veneramur, quàm temerè de alterà indicare præſumamus. Exemplar itaque literarum, à ſummo Pontifice ad Archiepiſcopos & Epiſcopos ſuper his directarum tale fuit.

Epiſtola Hadriani Pontif. ad Epiſcopos Germaniæ.

Quoties aliquid in Eccleſia contra honorē Dei & ſalutem fidelium attentatur, fratrum & coepiſcoporum noſtrorum, & eorum præcipuè qui ſpiritu Dei aguntur, cura debet exiſtere, vt ea quæ malè geſta ſunt, gratam Deo correctionem debeant inuenire. Hoc autem tempore, quod abſque nimio mœrore non dicimus, chariſſimus filius noſter Fridericus Romanorum Imperator, tale quid egit, quale temporibus anteceſſorum ſuorum non legimus perpetratum. Cùm enim nos duos de melioribus fratribus noſtris, Bernhardum tit. S. Clemētis, & Rolandum cancellarium noſtrum tit. S. Marci Presbyteros Cardinales, ad ipſius præſentiam miſiſſemus, ipſe cùm primùm ad eius præſentiam peruenerunt, alacriter viſus eſt eos recepiſſe. Sequenti verò die cùm redirent ad eum, & literæ noſtræ in eius auribus legerentur, accepta occaſione cuiuſdam verbi, quod ipſarum literarum ſeries continebat, inſignæ videlicet coronæ beneficium tibi cōtulimus, in tantam animi commotionem exarſit, vt conuitia quæ in nos & legatos noſtros dicitur conieciſſe, & quàm inhoneſtè ipſos à præſentia ſua recedere, ac de terra ſua velociter exire compulerit, & audire opprobrium, & lamentabile ſit referre. Eis autem ab ipſius præſentia excedentibus, facto edicto, ne aliquis de regno veſtro ad Apoſtolicam ſedem accedat, per omnes fines eiuſdem regni cuſtodes dicitur poſuiſſe, qui eos qui ad Sedem Apoſtolicam venire voluerint, violenter debeant reuocare. Super quo facto licet aliquantulum perturbemur, ex hoc tamen in nobis ipſis maiorem conſolationē accipimus, quòd ad id de veſtro & principum conſilio non proceſſit. Vnde confidimus eum à ſui animi motu, conſilio & perſuaſione veſtra facilè reuocandum. Quocirca fratres, quoniam in hoc facto non ſolùm noſtra, ſed veſtra & omnium Eccleſiarum res agi dinoſcitur, charitatem veſtram monemus, & exhortamur in Domino, quatenus opponatis vos murum pro domo Domini, & præfatum filium noſtrum ad viam rectam quàm citius reducere ſtudeatis: attentiſſimam ſollicitudinem adhibentes, vt à Reinaldo cancellario ſuo, & Palatino comite, qui magnas blaſphemias in præfatos legatos noſtros, & matrem veſtram ſacroſanctam Romanam Eccleſiam euomere præſumpſerunt, talem & tam euidentem ſatisfactionem faciat exhiberi: vt ſicut multorum aures amaritudo ſermonis eorum offendit, ita etiam ſatisfactio multos ad viam rectam debeat reuocare. Non acquieſcat idem filius noſter conſilijs iniquorum, conſideret nouiſſima & antiqua, & per illam viam incedat, per quam Iuſtinianus, & alij catholici Imperatores inceſſiſſe noſcuntur. Exemplo ſiquidem & imitatione illorum, & honorem in terris, & felicitatem in cælis ſibi poterit cumulare. Vos etiam, ſi eum ad rectam ſemitam reduxeritis, & beato Petro Apoſtolorum principi gratum dependetis obſequium, & vobis, & Eccleſijs veſtris conſeruabitis libertatem. Alioquin nouerit antedictus filius noſter, ex admonitione veſtra, nouerit ex promiſſionis euangelicæ veritate, quòd ſacroſancta Romana Eccleſia ſuper firmiſſimam petram, Deo collocante, fundata, quantocunque ventorum turbine quatiatur, in ſua firmitate, protegente domino, in ſeculum ſeculi permanebit. Nec autem, ſicut noſtis, deceret eum tam arduam viam abſque veſtro conſilio attentaſſe. Vnde credimus, quòd auditis admonitionibus veſtris, facillime poterit ad frugem ſanioris ſtudij, ſicut vir diſcretus, & Imperator catholicus, reuocari.

His lectis præſules Alemanniæ communicato in vnum conſilio ſequentia Apoſtolicæ ſedi reſcripſerunt:

Epiſcoporum Reſponſio.

Quamuis ſciamus, & certi ſimus, quòd eccleſiam Dei fundatam ſupra firmam petram, neque venti, neque flumina tempeſtatum poſſint deijcere: nos tamen infirmiores & puſillanimes ſi quando huiuſmodi contigerint impetus, concutimur, & contremiſcimus. Inde nimirum grauiter conturbati ſumus, & conterriti ſuper his, quæ inter veſtram ſanctitatem, & filium veſtrum deuotiſſimum dominum noſtrum Imperatorem, magni mali, niſi Deus auertat, ſeminarium præbitura videntur. Equidem à verbis illis quæ in literis veſtris continebantur, quas per nuncios veſtros prudentiſſimos & honeſtiſſimos, dominum Bernhardum, & dominum Rolandum cancellarium, venerabiles presbyteros Cardinales, miſiſtis, commota eſt vniuerſa reſp. imperij

noſtri

Sal.An. 1158. *noſtri, aures imperialis potentiæ ea patienter audire non potuerunt, neque aures principum ſuſtinere: omnes ita continuerunt aures ſuas, quòd nos, ſalua gratia veſtræ ſanctiſſimæ paternitatis, ea tueri propter ſiniſtram ambiguitatis interpretationem, vel conſenſu aliquo approbare, nec audemus, nec poſſumus, eò quòd inſolita & inaudita querunt vſque ad hæc tempora. Literas autem quas nobis miſiſtis, debita cum reuerentia ſuſcipientes & amplectentes, commonuimus filium veſtrum dominum noſtrum Imperatorem, ſicut iuſſiſtis, & ab eo reſponſum, Deo gratias, accepimus tale, quale decebat catholicum principem in hunc modum: Duo ſunt quibus noſtrum regi oportet imperium, leges ſanctæ Imperatorum, & vſus bonus prædeceſſorum, & patrum noſtrorum. Iſtos limites eccleſiæ nec volumus præterire, nec poſſumus: quicquid ab his diſcordat, non recipimus. Debitam patri noſtro reuerentiam libenter exhibemus, liberam imperij noſtri coronam diuino tantùm beneficio aſcribimus, electionis primam vocem Moguntino Archiepiſcopo, deinde quod ſupereſt, cæteris ſecundum ordinem principibus, recognoſcimus, regalem vnctionem Colonienſi, ſupremam verò, quæ imperialis eſt, ſummo pontifici quicquid præter hæc eſt, ex abundanti eſt, à malo eſt. Cardinales in contemptum dilectiſſimi & reuerendiſſimi patris noſtri, & conſecratoris, à finibus terræ noſtræ coegimus non exire. Sed cum his, & pro his quæ & ſcripta, & ſcribenda ferebant in dedecus & ſcandalum imperij noſtri, vltra eos prodire pati nolumus. Introitum & exitum Italiæ nec clauſimus edicto, nec claudere aliquo modo volumus peregrinantibus, vel pro ſuis neceſſitatibus rationabiliter cum teſtimonio epiſcoporum & prælatorum ſuorum Romanam ſedem adeuntibus. Sed illis abuſionibus, quibus omnes eccleſiæ regni noſtri grauatæ & attenuatæ ſunt, & omnes penè clauſtrales diſciplinæ emortuæ & ſepultæ, obuiare intendimus. In capite orbis Deus per imperium exaltauit eccleſiam, in capite orbis eccleſia (non per Deum vt credimus) nunc demolitur imperium. A pictura cœpit, ad ſcripturam in auctoritatem prodire conatur. Non patiemur, non ſuſtinebimus: coronam antè ponemus, quàm imperij coronam vnà nobiſcum ſic ſacerdotium conſentiamus. Picturæ deleantur, ſcripturæ retractentur, vt inter regnum & ſacerdotium æterna inimicitiarum monumenta non remaneant. Hæc et alia, vtpote de concordia Rogerij & Guilhelmi Siculi, & alijs quæ in Italia facta ſunt conuentionibus, quæ ad plenum proſequi non audemus, ab ore domini noſtri Imperatoris audiuimus. Abſente autem Palatino comite, & in præparatione expeditionis in Italiam præmiſſo, à cancellario ibidem adhuc præſente aliud non audiuimus, niſi quod humilitatis erat & pacis, præter quòd eis pro periculo vitæ, quod à populo imminebat pro viribus ſuis aſtiterit, cunctis qui ibi aderant, huius rei teſtimonium ei perhibentibus. De cætero ſanctitatem veſtram ſuppliciter rogamus & obſecramus, vt noſtræ parcatis infirmitati, vt magnanimitatem filij veſtri, ſicut bonus paſtor, leniatis ſcriptis veſtris ſcripta priora ſuauitate mellita dulcorantibus, quatenus & eccleſia Dei tranquilla deuotione lætetur, & imperium in ſuæ ſublimitatis ſtatu glorietur: ipſo mediante et adiuuante, qui mediator Dei et hominum factus eſt, homo Chriſtus Ieſus.*

Inter hæc *Fridericus* in campis Lycatibus, prope Auguſtam Vindelicorum copias præſtolabatur, vt mox in Italiã deſcenderet. Eo certatim confluxit è Boiarijs, Sueuis, Franconibus, Saxonibus, Burgundis, Lotharingis, Ripuarijs, Hungaris, Bohemis, flos iuuentutis cum omnis generis bellico apparatu. Pontifex imminentis periculi certior, iuxta conſilium Præſulum Germanorum, litteras ſcripſit ad Cæſarem plenas humanitatis, quibus obliterare viſus eſt quicquid aſperum, & hoſtile præcedentibus inſererat. Simul miſit legatos eximiæ moderationis & induſtrię, qui ſapienti moderatione, gliſcentis diſcordiæ ſcintillas extinguerent. Fuere *Henricus* SS.Nerei & Achillei, & *Hyacinthus* S.Marię in ſchola Græca Cardinales. Mutinam progreſſi vbi *Otho Vvitelſpachius* & Reinaldus Cancellarius diuerſabantur, ad eos honoris cauſa, humilitatis formam præbentes, quod inſolitum antea fuerat, ad eos pergunt: miram de ſuaque legatione ſpem concitantes. Vbi in vallem venerè Tridenti, a *Friderico* & *Henrico* comitibus, nulla iuris gentium, & *Alberti* Tridentini Epiſcopi, quo Duce & comite vtebantur, reuerentia, per ſummum nefas, rebus omnibus ſpoliati vinculis dantur: neque prius dimiſſi, quàm *Hyacinthus* Legatorum alter, fratrem obſidem dediſſet.

Lxxv Adrianus tentat mulcire Imperatorem.

Legati Papæ ſpoliati.

Id

Sal. An. 1158. Id facinus *Henricus Leo*, dignis tanta attrocitate ſupplicijs in authores vindicauit. Nam vadem eripuit, comites multis malis attritos ad ſatisfactionem coegit.

LXXVIII *Vvitelſp. Lõbardiã ferè totã occupat.* *Vvitelſpachius* interim & *Reinaldus* primo in Italiam ingreſſu, Riuola, Veronenſium arcem alpium faucibus incubantem, naturà loci inſuperabilem, ſola ſui nominis famà deditione occuparunt: Fortunæ & victoriæ exordium & incrementum. Nam vrbes exemplum ſecutæ, certatim in fidem Cæſaris conceſſerè. Initium à Veronenſibus, poſt Mantua, inde Cremona: vbi cum Rauennate, Mediolanenſi & quindecim vtriuſque prouinciæ Epiſcopis collocuti, legatos audierunt vicinarum ciuitatum. Inde per Romaniolam & Æmiliam profecti, Rauennatem luſtrarunt Exarchatum, & ditionem Anconitanam, tantò populorũ plauſu, & honorum magnificentià, vt ſimili Reges non fuerint excepti. Inerat ambobus legatis flos ætatis, formæ gratia ſingularis, ingenij animique excelſitas, laborum tolerantia, amęnitas eloquentiæ, auaritię odium, liberalitatis ſtudium, amor bonarum artiũ, curæ peruigiles, nil ſibi indulgentes, quod poſſet ignoſci. Hiſce dotibus qualem non merebantur laudem? *Palæologum* cum audiſſent Conſtantinopoli aduenisse in oras Adriaci ſpecie legendi militem aduerſus *Gulielmum Siculum*; verè autem vt maritimas ciuitates auro corrumperet, traheretq; in partes, vt iam quoſdam largitionibus

LXXIX corrumperat proceres: quos obuios habens à Græcanico *Otho* redeuntes colloquio, ſtricto ferro inuadit, licet numero impar eſſet; *Gulielmo Maltrauerſaro Rauennati*, eiuſce globi primipillo manus inijciens, minatus vincula, cum cęteri Itali nec mutire auderent; tanta omnes cęperat trepidatio, Caſtris itaque ad Anconam poſitis, Græcos ad ſe euocatos, multaque excuſantes iuſſit minaci oratione Italia faceſſere. Paruerunt illi ſine morà oblatis pretioſis muneribus, lætique ſe paſſos non eſſe grauiora. *Radeuicus c.21. l.1.*

Legati Pontif. Cæſarem mulcent. *Friderico* interim caſtra in campeſtribus Auguſtæ metato, Romanos admittit, *electos* mentér aduentus cauſam exquirens. *Vbi reuerenter, ac demiſſo vultu, voce modeſtà, tale ſua legationis aſſumunt principium.*

Præſul S. R. Eccleſiæ, veſtræ excellentiæ deuotiſſimus in Chriſto pater ſalutat vos, ſicut chariſſimum & ſpecialem S. Petri filium. Salutant etiam vos venerabiles fratres noſtri, clerici autem veſtri, vniuerſi Cardinales tanquàm Dominum & Imperatorem Vrbis, & orbis. Quanta dilectione S. Romana Eccleſia amplitudinem & honorem imperij veſtri amplectatur, quàm ſine conſcientia peccati veſtram ſatis inuita ſuſtinuerit indignationem, & ſcripta præſentia, & in ore noſtro poſita viua vocis officium declarabit. Poſt hæc literas efferunt, quæ Ottoni Friſingenſi epiſcopo ad legendum, & interpretandum datæ ſunt, viro vtique qui ſingularem habebat dolorem de controuerſia inter regnum & ſacerdotium.

Hadriani Pontif. Literæ ad Frider. I. Imper.

Ex quo vniuerſalis eccleſiæ curam, Deo (prout ipſi placuit) diſponente, ſuſcepimus, ita in cunctis negotijs magnificentiam tuam honorare curauimus, vt de die in diem animus tuus magis ac magis in amore noſtro, & veneratione ſedis apoſtolicæ debuiſſet accendi. Vnde ſine grandi admiratione non ferimus, quòd eum audito ex ſuggeſtione quorundam animum tuum aliquantulum contra nos fuiſſe commotum, duos de melioribus, & maioribus fratribus noſtris, Rolandum ſcilicet cancellarium tit. S. Marci, & Bernhardum tit. S. Clementis presbyteros cardinales, qui pro tuæ maieſtatis honore in Romana eccleſia ſoliciti ſemper extiterant, pro voluntatis tuæ cognitione ad tuam præſentiam deſtinauimus, aliter quã imperialem decuerit honorificentiam, ſunt tractati. Occaſione ſiquidem cuiuſdam verbi, quod eſt, Beneficium, *tuus animus (ſicut dicitur) eſt commotus, quòd vtique nedum tanti viri, ſed nec cuiuslibet minoris animum meritò commouiſſet. Licet enim, hoc nomen, quod eſt* Beneficium, *apud quoſdam in alia ſignificatione, quàm ex impoſitione habeat, aſſumatur: tunc tamen in ea ſignificatione accipiendum fuerat, quàm nos ipſi poſuimus, & quàm ex inſtitutione ſua noſcitur retinere. Hoc enim nomen ex bono & facto eſt editum, & dicitur* beneficium *apud nos, nõ* feudum, *ſed* bonum factum. *In qua ſignificatione in vniuerſo ſacræ ſcripturæ corpore inuenitur, vbi ex beneficio Dei non tanquam ex feudo, ſed velut ex benedictione, & bono facto ipſius gubernari dicimur, & nutriri. Et tua quidem magnificentia liquidò recognoſcit, quòd nos ita bene & bono-*

Sal. An. 1158. *honorificè imperialis dignitatis inſigne tuo capiti impoſuimus, vt bonum factum valeat ab omnibus iudicari. Vnde quod quidam verbum hoc, & illud ſcilicet,* Contulimus *tibi inſigne imperialis coronæ, à ſenſu ſuo viſi ſunt ad alium retorquere: non ex merito cauſæ, ſed de voluntate propria, & illorum ſuggeſtione, qui pacem regni & eccleſiæ nullatenus diligunt, hoc egerunt. Per hoc enim vocabulum,* Contulimus, *nil aliud intelleximus, niſi quod ſuperius dictum eſt, impoſuimus. Sanè quod poſtmodum perſonas eccleſiaſticas à debita ſacroſanctæ R. E. viſitatione, vt dicitur, reuocare iuſſiſti, ſitta eſt, quàm inconuenienter actum ſit, tua, fili in Chriſto chariſſime, diſcretio, vt credimus recognoſcit. Nam ſi aliquid apud nos amaritudinis habebas, per nuntios et literas tuas nobis fuerat intimandum, et nos honori tuo curauiſſemus, ſicut filij chariſſimi, prouidere. Nunc igitur quoniam ad commonitionem dilecti filij noſtri Henrici Boiariæ et Saxoniæ ducis, duos de fratribus noſtris Henricum tit. S. Nerei et Achillei, et Iacinctum S. Mariæ in Coſmidin diaconos Cardinales, prudentes ſiquidem et honeſtos viros, ad tuam præſentiam deſtinauimus, celſitudinem tuam monentes et hortantes in Domino, quatenus eos honeſtè, & benignè recipias, & quod ab eis ex parte noſtra tuæ magnificentiæ fuerit intimatum, à ſinceritate cordis noſtri nouerit tua excellentia proceſſiſſe, ac per hoc cum eiſdem filijs noſtris, mediante iam dicto filio noſtro Duce, ita celſitudo tua ſtudeat conuenire, vt inter te ac matrem tuam ſacroſanctam Romanam eccleſiam, nullius diſcordiæ ſeminarium debeat remanere.*

Lxxxi *Papa & Imperat. reconciliati.* Lectis literis, mitigatus eſt Imperator, cætera quæ ſeminarium diſcordiæ præſtarent, Legatis per capitula diſtinxit. *Quibus ad nutum principis, & per omnia bene reſpondentibus, præſulemque Romanum in nullo regiæ dignitati derogare, ſed honorem ac iuſtitiam imperij ſemper illibatam conſeruare pollicentibus, pacem & amicitiam tam ſummo Pontifici, quàm omni clero Romano reddidit; eamque ſigno pacis & oſculo, abſentibus per præſentes deſtinauit.* Radeuicus c. 23.

Lxxxii Eodem tempore Legati Regis Daniæ Cæſarem adeunt, Regi ſuo inueſtituram regni expoſtulant; *Fridericus* annuit iureiurando accepto, quod infra XL. dies poſt reditum ab Italia, Rex curiam peteret, & de manu Imperatoris adminiſtrationem ſuſciperet. *Daciæ legati.* Coacto poſtea vndiq; centum millium exercitu, vt Alpes facilius penetraret, copias quadrifariam partitus, iuſſit caſtra moueri. *Henricus Auſtrius*, & Carantanorum Duces per forum Iulij, & fines Veronæ: *Bertolfus Zaringenſis* Dux Burgundiæ cum Lotharingis per montem Iouium. Per Clauennam & lacum Cumanum Francones, Riparij, & Sueui. Eos Cæſar cum reliquis legionibus eſt ſecutus. *Italiam ingreditur Fridericus cum* 100000. *militibus* Venientes Brixia morari auſa, momentu ſubacta, ſexaginta obſides dedit, non modico ære multata. *Friderico* ſumma cura fuit, certis legibus veterem reuocare diſciplinam caſtrorum. Fuere Leges Caſtrenſes. Lxxxiii

Statuimus, & firmiter obſeruari volumus vt nec miles, nec ſeruiens litem audeat mouere. Quòd ſi alter cum altero rixatus fuerit, neuter debet vociferari ſigna caſtrorum, ne inde ſui concitentur ad pugnam. Quòd ſi lis mota fuerit, nemo debet accurrere cum armis, gladio ſcilicet, lancea, vel ſagittis; ſed indutus lorica, ſcuto, galea, ad litem non portet niſi fuſtem, quo dirimat litem. Nemo vociferabitur ſigna caſtrorum, niſi quærendo hoſpitium ſuum. Sed ſi miles vociferatione ſigni litem commouerit, auferetur ei omne ſuum harnaſcha, & eijcietur de exercitu. Si ſeruus fecerit, tondebitur, verberabitur, & in maxilla comburetur, vel dominus ſuus redimat eum cum omni ſuo harnaſcha.

Qui aliquem vulnerauerit, & hoc ſe feciſſe negauerit, tunc ſi vulneratus per duos veraces teſtes, non conſanguineos ſuos, illum conuincere poteſt, manus ei abſcindatur. Quòd ſi teſtes defuerint, & ille iuramento ſe expurgare voluerit, accuſator ſi vult, poteſt iuramentum refutare, & illum duello impetere.

Si quis homicidium fecerit, & à propinquo occiſi vel amico, vel ſocio, per duos veraces teſtes non conſanguineos occiſi, conuictus fuerit; capitalem ſententiam ſubibit. Verùm ſi teſtes defuerint, & homicida ſe iuramento expurgare voluerit, amicus propinquus occiſi duello eum poteſt impetere.

Si extraneus miles pacificè ad caſtra acceſſerit, ſedens in palefrido ſine ſcuto & armis, ſi quis eum læſerit, pacis violator iudicabitur. Si autem ſedens in dextrario, & habens ſcutum in collo, lanceam in manu, ad caſtra acceſſerit, ſi quis eum læſerit, pacem non violauit.

Miles

Sal. An. 1158.

Miles qui mercatorem ſpoliauerit, dupliciter reddet ablata, & iurabit quòd neſciuit illum mercatorem. Si ſeruus, tondebitur, et in maxilla comburetur, vel dominus ſuus reddet pro eo rapinam.

Quicumque aliquem ſpoliare eccleſiam vel forum viderit, prohibere debet; tamen ſine lite: ſi prohibere non poteſt, reum accuſare debet in curia.

Nemo aliquam mulierem habeat in hoſpitio: qui verò habere præſumpſerit, auferetur ei omne ſuum harnaſch, et excommunicatus habebitur, et mulieri naſus abſcindetur.

Nemo impugnabit caſtrum, quod à curia defenſionem habet.

Si ſeruus furtum fecerit, & in furto fuerit deprehenſus, ſi prius fur non erat, non ideò ſuſpendetur, ſed tondebitur, verberabitur, & in maxilla comburetur, & eijcietur de exercitu, niſi dominus redimat eum cum omni ſuo harnaſch. Si prius fur erat, ſuſpendetur.

Si ſeruus aliquis culpatus, non in furto fuerit deprehenſus, ſequenti die expurgabit ſe iudicio igniti ferri, vel dominus iuramentum pro eo præſtabit. Actor verò iurabit, quòd aliam ob cauſam non interpellat eum de furto, niſi quòd putat culpabilem.

Si quis inuenerit equum alterius, non tondebit eum, nec ignotum faciet, ſed dicet Marſcalco, & tenebit non furtiuè, & imponet ei onus ſuum. Quòd ſi ille qui amiſit equum, in via deprehenderit oneratum, non deijciet onus illius, ſed ſequens ad hoſpitiũ, recipiet equũ ſuũ.

Si quis verò villam, vel domum incenderit, tondebitur, & in maxillis comburetur, & verberabitur.

Faber non comburet carbones in villa, ſed portabit ligna ad hoſpitium ſuum, & ibi comburet: quod ſi in villa fecerit, tondebitur, verberabitur & in maxillis comburetur.

Si quis aliquem læſerit, imponens ei quòd pacem non iurauerit, non erit reus violatæ pacis: niſi ille probare poſſit duobus idoneis teſtibus, quòd pacem iurauerit.

Nemo recipiet ſeruum qui ſine domino eſt: quod ſi fecerit, reddet in duplo quicquid ille abſtulerit.

Quicunq; foueam inuenerit, liberè fruatur ea. Quòd ſi ablata fuerit ei, non reddet malum pro malo, non vlciſcetur iniuriam ſuam, ſed cõqueretur Marſcalco iuſtitiã accepturus.

Sed ſi mercator Teutonicos ciuitatem intrauerit, & emerit mercatum, & portauerit ad exercitum; & cariùs vendiderit in exercitu: Camerarius auferet ei omne forum ſuum, & verberabit eum, & tondebit, & comburet in maxillam.

Nullus Teutonicus habeat ſocium Latinum, niſi ſciat Teutonicum: ſed ſi habuerit, auferetur ei quicquid habet.

Si miles militi conuicia dixerit, negare poteſt iuramento: ſi non negauerit, componet ei ſex libras monetæ, quæ tunc erit in exercitu.

Si quis inuenerit vaſa plena vini, vinum inde extrahat ita cautè, ne vaſa confringat, vel ligamina incidat vaſorum, ne ad damnum exercitus totum vinum effundatur.

Si caſtrum aliquod captum fuerit, bona quæ intus ſunt, auferantur: ſed non incendatur, niſi fortè hoc Marſcalcus faciat.

Si quis venatus fuerit cum canibus venaticis, feram quam inuenerit, & canibus agitauerit, ſine alicuius impedimento habebit.

Si quis per canes leporarios feram fugauerit, non erit neceſſariò ſua, ſed erit occupantis.

Si quis lancea vel gladio feram percuſſerit, & antequam manibus leuatis, alter occupauerit, non occupantis erit: ſed qui occiderit eam, ſine contradictione obtinebit.

Si quis birſando feram baliſta, vel arcu occiderit, eius erit.

Hanc treugam Archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, datis pro ſe dextris firmauerunt, & violatores pacis pontificalis officij ſeueritate coercendos promiſerunt.

Tum Luſtrato exercitu, profectionis, quã nõdum vulgauerat, rationem reddidit. *Regi Regũ gratias agimus, & debere cognoſcimus, quia diuinam voluntatem gerere ciuem veſtro dederit conſilio, & fortitudini; vt debellemus tumidos, & deprimamus ſuperbos. Imperij Romani, cuius nos gerimus miniſterium penes vos fatemur auctoritatem. Ideo ad bellum nos non euadit dominandi libido, vel implacabile odium, quod ad internecionem iniuria ſuadet. Sed honor imperij, ne M. Caroli, & Othonis gloriam videamur iactare. Si paria ſunt acquirere, vel parta tueri, cur proauum metiri dedignamur gloriam, acquiſita tuendo? Heroum ſemitas declinare quis audeat, vbi natalium ſplendor, ardor ætatis, flos iuuentutis, armorum potentia, Geſtorum gloria, hoſtium timor, laborum fructus, iuſtitiæ clamor in reos leſæ maieſtatis vos prouocant.* LXXXIV Friderici oratio ad milites.

Superba Mediolanenſium rebellio à charorũ
Sal. An. 1158. *amplexibus vos abduxit, vt iura reſtituatis*
imperio, imperium Cæſari, Cæſarem populis,
vtrumque vobis; me vt victis regalibus ve-
ſtra poſſim glorioſa circumligare vulnera, &
beneficijs rependere merita; eos verò, ne princi-
pes ſine populis irrideamini vt ſine grege paſto-
rem. Belli cauſam malo indicere, quàm bel-
lum, vt coram Deo, coram vobis, priùs de iu-
ſtitia gloriari poſſim, quàm de triumpho. Læſa
eſt à Mediolanenſibus Maieſtas. Veſtrum
eſt, aut vindicare, aut præterire. Illud vos ar-
bitros dicit imperij: Hoc Italos à veſtro manu-
mittit obſequio. Vtrumque affero, eligite vel
pacē cum ignominia, vel bellum cum gloria.
Bellum, bellum reboauit exercitus. I. Con-
ſulti decreuere tamen Mediolanenſes non
citantur Mediol. aggredi, niſi præmiſſa clarigatione ad ius re-
poſcendum obſequij, & pœnã exigendi. De-
nunciationē præuertere tentarunt Mediola-
nēſes, male ſibi cōſcij, miſſis viris præſtanti-
bus, qui Cæſarem promiſſis, proceres largi-
tionibus delinirent. Re porrò infecta re-
miſſi implerunt vrbe ſolicitudine, turbam
Lxxxv populi lamentis, Senatum conſilijs, plerisq;
optimatum male minantibus belli exitum
licet non deeſſent, qui ſe & Remp. obſtina-
ti perditum irent. Nec nouum, quod deco-
ctores, & miſeri alienis inhiantes, bonis in-
uideant aliorum, ſperantes in turbido ma-
ri expiſcari, quod in placido non aſſequun-
tur. Præterea iuuentus, ſolita manuum la-
Se armat in Frid. bore inopiam ſubleuare, publicis excita lar-
gitionibus vrbanum ocium ingrato labori
prætulerat. Horum præualente ſententia,
tota ciuitas arma corripit, iuuentus vrbana
in centurias deſcribitur, populus omnis ad
bellum accingitur. Deſperata ergo pace,
indicitur à Cæſarianis obſidio. Vt ventum
ad flumem Abduam, cuius alpinæ niues in
aquas reſolutæ, inundarant camporum pla-
nities, apparuerunt in aduerſa ripa expediti
mille circiter equites, parati Cæſari tranſi-
tum prohibere. Hi totum exercitum erant,
retardaturi, niſi Bohemiæ Rex, & *Conradus*
Dacharcius, contempto diſcrimine, per ra-
pidum amnem imperterriti vadum mon-
ſtraſſent. Ducentos, plus minus, vndarum
vehementia abripuit, Mediolanenſes trepidi
refugerunt in vrbem, triſte belli omen ex
primo euentu reportantes. Cæſarianæ legio-
nes refectis pontibus tranſmiſſæ. Ad Lam-
brum amnem caſtramentatus Cęſar, obuiũ
habuit miſerabile Laudenſium agmem, au-
xilium implorantium contra vim, quà ob
ſeruatã imperio fidem, patrio ſolo, fortunis
omnibus exuti, pulſi fuerant, vt ne glebam
terræ haberent, vbi tentoria figerent. *Fri-*
dericus eorum miſeratus ſortem, montem Lxxxvi Laudēſiũ miſeria.
Egethionem, quatuor à Laude paſſuum mil-
libus, vti rogabant, conceſſit non vno Do-
natis priuilegio. Inter hæc *Egbertus* Dyna-
ſta Schardingenſis, Butinenſis, & Neoburgi- Lxxxvii
cus Toparcha, regia neceſſitudine, ingenio,
ac diuitijs clarus ad oſtentationem bellicæ
fortitudinis, iniuſſu Cæſaris cum millenariã
equitum turmà vſque Mediolani portas ex-
currens, valida ciuiũ excipitur multitudine.
Pugnatum primò miſſilibus eminùs, deinde
ferro cominus, ordine adeo confuſo, vt cum
eque equiti hęreret, & puluis dimicantibus vi
ſum adimeret, vix noſſent, quarum partium
eſſent permixti pugnatores. Vicit tandem
multitudo virtutē, iamq; tota *Egberti* turma
pellebatur, cum ille animaduertens cōmili-
tonem equo deturbatum periclitari, obuerſa
fronte recurrit in pugnam, amicum cędi eri-
pit, & incomitatus hoſtem reijcit vſque ad
vallum nemine audente repercutere, donec
conglobati hominem circumfundunt, equo
detractum, & lorica, caſſideque nudatum
concidunt. Fama erat, captum ab hoſte, &
raptum in vrbem, manu carnificis fuiſſe
obtruncatum. Cum eo Schardingenſium
Dynaſtarum occubuit familia. Commilites
amiſſo Duce, in caſtra reuerſos iratus Cęſar
acerbè reprehendit, ſumpturus temeritatis
pœnam; ni ſupplex mitigaſſet exercitus. *An*
neſcitis, aiebat Fridericus, *plus ſtare in impe-*
rio, quàm in victoria? militarem diſcipli-
nam, eſſe imperij ſtabilimentum? Non im-
meritò vincuntur, qui Imperatore præſente,
ſine rectore dimicant. Vincere ſine præcepto
Ducis, infamia eſt. Scitote Omnes, qui de cæ-
tero arroganter egerint, vel minimum quid
præter ordinem mouerint, legum ſeueritate me
in eos vindicaturum.

Poſtridie, quàm malè conflixerant, fuit Mediolanum obſidetur.
dies Auguſti XXV. Cæſar Mediolanum ob-
ſidione cingit, in gyrum è regione por-
tarum, diſtribuens exercitum. Nec enim
turribus, arietibus, tantam ciuitatem atten-
tandam putabat, ſed longà potius obſidione
fatigatos ad deditionem cogere. Vrbani

mini-

Sal. An. 1158. LXXXVIII Mediol. irrũpunt. minimè ſegnes, animaduerſo, *Conradum* Rheni Palatinum Cæſaris fratrem, & *Fridericum* Sueuorum Ducem in extrema caſtrorum parte à ſocijs remotiores, iniuriæ eſſe opportunos, facta poſt ſolis occaſum eruptione, cum præter vigiles tantùm, totus miles feſſa labore corpora, ſomni quiete recreanda ſperaret, diſiectis excubijs, vſque ad dictorum heroum caſtra excurrunt, ſauciant. Audito clamore, Bohemiæ Rex, qui non procul caſtra locauerat, quanta poterat velocitate, ſuos arma capere, equos conſcendere iubet: ipſe cum electis militibus tibicine præcurrit. Cæſariani vbi ex tubarum clangore amici Regis cognouere aduentum, feriores facti, in hoſtem promunt, fugant, proſternunt, quoſdam occiſos, plurimos captos, vel vulneribus confectos.

LXXXIX Vuitelſpachiorum virtus. Alia ex parte *Otho Vuitelſpachius*, cum fratribus *Friderico & Othone* iuniore, ciuitatis portam obuallauerat. Notauit diem quadam vrbanas vigilias ſolito infrequentiores; propterea cogitans experiri fortunam, adueſperante, clanculũ iubet armari milites, ſeruoſq; ignem cum aridę materiæ faſce paratum habere, vt dato ſigno repentè procurrerent, & pontem ac portam ipſam, ſi fieri poſſet exurrerent: Paruere, immittunt ſinguli manipulos in propugnaculum, & in pontis ſublicas flammam propagant. Ciuitas tanto excitata diſcrimine, metuque exterrita, ne flamma vrbem corriperet, tumultuariè accurrit: pars tuetur aggeres, pars reſtinguit incendium. *Vuitelſpachius* è contra tela ſpargere in obſtantes, inſtare vallo, ciueſque ad certamen prolicere. Pugnatum vtrinque ſumma vi; obſcuram noctem incendium, faculæ, tedæque ardentes illuminabant, fragor percutientium, gemitus percuſſorum, voces adhortantium hic inde variè reſonabant. Sauciati ex vtraque parte permulti vt & cęſi. Victoria nulli ceſſit, vtrique triumphus. *Vuitelſpachiorum* præcipua virtus emicuit, non ſine militum æmulatione & hoſtium admiratione. Nec minus Mediolanenſes Cæſaris caſtra fatigabant, ſæpius in vallum miſſis ſagittarijs, vbi *Henricus Auſtriæ* ſtatiua tenebat. Hanc vt illis audaciam excuteret, vocatis in auxilium Hungaris, iubet armari ſuos, & conglobatos præeuntem ſequi ad portæ toties infeſtæ oppugnationem. Hoſtis ad defenſionem frequens accurrit, effunditur extra muros, manus intrepidè conſerit, ſed inſigni clade receptà, multo ciuium obſitus ſanguine & cadaueribus recedit. Id dedecus vt purgaret quidam inſuber iuuenta feruidus, egreſſus mœnibus, cœpit equiſonum artem oſtentare, docilem equum tum in rectum, tum in gyrum agitando vt, ad ſingulare certamen Cæſarianos prouocaret. Quorum alij ſper- XC nebant, alij timebant. Cum *Albertus Andechſius Comes Tyrolēſis* in equum inſilit, ſoloque clypeo protectus & haſtà, in iuuenem inſolentem infeſto gradu inuehitur. Ille ludos repetit, tela vibrat; hic ſcuto ictus declinat, & captato feriendi tempore, tanta ſic haſtam adigit in obſtantem, vt deiectum equo, in arenam euerberat. De proſtrato dedignatus legere ſpolia, maiorem quæſiuit gloriam, arma & vitam donando præcanti. Poſt varias inde velitares pugnas, gyro obſidionis perfecto, qua conſilium Cæſaris erat vrbem expugnare, arriſit fortuna. Sena- XCI Mediol. deditio. tus, populuſque inediâ attritus, faſtu poſito, Cæſaris prēſauit clementiam, ſuadente *Guido Comite Branderatenſi*, viro non minus eloquentiæ quàm ſcientiæ militaris perito. Eo auctore Regem Bohemiæ, & *Henricum Auſtrium* primò conueniunt quibus conciliatoribus, ciuitas in idem recepta, manus dedit menſe Septembri in die Natiuitatis Virginis Deiparæ. Pacis conditiones fuerè ſequentes.

CONDITIONES PACIS MEDIOLANENSIBVS DICTAE. Anno 1158.

XCII *IN nomine D. N. I. C. Hæc eſt conuentio, per quam Mediolanenſes in gratiam Imperatoris redituri ſunt, & permanſuri.*

Cumas & Laudam ciuitates ad honorem imperij reſeruari non prohibebunt, & amodò non impugnabunt, nec deſtruent, & à fodro & viatico, & ab omnimoda exactione ſe ibidem per omnem eorum ditionem continebunt, & vltrò ſe non intromittent; vt ſint liberæ illæ ciuitates, ſicut Mediolanenſes ab ipſis ſũt liberi: excepto reſpectu iuris eccleſiaſtici, quod habent ad Archiepiſcopum, & Eccleſiam Mediolanenſem.

Omnes Mediolanenſes communiter à minoribus vſque ad maiores, ab annis xiiij. & ſupra, vſque ad annos Lxx. fidelitatem domi-

Sal. An. 1158. no Imperatori iurabunt, & ſine malo ingenio, & obſeruabunt.

Palatium imperiale ad honorem domini Imperatoris arbitratu bonorum eleuabunt, & cum debito honore bona fide obſeruabunt.

Pecuniam pro emendatione iniuriarum domino Imperatori, vel dominæ Imperatrici, ſiue Curiæ promiſſam, ſtatutis temporibus perſoluent, hoc eſt, tertiam partem infra xxx. dies, ex quo hæc pactio confirmata fuerit: aliã verò tertiam partem infra octauam beati Martini: tertiam autem reſiduam partem infra octauas Epiphaniæ. Hiſque ſic perſolutis, nullis priuatis teneantur promiſſionibus. Pecuniæ promiſſæ ſumma hæc eſt. Nouem milia marcarum argenti ſiue auri, vel monetæ eiuſdem æſtimationis & precij.

Pro his tantum prætaxatis capitulis, bona fide complendis & conſeruandis CCC. obſides dabunt capitaneos, valuaſſores, populares, quales approbati fuerint à domino Archiepiſcopo Mediolanenſi, & comite Blanderatenſi, & Marchione Guilhelmo Montisferrati, & tribus conſulibus, ſi hæc domino Imperatori placuerint, iuramento aſtrictis, ad hanc electionem fideliter faciendam. Obſides verò in partibus Italiæ omnes ſeruentur, præter L. vel pauciores, per interuentum regis Boemorum Labeslai, & aliorum principum, vltra montes, ſi domino Imperatori placuerit, deferendos. Quibus autem commiſſi fuerint obſides in Italia, iurent in præſentia Mediolanenſium ad hæc prædeſtinatorum, quòd præfixo tempore tranſacto infra octo dies ex quo requiſiti fuerint à Mediolanenſibus, eos eis liberè reddãt, vt illi ſecurè eos habeant, ſi prætaxata capitula ab eis obſeruata fuerint. Tres verò principes Alemaniæ dextras dabunt, quòd obſides illi qui vltra montes deferentur, ſi qui erunt, eodem pacto fideliter reddentur.

Conſules verò, qui nunc ſunt ex auctoritate & conceſſione domini Imperatoris, vſque ad Kalend. Februarij proximè venturas perſeuerent, & pro conſulatu ſuo domino Imperatori iurent. Venturi verò conſules à populo eligantur, & ab ipſo Imperatore confirmentur, quorum medietas ad ipſum veniat, dum in Longobardia fuerit: alibi autem eo exiſtente, duo ad eum ex conſulibus veniant, & iuramento facto, officium conſulatus ſui à domino Imperatore recipiant, pro ſe & ſocijs ſuis facturis idem iuramentum domino Imperatori coram communi ſuæ ciuitatis. Si autem legatus à domino Imperatore deſtinatus fuerit in Italiam, eadẽ coram ipſo & per ipſum fiant.

Legati verò domini Imperatoris in Italiam directi, ſi ciuitatem adierint, in palatio ſedeant, & placita ad eos delata ad honorem Imperij diffiniant.

Antequam caſtra ab obſidione moueantur, captiui omnes reddantur in poteſtatem regis Boemi, qui & ſecuritatem per ſe & honeſtos principes eis faciat, quòd captiuos illos domino Imperatori reddat, ſi eis dominus Imperator pacem fecerit cum Cremonenſibus, Papienſibus, Nouarienſibus, Cumanis, Laudenſibus, Vercellenſibus, non ſolùm autem Mediolanenſibus verum etiam confœderatis eorum, Terdonenſibus, Cremonenſibus & Inſulanis: ſaluo honore domini Imperatoris, & illibatis amicitijs Mediolanenſiũ, & in ſuo ſtatu permanentibus. Si verò pax ei cum prædictis ciuitatibus facta non fuerit, captiui veteres eis reddantur, nec ob id gratia domini Imperatoris ipſi & amici eorum priuentur.

Regalia, veluti monetam, telonium, pedaticum, portus, comitatus, & alia ſimilia, ſi quæ ſunt, commune Mediolanenſium dimittet, & vltra ſe non intromittet, & ſi quis per violentiam hæc obtinere voluerit, & iuſticiam inde coram domino Imperatore, vel nuncio eius facere noluerit, Mediolanenſes vindictam de eo pro ſua poſſibilitate ſument in perſona & poſſeſſione, & regalia domino Imperatori reſtituent ſine fraude & malo ingenio.

Hoc pacto & ordine dominus Imperator Mediolanenſis Cremenſes cum C xx. marcarũ emendatione in gratiam ſuam recipiet; & eos, & amicos eorum in plena Curia publicè à Banno abſoluet, & captiuos eorum omnes, veteres & nouos, eis reddet, ſtatim poſtquam obſides Imperatori dederint, & captiuos tam veteres quàm nouos in manum Regis Boemorum reddiderint.

Datis autem obſidibus & captiuis, altera die vel tertia, exercitus ab obſidione recedet, & dominus Imperator Mediolanenſes, & eorum res clementer tractabit.

Commune Mediolani præfatas conditiones ſeruabit plenariè, bona fide, ſine fraude, & malo ingenio, quantum non permanſerit per iuſtum impedimentum, & per parabolam Friderici Romani Imperatoris, vel nuncij

Sal. An. 1158. LXV *eius, aut eius ſucceſſoris.*
Collectam prædictæ pecuniæ liceat modo facere Mediolanenſibus ab his, quos in ſua ſocietate habere conſueuerant, præter Cumanos, Laudenſes, & eos qui de comitatu Sefrenſi fidelitatem domino Imperatori nuper iurauerunt.

xciii Mediol. miſeria. Hiſce conditionibus in gratiam recepta
Mediol. hoc ordine venerunt in Curiam.
Tota ciuitas in geminum agmen diuiſa, ſupplici habitu in caſtra proceſſit, ſeque prouoluit ad *Friderici* pedes: Primos ordines ducebat Archiepiſcopus prælato Crucis ſigno: totus ſequebatur Clerus nudis pedibus, vili amictu. Alterum agmem conſtabat ex ciuibus, quorum primi conſules, & maiores ciuitatis abiecta veſte, nudis pedibus, exertos ſuper ceruices gladios ferentes, & mœſtà voce pauca in rem ſuam per Oratorem dixere, veniam admiſſorum rogantes, & pollicentes, ſe, ſi id gratiæ impetrarent, deinceps cum fidiſſimis quibuſque, obſequio & omni operà prò Cæſare certaturos. Tunc Diuus Auguſtus placido eos vultu intuens, lætari ſe & Deo gratulari reſpondit, dolere verò malis, quæ ſua ipſi voluntate toleraſſent: hanc ſibi eſſe cauſam gaudendi, quod nobilis ciuitas ad bonam mentem rediјſſet, ſpemque faceret, præteritorum memoriam obliterandi ſtudijs obſequendi. Id ſi præſtarent, nihil fore, cur de ipſius beneuolentià quicquá deceſſurum vererentur. Recitatis more conditionibus pacis, dextras accipiunt, ſignumque imperialis vexilli in ciuitate receptum prò iudicio erigitur victoriæ. Motis dehinc
xciv castris, Modoetiam perrexit, veterem Re-
Modoetiã reſtituit. gni Longobardici ſedem, quam à Mediolanenſibus euerſam, priſtino decori & iuribus reſtituit. Poſt, dimiſſa in Germaniam magna copiarum parte, in Veronenſes mouit, qui Gardæ caſtrum occuparant. Poſtquam copias vado trans Atheſim deportarat, arces ſubegit, agrum vaſtauit, eoque compulit, vt fidelitatem iurarent. Denuò reuertens, ſicut ante Atheſim vado tranſiuit, nullo pontis vel nauigij egens adminiculo. Tanta ſi quidem clementia Cœli, tanta terræ fertilitas, tanta fluuiorum arriditas, & contracta violentià, vt clementia ipſa fortitudinis Diui Imperatoris famulari, diceren-
xcv tur. Iјſdem diebus *Otto Vuitelſpachius* in Ferrarienſes mouens, qui Circumpadanum agrum, *Mathildis* olim patrimonium inuaſerant, alueum quo ſe Padus ad munimentum ciuitatis partitur, abſque nauibus tranſmeans, inopinatus ſuperuenit, ordinatiſque ad votum omnibus rebus, quadraginta vadibus acceptis, redijt: Dehinc calonum turbam, meretricum, & lixarum, quæ ſe exercitui plurima immiſcuerat, militumque animos effœminare poterat, antiquorum Imperatorum exemplo propellendam ac
deterrendam decernit. Conuocato poſtea xcvi Conſtituti Imperialis.
ad Roncalias Principum conuentu, nouam
Laudenſibus ciuitatem extruere, & legibus
Italiam ordinare adorſus eſt. Quatuor iudices habuit videlicet *Bulgarum, Martinum, Iacobum, Hugonem, viros diſertos, religioſos, & in lege doctiſſimos, legumque in ciuitate Bononienſi doctores, & multorum auditorum
præceptores: cum his, alijſque legis peritis, qui* xcvii Mos ſedẽdi crucem.
*diuerſi ex diuerſis ciuitatibus aderant, audie-
bat, diſcutiebat, & terminabat negotia. Videns autem multitudinem eorum, qui cruces baiularent: is enim Italorum mos eſt, vt habentes querelas crucem manibus præferant, miſertus illorum, ait mirari ſe prudentiam Latinorum, qui cum præcipuè de ſcientia legum glorientur, maxime legum inuenirentur tranſgreſſores; quamquam ſint tenaces iuſtitiæ ſectatores, in tot eſurientibus & ſitientibus iuſtitiam euidenter apparere. Diuino itaque vſus conſilio, ſingulis Diœceſanis ſingulos iudices præpoſuit: non tamen de ſua ciuitate, ſed vel de alijs ciuitatibus: hac eos commutans ratione, ne ſi ciuis ciuibus præficeretur, aut gratia, aut odio leuiter ac vero poſſet auerti. Sicque factum eſt, vt de tantà querulorum multitudine vix vllus ſuperfuiſſet, qui non aut plenam de lite victoriam, ſiue iuſtitiam, aut competentem cum aduerſario
tranſactionem ſe gauderet reportare. Deinde* xcviii
*ſuper iuſtitià regni, & de regalibus, quæ longo iam tempore ſeu temeritate peruadentium, ſeu regum neglectus deperierant, ſtudioſe diſcernens, cum nullam inuenirent defenſionem, tam Epiſcopi, quàm primates & ciuitates vno aſſenſu in manum principis regalia reddidere, primiq; reſignantium Mediolanenſes extitere.
Requiſitique de hoc ipſo iure, quid eſſet? adiu-* ic
dicauerunt Ducatus, Marchias, Comitatus, conſulatus, monetas, telonia, fodrum, vectigalia, portus, pedatica, molendina, piſcarias, portus, omnemque vtilitatem ex decurſu fluminum

num prouenientem: nec de terra tantum, verùm etiam de ſuis proprijs capitibus cenſus annui redditionem. Hiſque omnibus in fiſcum adnumeratis, tanta circa priſtinos poſſeſſores vſus eſt liberalitate, vt quicumque donatione regum aliquid horum ſe poſſidere inſtrumentis legitimis edocere poterat, is etiam nunc imperiali beneficio, & regni nomine idipſum perpetuo poſſideret. Ex his tamen qui nullo iure, ſed ſola præſumptione de regalibus ſe intromiſerant, XXX. millia talentorum, plus, minuſuè reditibus publicis per ſingulos annos acceſſere.

Sel. An. 1158.

e

Ius creandi Magiſtratus Vrbium.

Decernit inſuper in ſingulis ciuitatibus poteſtates, conſules, cæteroſue Magiſtratus aſſenſu populi per ipſum creare debere, qui fideles ſimul & prudentes & principi honorem, & ciuibus iuſtitiam noſſent conſeruare. De his omnibus fideliter obſeruandis, ab omnibus ciuitatibus & ſacramenta præſtita, & vades prolibitu Imperatoris exhibiti. Pax etiam in
ci *communi iuratur eo tenore, vt nec ciuitas ciuitatem, nec homo hominem impugnaret, niſi hoc à principe ſibi foret impetratum.* Radeuicus *lib.2.c.6.*

Iura feudorũ l.2.feud. tit.55.

Poſtremo de iure Feudorum, quod Latini ſcripto nondum ſufficienter expreſſetant, vel promulgata corruperant, leges promulgauit ſequentes.

Feudorum Leges.

cii *Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus. Imperialem decet ſolertiam ita reipub. curam gerere, & ſubiectorum commoda inueſtigare, vt regni vtilitas incorrupta permaneat, & ſingulorum ſtatus iugiter ſeruetur illæſus: Quapropter cùm ex prædeceſſorum more vniuerſali curia Roncaliæ pro tribunali ſederemus, à principibus Italicis, tam rectoribus eccleſiarum quàm alijs fidelibus regni, non modicas accepimus querelas, quòd beneficia eorum & feuda, quæ vaſalli ab eis tenebant, ſine dominorum licentia pignori obligauerant, & quadam colluſione nomine vel libelli vendiderant: vnde debita ſeruitia amittebant, & bonorum imperij noſtræ felicis expeditionis complementum minuebant.*

Habito igitur conſilio Epiſcoporum, Ducum, Marchionum & Comitum, ſimul etiam Palatinorum, iudicum, & aliorum procerum, hac edictali lege, Deo propitio perpetuò valitura, ſancimus, vt nulli liceat feudum totum vel partem aliquam vendere, vel pignorare, vel quomodolibet alienare, vel pro anima iudicare, ſine permiſſione maioris domini ad quem feudum ſpectare dinoſcitur. Vnde Imperator Lotharius tãtùm in futurum cauens, ne fieret, promulgauit: Nos autem ad pleniorem regni vtilitatem prouidentes, non ſolùm in poſterum, ſed etiam huiuſmodi prius illicitas alienationes perpetratas, hac præſenti ſanctione caſſamus, & in irritum deducimus, nullius temporis præſcriptione impedientes, emptori bona fidei de precio actione contra venditorem competente. Callidis inſuper quorundam machinationibus obuiantes, qui precio accepto, quaſi ſub colore inueſtituræ, quam ſibi licere dicunt, feuda vendunt & in alios transferunt, ne tale figmentum, vel aliud vlterius in fraudem huius noſtræ conſtitutionis excogitetur, omnibus modis prohibemus: plena auctoritate noſtra ſtatuentes, vt venditor & emptor, qui tam illicita contraxiſſe repertus fuerit, feudum amittat, & ad dominum liberè reuertatur: ſcriba verò qui ſuper hoc inſtrumentum ſciens conſcripſerit, poſt amiſſionem officij, cum infamia periculo manum amittat.

Præterea ſi quis infeudatus maior quatuordecim annis, ſua incuria vel negligentia per annum & diem ſteterit, quòd feudi inueſtituram à primo domino non petierit, tranſacto hoc ſpacio, feudum amittat, & ad dominum redeat.

Firmiter etiam ſtatuimus, tam in Italia quam Alemannia, vt quicunque indicta publicè expeditione vocatus à domino ſuo, ad eandem expeditionem ſpacio competenti venire ſuperſederit, vel alium pro ſe domino acceptabilem mittere contempſerit, vel dimidium reditus feudi vnius anni domino non miniſtrauerit, feudum quod ab epiſcopo, aut ab alio domino habet, amittat: & dominus feudi in vſus ſuos illud redigendi omnibus modis habeat poteſtatem.

Præterea Ducatus, Marchia, Comitatus de cætero non diuidatur: aliud autem feudum, ſi conſortes voluerint, diuidatur: ita vt omnes qui partem feudi habent tam diuiſi, vel diuidendi, fidelitatem domino faciant: ita tamen vt vaſallus plures dominos non compellatur habere, nec dominus feudum ſine voluntate vaſallorum ad alium transferat.

Inſuper ſi filius vaſalli dominum offenderit, pater à domino requiſitus, adducat filium

ad

Sal. An. 1158. ad ſatisfaciendum domino, vel à ſe filium ſeparet: alioquin feudo priuetur. Si verò pater vult eum deducere vt ſatisfaciat, filius autem contemnit, patre mortuo in feudum non ſuceedat, niſi prius domino ſatisfecerit: parique modo vaſallus pro omnibus ſuis domeſticis ſatisfaciat.

Illud quoque præcipimus, vt ſi vaſallus de feudo alium vaſallum habuerit, & vaſallus vaſalli dominum domini ſui offenderit, niſi pro ſeruitio alterius domini ſui hoc fecerit, quem ſine fraude antea habuit, feudo priuetur, & ad dominum ſuum à quo ipſe tenebat, reuertatur: niſi requiſitus ab eo, paratus fuerit ſatisfacere maiori domino, quem offendit: & niſi vaſallus, idemq; dominus à ſuo domino requiſitus, eum qui maiorem dominum offendit, requiſierit, vt ſatisfaciat, feudum amittat.

Præterea ſi de feudo inter duos vaſallos ſit controuerſia, domini ſit cognitio, & per eum controuerſia terminetur. Si verò inter dominum & vaſallum lis oriatur, per pares curiæ à domino ſub debito fidelitatis coniuratio terminetur.

Illud quoq; ſancimus, vt in omni ſacramēto fidelitatis, Imperator nominatim excipiatur.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, vniuerſis ſuo ſubiectis imperio, hac edictali lege in perpetuum valitura iubemus, vt omnes noſtro ſubiecti imperio, veram & perpetuam pacem inter ſe obſeruent, & vt inuiolatum inter omnes fædus perpetuò ſeruetur.

Duces, Marchiones, Comites, Capitanei, valuaßores, omnium locorum rectores, cum omnium locorum primatibus & plebeijs, à XVIII anno vſque ad LXX. iureiurando obſtringantur, vt pacem teneant, & rectores locorum adiuuent in pace tuenda atque vindicanda, & in fine vniuſcuiuſque quinquennij omnium ſacramenta de prædicta pace tenenda renouentur.

Si verò quis aliquod ius de quacunque cauſa, vel facto contra aliquem ſe habere putauerit, ad iudicialem redeat poteſtatem, & per eam ſibi competens ius aſſequatur.

Si quis verò temerario auſu prædictam pacem violare præſumpſerit, ſi ciuitas eſt, pæna C. librarum auri cameræ noſtræ inferenda puniatur: oppidum verò XX. libris auri multetur. Duces autem & Marchiones & Comites L. libras præſtent. Capitanei verò & maiores vauaſſores XX. libris auri puniantur. Minores autem valuaſſores, & omnes alij prædictæ pacis violatores VI. libras auri inferre compellantur, & damnum pacis ſecundum leges reſarciant.

Iniuria ſeu furtum legitimè puniatur.

Homicidium, & membrorum diminutio, vel aliud quodlibet delictum legaliter vindicetur.

Iudices verò, & locorum defenſores, vel quicumque magiſtratus ab Imperatore, vel eius poteſtate conſtituti, ſeu confirmati, qui iuſtitiam facere neglexerint, & pacem violatam vindicare legitimè ſuperſederint, damnum omne, & iniuriam pacis reſarcire compellantur: & inſuper ſi maior iudex eſt, ſacro ærario in pænam X. libras auri præſtet, minor autem pæna trium librarum auri multetur. Qui verò ad prædictam pænam perſoluendam inopia dignoſcitur laborare, corporis ſui coertionem cum verberibus patiatur, & procul ab eo loco quem inhabitat, quinquaginta miliaria per quinquennium vitam agat.

Conuenticula quoque & omnes coniurationes in ciuitatibus & extrà, etiam occaſione parentelæ, inter ciuitatem, & inter perſonam & perſonam, ſiue inter ciuitatem & perſonam, omnibus modis fieri prohibemus, & in præteritum factas caſſamus, ſingulis coniuratorum pæna vnius libræ auri percellendis.

Epiſcopos quoque locorum eccleſiaſtica cenſura violatores huius ſanctionis, donec ad ſatisfactionem veniant, coercere volumus.

Receptoribus etiam malefactorum, qui prædictam pacem violauerint, & ementibus, noſtra indignationi ſubijciendis, & eadem pæna feriendis.

Præterea bona eius publicentur, & domus deſtruantur, qui pacem iurare & tenere noluerit, & leges pacis non ſeruat.

Illicitas etiam exactiones, maximè ab eccleſia, quarum abuſio iam per longa tempora inoleuit, per ciuitates & caſtella omnimodis condemnamus, & prohibemus: & ſi factæ fuerint, in duplum reddantur.

Item ſacramenta pupillorum ſponte facta ſuper contractibus rerum ſuarum non retractandis, inuiolabiliter cuſtodiantur. Per vim autem, vel iniuſtum metum, etiam à maioribus, maximè ne querimoniam maleficiorum commißorum faciant, extorta ſacramenta nullius eſſe momenti iubemus.

Ad

Ad hæc qui allodium ſuum vendiderit, di-
Sal. Anno 1158. *ſtrictum & iuriſdictionem Imperatoris vendere non præſumat: & ſi fecerit, non valeat.*

Ex ciuitatibus autem, quæ coram Princi-
cxii Cremon. & Plac. diſceptatio. pe diſceptarunt, Cremonenſes cum Placentinis grauiſſimè contendere. Ad veteres inimicitias illud acceſſerat, quod Cremonenſes ad conuentum venientes Placentini prælio, quod torneamentum vocabant, laceſſiuerant, ac ſecum decertare coegerant; in quo multi vtrinque ſauciati, & occiſi. Cumque Cremonenſes reos dicerent Maieſtatis Placentinos; Placentini ſe iniuriam propulſaſſe, non intuliſſe reſponderent; Fridericus Placẽtinos, quod cauſam ſuã minus probarent, & regno infidi fuiſſent, damnauit, vt præter non paucæ pecuniæ multam, vallos nuper vrbi obiectos diſcuterent, turres altiores deprimerent, foſſamque vrbis explerent, non tam zelo iuſtitiæ, quàm vindictæ, quia ho-
cxiii ſtes fuiſſent imperij. Iuſſit etiam in gratiam Cremonenſium, vt Cremenſes muros caſtri degerent, & aquarum decurſus ad riuos ſuos
cxiv Modætiã Cæſaris iudicatur. redire permitterent. De Modætiæ inde iure diſceptatum, quod ſibi vendicabant Mediolanenſes, cum tamen ad Regem pertinere ex arbitrorum ſententia eſt iudicatum, quia
cxv Modætia olim ſedes fuerit regia. Dimiſſo inde conuentu, nuncios *Conradum* Epiſcopum Eiſtratenſem, & Comitem Emichonem in Sardiniam & Corſicam ad eas inſulas miſit conſtituendos, eoſque Piſanis, & Ianuenſibus commendauit. Verum Piſanis, & Ianuenſibus inſularum poſſeſſionem retinerè volentibus, legati receſſerunt. Loci ſecuritate confiſi ſuperbiebant Ianuenſes; Natura namque ciuitatem ita ex omni parte vallauerat, vt vel propter eminentium Alpium prærupta & inuia, vel Tyrrheni maris, quo litus ipſum alluitur, fluctibus ad eam nec facile peruenire fuerit. *Auguſtus* autem nullo horum motus, etiam cum naturà certare non diffidebat, vt quod illa ſitu loci inexpugnabile fecerat, ipſe magnitudine animi, ac virtute ſuperandum putaret. Propius itaque Ianuenſium finibus mouens, ac Boſchum progreſſus, ita deterruit, vt ad pacem ſuplices confugere compelleret ſequenti pacto. *Fridericus ciuitatem Ianuenſem in gratiam, ac tutelam accipit; neque delationes* Ianuẽſes
aduerſus eos recipiet, niſi aduerſus eos, qui in gratiã recepti.
vias infeſtas reddiderint, nec poſſeſſiones eorum turbabit. Populus Ianuenſis fidem Friderico iurabit, ita tamen vt ſacramento illa neque milites, neque ſtipendium dare teneatur & regalia remittet, quæ iure ad Imperatorem pertinere cognouerit. Mille marchas argenti fiſco perſoluet, & à munienda vrbe ceſſabit. His geſtis, *Fridericus* pro milite cxvi
recreando, in optimis, & nondum bello tactis Italiæ locis hyemare ſtatuit, atq; Albam in hyberna conceſſit. Aliquot hoc anno recurrunt Principum funera. *Fridericus Colon. Archiep.* tertio Pontif. Anno defunctus. Exuriæ pars Ticini tumulatæ, pars Coloniã deuectæ. *Conradus Dachautenſis*, Croatiæ & Dalmatiæ Regulus, Bergomi moritur: fũnus ductum in Bauariam, illatumque Schirenſi conditorio. Occubuit etiam *Otto Friſingenſis Ep.* geſtorum Friderici compilator vſque ad annum 1156. cuius continuator *Radeuicus*. Cæterum annus hic ingenti ſic-
citate inſignis fuit: nam cum à Kal. Maijs Siccitas terræ.
vſque ad exitum ſequentis Aprilis cœleſtes aquæ nullæ fuiſſent, putei ipſi vix media hyeme aliquid humoris ſuppeditarunt. Initio
anni cum *Fridericus* Albę natalem Domini Anno 1159.
celebraret, chartulanos ad *fodrum* regium colligendum, & principes ad creandum in vrbibus conſules, alium alio deſtinauit. Vectigalia quæ fuerant Comitiſſæ *Mathildis*, à Duce *Vvelphone*, ſeu quo alio diſſipata coegit, coactaque eidem poſtea reddidit.

NOVA DISSIDIA INTER PONTIFICEM ET IMPER. Anno 1159.

Friderico in hybernis agente, Adrianus Romanæ vrbis antiſtes quorundam inſtinctu, ea quæ iam inter ipſum & Imperatorem apud Auguſtam ſopita fuerant, refricare cœpit, & denuò meminiſſe, modò nunciorum ſuorum iniuriam, modo eorum, qui pro colligendo fodro directi fuerant inſolentiam, & caſtellanorum ſuorum grauamen incuſans, ſe pro bonis mala ſuſcepiſſe, Imperatorem beneficijs ſuis ingratum exiſtere. Proinde occaſionem quærens, cùm audiſſet quòd regalia principi tam ab Epiſcopis & Abbatibus, quã à ciuitatibus & proceribus recognita fuere, literas in fronte quidem leniores, diligentius verò conſiderata, acriori commonitione plenas, ſuper hoc negotio dirigit: eaſq; quidam

indi-

Sal. An. 1158. *indignus, & vilis nuncius præſentans, antequam recitatæ fuiſſent, diſparuit. Qua de re commotus, caloreque iuuenili ad vicem rependendam accenſus, meditationem concipit, non quidem per abiectam, ſed per honoratam illi reſpondere perſonam. Iam antea miſſus fuerat ad ſedem apoſtolicam epiſcopus Vercellenſis, amicam deferens petitionem, quatenus Guidonem nobilem iuuenem, filium comitis Guidonis Blanderatenſis, cuius ſuprà mentionem fecimus, quem loco Anſelmi princeps in Rauennate eccleſia ſubrogari fecerat, ibidem confirmaret & ordinaret. Nam idem iuuenis infrà ſacros ordines adhuc exiſtebat, & clericus Romanæ eccleſiæ pridem factus, ac in ſubdiaconum à Papa Adriano conſecratus, non niſi eius conniuentia & aſſenſu in aliam eccleſiam transferendus putabatur. Cùm autem hoc à Romano pontifice, volente in irritū reuocare quod factum fuerat, negaretur, mittitur denuò Hermannus Verdenſis epiſcopus in idipſum, eiuſque negotium item effectu caruit. Quod ſi quis pleniùs ſcire deſiderat, epiſtolas vtrinque directas conſulat, quorum talia ſcripta inueniuntur.*

Reſcriptum Imper. Friderici ad Papam pro confirmatione electi Rauennenſis.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus, Adriano Romanæ eccleſiæ venerabili pontifici.

Dilecto & fideli noſtro Anſelmo, bonæ memoriæ Rauennenſis eccleſiæ venerabili epiſcopo defuncto, ne curia noſtra diutius tanto careret principe, operam dare curauimus, loco eius talem ſubrogari perſonam, quæ pro tempore ad reſarcienda eccleſiæ illius damna, & ad noſtrum peragendum ſeruitium apta videretur. Ante omnia autem præ oculis mentis habentes, & aure non ſurda audientes, quod ſcriptum eſt, Honorem inuicem præuenientes, *filium comitis Blanderatenſis, quem vos in clericum Romanæ eccleſiæ, & filium noſtra petitione aſſumpſiſſe recordati ſumus, viciſſim ad honorem veſtrum, & S. Romanæ eccleſiæ altiùs ſublimari intendimus: in ea præſertim eccleſia, quam poſt ſanctam Romanam eccleſiam, aut maximam, aut vnam de maximis, habemus, noſtraque voluntatis propoſito, diuina fauente clementia, in electione illius perſonæ, concorditer & voluntariè vniuerſa Rauennas conuenit eccleſia, præſentibus viris honeſtiſſimis, legato noſtro & veſtro, hinc Iacincto cardinali; inde Hermanno Verdenſi epiſcopo. Scientia autem & moribus in perſonam præfati electi vnà cum genere conuenientibus, propter reuerendum veſtræ paternitatis teſtimonium, commendabilior & acceptior eadem perſona nobis iam facta eſt, quàm vtiq; etiam diligi à vobis, & honorari gaudemus, & volumus: ea tamen ratione & ordine, qua patres filios ſuos ſolent diligere, quos ſuo tempore & manumittunt, & domui ſuæ prouidere permittunt. Et quidem decentiſſimum eſt, ſanctam Romanam eccleſiam, tanquam matrem omnium eccleſiarum, filios, qui ſunt fructus ventris, aggregare, & aggregatos ad decorem domus Dei, per domos & familias diſtribuere: quibus etiam noſtrum imperium, tanquam ab vtero & gremio matris noſtræ progredientibus, & debeat & velit congruum honorem impendere. Proinde altiori conſideratione veſtra perpendat diſcretio, quid in hac cauſa tam veſtræ, quàm noſtræ maieſtati & honeſtati conueniat.*

Epiſtola reſponſiua Adriani papę ad Imper.

Adrianus ſeruus ſeruorum Dei, chariſſimo in Chriſto filio Friderico, illuſtri Romanorum Imp. ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Qualiter ſuperni conditoris intuitu, & tam excellentiæ tuæ, quàm dilecti filij noſtri Guidonis Blanderatenſis comitis interuentu, dilectum filium Guidonem ſubdiaconum noſtrum eiuſdem comitis filium, olim in familiaritatem, & in noſtrum conſortium receperimus, qualiter etiam intuitu probitatis eiuſdem, atq; pro honore & vtilitate ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, tanquam ſi in diaconum iam fuerit ordinatus, eccleſiam ei ſpecialiter aſſignauerimus, & nos profectò memores, & à ſerenitatis tuæ memoria non credimus excidiſſe. Nunc autem honeſtatem ipſius conſiderantes, & prouectum ſcientiæ, ſi ei vita comes fuerit, attendentes: intelligentes etiam quanta per eum, ac per nobiles, & potentes parentes ipſius, ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ adhuc potuerint commoda prouenire, & ad quantum dignitatis apicem in eadem Romana eccleſia ipſe valeat, vita generi concordante, conſcendere, cum à ſede apoſtolica in ſubdiaconatus officium ſit promotus, et ei tanquam ſi iam diaconus eſſet, ſicut ſuperius dictum eſt, à nobis ſit eccleſia ſpecialiter aſſignata: communicato fratrum noſtrorum conſilio, à noſtro latere tam precioſum pignus, iuxta petitionem excellentiæ tuæ,

Sal. An. 1158. *non potuimus remouere: ſed ipſum opportunitate accepta, Deo auctore, in Romana eccleſia ad honorem eiuſdem eccleſiæ & imperij intendimus ordinare: vt vel in ea, prout diuina gratia propoſuerit, quandoque ad ſublimiora conſcendat: vel exinde ad alterius eccleſiaſticæ faſtigium dignitatis ipſum contingat, auxiliante Domino, peruenire. Conuenientius ſiquidem eſt: vt qui filius & clericus eſt Romanæ eccleſiæ, ab eius gremio non recedat, & ipſa ei circa ſe locum dignitatis conferens, eidem inde prouideat altiora. Ipſa etenim viros & moribus & ſcientia adornatos, præditos honeſtate, & ſanguinis nobilitate præclaros, ad ſe libenter euocat, & eos aliunde conſueuit admittere, non ſe talibus, cùm ipſo in gremio ſuo habeat, facilè ſpoliare. Quia igitur hoc decentius eſſe conſpicimus, & honorabilius exiſtere arbitramur, confidentes etiam imperatoriæ maieſtati hoc potiùs debere placere, & gratum atque acceptum eſſe, poſtulationem tuam in hac parte non duximus admittendam: credentes atque ſperantes, quòd ex quo ſuper hoc cognoueris voluntatem, tu ipſe noſtram intentionem & propoſitum commendabis.*

cxx lib. 2. c. 10. Facit Fridericus nomen ſuũ preponi Pontificis nomini. *Princeps ergo* (proſequitur Radeuicus) *& ipſe acceptà occaſione, ſuam hoc modo ſolatur indignationem. Iubet notario, vt in ſcribendis chartis nomen ſuum præferens, Romani Epiſcopi ſubſecundet, & dictionibus ſingularis numeri ipſum alloquatur. Qui mos ſcribendi cum antiquitus in vſu eſſet communi; à modernis, ob quandam perſonarum reuerentiam & honorem, putatur immutatus. Aiebat ſiquidem Imperator, aut Papam debere ſeruare ſuorum anteceſſorum ad perſonam imperialem ſcribendi conſuetudinem: aut ſe ipſum antiquorum principum morem in ſuis epiſtolis oportere obſeruare. Hæc itaque cauſa ſermonum & nunciorum, maiorem inter eos ſimultatis fomitem miniſtrauit, intantum, vt quædam literæ deprehenſæ dicerentur, à ſede Apoſtolica directæ, quæ Mediolanenſes, & quaſdam alias ciuitates, rurſùs ad defectionem hortarentur.* Illud etiam non eſt iracundiæ prætermittendum incitamentum, quod ex literis *Eberhardi* Babenbergenſis Epiſcopi ad *Henricum* Cardinalem S. R. E. nouimus

Papa concitat mediol.

cxxi accidiſſe, Scripſerat *Hadrianus* Papa ad *Fridericum* literas, doloris ac acerbitatis plenas, quibus ſimul, nè controuerſiam Brixianorum & Bergomatium de duorum caſtrorum proprietate inter ſe contendentium cognoſceret, propè per interdicti ſpeciem poſtularat; quas qui reddidit, illud abſurdè adiecit, quod confeſtim ſe è conſpectu Imperatoris, & regiæ aulæ abripuit. Quo facto indignatus *Fridericus* graues ad eum literas reſcripſit, ac nomen ſuum nomini eius præpoſuit, & ſingulari eum numero appellauit. *haſce literas non habemus*, Itaque incenſus *Hadrianus* nouum remiſit epiſtolium, quod *Nauclerus* in Hirſaugienſi cœnobio, Spirenſis diœceſis, reperiſſe teſtatur.

Adrianus epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Friderico Romano Imperatori ſalutem, & apoſtolicam benedictionem.

Lex diuina ſicut parentes honorantibus longæuitatem promittit, ita maledicentibus patri & matri ſententiam mortis intendit. Veritatis autem voce docemur, quia omnis qui ſe exaltat, humiliabitur. Quapropter, dilecte in domino fili, ſuper prudentia tua non mediocriter admiramur, quòd B. Petro & ſanctæ Romanæ eccleſiæ non quantam deberes exhibere reuerentiam videris. In literis enim ad nos miſſis nomen tuum noſtro præponis, in quo inſolentiæ, ne dicam arrogantiæ, notam incurris. Quid dicam de fidelitate beato Petro & nobis à te promiſſa & iurata quomodo eum obſerues, cùm ab ijs qui dij ſunt & filij excelſi omnes (epiſcopis videlicet) homagium requiris, fidelitatem exigis, & manus eorum ſacratas manibus tuis innectis, & manifeſte factus nobis contrarius, Cardinalibus à latere noſtro directis non ſolùm eccleſias, ſed & ciuitates regni tui claudis? Reſipiſce ergo, reſipiſce, tibi conſulimus: quia dum à nobis conſecrationem & coronam merueris, dum inconceſſa captas, ne conceſſa perdas, nobilitati tuæ timemus.

Ad hanc Epiſtolam Fridericus ſic reſcripſit.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Adriano eccleſiæ catholicæ pontifici, omnibus illis adhærere quæ cœpit Ieſus facere & docere.

Lex iuſtitiæ vnicuique quod ſuum eſt, reſtituit. cxxii *Non enim parentibus noſtris derogamus, quibus in hoc regno debitum exhibemus honorem, à quibus videlicet primogenitoribus noſtris & regni dignitatem ſuſcepimus & coronam. Numquid tempore Coſtantini Syluester, Regalis aliquid habuiſſe dignoſcitur?*

Sed

Sal. An. 1158. *Sed eius pietatis conceſſione, libertas reſtituta eſt eccleſiæ, pax reſtituta eſt: & quicquid Papatus veſter Regalis habere dignoſcitur, largitione principum obtinet. Vnde cum Romano pontifici ſcribimus, iure antiquo & nomen præponimus, & ad iuſtitiæ normam eidem nobis ſcribenti concedimus. Reuoluite Annales, & ſi lectum neglexiſtis, quod aſſerimus illic inuenitur. Ab ijs autem qui Dei ſunt, per adoptionem & regalia noſtra tenent, cur homagium & regalia ſacramenta non exigamus? Cùm ille noſter & veſter inſtitutor, ab homine rege nihil accipiens, ſed omnia bona omnibus conferens, qui pro ſe & Petro cenſum Cæſari perſoluit, & exemplum vobis dedit vt ita faciatis, doceat vos dicens:* Diſcite à me, quia mitis ſum, & humilis corde. *Aut igitur regalia noſtra nobis dimittant, aut, ſi hæc vtilia iudicauerint, quæ Dei, Deo, quæ Cæſaris, Cæſari perſoluant. Cardinalibus vſique veſtris clauſæ ſunt eccleſiæ, & non patent ciuitates, quia non videmus eos prædicatores: non pacis corroboratores, ſed pecuniæ raptores: non orbis reparatores, ſed auri inſatiabiles corroſores. Cùm autem viderimus eos, quales requirit eccleſia, portantes pacem, illuminantes patriam, aſſiſtentes cauſæ humilium in æquitate, neceſſarijs ſtipendijs & commeatu eos ſuſtentare non differemus. Humilitatis autem, quæ eſt cuſtos virtutum, & manſuetudinis veſtræ non minimam notam inuritis, cum huiuſmodi quæſtiones religioni non multum conferentes, ſecularibus perſonis proponitis. Prouideat itaque paternitas veſtra, ne dum talia mouet, quæ indigna ducimus, offendiculum ponat illis, qui velut ad imbrem ſerotinum ori veſtro aures ſuas arrigere feſtinant. Non enim non poſſumus reſpondere auditis, cum ſuperbiæ deteſtabilem beſtiam, vſque ad ſedem Petri reptaſſe videmus. Paci eccleſiæ bene ſemper prouidentes, bene ſemper valete.*

cxxiii Porrò cum veritas geſtorum faciliùs ab extraneis, quàm à litigantibus elucefcat, epiſtolas ſubijciamus, quæ tunc temporis à viris clariſſimis leguntur tranſmiſſæ; vt apud *Radeuicum*. lib. 2. c. 19.

cxxiv *Venerabili patri & fratri, & amico chariſſimo Eberhardo, Dei gratia Babenbergenſi epiſcopo, Henricus eadem gratia ſanctæ Romanæ Eccleſiæ presbyter Cardinalis tit. S. Nerei & Achilles, Salutem in domino.*

Sicut virtus imperatoria ex eorum qui ſibi aſſiſtunt, diſcretione monſtratur, ita & ipſi quorum munitur conſilio, propriæ conſcientiæ & honeſtati debens attendere: quia & ipſorum honor ſic ad dominos ſpectare videtur, ſicut & domini detrimentum in eos proculdubio refunditur, & redundat. Eapropter, dilecte pater, & venerande frater, & amice chariſſime, veſtram non tam docemus, quàm monemus prudentiam, vt imperialis dignitatis excellentiam, quantum in vobis eſt, in ea quæ ad pacem ſunt, & ad honeſtatem ſpectant, iugiter ſuadeatis. Subtiliùs enim & ſinceriùs in his quæ ad Deum pertinent, & iuſtitiæ libertatem, ratio & diſcretio veſtra intelligit & cognoſcit, quàm alij principes, quantumcunque nobiles ſint, qui tamen ſacros canones, & ea quæ olim à patribus diſpoſita & ordinata ſunt, non nouerunt. Interfuiſtis ipſe, ſicut vnus ex nobis fideliſſimus mediator, eis, quæ cum domino Imperatore de pace eccleſiæ & ipſius ordinata ſunt in Alemania, & eis, quæ altera die nos ſecum fideliſſimè, & ipſe nobiſcum benigniſſimè de eadem pace tractauimus. Nũc autem ex literis illis quas celſitudini ſuæ poſt reditum meum, domino meo placuerit deſtinare, quæ videlicet nec ſtylum, nec antiquam conſuetudinem imperialium literarum obtinebant, timemus multum, ne ſit in diuerſa mutatus, & alia modò ſibi ſit facies, ſenſuſq; diuerſus. Repleuit cor meum amaritudine, & faciem meam confuſione mutatio hæc: quicquid honoris, & iucundi tatis, & gloriæ apportaueram mecum, ex literis illis videtur eſſe ſepultum, atque obnubilatum. Ideò, dilectiſſime frater, & amice chariſſime, epiſcopalis dignitas, et ſacerdotij ordo, in quo vos prouidentia diuina conſtituit, moueant diſcretionem veſtram, et inſtruant, vt ad honorem Dei ſtetis et veſtrum, pro honeſtate et libertate eccleſiæ, vt in antiquis limitibus eccleſiæ integritas conſeruetur, ne temporibus veſtris nouis conſilijs honeſtas vſq; modò turbata turbetur. Satis turbatum eſt, quicquid ſecundum conſilium veſtrum putabamus efficere: et dicimus vobis, quàm diu per homines rerum diuinarum ignaros negocia portabuntur, ſtabiliri pax incepta non poterit. Sed ſi præſentia veſtra, et domini præpoſiti Magdeburgenſis ſummam de pacis labore ſuſceperit, zelus Dei et ſcientia, qua præeminetis vterque, finem pacificum ad honorem Dei et eccleſia, et Imperatoris noſtri glo-

Sal. An. 1158. gloriam, per induſtriam veſtram, et ſtudium veſtrum facillimè poterit obtinere. Alioquin ſi tempore iracundiæ repertus non fuerit, qui reconciliationi intendat, et in cuius verbis poſſint iſta ſcandala complanari, res ipſa forſan aliud exiget, et quod hodie integrum eſt, maior vehementia neceſſitatis diſrumpet.

RESPONSIO.

Eidem Henrico, Eberhardus Babenberg.

Eccleſiæ eadem gratia epiſcopus, ſi quid eſt, orationis et ſeruitij omnimodam deuotionẽ.

Literis veſtræ paternitatis lectis et relectis admirari ſatis non potui, quod eſſet illud bum, imò quod eſſet illud væ, de quo ſcripſeratis mihi, cùm adhuc à me prorſus eßet abſconditum. Quæritans autem inueni, quod volui, et vnde multum dolui, teſte Deo, et multum doleo. Audiui, et conturbatus, et triſtatus ſum. Contremuerunt omnia oſſa mea, adhæſit cutis oſſibus meis. Et quidem intellexi, et cognoui, quòd bono ſemini, non meo, ſed veſtro, pacis et concordiæ conſilio, inimicus homo superſeminauerit zizania. Omnia mala à bonis principijs orta ſunt. Sicut in ſacro eloquio:
Pſal. 7. Parauit dominus vaſa mortis, & ſagittas ardentes effecit: *ita & in imperialibus geſtis ac dictis, ſimul ac ſcriptis pleraque reperiuntur, quæ alios ſeducunt, alios ædificant. Annales quandoque reuoluuntur, apices imperiales recitantur, fortè in ea forma, quæ illi ætati & tam bonitati, quàm ſimplicitati temporum illorum competebat, hominibus tunc in directum loquentibus, neq; numerum numero comutantibus, neq; perſonas præpoſterantibus. Nunc verò mutata ſunt omnia. Sed non expalleſcat aurum, nec mutetur color optimus, nec diſpergantur lapides ſanctuarij in capite omnium platearum. Si qua exorbitatio conſuetudinis modernæ facta eſt, his exemplis facta eſt, & hac occaſione, quia flamma ſopita, denuò quodam vento reſuſcitata eſt per literas, quas dominus Papa nuper direxit domino Imperatori, ſuper ea quæſtione, quæ vertitur inter Brixienſes & Pergamenſes, de contentione duorum caſtrorum: quas quidam pannoſus, et velut hoſtis et inſidiator, domino Imperatori deſpectiuè quodammodo obtruſit; et vltra non comparuit: quæ videbantur duriores, et quaſi interdicti vim in ſe continẽtes, ne dominus Imperator cauſæ illius iudicium ſibi aſſumeret. Hæc autem ſcribo vobis, non vt quæram palliare quæ pallianda non ſunt: ſed vt vos, et alij prudentes et timentes Deum faciliùs morbo ſubueniatis, cauſa morbi cognita. Hinc inde dicimus, et ſcribimus quotidie: Venite, venite: veniemus, veniemus. Sedemus, ſalua multa veſtræ ſanctitatis reuerentia dictum ſit, ſedemus, et oſcitamus. Sedemus inquam, vt ait quidam in Romana repub. nocte diem, die noctem expectantes, et iam prudentes et ſcientes perimus. De me dico vobis, vt tutis loquar auribus: Nolo mali nuncij eße baiulus, neque veniam, vt audiam vel referam amaras hiſtorias. Verba verbis obuiant.*

Quaſi pila minantia pilis.

Vbi eſt ſapientia? Vbi prudentia in regno & ſacerdotio? Separet nos Deus ab his de quibus dicitur, Omnis ſapientia eorũ deuorata eſt. Pſ. 107. *Non dicatis nobis vltrà, Venite, ſed potius vos claues habentes ſcientiæ, nos præuenite, non inuitati venite, & docete filios veſtros non in amaritudine ſpiritus, ſed in lenitate, & multa manſuetudine. Parcat illis Deus, qui oleum quaſi camino addentes, inter patrem & filium, inter regnum & ſacerdotium ſeminant diſcordias. Inſipiens factus ſum, vos coegiſtis me. Veniant, pro Deo nuncij boni, portantes pacem, tanquam ſcientes & docentes nos inſtare opportunè, importunè. More ſolito ſcribantur literæ, adiuuante Domino. Flebile principium, medium, finis, ſcilicet vertetur in gaudium. Dominus Imperator ſuperueniente nuncio veſtro, propter quædam ſecreta negocia ſubitò à caſtris diſceſſit. Ideò ego meis inſinuationibus certum reſponſum ab eo elicere, neque vos literas eius in continenti habere potuiſtis. Qualis ſit? vos ſcitis. Diligentes ſe diligit, alijs alienum ſe facit: quia nondum perfectè didicit etiam inimicos diligere.*

Alia epiſtola eiuſdem ad Romanum Pont.

Cum & tacendi & loquendi tempus ſit, quando commune inſtat periculũ, deſperationis cxxv *potiùs quàm religionis eſt ſeruare ſilẽtium: omnium eſt conclamare in vnum concurrere, ac ferre præſidium. Quando autem impetus hoſtilis, aut incendium ingruerit ciuitati, præſertim eorum intereſt, qui vigiles ciuitatis ſunt, eos qui in arce ſunt, ipſum quoq; patrem familias, expergefacere ad ſubueniendum in neceſſitatis articulo. Hac officij mei conſideratione, & ſpecialis debiti, quo teneor multis rationibus, S. Romanæ eccleſiæ, ego licet*

mini-

Sal. An. 1158. *minimus epiſcoporum, qui nec ſum dignus vocari epſicopus, tam impudenter, quàm imprudenter exclamo ad vos, reuerendiſſime pater & domine, hoc in tempore quo nobis infirmioribus videtur imminere, quòd multùm pertimeſcimus, periculum. Et quidem ab illa olla, quam ſuccenſam ab Aquilone vidit olim propheta, ignis quidam per ſcintillas occultas cœpit erumpere: ſed adhuc in fumo eſt, & (Deo gratias) nondum in flammam eluxit. Inter vos domine, & filium veſtrum dominum noſtrum Imperatorem verbotenus adhuc aliquid perturbationis eſt. Timendum valde, & metuendum, ne verba verbis obuiantia, ſua collſione flammam tandem excutiant, quæ ſe latiùs diffundat in ſacerdotio & regno, quòd Deus auertat. Ipſe filius veſter, ſicut noſtis, dominus noſter eſt: vos autem quomodo Chriſtus, magiſter & dominus. Nemo noſtrum audet dicere hinc vel inde, cur hoc facitis, aut dicitis? Optamus tantùm & rogamus ea quæ ad pacem ſunt. Quod ſi liceret ſalua reuerentia, verba ſingula trutinare, & rationem ſingulorum exigere, in inſipientia dico, non vt arbitror, expediret: quia potiùs ignis ſine mora diſcutiendus eſt, quàm de igne, qua de parte venerit diſceptandum. Supra me eſſe ſcio quæ loquor, ſed in ſimplicitate cordis mei coram eo qui ſuper omnes & ſecretorum eſt conſcius, hæc loquor. & ex quo cœpi ſemel, loquar adhuc vobis confidenter, tanquam patri & domino. Omiſſis illis quæ aliter & aliter ſecundum varias auditorum & interpretum mentes poſſunt accipi, dignetur ex integro ſcribere veſtra paternitas placidè, ac benignè filio veſtro domino Imperatori, & ad ſe paterno affectu eum reuocare promptum ad exhibendam vobis omnem reuerentiam. Samuel Dauid ſuum amplectatur, nec dimittat à ſe ſeparari, vt nula ſciſſura chlamydis fiat, quatenus Deus honoretur, & eccleſia catholica tranquilla deuotione lætetur.*

Erat Eberhardus Babenbergenſis *ep. religione, ac ſcientià præditus, vitaque inſtitutionibus inſtructus. Cumque ad fidem imperij, & honorem præ cæteris diligentiam habere cognitus eſſet, apud quamplurimas terras opinio de eo celeberrima peruulgata eſt. Eiuſq; ſtudium circa ſcripturæ ſenſus, ac quæſtionum diſcuſſionem tam attentè verſabatur, vt inter prælia commanens, diuerſas, & ingentes curas, earum ſedula meditatione ſolaretur. Cùm autem omnes epiſcopos, ſeu cuiuslibet ordinis eccleſiaſtici viros Imperator diligeret, eoſque ampliori honore dignos duceret, ſpecialiter tamen memorati viri, ſicut prudentiſſimi, nitebatur conſilio, eumque dignum æſtimauit, in cuius arbitratu & diſcretione operas ſuas locaret, & onus ſimul ac honorem communicaret.*

NOVA MEDIOLANENSIVM SEDITIO. Anno 1159.

INterim cum de Optimatium conuentu ad ſingulas ciuitates ad creandos conſu-
CXXVI les, bini vel terni miſſi eſſent; contigit *Reinaldum* Cancellarium, & *Ottonem* Palatinum comitem de Bauaria, comitemque *Gozuuinum* Mediolanum deueniſſe, ibi ſicut alibi, vt conſules crearentur, & Cæſaris probarentur authoritate. Plebs cęteroqui mobilis, parſque nobilitatis rerum nouarum cupida, breuem paucorum menſium pertæſa quietem, verſi in ſeditionem ad arma concurrunt, domum, quo ſe legati receperant, furiosè oppugnant, occuptam ſcrutantur. Ab eo tumultu fruſtra laborauit auertere comes Blanderatenſis. Ita illi vix ſalui, poſtridie infecto negotio diſceſſere. *Fridericus* re comperta, cũ eſſet in villà Anmiaci, proceribus ſuis conuocatis, extemplò nouam Mediolanenſium aperit iniquitatem atque perfidiam eorum ſe acerrimè perſequi in animo habere, & quàm ſanctè legatorum ius colendum ſit, eos docere, oſtendit. Itaq; vniuerſis ac ſingulis ei aſſentientibus edicto propoſito, Mediolanenſes apud ſe legitima citatione compellit. Cum ſtatuta die Mediol. legati Marnicæ, vbi erat, præſto affuiſſent, neque probabili ſui facti ratione reddità, inſuper arrogantius dicerent, *iuraſſe* [Radeuic. l.2.c.25.]
quidem in verba Cæſaris, non tamen addidiſſe, ſe habituros iuramenti rationem. Iurauimus quidem, ſed iuramentum attendere non promiſimus. Perfidiæ itaquè imprudentiam cumulantem cum, nil bonæ mentis aut ſpei ſe ad Cæſaris tribunal attuliſſe oſtenderent: Nemo fuit, qui non horreret reſponſi attrocitatem: placuit tamen litem ampliare, & dare ſpatium ſaniora cogitandi, ne præcoci viderentur damnati ſententià. Die conſtitutà, ad quam tertio, quarto fuerè citati, deſeruere vadimonium.

Sal. An. 1159. Cum igitur nemo compareret ad reddendam abſentiæ rationem, ex I. Conſultorum reſponſis, qui frequentes aderant, Bononię, vbi *Fridericus* dies eſuriales agebat, táquàm contumaces, rebelles, imperij perduelles, rei Maieſtatis, hoſtes Reipublicæ poronuntiati ſunt: eorum verò bona fiſco; pérſonæ ſeruituti addicta. Itaque nouo in eos deſtinato bello Beatricem coniugem, & *Henricum* Bauariæ Ducem, aliósque Germaniæ principes in Italiam cum delectibus reuocat. Ipſe arma ſpectans, regionem cum paucis perluſtrare inſtituit. Cum Haſtam veniſſet, neque receptus eſſet, irà percitus, vrbem, arcemq; qua ciues extulerant animum; diruit. Papia Modætiam proficiſcens, obſides Mediolanenſium ſecum quaſi canes adduxit. Sepicenſi inde, & Martheſana regione adita, caſtra alia inſtaurauit, alia noua conſtruxit. Inde cum Cremonam iter intendiſſet, audito Mediolanenſes, Laudem ad opus reſtitutionis impediendum procedere, eò contendere occupauit, atque vrbis munitionem, vt celeriter perficeretur, Cremonenſium, Papienſium, & Nouarienſium operà vſus per ipſum Quadrageſimæ tempus adiuuit. Inde Comum profectus Comenſibus edicto antiquas ſedes, vnde à Mediolanenſibus, pulſi fuerant, reſtituit, ac ſupra vrbem arcem, in quam à Mediolanenſibus preſſi confugere poſſent, ædificauit. Inſulanoſq; Laci Cumani, opibus, manu, ferocia promptos, qui Mediolanenſibus ſtudebant, illato armorum terrore ad ſe traductos Comenſi- cxxvii Palatini. bus reconciliauit. Inde Placentiam in die Palmarum progreſſus, Placentinos pecuniâ regià à quibuſdam per ſpeciem latrocinij ereptà alieniores factos, in officio retinuit. Paſcha inde Mutinæ egit, quo peracto in agrum Bononienſem, vbi exercitus erat, Raden. li. 2. c. 20. proceſſit. Eo venerè Pontificij legati *Ottauianus* tit. S. Cæcil. præsb. Cardin. *Henricus* tit. S. Nerei & Achillei, *Vuilhelmus* Cardin. Diaconus, antea Papienſis Archid. & *Guido* Cremenſis Diac. Card. miſſi ab *Hadriano* Pontif. vt rem non per literas, ſed legatos tranſigeret iuxta mandata, quæ illis dederat vt ex literis *Eberhardi* Babenbergenſis Ep. recitat *Radeuicus*.

Reuerendiſſimo patri & domino Eberhardo, Saltzburgenſis eccleſiæ archiepiſcopo, Eberhardus Babenbergensis gratia Dei si quid eſt, cum oratione qualecunque ſeruitium deuotiſſimum.

Scio pater ſanctiſſime, ſacra pietatis affectu vos compati meis laboribus, & animæ mihi ſalutem, & corpori quietem concupiſcere. Vt autem noueritis quoad compati vos mihi oporteat, dico vobis, quòd iam tædet animam meam vitæ meæ, duo ferens onera in animo meo grauiſſima, quòd & cinctus ducor quò nolo, et quandiu durare debeat ignore: veſtris et aliorum fidelium orationibus adiuuari deſiderans, vt ab illis ſeparer quibus iurauit Dominus in ira ſua, Si introibunt in requiem meam. *Super hæc tempora periculoſa inſtare videntur, et propè eſt, vt inter regnum et ſacerdotium moueatur diſcordia. Et quidem cardinalibus à domino Papa ad dominum Imperatorem tranſmiſſis, domino videlicet Octauiano, et domino Vuilhelmo quondam Papienſi archidiacono, poſt lene principium et ingreſſum quaſi pacificum capitula duriſſima propoſita ſunt, verbi gratia: Nuncios ad Vrbem ignorante apoſtolico, ab Imperatore non eſſe mittendos, cùm omnis magiſtratus inibi B. Petri, ſit, cum vniuerſis regalibus. De dominicalibus apoſtolici fodrum non eſſe colligendum, niſi tempore ſuſcipiendæ coronæ. Epiſcopos Italiæ ſolùm ſacramentum fidelitatis ſine hominio facere debere domino Imperatori. Neque nuncios Imperatoris in palatijs epiſcoporum recipiendos. De poſſeſſionibus eccleſiæ Romanæ reſtituendis, et tributis Ferrariæ, Maſſæ, Ficorolu, totius terræ comitiſſæ Mathildis, totius terræ quæ ab Aquapendente eſt vſq; Romam, ducatus Spolctani, inſularum Sardiniæ, Corſic. Domino autem Imperatore ſuper his iuſticiam et conſilium conſtanter offerente, ſi et ipſi iuſticiam vellent facere et recipere, illis verò recipere tantùm volentibus, et non facere hac ratione, quòd dominum Apoſtolicum cauſæ ſubijcere, ac iudicio ſiſtere non poſſent: et econtrariò domino Imperatore multa proponente de rupta concordia, quæ in verbo veritatis ſibi compromiſſa fueraa, de Græcis, de Siculo, de Romanis ſine communi cenſcuſu non recipiendis: de Cardinalibus quoque ſine permiſſione imperiali liberè per regnum tranſeuntibus, & regalia epiſcoporum palatia ingredientibus, & eccleſias Dei grauantibus: cum Apoſtolicus per nuncium & literas Cardinalium prædictorum, ex conſenſu Imperatoris ſubmonitus, cardinales alios*

ad

adhæc omnia complananda requiſitus, his qui
Sal, An. 1159. *aderant nuncijs ſuis, & curiæ principibus nollet adiungere: unitatis & concordiæ verbum diu deſideratum, peccatis noſtris exigentibus, euacuatum eſt. Et dum hæc agerentur, nuncij Romanorum ſuperuenientes, & ea quæ pacis ſunt rogantes, bene recepti ac dimiſſi ſunt. Rogatu tamen Cardinalium dominus Imperator nũcios ad dominum Papam, & ad Vrbem miſſurus eſt, vt cum Apoſtolico, ſi ipſe voluerit, primo loco pax fiet: ſin autem, cum Senatu & populo Romano. Dominus Imperator ſu magna eſt gloria, dominam Imperatricẽ, & ducẽ Baioriæ & Saxoniæ, cum alijs ſuperuenturis principibus & copijs exercitus expectans, & quoſdam de melioribus ex Mediolano & Brixia in vinculis retinens. Valete.*

Imperatoris reſponſum.

cxxviii *Quamuis non ignorem ad tanta negotia, non ex animi mei ſententia, ſed ex conſilio principum me reſpondere debere, ſine præiudicio tamen ſapientum, hoc abſque conſultatione reſpondeo. Epiſcoporum Italiæ ego quidem non affecto dominium, ſi tamen & eos de noſtris regalibus nihil delectat habere. Qui ſi gratanter audierint à Romano Præſule,* quid tibi & Regi? *Conſequenter quoque eos ab Imperatore non pigeat audire;* quid tibi & poſſeſſioni? *Nuncios noſtros non eſſe recipiẽdos in palatijs Epiſcoporum aſſerit. Concedo, ſi fortè aliquis Epiſcoporum habet in ſuo proprio ſolo, & non in noſtro palatium. Si autem in noſtro ſolo & allodio ſunt palatia Epiſcoporum, cũ profectò omne quod ædificatur, ſolo cedat, noſtra ſunt & palatia. Iniuria ergo eſſet, ſi quis nuncios noſtros à regijs palatijs prohiberet. Legatos ab Imperatore ad Vrbem non eſſe mittendos affirmat, cum omnis magiſtratus inibi beati Petri ſit, cum vniuerſis regalibus. Hæc res fateor, magna eſt & grauis, grauiorique & maturiori egens conſilio. Nam cum diuina ordinatione ego Romanus Imperator & dicar, & ſim, ſpeciem tantùm dominantis effingo, et inane vtique porto nomen ac ſine re, ſi vrbis Romæ de manu noſtra poteſtas fuerit excuſſa.*

Hæc *Auguſto* argutè reſpondente, conci-
Raden, li. 2. c. 31. lium initur, vt ex parte ſummi Pontificis ſex Cardinales, & ex parte Principis ſex Epiſcopi religioſi, prudentes, & qui Deum timeant, eligantur, tantorum negotiorum hic inde cognitionem accepturi, tantamque litem congruo fine deciſuri. Verum (vt ſupra taxatum eſt, ex parte Romanorum etiam hoc concilium dicitur fuiſſe euacuatum vt ex Epiſtola Imperatoris directa *Eberhardo* Saltzburgenſi Archiepiſcopo.

Quandoquidem fidelitatis tuæ conſtantiam quàm pro conſuetudine exhibere ſoles Imperio, frequenter experti ſumus, quæ apud nos ſunt, cxxix *diſcretioni tuæ ſignificamus, & prudentiæ tuæ conſilium aduocamus. Venerunt ſiquidem ad nos duo Cardinales à Papa miſſi, ad hoc, vt inter nos & illum fieret concordia. Dixerunt igitur, quòd Papa illam requireret pacem atque concordiam, quæ inter Papam Eugenium, & nos facta fuerat & ſcripta. Nos reſpondimus, quòd pacem quidem inuiolabiliter huc vſque tenuiſſemus, de cætero autem neq; eam tenere, neque ea teneri vellemus, quomodo ipſe prior eam violaſſet in Siculo, cui ipſe ſine nobis reconciliari non debuiſſet. Adiecimus, tamen, quòd omnem iuſtitiam dare & accipere parati eſſemus, ſiue ſecundum humana, ſiue ſecundum ſcripta diuina: Si verò iuſtitia grauis videretur, conſilio principum & religioſorum, pro amore Dei & Eccleſiæ, libenter nos ſupponeremus. Placuit verbum noſtrum Cardinalibus. Dixerunt tamen, niſi prius cognita Papæ voluntate, ſuper hoc ſe nihil poſſe vel audere. Miſſis nuncijs verbum noſtrum cognouit Papa, mandauitque ſicut prius, aliam ſe nolle concordiam, quàm illam quæ inter papam Eugenium, & nos facta fuiſſet. Nos ſupradicto modo hoc recuſauimus, et in præſentia, et teſtimonio omnium Teutonicorum et Lõgobardorum Epiſcoporum et laicorum Principum, et Baronum, et valuaſſorum, omnem iuſtitiam atque conſilium obtulimus, et vt nos acciperemus iuſtitiam. Præſentes ibidem fuere Romanorum ciuium Legati, qui cum indignatione mirabãtur ſuper his quæ audierunt. Mandauit enim Papa noua & grauia, et nunquam prius audita, quæ ſine conſilio tuo, et aliorum fidelium imperij pertractari non poſſunt. Hæc diſcretioni tuæ communicauimus, vt ſi qua tibi ſuper his occurrerint, noſſe veritatem non ſit inutile. Rogamus etiam, vt ſi neceſſe fuerit, et nos tibi mandauerimus, ad nos pro tanto negocio venire non differas.*

Interim Mediolanenſes libertatis detrimentum magno dolore ferentes; nil præter-

miſe-

miſerunt, quo non tam propulſarent, quàm inferrent iniuriam. Securi Fridericum rediturum ad obſidendam vrbem, ſuburbana

Sal. An. 1159.

cxxx omnia ædificia ſacra æque ac profana diruerunt. Inter quæ vetuſtum Monaſterium, &

cxxxi Sanctorum reliquijs auguſtiſſimum S. Euſtorgij euerterunt à fundamentis, & quidquid in eo Sacrati erat, tranſtulerunt in vrbem.

Trium Magorũ reliquiæ.

Trium Magorum corpora, qui ad Chriſtum infantem adorandum, & myſticis muneribus colendum venerant, ſunt inuenta. Hæc olim in adyto templi eius recondita ipſorum quoque æditiuorum notionem fugiebant: verùm manifeſtis tum indicijs patefacta, quibus declarabatur, viros eos adorato Saluatore puero in regionem ſuam reuerſos illi in crucem acto ſuperuixiſſe, & ab Apoſtolis ſacro fonte ablutos, inde ad eum, quem in cunabulis honorauerant, ad dexteram Patris ſedentem vita functos migraſſe. Erant autem corpora oſſibus, & neruis compacta, & cute adhuc arida conueſtita, vi, vt exiſtimatum eſt, balſami, quo Gentilium more fuerint delibuta, ſed circulus aureus ea ambiebat, & inter ſe conſtricta tenebat, vt *Gulihelmus Neubrigensis* eorum temporum æqualis memoriæ prodidit. Deinde delectum quàm acerrimè habuerunt,

cxxxii ac III. Nonas Aprilis ad Tricium, quod Germanorum tenebatur præſidio, proceſſerunt, ac machinis ſcaliſque admotis validè oppugnarunt. Triduò varia fortuna pugnatum, multis vtrinque cadentibus. Verum cum præſidiarij prælijs, ac vigilijs aſſiduis fatigati vltra reſiſtere Mediolanenſibus integris in vicem pugnæ ſuccedentibus nequirent, ſpatium ingrediendi dederunt.

Sigonius ex Radeuicoc. 32. lib. 2.

Occupato caſtro, in oppidanos omnes acerbè ſæuitum. Germani cuſtodiæ traditi, oppidum direptum, atque incenſum eſt. Sunt qui ingenti vi Cæſareæ pecuniæ quoq; potitos ſcribant. Ea res mirificè ad alienandos totius Lõbardię animos valuit. Quo cognito *Fridericus*, contractis copijs in agrum Mediolanenſem irrumpit, non tectis, non plantis, non ſegetibus parcens, omnibus cibarijs ſpoliare ciuitatem volens, antequàm admoueret obſidionem, vt alimentorum inopia victi, vel ſupplices pacem peterent, vel inter inſidias e rumperent. Aditus itaque omnes cuſtodiri iubet, graui edicto interdicens, ne quid importaretur in vrbem. Inde lectis equitibus aſſumptis proceſſit, vt, ſi poſſet, ciues ad pugnam eliceret. Haud coniectura fefellit; nam cum ad oſtentandas vires inconſultè exiſſent, ab eo partim cæſi, partim capti ſunt. Eo porrò ab vrbe parumper abſcedente, hi eruptione facta cum quingentis equitibus, die ipſo Pentecoſtes VI. Kalend. Iunias ad Laudem proceſſerunt, atque ingentem prædam auerterunt. Epiſcopo verò Mantuano *Caſſidonio*, & Marchione *Garnerio* Anconitano eos expedita militia inſequentibus, territi & infugam verſi, quoſdam occiſos, XVI. captos amiſerunt. Ager totus quadraginta dierum ſpatio peruaſtatus, caſtro S. Io: quod inexpugnabile putabatur, euerſo. Iiſdem diebus Brixienſes ſocietate cum Mediolanenſibus iuncti agrum Cremonenſem populandi accedunt; verùm à Cremonenſibus eius, rei iam certioribus factis oppreſſi ſunt, multis captis, & occiſis. *Fridericus* vaſtatis hoſtium agris, Laudem ſe recepit. Mediolani verò in dies creſcebat inopia, & cum ſine ſpe ſalutis, Mediolanenſes ad deſperatio- cxxxiii nem conuerſi, de nece *Friderici* cogitarunt,

Radeuic. c. 36.

atque hominem vafrum, qui per fraudem illum interimeret, Laudem miſerunt. Is profectus, cum ſimulata ſtultitia caſtra Imperatoris ad Abduam ſita intraſſet, quodam die ſummo mane ſolum egredientem *Fridericum* de tentorio conſpicatus accurrit, &

Sicarius à Mediol. miſſus in Fridericũ

quoniam immani corpore, & robuſtiſſimis viribus erat, medium arripuit, vt in Abduam de rupe deijceret. Verum dum Imperator renititur, funibus tentorij præpeditus procumbit, ac cubicularijs ad vocem clamantis *Friderici* aduolantibus, comprehenditur; & ex eodem loco præcipitatur. Hoc vbi non proceſſit, octo incendiarij Laudem miſſi, qui intempeſta nocte faces tectis inijcerent: vnus in facinore deprehenſus, faſſuſque meditatum nefas, gula fractâ in patibulo perijt. Veneficus alius de Sarracenorum gente, ſocios penè viginti ſecum adducens, eo, vt fama fuit, conſilio, vt venenis *Fridericum* perimeret. Si quidem pretioſa munuſcula afferebat, annulos, gemmas, frena, calcaria venenis adeo acutis circunlita, vt ſolo tactu inficere Imperatorem minimo poſſet momento. Hunc venientem in caſtra intercepit Imperator multo ante certior factus. Interrogatus cuius

hortatu

Sal. An. 1159. antum eſſet aggreſſus facinus, noluit detegere, tormenta deriſit, minans ſi necaretur, actum fore de *Friderico*. Vanis tamen contemptis territamentis, Cæſar hominem eſtremo crucis peremit ſupplicio.

Auxilia German. E Germania XIII. Cal. Aug. validæ venere ſuppetiæ vnà cum *Beatrice* Auguſta, quam per *Henricum Leonem* & *Conradum* Epiſt. Auguſt. in regio iuſſerat adduci comitatu. Mille ducenti cataphracti cum lectiſſimà Boiorum & Saxonum iuuentute, *Henrici Leonis, & Vvelfonis laus.* *Leonis* ſigna ſequebantur. *Vvelfo* eius patruelis, auunculus *Friderici*, Sardiniæ Princeps, Dux Spoleti, Tuſciæ Marchio, validas copias adduxerat. Ita duo illuſtriſſimi Principes Cæſari acceſſerunt, diuerſo vterq; genio, pari virtutis & gloriæ cupiditate. CXXXIV *Vvelfo* libetalitate, facilitate morum, ignoſcendo, pro amicis orando; *Henricus* ſeueritate, ſcelerum odio, animi conſtantia, ad ſumma quæque certabant. Illius facilitas, huius conſtantia laudabatur. In hoc Catonem, in illo Cęſarem diceres reuixiſſe. *Cremenſis obſidio.* *Fridericus* hiſce vallatus ſubſidijs, Cremenſes ob initum cum Mediolano fœdus, hoſtes imperij iudicatos obſedit, Cremonenſium precibus & auro, qui veteres cum illis gerebant inimicitias inductus. Promiſſa namq; ſunt XI. millia talentorum. Diſſidij autem hæc fuerat occaſio. Crema cum eſſet de comitatu, & diœceſi Cremonenſium, eiuſque eccleſiæ tam in ſpiritualibus quàm in ſecularibus regenda foret arbitrio, ſpontaneà ſe temeritate à ſuo capite abruperat, & (quod nefas erat) hoſtibus ſociata filia matri rebellarat. Certatum vtrimque ingentibus animis, & ſanguinarijs exemplis. Germani, amputatis Cremenſium capitibus per ludibrium velut ſphæra luſerunt: Cremenſes Germanos captiuos, in menibus, ſocijs ſpectantibus, fęde dilacerarunt. CXXXV *Mediol. anguſtia.* Obſidio magna contentione protracta in annum ſequentem. Inter hæc Mediolanenſis ager omni hoſtilitate vaſtabatur. Succenſæ domus, exciſa vineta, truncatæ arbores, clauſi aditus, commeatus intercepti, homines ipſi in inſidias tracti, centum quinquaginta cęſi, vulnerati ſine numero, ſexcenti in vinculis abducti.

Cumque hæc apud Cremam agerentur, à Senatu, populoque Romano venere legati, CXXXVI *Romanor. legatio.* obnixè rogantes *Fridericum*, ne pro iniquitate paucorũ de plebe, vellet inſontes pſſundare nobiles. Se eſſe, quorum occaſione acceperit, vt Imperator Vrbis, & Orbis nominetur. Verebantur videlicet, ne Cæſar, ſi *Hadrianus* Pontifex cum eo reconciliaretur, Pontificias partes aduerſus Senatum populumq; Rom. amplecteretur. Auditi legati, & habiti indulgenter, donatique regiè, iuſſi ſunt referre Quiritibus, *bono vt eſſent animo.* Cum ijs miſſi ſunt in vrbem *Ottho Vvitelſp.* *Radeuicus c. 42.* & *Heribertus* prępoſitus Aquenſis, dato eis mandato, *vt & ea quæ cum Populo Romano, ſeu de ſtabiliendo Senatu, ſeu de recipiendo Præfecto agenda forent, terminarent; & cum Romano Pontif. ſi hoc eligeret, de prænotatis capitulis finem facerent, et concordiam ſtabilirent.* Excepti Cæſaris legati à Romanis perhonorificè: ſed tametſi vltro vtroque nuncij de pace commearent, nihil tamen confici potuit, Romanis antiquo vrbis faſtu indigna quædam poſtulantibus; quæ haud poterant à Legatis decenter admitti. Ita dum vtrinque de prærogatiuà dignitatis certatur, pacis tractatus ſuſpenditur, donec *Hadriani* obitus eam diſturbauit.

HADRIANO PONTIF. MORTVO, NOVVM SCHISMA. Anno 11.

An. 11. CXXXVII *Radeuicus c. 43.* ROmæ degentibus *Friderici* legatis, Kal. Septemb. moritur *Hadrianus* Papa, anginæ ſublatus anguſtijs, non muſca præfocatus, nec poſt excommunicatum Fridericum, quia ab Hadriano numquàm eſt excommunicatus, & II. Non. Septemb. in eccleſia B. Petri, præſentibus Clero, Senatu, populoque Rom. honorificè tumulatus eſt, *Poſt eius obitum Cardinales in ſeditionem conuerſi, gemina electione ſcindunt vnitatem, quibuſdam eligentibus Octauianum tit. S. Cæciliæ præsbyt. Card. cui nomen dederunt, Victor: alijs Rolandum tit. S. Marci præsbyt. Card. et Rom. Eccleſ. Cancellarium, cui nomen impoſuerunt, Alexander.* Hinc ſchiſma omnium, quæ adhuc fuerant, teterrimum in eccleſiam inuectum eſt. Fumabant adhuc *Honorij Clementis*, & *Anacleti*, qui de iure dignitatis cum *Alexandro*, *Gregorio* & *Innocentio* Pontificibus decertarant, clades, incendia, bella quæ exemplo inſalubri imperium ſeiunxerant à ſacerdotio. Hærebat adhuc in oculis omnium memoria tertij, cum quartum exarſit, quo *Alexand. III.*

Sal. An. 1159. *Victor IV.* inceſſit. Quorum diſcordia eccleſias, regna, familias in partes diſtraxit, renouatis Guelforum & Gibellinorum nominibus, quæ ſub patre *Friderico* exortæ, ſub *Henrico* filio ſepultæ, demum ſub *Friderico* nepote effuſius erumpentes ferè totam conflagrarunt Italiam. Mortuorum agimus cauſam, ſperare vel timere, locus vbi inſudamus, tempus quo quina per ſæcula diſtamus, non ſinit; propterea ab antiquioribus veritatem fas erit abſque ſuſpicione adulationis depromere.

Adriano mortuo curauit *Fridericus* Imp.
CXXXVIII. *Imper. captat vota pro electiones Pontificis.* in partem ſui captare Epiſcopos, Cardinales, Reges, vt amicum in ſede Petri collocaret. Argumento ſint literæ eiuſdem Imperatoris ad Archiep. Saltzburg.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imper. & ſemper Auguſtus, dilecto & fideli ſuo, Eberhardo Venerabili Salizburgenſi Archiepiſc. gratiam ſuam & omne bonum.

CXXXIX *Cardinales ſoluit.* *Intimamus Dilectionis tuæ auribus, quòd Nuncium tuum ideò tamdiu detinuimus, vt aliqua noua de negotijs noſtris, quæ per Legatos noſtros Romæ tractabantur, per apices noſtros tuæ charitati panderemus. Cum autem eſſemus in eorum quotidiana exſpectatione, & interim Nuncij Papæ cum ipſis de verbo pacis & concordiæ agerent, diuina prouidentia, quæ in ſui diſpoſitione nunquam fallitur, ipſum Papam in nocte beati Egidij de medio tranſtulit. De cuius obitu literas accepimus: & verò ſuſtituenda neceſſariò eſſet talis perſona, quæ ad vniuerſorum ſalutem fidelium, Eccleſiarum Dei ſtatum in vnionem pacis reformaret, & ipſum Imperium ac Fideles Imperij honeſtius tractaret.*

Pro electione Pontificis facienda, iam in Romana Eccleſia partes eſſe audiuimus, & plurimum inde dolemus. Inde eſt, quod pro huius rei nouitate tibi nuncianda, Nuncium tuum Dilectioni tuæ remittimus, fidelitatis tuæ ſinceritatem commonentes, intimè hortantes, & quàm maximè rogantes, vt ſi fortè pro aliquo Romanæ Sedis electo aſſenſus diſcretionis tuæ requiſitus fuerit, non ſtatim, quaſi præcipitata ratione, vel nobis inconſultis, fauorem tuum adhibeas, ſed ne Imperium noſtris temporibus in ſe ipſum diuiſum deſoletur, ad vnitatem nobiſcum ſtudeas operam dare. Idem quoque tuis Suffraganeis & Coepiſcopis nunciandum & præcipiendum attentiùs rogamus.

Præterea Dilectionem tuam volumus non latere, quod iuxta petitionem Regis Francorum; Venerabilem Legatum noſtrum Papienſem Epiſcopum, prudentem ac diſcretum magnæque ſanctitatis virum, à Curia noſtra tranſmiſimus, qui duo tanti nominis Regna, Anglorum videlicet ac Francorum, ipſoſque Reges ad firmam pacem & ſtabilem amicitiam vice noſtra commoneat, auctoritate reformet, & ſupra firmiſſimum dilectionis & amicitiæ noſtræ fundamentum eum omni plenitudine & integritate ſtabiliat. Noueris etiam, quòd hæc tria Regna in tantam noſtræ voluntatis & dilectionis vnitatem inclinata firmabuntur, quod ex quo primum ſtabilita fuerunt, nunquam in tam concordi pace ligata manſerunt.

De cætero noſter prædictus Legatus hoc verbum electionis de Romano Pontifice in cordibus eorum ita firmabit, vt ipſi vnà nobiſcum vnum inde velint ſapiantque, nec in aliquam perſonam fauorem ſuum tam ſubitò ponant, niſi quam noſtrum trium vnicus laudauerit aſſenſus.

De his autem omnibus per Alemanniam & Burgundiam & Aquitaniam apices noſtros direximus, vniuerſitatem fidelium hoc ſcire volentes, quod ad Kathedram tanti regiminis, aliam perſonam nullatenus recipere intendimus, niſi quam ad honorem Imperij, & quietem & vnitatem Eccleſiæ, vnanimi & concordi aſſenſu fideles elegerint.

Poſt reditum verò Legatorum noſtrorum, quæcunque de negotijs Imperij & Eccleſiæ nobis attulerint, per maiores Nuncios noſtros fidelitati tuæ inſinuabimus, & ex conſilio diſcretionis tuæ vniuerſa tractabimus. Data in obſidione Cremæ, 16. Kal. Octobris.

Et cum viuente *Hadriano* Pontifice, contigiſſet captiuos fieri duos S. R. E. Cardinales, legatione fungentes in prouincia Ciſalpina, audita *Hadriani* morte *Fridericus* de ijs benè mereri ſtudens, vt in electione Pontificis haberet obſtrictos, eos cum reliquis captiuis liberos abire iuſſit in vrbem, vt in literis ad *Manuelem* Imper. Conſtantinopolitanum datis, gloriatur idem *Fridericus*.

Friderici I. Imperatoris Auguſti edictum de dimiſſione Cardinalium.

Manueli Imperatori Conſtantinopolitano. CXXXX

Orbis mutilatio propter diſſenſiones et ſchiſmata,

mata, & totius humani generis turbulentiæ, Sal. An. 1159. quæ propter Eccleſiæ viduitatem, antiqui ſerpentis effuſo veneno, emerſerunt & irruerunt, pro electione magni Sacerdotis, non ſolum communibus ſuffragijs, ſed etiam magna cum ſolertia facienda & habenda, ſpiritum & animum noſtrum quaſi deſpondere nos compulerunt, vt per frequentes & proſtantes, & inſignes Apocriſarios & Legatos noſtræ Serenitatis ad Cardinales egerimus propterea, vt de huiuſmodi magni ſacerdotis electione diligentiſſime cogitarent. Et ne iuſta præberetur occaſio aliqua ijs, qui tantum bonum impedire vellent, eo quod detineretur à nobis Magiſter Oddo S. Nicolai in Carcere Tulliano reuerendiſſimus Cardinalis; non ſolum ipſum, verum etiam alios Eccleſiæ Prælatos præſtantiſſimos dimittendos decreuimus.

Nunc vero rem nouam, non ſolum haſitatione, verum etiam ſtupore dignam vobis & reliquis orbis Principibus hæc noſtra epiſtola ſignificatura progreditur, quod ſcilicet reuerendiſſimum Præneſtinum Epiſcopum, qui aduerſus Imperatoriam Maieſtatem & nomen ita aperte ſe obiecit & obſtitit, quam primum abſoluimus & dimiſimus præter omnium hominum opinionem. Stupebunt profecto, vt credimus, Principes bellicoſi, viri fortes. Cæſarum memoriæ, incomparabilibus decoratæ magnificentijs, in libris ſcriptæ veterum Annalium & Chronicorum euoluantur & perſcrutentur, ſingulorum Principum vita & geſta perquirantur, nihil tale adeo inſperatæ clemētiæ æquales nobis quiſquam inueniet diligens indagator. Licet enim legatur fortaſſe multorum Principum nobilis ira, aperta clementia, et illuſtris humanitas, propterea quod dextera victoris victorijs & trophæis ornata hoſtibus proſtratis pepercerit, & ita eos, qui eorum exaltationi ſe obiecerunt, benigne dimiſerint, & à ſeuero iuſtitiæ gladio aduerſus damnatos & abſtinuerint; nihilominus illorum ſinguli, vel imbecillum aliquem, vel nullius pretij et valoris ſontes ipſos cum iudicauerint, eos libenter dimiſerunt; vel quia belli imminentis occaſione propter eam, quam promiſerunt, ſontium dimiſſionem, finem impoſuerunt.

Quod vero nos adhuc ſimultate permanente, adeo nobile membrum Eccleſiæ, tanti conſilij virum, et perſpicuæ fortitudinis et virtutis, noſtris conſilijs gratis aduerſantem, et ſe obijcientem, et ſe obiecturum, vt ab omnibus ſparabatur, licet nos neq; omnino crederemus tale quid, vt cum ſcilicet dimitteremus; neque preteritarum rerum memoria, neque præſentium ſecuritas et cautela nobis ſuadebat: nihilominus in ſtatera noſtrarum cogitationum, iuſtitiæ ſecuritatem clementia fecit declinare, et impetum noſtræ indignationis fregit et vicit et miſericordia, quam de generis humani diſſenſionibus habemus, nos cohibuit et detinuit, et Chriſtianæ Reipublicæ publicum commodū priuati noſtri commodi cauſam ſuperauit, cum pro dicti epiſcopi Præneſtini abſolutione et liberatione non dubitemus, quin eccleſia Dei paſtoris ſui ſolatio deſtituta, de optimo paſtore, nobis et Imperio non ingrato deligendo curam gerent: quod præter omnium opinionem, et multorum conſilium et mentem, inter omnia, quæ à nobis maximè deſiderantur, tanquam pacis et quietis cupidiſſimis iucundiſſimum contingeret.

Nec nobis hoc indignum vllo pacto vel inutile credimus, ſi eum noſtra matre Eccleſia pacis maximè cupidos nos eſſe aſſerimus, et concordiæ fatemur eße æmulatores, cuius affectatores eſſe Reges et Principes, frequenter ſimulare ſolent dum inter ſe contendunt. Compatimur nos propterea orbis laboribus et calamitatibus, quodammodo ruinam minantis propter vniuerſorum diſſenſiones et diſſidia. Compatimur naui culæ Petri, quæ propter frigefactam hominum fidem, et propter feruentem Hæreticorum iniquitatem maris et vndarum furore et impetu agitata conteritur et ſubmergitur. Nec miretur veſtra celſitudo, ſi me, Curatorem videlicet Eccleſiæ, ſi me præcipuum filium matris viduæ, eiuſdem matris ſuſpiria ex imo emiſſa pectore emollierunt, vt depoſitis iuribus, quibus fortaſſe humana prudentia mentem adhibuiſſet, et matri filium, et fratrem fratribus, præcipuo vero pro tanti commodi ſpe, abſoluere et dimittere decreuerim. Quis enim in tantorum malorum conſideratione, quis in ſpe tanti futuri gaudij, propter detentionem vel abſolutionem et dimiſſionem vniuſcuiuſq; perſonæ quantumuis conſpicuæ, poſſet cor ſuum obturare? præcipue vero, quia ab omnibus et ſingulis Cardinalibus, qui in vrbe Roma et in ſimplicitate et in puritate commorantur, firma et infallibilis ſpes ſit nobis pollicita, quod reſtituto fratre et ſocio ſuo collegio, ſalutaris nobis et vniuerſo orbi et de-

ſiderabiles erit de magno Sacerdote deligendo
Sal. An. 1159. *deliberatio. Faxit Deus, vt quemadmodum*
non ſolum in liberatione prædicti Magiſtri
Oddonis, verum etiam aliorum, quos Sereni-
tas noſtra indubitata compaſſione abſoluit, ala-
cres nos præbuimus, ita etiam nos à noſtro de-
ſiderio non fruſtremur, neque fidei publicæ in-
tegritas & religio, quam ex huiuſmodi Pa-
trum conſtantia animo concepimus, profane-
tur vllo pacto.

Electioni porrò non interfuerunt iſti, nec
cuius partem fuerint ſequuti, leguntur apud
cxxxxi ſcriptores antiquos. In caſſum tamen mo-
Alex. III natalia. uit *Fridericus*, vt Eccleſiæ fautorem ſuum
præponeret, quin potius diuiſis Cardinali-
bus electus *Rolandus* præsb. Card. S. Marci,
Cancellarius Sedis Apoſtolicæ, gente Tuſcus
Domo Senenſis, è Bandellinorum ſtirpe, ex
patre Rainutio, ſapientià, cæteriſque inſi-
gnis virtutibus, ſed *Friderico* ſuſpectus,
cum in vinculis eum habuiſſet, & Germania
indecorè ſecedere iuſſiſſet; propterea in
vindictam fama non obſcura erat, viuente
Hadriano aduerſus *Fridericum* cum Siculò
conſenſiiſſe. Viginti duo Cardinales, di-
cuntur fauiſſe *Rolando*, vt legitur in vita
Alexandr. III. tom. 4. Concil. Veneta Impreſ-
ſionis apud Nicolinum. M. D. LXXXV. non
viginti tres, vt legitur *in tom. IX. Concil. edit.*
Pariſienſis Anno 1671. quæ *Radeuicum* ci-
tat, cum tamen apud eundem Radeuicum
lib. 2. c. 53. nomina tantummodo XXII. Car-
cxxxxii *Victor, 4. antipapa.* dinalium legantur. Ex aduerſo *Ioannes* S.
Martini, Guido S. Calliſti Cardinales, à cæ-
tero purpuratorum Senatu diſſidentes, *Octa-*
uianum S. Cæciliæ Cardinalem, è genere
Comitum Tuſculanorum, indito *Victoris*
IV. nomine, protruſerunt, hominem eouſq;
ambitioſum, vt, cum iam diu Pontificatum
prenſaſſet, auſus ſit purpuream epomidem,
ſupremæ dignitatis inſigne, *Rolando*, qui
Alexandri III. nomen aſſumpſerat, detrahe-
re, aliamque à ſacellano ex compoſito præ-
paratam ſibi circumponere; eoque habitu,
reſeratis Baſilicæ D. Petri foribus, prodire
militari ſtipatus præſidio, quod auro con-
duxerat. *Alexander*, eiuſque ſuffragatores,
metu in eccleſiæ munitionem elapſi, nouem
dierum obſidionem tolerarint, quà concur-
ſu totius populi Romani ſoluti, paulo poſt
ab impijs ſenatoribus, triduanæ cuſtodiæ
mancipantur. Euaſerunt tamen XII. Cal.
Octob. amicorum ope ad tres Tabernas, non
procul ab vrbe. Ibi magna Cardinalium, cxxxxiii *Alex. III conſecratur.*
Epiſcoporum, Abbatum, Cleri, populique
frequentia, ab Oſtienſi Epiſcopo conſecra-
tus, Anagniam ſe recepit, vbi octauo à con-
ſecratione die, diris deuouit *Victorem* cum
fautoribus eius: Porrò *Octauianus*, occu- cxxxxiv
pata D. Petri Baſilica, poſt quatuor hebdo- *Victor initiatur*
madas cum initiatorem nanciſci minimè
poſſet, ægre ab epiſcopo Malphitano fugiti-
uo, & in finibus Anconæ latitante, præſente
Epiſcopo Ferentinate iam pridem *Alexandri*
hoſte, & *Io: Tuſculano* Epiſcopo (ait *Baro-*
nius ex Codice Vaticano, qui prius conſenſe- *Frideric.*
rat in *Alexandrum*, & poſtmodum retror- *Imp. fo-*
ſum abijt, vt genito faueret ex familia Tu- *uet An-*
ſculanorum execratur magis, quàm conſe- *tipapam.*
cratur. Fabula hæc cum ſolo crederetur
Orbis diluenda ludibrio, ſuffragante *Æno-*
barbo pro Antipapa, gregem ferè totum de-
cepit catholicum. Tanto enim ardore tuen-
dam Imperator ſpurij cauſam ſuſcepit, vt cxxxxv
Alexandri legatos, quos Pontifex deſtinaue-
rat ad *Fridericum*, fœdiſſimo ſacrilegio reſti
fuiſſet addicturus, niſi à conſilio Dux *Vuel-*
pho cum Duce Saxoniæ ſua moderatione re-
uocaſſent. Literas cum legiſſet, reſponſum
tamen non dedit. Minus ſapuit *Vuitelſpa-* *Vvitelſ-*
chius, qui Cæſaris militare ſequutus inge- *pachius*
nium, totum ſe addixit *Victori*, fraudulen- *fouet*
ter incedentes cum *Alexandro*, & ab eo in *Antipa-*
gratiam pſeudoPontificis ciuitates Campa- *pam.*
niæ, & Petri patrimonium ſolicitantes.

Alexandri ad *Fridericum* non extant cxxxxvi
epiſtolæ; ad *Gerardum* porrò Epiſcopum,
& Canonicos Bononienſes, ac legis docto-
res recitat Radeuicus *lib. 2. c. 51.*

Alexander Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei,
venerabili fratri Gerardo Epiſcopo, &
dilectis filijs Canonicis Bononienſis Eccle-
ſiæ, & legis doctoribus, cæteriſquè magi-
ſtris Bononiæ commorantibus, ſalutem &
Apoſtolicam benedictionem.

Æterna & incommutabilis prouidentia
conditoris, ſanctam & immaculatam Eccle-
ſiam à ſuæ fundationis exordio, ea ratione
voluit & ordine gubernari, vt vnus ei paſtor
& inſtitutor exiſteret, cui vniuerſi Eccleſia-
rum Prælati abſque repugnantia ſubiacerent,
& membra tanquam ſuo capiti cohærentia, ei
ſe mirabili quadam vnitate coniungerent, &
ab ipſo nullatenus diſſiderent. Qui verò Apo-

ſtolis

Sal. An. 1159. ſtolis ſuis pro eorum fides firmitate promiſit dicens, Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſæculi, ille proculdubio Eccleſiam ſuam, cuius ipſi Apoſtoli magiſterium aſſumpſerunt, ſua promiſſione fraudari nullo modo patietur, ſed eam in ſuo ſtatu & ordine, licet ad inſtar nauiculæ Petri fluctuare aliquando videatur, perpetuò faciet permanere. Vnde & quamuis hoc tempore tres falſi fratres, qui à nobis quidem exierunt, ſed non fuerunt de nobis, transfigurantes ſe in angelos lucis, cùm ſint ſatanæ, inconſutilem Chriſti tunicam, quam vtique ipſe quidem, ex perſona Pſalmographi, à leonibus petit & à framea eruſ, & de manu canis orat ac poſtulat liberari, ſcindere & laniare laborent: Chriſtus tamen auctor & caput Eccleſiæ, eam velut vnicam ſponſam ſuam prouida gubernatione tuetur, & nauem egregij piſcatoris, licet ſæpius quatiatur, à fluctibus non permittit naufragium ſuſtinere. Porrò cum anteceſſor noſter bonæ memoriæ Adrianus Papa Kal. Septemb. Anagniæ debitum naturæ ſoluiſſet, & de terris ad cælum, de imis migraſſet, Domino vocante, ad ſuperna, eo Romam adducto, & I I. Non. Septemb. in Eccleſia beatri Petri, præſentibus ferè omnibus fratribus ſatis honeſtè (ſicut moris eſt) tumulato: cœperunt fratres & nos cum eis ſecundum eccleſiæ conſuetudinem, de ſuſtituendo pontifice in eadem eccleſia ſtudioſiùs cogitare, & tribus diebus de ipſa electione tractantes, tandem in perſonam noſtram, inſufficientem huic oneri, & tantæ dignitatis faſtigio minimè congruentem, omnes quotquot fuerunt, tribus tantùm exceptis, Octauiano ſcilicet, Ioanne de S. Martino, et Guidone Cremenſe (Deo teſte, quia mendacium non fingimus, ſed meram ſicut eſt loquimur veritatem) concorditer atque vnanimiter conuenerunt, & nos aſſentiente clero ac populo in Romanum Pontificem elegerunt. Duo verò, Ioannes & Guido, quos prænotauimus, tertium Octauianum nominantes, ad eius electionem pertinaciter intendebant. Vnde & ipſe Octauianus in tantam audaciam, inſaniamque prorupit, quòd mantum, quo nos reluctantes & renitentes, quia noſtram inſufficientiam videbamus, iuxta morem eccleſiæ, Odo prior Diaconorum induerat, tanquam arreptitius à collo noſtro proprijs manibus violenter excuſſit, & ſecum inter tumultuoſos fremitus aſportauit. Cæterùm cum quidam de ſenatoribus tantum facinus inſpexiſſent, vnus ex eis ſpiritu diuino ſuccenſus, mantum ipſum de manu eripuit ſæuientis. Ipſe verè ad quendam capellanum ſuum, qui ad hoc inſtructus venerat, & paratus illicò flammeos oculos fremebundus inflexit, clamans, & innuens, vt mantum quem fraudulenter portauerat, feſtinanter afferret. Quo vtique ſine mora delato, idem Octauianus abſtracto pileo, & capite inclinato, cunctis fratribus, aut loco inde aut voluntate remotis, mantum per manus eiuſdem capellani, & cuiuſdam clerici ſui ambitioſus aſſumpſit, & ipſe idem, quia non erat alius in hoc opere capellano & clerico extitit coadiutor. Verùm ex diuino credimus iudicio contigiſſe, quòd ea pars manti quæ tegere anteriora debuerat, multis videntibus & ridentibus poſteriora tegebat. Et cùm ipſe idem hoc emendare ſtudioſiùs voluiſſet, quia capitium manti extra ſe raptus non poterat inuenire, collo fimbrias circumduxit, vt ſaltem mantus ipſe appenſus ei quodammodo videretur. Sicque factum eſt, vt ſicut torta mentis erat, & intentionis obliquæ, ita ex tranſuerſo & obliquo mantum fuerit in teſtimonium ſuæ damnationis indutus. Quo facto, portæ eccleſiæ, quæ firmatæ fuerant, reſerantur, & armatorum cuneis, quos (ſicut ex re apparuit) pecuniæ largitione conduxerat, euaginatis gladijs cum immenſo ſtrepitu cucurrerunt, & peſtis illa mortifera, quia cardinales epiſcopos non habebat, armatorum caterua militum vallabatur. Fratres verò facinus tam immenſum, & à ſeculis non auditum ex inſperato videntes, & formidantes, ne à conductitijs militibus trucidarentur, ſeſe in munitionem eccleſiæ nobiſcum pariter receperunt: ibique nouem diebus continuis, ne exinde liberè exiremus, fecit nos quorundam ſenatorum aſſenſu, quos pecunia oblata corruperat, die noctuque armata manu cum omni diligentia cuſtodiri. Sanè populo inceſſanter & iugiter acclamante, & in ſenatores pro tanta impietate multa immanitate fremente, de cuſtodia fuimus illius munitionis erepti, ſed in arctiori & tutiori loco apud Transtyberim nos idem ſenatores, recepta inde pecunia, poſuerunt. Cumque moram ibidem fermè per triduum feciſſemus, vniuerſo populo tantam proditionem, atque malitiam de cætero nullatenus ſuſtinente, ſenatores cum nobilibus & populo venientes,

nos

nos & fratres noſtros per urbem magnificè &
Sal. An. 1159. *honorificè cum immenſis laudibus & præconijs campanis etiam in tranſitu noſtro pulſantibus, conduxerunt, & ſic tandem à violentia perſequentis erepti, & noſtræ redditi libertati, ſequenti die dominico venerabilibus fratribus noſtris Gregorio Sabinenſi, Hubaldo Hoſtienſi, Bernhardo Vvaltero, Iulio & B. Epiſcopis, Cardinalibus, quoque, Abbatibus, Prioribus, Iudicibus, Aduocatis, Scriniarijs, Primicerio, & ſchola cantorum, nobilibus etiam, & quadam parte de populo vrbis, apud Nimpham, non longè ab vrbe inſimul congregatis, munus conſecrationis accepimus, & ſicut in Romana Eccleſia moris eſt, ibidem pontificali regno magnificè fuimus ac ſolenniter coronati. Cæterùm prædictus Octauianus eum pro conſecratione, imò execratione ſua, dum & in vrbe eſſet, & poſtquam latenter vrbem exiuit, multos Epiſcopos conuocaſſet, nullum prorſus præter vnũ Ferentinatem videlicet Epiſcopum, habere potuit, pro ſua temeritate & veſania confirmanda. Quoſdam tamen Epiſcopos Imperialibus minis, quoſdam violentia laicali, quoſdam verò pecunijs & blanditijs allicere voluit: ſed nil, Domino impediente, profecit. Vnde nec adhuc inuenire poteſt, licet omnibus modis enitatur, qui ei manus execrationis imponat, & ſe tantæ faciat præſumptionis & impietatis auctorem. Verùm memorati Ioannes & Guido, cæcitatis tenebris obuoluti, quoniam ſcriptum eſt:* Peccator cùm venerit in profundum malorum, contemnet, *nec ſic à ſua præſumptione damnabili reſipiſcunt, ſed eundem Octauianum, quem ſibi in ſtatuam erexerunt, obſtinata perfidia venerantur, & eum relicta vnitate Eccleſiæ præſumunt vſque adhuc tanquam idolum aut ſimulacrum adorare. Ipſe autem Antichriſti tempora præfigurans, vſque adeò erectus eſt ſupra ſe, vt etiã in templo Dei ſederit, oſtendens ſe tanquam ſit Deus, & multi abominationem deſolationis ſtantem in loco ſancto, non ſine multa lachrymarum effuſione, corporeis oculis inſpexerunt. Sanè nos infirmitatem noſtram, & virtutum indigentiam cognoſcentes, noſtrum in dominum iactamus cogitatum, ſperantes & de Chriſti miſericordia pleniùs confidentes, quòd eccleſiam ſanctam ſuam, pro qua ipſe idem in ſubſtantia noſtræ mortalitatis apparuit, vt eam ſibi non habentem rugam aut maculam exhiberet, optata faciet in tranquillitate lætari, & procellarum omnium inundatione ſedata, nihil erit quod iam ei poſſit obſiſtere, vbi vnicus eius ſponſus voluerit nubiloſa quæque & noxia propulſare. Nunc igitur quia nos de noſtrorum meritorum qualitate diffidimus, & de honeſtate & religione veſtra plenam habemus fiduciam, veſtris & vniuerſalis eccleſiæ precibus infirmitatem noſtram petimus adiuuari; charitatem veſtram per apoſtolica ſcripta rogantes, & commouentes attentiùs, vt ſicut viri catholici vos pro domo domini muros inexpugnabiles opponatis, & in deuotione ac fidelitate matris veſtræ ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ immobiliter perſiſtentes, ab eius vnitate nullatenus recedatis. Quòd ſi præfatus vir impietatis, ad partes veſtras aliqua damnationis ſuæ ſcripta tranſmiſerit, ea, ſicut reſpuenda ſunt, reſpuatis, & tanquam vana ac ſacrilega contemnere & abijcere ſtudeatis. Nouerit inſuper diſcretio veſtra, quòd nos ſupranominatum Octauianum, apoſtaticum & ſchiſmaticum in octauo die à conſecratione noſtra (hunc enim terminum ei reſipiſcendi, & ad vnitatem matris eccleſiæ redeundi, præfiximus) tanquam inobedientem & contumacem, & illos qui ei manus præſumerent, non dicimus conſecrationis, ſed execrationis imponere, & de communi fratrum noſtrorum epiſcoporum & cardinalium voluntate atque conſilio, accenſis candelis, & cœtu clericorum in eccleſia congregato, vinculo anathematis & excommunicationis aſtrinximus, & eos cum ſuo auctore diabolo condemnauimus.*

Subnectit idem *Radeuicus* epiſtolam Cardinalium, qui *Alexandro* fuerant ſuffragati.

Friderico Dei gratia, glorioſo, illuſtri, magnifico & ſublimi Roman. Imperatori, Gregorius Sabinenſis, Hubaldus Hoſtienſis, Iulius Præneſtinus, Bernardus Portuenſis, Vvaltherus Albanenſis Epiſcopi: Hubertus tit. S. Priſcæ, Ioannes tit. ſanctorum Iannis & Pauli, Henricus tit. S. Nerei & Achillei, Ildebertus, tit. baſilicæ XII. apoſtolorum, Ioannes tit. S. Anaſtaſiæ, Bonadies tit. S. Chryſogoni, Albertus tit. S. Laurentij in Lucina, & Vvilhelmus tit. S. Petri ad vincula presbyteri, Oddo S. Gregorij ad velum aureum, Rom. S. Luciæ in ſepta ſolis, Iacinctus S. Mariæ in Coſmidin, Oddo S. Nicolai in carcere Tullij,

Arde.

Sal. An. 1159. *Arde. S. Theodorici, Bo. Sanctorum Coſmæ & Damiani, C. S. Adriani P. S. Euſtachij, et Io. diac. cardinales, voluntate & ſpiritu in domino congregati, Salutem, & glorioſam de inimicis victoriam.*

CXXXXVII *QVanto excellentiæ veſtræ maior à Deo collata eſt & attributa poteſtas, & quātoſublimiorē inter mortales dignitatis locū conſtat vos obtinere, tantò amplius imperialem conuenit maieſtatem, ſacroſanctam Rom. eccleſiam ſpecialem & vnicam matrem veſtram, in omnibus honorare, & ei ſemper, & præſertim neceſſitatis tempore ſalubriter atque vtiliter prouidere. Quid autem diebus iſtis in eadem eccleſia Romana contigerit, et quam inauditum facinus ab his quos filios reputabat, aliquantis diebus tranſactis fuerit perpetratum, dignum, imò digniſſimum eſt nos imperiali celſitudini noſtris literis aperire. Nuper ſiquidem cùm dominus noſter, bonæ memoriæ Adrianus Papa, Kal. Septemb. apud Anagniam debitum naturæ ſoluiſſet, et de terris cælum, de imis migraſſet vocante Domino ad ſuperna, tres falſi fratres, Octauianus ſcilicet, et Ioannes de Sancto Martino, et Guido Cremenſis, qui à nobis quidem exierunt, ſed non fuerunt de nobis, transfigurantes ſe in angelos lucis, cùm ſint ſatanæ, etc.*

Et infrà, Ad hæc nouerit ſublimis gratia veſtra, quòd Otto Palatinus comes, occaſione de intruſione Octauiani ſuſcepta, præfatum dominum noſtrum, et nos omnes plurimùm infeſtauit, et eccleſiam Dei niſus eſt ſcindere, et multipliciter abſque rationabili cauſa turbare. Campaniam ſiquidem, et patrimonium beati Petri cum intruſo et apoſtatico Octauiano violenter intrauit, et terram ipſam ſtuduit ei quibuſcumque modis ſubiugare. Nos itaque, et tota eccleſia Dei nobiſcum maieſtatem veſtram ſuppliciter exoramus, vt tam violenta intruſione ita ſicut eſt intellecta, et diligenter inſpecta, qualiter vobis ad ſalutem animæ veſtræ, & honorem imperij ſuper tanto negocio ſit procedendum, diligenter attendatis. Conſiderate, & aduertite, qualiter circa ſacroſanctam Romanam eccleſiam, & circa vnicum ſponſum eius dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſine quo nec regnum poteſt aliquis obtinere terrenum, nec acquirere ſempiternum, oporteat vos habere, & qualiter eam ab impugnatoribus & præſertim ab ſchiſmaticis, & hæreticis, ex imperialis officio dignitatis protegere debeatis modis omnibus, ac tueri. Nos ſiquidem vos ſicut ſpecialem defenſorem & patronum Eccleſiæ Romanæ modis omnibus honorare intendimus, atque ad augmentum gloriæ veſtræ, quibus modis poſſumus, cum Deo aſpiramus. Rogamus autem, & inſtantius ſupplicamus, vt matrem veſtram ſanctam Romanam Eccleſiam diligatis, & honoretis, & ad pacem, & tranquillitatem ipſius, quibus modis imperialem conuenit excellentiam, intendatis, & tantum præfati inuaſoris atque ſchiſmatici iniquitatem nullatenus foueatis.

Hiſce *Alexandri* Epiſtolis præcurrerat *Victor* ſequenti epiſtolio ad Fridericum. CXXXXVIII

Literæ Antipapæ.

Victor ſeruus ſeruorum Dei, venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, & chariſſimis filijs Abbatibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & cæteris principibus, & egregiæ familiæ imperiali, in ſacratiſſima Curia domini Friderici, ſereniſſimi ac inuictiſſimi Romanorum Imperatoris commorantibus, ſalutem & apoſtolicam benedictionem.

QVàm & in quantū & eccleſiaſtici ſtatus decorem, & honorē Rom. imperij, & nobilitatem omnium bonorum hactenus sincerè dilexerimus, & quæ mutuæ charitates ſint inuicem frequenter exhibitæ, nequaquam credimus à veſtra magnitudinis excidiſſe memoria. Nunc autem tantò propenſioris dilectionis efficaciam vobis & imperio cupimus exhibere, quanto Deo auctore ad maiorem conſcendimus dignitatem. Quapropter vniuerſitatem veſtram, de qua plenè confidimus, plurimùm deprecamur, vt pro beati Petri apoſtolorum principis reuerentia, & antiqua dilectionis conſtantia, quæ inter nos inuiolabiliter perſeuerare dinoſcitur, dominum Imperatorem inuictiſſimum commonendo rogetis, quatenus imperio ſibi à diuina clementia commiſſo, & eccleſiæ Dei, ſponſa Ieſu Chriſti, cuius aduocatus et defenſor diuinitùs eſt conſtitutus, prouidere et ſubuenire non tardet, ne in tanta diſcordia aduerſariorum malitia nequiter praualere, nauicula beati Petri procellis et tempeſtatibus ſuo tempore quaſſari, et decus imperiale valeat aliquatenus obnubilari. Inſuper vniuerſitati veſtræ dignum duximus intimandum, qualiter ad apoſtolatus officium Domino concedente vocati fuerimus. Felicis memo-

Sal. An. 1159. *memoria Papa Adriano prædeceſſores noſtros viam vniuerſæ carnis ingreſſos in beati Petri baſilica tumulato, conuenimus omnes de electione ſummi Pontificis tractaturi. Poſt longam verò collocationem et diutinam deliberationem, diuina tandem inſpirante clementia, electione venerabilium fratrum noſtrorum epiſcoporum, presbyterorum ſanctæ Romanæ eccleſiæ cardinalium, cleri quoque Romani petitione, eiuſdem populi aßenſu, etiam ſenatoriæ dignitatis honoratorum, inſuper capitaneorum ad ſummum Pontificatum, annuente Deo, canonicè ſumus electi, et in ſede apoſtolica collocati, ac deinde prima dominica menſis Octobris benedictionis conſecrationem, et noſtri officij accepimus plenitudinem. Quocirca vniuerſitatem veſtram humiliter deprecamur, quatenus nos apud ipſum precib. adiunctis, à quo omnis eſt poteſtas & honor dignitatum. Si autem ex parte illius Rolandi quondam cancellarij, per conſpirationem & coniurationem contra eccleſiam Dei & imperium, Vvilhelmo Siculo aſtricti, qui die xii. poſt electionem noſtram ſe fecit intrudi, quod à ſeculis non eſt auditum, ad vos ſcripta peruenerint, tanquam mendacio plena, & à ſchiſmatico & hæretico deſtinata reſpuatis, & aures veſtras nequaquam illis vllatenus præbeatis. Data Signiæ, v. Kal. Nouembris.*

Accurrerant etiam fautores *Victoris*, vt
c1l ex epiſtola quam recitat Radeuicus *l. 2. c. 52.*

Literæ ſchiſmaticorum Cardinalium.

Venerabilibus in Chriſto fratribus, Patriarchis, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus, Ducibus, Principibus, Præpoſitis, Prioribus, & cæteris eccleſiarum prælatis, ad quos literæ iſtæ peruenerint, Ymarus Tuſculanus epiſcopus prior epiſcoporum, Ioannes tit. S. Sylueſtri & Martini, Guido Cremenſis tit. S. Caliſti, ſanctæ Romanæ eccleſiæ presbyteri Cardinales, Rimundus, Diaconus Cardinalis S. Mariæ in via lata, & Sy. S. Mariæ in Dominica, & Sublacenſis abbas, perpetuam in Domino ſalutem.

Ex quo contra honorem Eccleſiæ Dei & Imperij amicitia inter dominum Papã Adrianum, & Vvilhelmum Siculum apud Beneuentum facta eſt, diſſenſio & diſcordia non modica inter cardinales ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ non ſine cauſa oborta eſt, nobis ſcilicet, qui honorem & dignitatem ſanctæ Dei eccleſiæ, & imperij nullatenus diminui volebamus, amicitiæ quæ facta fuerat in detrimentum eccleſiæ & imperij, nequaquam conſentientibus: alijs verò qui pecunia & multis promiſſionibus obcæcati, iam dicto Siculo tenebantur aſtricti, conuentionem ipſam taliter (vt diximus) fabricatam, nequiter defendentibus, & quam plures in partem ſui erroris attrahentibus, noſtro conatui & voluntati totis viribus pertinaciter reſiſtentibus. Proinde procedente tempore cum iam fama ferret Imperatorem Italiam intraſſe, & plurimam eius partem ſuæ poteſtati ſubiugaſſe, prædicti fratres Siculo aſtricti, dominum Papam ſolicitare ac circumuenire omni ſagacitate cœperunt, qualiter aliqua occaſione aſſumpta dominus Imperator, & omnes ſequaces eius excommunicationi ſubderentur, & nos ad id faciendum vnà cum eis iuramento aſtringeremur. Nos autem econtrà diximus, potius Siculum excommunicandum, qui omnia iura eccleſiæ tam ſpiritualia, quàm temporalia violenter abſtulerat, quàm Imperatorem, qui eccleſiæ Romanæ & imperij iura fideliter laborabat recuperare; & eccleſiam de ſeruitute ad libertatem reducere. Hoc audientes fautores Siculi à iam dicto conſilio cum rubore ſiluerunt. Eo igitur conſilio, noſtro ſtudio, & exacta diligentia taliter caſſato, & exinde venerabili fratre noſtro Octauiano, tunc ſanctæ Romanæ eccleſiæ presbytero cardinali, nunc apoſtolicæ ſedis Pontifice, vnà cum fratre Vvilhelmo presbytero Cardinali S. Petri ad vincula, ad imperialem celſitudinem legatione fungente: dominus Papa cum ſibi conſentientibus ſupradicti Vvilhelmi fautoribus vrbem egreſſus, Anagniam venit. Vbi tunc demum manifeſta conſpiratione omnes præfati Vvilhelmi fautores in præſentia domini Papæ ſacramento firmauerunt, perſonam Imperatoris excommunicationi ſubijciendam, & ex tunc in antea eius honori & voluntati vſque ad mortem immutabiliter contraire: & ſi contingeret dominum Papam vita decedere, neminem ſe niſi de illis, qui coniurauerant, in pontificem eligere. Circumpoſitos inſuper epiſcopos, ne alicui electo in quem Siculi ſecta conſentiret, in conſecratione manus imponerent, iuramento nihilominus conſtrinxerunt. Poſtmodum iam ſæpedicto patre noſtro Adriano Anagniæ Kal. Septemb. defuncto, omnes illuc conuenimus: & cùm de corpore ſiue ibidem tumulando, ſiue Ro-

mam

Sal. An. 1159. *mam deferendo, non parua contentio oriretur, tandem Romam corpore deportato, prius in verbo veritatis tale pactum vnanimiter fecimus, & ſcripto mandauimus, quale nunc ſequitur: In nomine domini amen. Conuenerunt epiſcopi, presbyteri, diaconi, Cardinales ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & promiſerunt ſibi inuicem in verbo veritatis, quod de electione futuri pontificis tractabunt ſecundum conſuetudinem iſtius eccleſiæ, ſcilicet quòd ſegregentur aliquæ perſonæ de eiſdem fratribus, qui audiant voluntatem ſingulorum, & diligenter inquirant, & fideliter deſcribant, & ſi Deus dederit quòd concorditer poſſimus conuenire, bene: ſin autem, nullus procedat ſine communi conſenſu, & hoc obſeruetur ſine fraude, & malo ingenio. Tali pacto in verbo veritatis firmato, poſt humatum corpus in eccleſia beati Petri, ad eligendum pontificem conuenimus: & iuxta prædictam conſuetudinem perſonas, quæ ſingulorum voluntates diligenter inquirerent, & audirent ac deſcriberent, ſegregauimus. Sed cùm propter conſpirationem aduerſæ partis electio lentè procederet, tertia die ferè tranſacta, ad hoc tandem deuentum eſt, quod XIV. cardinales ex aduerſo, qui ſacramento conſtricti tenebantur: Rolandum cancellarium nominauerunt. Nos autem IX. numero, qui nefandi iuramenti exortes eramus, venerabilem fratrem noſtrum Octauianum presbyterum cardinalem, virum vtique honeſtum & religioſum, ad regimen apoſtolicæ ſedis, & ad concordiæ & pacis vnitatem inter eccleſiam & imperium reformandam ac conſeruandam dignum & vtilem eſſe cognoſcentes, elegimus. Cùm res taliter ageretur, & partem contrariam pactum quod in verbo veritatis firmatum fuerat, penitus tranſgredi volentem ſentiremus: pactum ſupradictum illis ad memoriam reducentes, auctoritate Dei omnipotentis, & omnium ſanctorum, atque noſtra, eis penitùs interdiximus, ne abſq; communi conſenſu omnium, ſicut in pactione continetur, vllatenus aliquem immantarent: & Rolandum cancellarium eadem auctoritate ne ſuſciperēt, nihilominus prohibuimus. Qui dum verba & ammonitiones noſtras vilipenderent, & Rolandum cancellarium manto feſtinarent induere, nondum tamen illo induto: nos illorum malitiæ potiùs contraire quàm conſentire volentes, & quod malè conabantur, minimè permittentes; ad petitionem populi Romani, electione vniuerſi cleri, aſſenſu etiam totiùs ferè ſenatus, & omnium capitaneorum, baronum, nobilium, tam infra vrbem quàm extra vrbem habitantium, noſtrum electum manto induimus, & intronizatum in ſede beati Petri collocauimus, inde ad palatium eiuſdem, acclamante vniuerſo populo, hymnum Deo decantante clero, & omnibus ſolenniter adimpletis, honorificè deduximus. Aduerſæ verò partis cardinales retrocedentes; in caſtrum beati Petri ſe contulerunt, ibique per dies octo, & amplius incluſi permanſerunt. Inde poſtmodum per ſenatores educti, extra vrbem ſeceſſerunt, & XII. poſteà die, quod à ſeculo non eſt auditum, in caſtro nomine Ciſterna, intra Aritiam & Terracinam, Rolandum cancellarium immantauerunt, & in ſequenti dominica execrauerunt: ac continuò mittentes nuncios per vniuerſam Italiam, epiſcopis, ne ad conſecrationem noſtri electi venirent, penitùs diſſuaſerunt, minantes illis excommunicationem & depoſitionem in perpetuum. Qui tamen in prima dominica menſis Octobris, auctoritate Dei honorificè conſecratus eſt. Rem qualiter facta eſt, veſtræ fraternitati inſinuauimus, nihil præter veritatem adnectentes, teſte Deo, qui falli non poteſt, & ſi angelus de cælo aliud euangelizaret, à veritate penitus aberraret. Veruntamen multa quæ facta ſunt omittentes, iſta prout breuius poſſumus, vobis ſignificamus, ne prolixiore pagina aures veſtras oneraremus. Hæc itaque animaduertat veſtra fraternitas, quàm deuotiſſimè obſecramus, & admonemus modis omnibus quibus poſſumus exhortamur in domino, quatenus neq; per ſermonē neq; per epiſtolā à veſtro ſēſu moueamini, ſed in veritate nobiſcum firmi & immobiles permaneatis.*

Cum vterque itaque ius ſuum tueri ſatageret, *Alexander* quod à pluribus creatus, & ante *Victorem* conſecratus; *Victor*, quod veſte Pontificia prius indutus, & tanquàm Pontifex cleri populique ſolemnibus cultus, non ad euerſionem imperij, vt cum Siculo conſpirantibus Cardinalibus *Alexandri*, electus fuerat *Rolandus*; literis, amicis enixè certabant, vt Cæſarem in ſui partem traherent, vt & Regem Anglorum, Gallorum, Hungarorum. In Anglia cauſam Alexandri agebat Arnulphus Epiſcopus Lexouienſis, vt ex epiſtola eiuſdem *Arnulphi* ad *Alexandrum* ſequente.

Benedictus Deus & pater Domini noſter Ieſu Chriſti, qui Eccleſiam ſuam, immacula-

Sal. An. 1159. tam ſcilicet Sponſam dilecti Filij ſui mirabili ſemper benignitate diligit et conſeruat. Licet enim ipſam aliquibus quandoque vexari patiatur iniurys; facit tamen cum tentatione prouentum, vt poſſit ſuſtinere, nec vnquam portas inferi aduerſus eam præualere permittit. Neque enim expedit, vt continuæ proſperitatis ſtatus eam inſolentem reddat, vel otioſitas negligentem: ſed humilitatem conſeret afflictio, et vexatio tribuat intellectum. Et ei quidem omnia cooperantur in bonum, dum ipſa tamquam aurum in fornace probatur: et ad augmentum coronæ cuncta proficiũt dum eam vis aduerſitatis fortiorem reddit, et malignitatis infeſtatio cautiorem. Ipſe verò miſerator et miſericors Dominus ad tempora tribulationis viros virtutis et conſilij prouidet et præformat, qui temeritatis audaciam repellere valeant, et malignitatis aſtutiam nouerint declinare. Quod in ſanctæ et glorioſæ recordationis Innocentio Papa ſatis euidenter apparuit, qui extollentem ſe aduerſus omne quod dicitur, aut quod colitur Deus, deiecit hæreticum, quem nobilitas generis, quem diuitiarum cumulus, quem peccatrix eloquentia, quem prudentia ſæcularis, quem denique ſæcularium hominum fauor publicus attollebat. Præualuit in athleta Dei veritas falſitati, et humilitati robuſtæ ſuperba ceſſit ambitio, et de iniquitate iuſtitia triumphauit.

Vidimus ſiquidem ipſum exaltatum et eleuatum ſicut cedros Libani: et tranſiuimus, et ecce non erat: quæſiuimus, et non eſt inuentus locus eius, quia nec inter mortuos tumulum, neque titulum meruit ſepulturæ, Dominus autem ſublimauit cornu Chriſti ſui, vt in eo vnitas Eccleſiæ reformari poſſet, et regnum ipſius omnibus dominari.

Memini ego, nec id à veſtra reor excidiſſe memoria, quanta ad mandata eius Principes reuerentia mouerentur, quam ſublimis extiterit, quantaque maieſtate refulſerit Eccleſia, quantum in diebus eius religio munda et immaculata profecerit, adeo vt plures hodie Religioſorum deſerta contineant, quam ferarum olim habuerint beſtiarum. Arbitrabatur ille ad regendos homines vtendum potius ſobriæ ſeueritatis diſciplina, quam remiſſæ miſericordiæ lenitate, Deo potius quam hominibus placere deſiderans, ne ob gratiam hominum coram Deo poſſet contemptibilis apparere. Vnde et virtus eius ſemper inter aduerſa maior enituit, nec tanta poſtmodum proſperitatis eius inſignia claruerunt, quanta præcedentis aduerſitatis adhuc magnalia celebrantur. Neque enim confidebat in homine, neque carnem ponebat brachium ſuum; ſed potius confidebat in Domino, & erat Dominus fiducia eius.

Porro ſchiſmata hæc in Eccleſia Romana frequentius accidiſſe, etiam Lateranenſis palatij picturæ demonſtrant, vbi Catholicorum Patrum pedibus pro ſcabello ſchiſmatici præſumptores adſcripti ſunt, vbi ſuperborum & ſublimium colla ſapientia propria virtute conterit & conculcat. Quod ſane ea ratione factum, vt ſanctis Patribus cedat ad gloriam victoriæ teſtis adſcriptio, in qua præſumptores illi vel compreſſionis pœnam ſuſtinent, vel præſumptionis veniam deprecantur. Vnde & ſancti Apoſtolatus veſtri Cathedra ſine ſcabello eſſe non debuit, ſed nobiliore ſcabello debuit illuſtrari. Neque enim incerta vobis eſt, aut longinqua victoria, ſed humilitas verecundiæ veſtræ punitur ad tempus, quæ congregatis in Spiritu ſancto Patribus diſtulit obedire. Pari etenim culpæ tenetur obnoxius, qui vocationem Domini præuenit, vel recuſat oblatam. Redibit tamen in proximo, Deo volente, ſerenitas, & modica hæc ad radios veri Solis nebula diſſoluetur, redintegrata vnitate Catholica, ab omni parte pedibus veſtris vniuerſitas fidelis occurret. Interim autem quæcumque cæteros ſtudia remorentur, quibuſcumque deſiderijs profana trahatur ambitio, quantacumque temeritate deteſtabilis erumpat inuidia; ego minor licet omnibus, non minore tamen gaudio quam cæteri gloriam veſtræ promotionis amplector, & vos Apoſtolum Chriſti, Petri Vicarium, Paſtorem & Epiſcopum omnium, qui Chriſtiano nomine cenſentur, agnoſco, & vobiſcum Catholicam profiteor vnitatem.

Gaudeo itaque, quoniam deſideratus dies, dies ſcilicet exultationis illuxit, quo reuera reſtitutam credimus virtutibus gratiam, virgam vitijs, terrorem Principibus, Eccleſiæ libertatem. Gaudeo, inquam, quia ex hoc nunc ſermo Dei non erit alligatus, ſed verbum eius, quod in ore veſtro verum eſt, quod impoſſibile credebatur, facili conſũmabit effectu. Properaſſem igitur iam ad pedes veſtræ Beatitudinis amplectendos, vt ariditatem meam quaſi copioſior de proximo benedictionis veſtræ rigaret vbertas, niſi me zelus vtilitatis veſtræ maxime

Sal. An. 1159. *xime tenuiſſe. Ex quo etenim promotionis veſtræ auribus noſtris veritas, & oppoſitæ præſumptionis error innotuit, feſtinaui ad noſtri notitiam Principis id perferre, vt vacantem animum eius fauore veſtro, quibus debebam perſuaſionibus occuparem, ne nos qualibet occaſione malignitatis aſtutia præueniret. Facilius etenim eſt animos occupare vacantes, quam ipſos à conceptis affectibus reuocare. Hæſit ille aliquamdiu, ſed ſtatim operante Spiritus ſancti gratia confirmatus, nullum ſe alium quam vos ſuſcepturum hilari conſtantia, conſtantiq; ſimul hilaritate promiſit.*

In quo cum proxime de differenda veſtra ſuſceptione Imperatoris literas accepiſſet, cui diſcurrentibus inuicem literis & Legatis plurima videtur charitate conuinctus: ne preces eius ſpreuiſſe, & in præiudicium eius feſtinaſſe videretur, generale quidem ſuppreſſit edictum; ſed nequaquam manus aut linguam à literarum nominiſque veſtri veneratione continuit, neque quemquam noſtrum voluit continere. Arbitratus eſt ſiquidem minus valituram pro vobis edicti iactantiam, quam operis veritatem. Firma apud eum eſt & indubitata veſtri Apoſtolatus auctoritas, atque in quamcunque partem cor prædicti Principis fuerint inclinatum, iſte proculdubio non ſequentur errantem. Mei autem ſtudij erit, omnes circa eum quaſi vigilias obſeruare, ne ora loquentium iniqua conualeant, ſed ipſe in veſtra, ſicut ſemel incœpit, obedientia perſeueret. Felicem enim me inquam, ſi vnquam hoc vel in alio beneficentiæ veſtræ gratus inueniat, vt deuotionis meæ ſaltem inter cæteros aliquando velit veſtra dignatio reminiſci. Veſtrum quoque eſt, quoties refulget occaſio, pronuncias omnes frequentibus viſitare mandatis, vt ab omni parte nomini veſtro & obediētiæ pariter aſſueſcāt: quia nō erit qui vel literas non recipere, vel mandatis audeat obuiare.

cli Interea *Alexander* ad Reges miſerat legatos; *Antonium* tit. S. Marci, *Vuilhelmum* tit. S. Petri ad vincula, *Oddonem* S. Nicol. Card. ad partes Gallicarū & Hiſpan. *Iulium* Ep. Præneſt. & *Petrum* S. Euſtachij Diac. Cardin. ad Hungaros. Ad Imperatorem Byzantinum *Tiburtium* cum *Ardenico* ſeu *Friderico* S. Theodoſi Diac. Qui ad Anglos, & Gallos miſſi fuerant, honorificè ſunt recepti, vt teſtatur *Arnulphus* in epiſtola ad Cardinales cuius titulus.

Ad Cardinales Romanæ Eccleſiæ, & de electione Domini Papæ Alexandri. clii

QVam vtilis apud Principes noſtros ad agnitionem ſancti Apoſtolatus reuerendiſſimi domini & Patris noſtri Alexandri Papæ diligentia noſtræ deuotionis extiterit, ad notitiam veſtram fidelium relatione perueniet, aut peruenit. Neq; enim neceſſaria mihi eſt in hac parte iactantia, vt rei vobis veritas innoteſcat, quoniam me etiam diſſimulante, latere non poterit, quod Northmannia tota mirata eſt, & ipſa de longinquo nihilominus Anglia recognouit. Bene autem mihi, quia iam fructum diligentiæ huius præmiumque laboris accipio, quoniam mihi ſalua eſt gloria mea, teſtimonium ſcilicet conſcientiæ meæ, penes quam gratiæ Apoſtolicæ plenitudinem & indubitatam diuinæ benedictionis percipio veritatem. Gaudeo itaque, ſciens me reuera matris meæ gremio contineri, ipſiuſque ſacris foueri complexibus, & ſinceris vberibus allactari. Gaudeo, inquam, cognoſcens, quam obſtinato ſchiſmatici miſerandæ cæcitatis claudantur errore, quorum oculos circumfuſæ lucis radij non illuſtrant, ſed ipſe potius excedens manifectæ fulgor claritatis offundit. Iudicati ſunt, debitamque commiſſi reatus excepere ſententiam, quos Eccleſia tamquā degeneres ſatanæ tradidit in interitum carnis, & à Catholica depulit vnitate. Neq; caret executione ſententia, ſed indilato mancipatur effectui, cū eos interim & cōſcientia torqueat, et imminēs quotidie præualētis Eccleſiæ triūphus affligat.

Porro benignus Eccleſiæ ſuæ ſapiētia diuina prouidit, manifeſtā faciens omnibus veritatē, vt nec ſimplicitas ignorātiam, nec malignitas probabile quidlibet valeat allegare. Si enim eos quos ab vnitate Catholica profana ſeiūxit ambitio, numerus, vel opinio, vel qualibet electionis forma defenderet: aliqua fortaſſis erroris materia cōtrahi potuiſſet. Sed tres tātū de tota vniuerſitate ſeducti ſūt, & hi ſane, quos magis ſupportare uidebatur Eccl. quā in aliquo de eorū induſtria gloriari, quia ſcilicet eos nec virtutis elegātia, nec literarū peritia cōmendabat. Nūquid enim is, qui inter eos ætate præcedebat et ordine (Tuſcul. loquor) horam quietis & prandij ſolitus obſeruare, Epicurus alter reputabatur, ab omnibus omnium negligens, niſi alicuius forte quod oblata ſperati prouētus auſpicatio preueniret? Quod adeo verū eſt, vt cæteris laborantibus, ſolus præmature, ſicut dicitur, ab ele-

Sal. An. 1159. electione diſceſſerit, quoniam hora prandij videbatur inſtare, ne auidus deſiderio ſuo fraudaretur exactor, & inania aduerſus negligentes manus inciperent viſcera murmurare. Alius affectatæ Cancellariæ confuſus opprobrio & alienæ prælationis honore deiectus, conceptum de inuidia perſonale odium in Eccleſiam conuertere temeraria malignitate præſumpſit. Tertius vero ſolius inter alios peritura priuilegio carnis exultans, arbitratus eſt nihil negandum ſanguini, nihil ſacris Canonibus deferendum. Neque enim poteſt debitam eis exhibere reuerentiam, quos ignorat. Ideoque ſimilem ſibi brutum brutus elegit, vt in vtroque ſibi inuicem de pari litterarum imperitia reſponderet.

Sed & Apoſtolicæ ſeueritatis eos diſciplina terrebat, ne eorum præcipitem cohiberet audaciam, & vagos temerariæ cupiditatis frænaret excurſus. Hic numerus, hæc tanta peritia, hoc tam venerabile ſanctumque collegium, eccleſiam Dei, immaculatam ſcilicet Sponſam dilecti Filij ſui, renitentibus vniuerſis, affectauit ad propriam pertrahere voluptatem, & à dextris Regis ad deteſtabiles ſatanæ transferre complexus. Viſa tamen totius fere vniuerſitatis concordia deſperati, ad vnitatem ſtatim redituri fuerant vel inuiti: ſed ſtupentibus ipſis, ideoque ceſſantibus, ſchiſmatici maioris diutius effrænata non tulit ambitio, præparatoque furtim, ſicut dicitur, pluuiali de manibus offerentis arrepto, in humeros ſuos tanta feſtinatione coniecit, vt hærentibus collo fimbrijs, pauimentum lamberet pars ſuperior indumenti. Sic indutus ad Cathedram, nullo adhuc etiam prædictorum comitante, cucurrit: nomen ipſe ſibi Victoris acclamans, & ad ſuffragandum ſibi & decantandas laudes præparator impudenter exhortans. Mirum ſpectaculum, nec manifeſto carens futuræ veritatis auſpicio, ſcilicet quod dic ei in ruinam quandoque vertetur aſcenſus, ſicut ipſa præſumptæ chlamydis inuerſa conuerſio præſignabat.

Interea reſeratis eccleſiæ foribus, infame illud Maledictorum genus irrupit: hoc enim cognationis illius vetus agnomen eſt, de qua ad effundendam benedictionem in omnes gentes Pontifex dicebatur aſſumi. Qualiter autem de ſtirpe maledictionis poſſit benedictio propagari, facile non apparet, præſertim per iſtum, in quo vetuſtæ maledictionis opprobrium, merita contractæ nouiter execrationis attollunt. Diſcurrentibus igitur armatis, cœpit per eccleſiam quaſi quædam theatralis ſcena diſponi, dum parietes fulgor illuſtraret armorum, & laſciua quaſi triumphantium acclamatio reſultaret: Horum manibus denique pluuiali compoſito, ad palatium vſque perductus eſt, comitantibus his, paucisque ſacerdotibus, quorum infamis quæſtus eſt ſimplicitatem peregrinorum eludere, & aſſiduis altare beati Petri ſacrilegijs infeſtare. Porrò hæc initia eius non ſunt meliore gauiſa proceſſu, ſi quis vel emendicata execrationis ordinem, vel redemptam laica gratiam poteſtatis exquirat. Nouus enim ſacrilegij facinus de maiori cumulum iniquitate contraxit, cum ſimoniacam conſtet interceſſiſſe per omnia prauitatem, ſicut refuſa Senatui populoque Romano pecunia, publicisque palam ædificijs impenſa conuincit? Sed & hoc immanius eſt, quod redemptam ſanguine Chriſti proſtituit libertatem, quatenus Eccleſia, quæ iure ſuo cunctis ſemper eſt dominata Principibus, Officialis ſui manciparetur obſequio: quo & incomparabilis priuilegium maieſtatis amitteret, & ad miſerabilem ſtatum conditionis nouiſſima deueniret. Et nos quidem non potuimus hæc oculis præſentibus intueri, ſed veritas ad nos per eos qui viderunt fideli relatione peruenit. Quod autem publicè geſtum eſt, multorum nobis teſtimonium potuit confirmari, præſertim cum teſtes prærepta dignitatis honore præfulgeant, & ſimplex abſolutam reddat concordia veritatem.

Hac igitur parte de qualitate negotij, & perſonarum meritis æſtimata: iucundum mihi eſt ad partem alteram oculos animumq; conuertere, & opus eorum qui elegerunt, per ſingulas partes toto mentis gaudio contemplari eique referre gratias, qui ſancto collegio veſtro prudentiam contulit & virtutem, qua & ſerpentis declinare malitiam, & graſſantis ſuperbiæ valuiſtis repellere prauitatem. Sed neque nomen partis tantilla eorum meretur exceptio, nec vniuerſitatem noſtram partis decet appellatione cenſeri, quia perditorum ſegregatio numerum non minuit electorum, nec detrimentum ſentit area domini, ſi granis manentibus paleæ ventilabro purgante diſcedunt. Igitur omnia recenſenti manifeſtum, quod ſanctitatis zelus conſecrauit initia, proceſſum iuncta prudentia fortitudo direxit, patientia

tientia debito conſummabit effectu, pacem
Sal. An. 1159. Deo volente, perſeuerantiæ fides inconcuſſa præſtabit. Nihil hic carnale, nihil terrenum, nihil veſtri ad priuatam vtilitatem oculi reſpexerunt, ſed ad commune bonum, & honorem Eccleſiæ totis vos conſtat anhelaſſe deſiderijs, totis viribus inſudaſſe. Prædicabitur itaque nomen veſtrum, & à mari vſque ad mare excellentia veſtræ gloria perſonabit, formamque dabit poſteris & exemplum, ne à iuſtitia & veritate perſecutionis cuiuslibet errore diſcedant. Ad hæc Spiritus quoque teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro, quia nobiſcum ſchiſmaticum illum publica omnium conſcientia reſpuit & condemnat, & electum nobis Antiſtitem ſinceræ charitatis & reuerentiæ bracijs amplexatur. Opera ſiquidem illius manifeſta ſunt, opera ſcilicet maledictionis & ſcandali; opus autem iſtius in benedictione eſt, & fauor eius in gentes quotidie conualeſcit. Corda enim omnium nobiſcum ſunt, eorum etiam, quorum lingua nobis qualibet ſæculari neceſſitate reclamant: adeo vt ſi nondum de corporibus, de cordibus tamen omnium verum ſit, Eccleſiam triumphaſſe.

Nonne enim in eos, qui ab hac fidei vnitate diſſentiunt, vltio diuina manifeſte procedit, & voluntas eius euidentibus indicijs declarata pateſcit? Nonne Princeps ille, nempe Fridericus, cui ſimilem à multo tempore Roma non habuit, cuius Dominus apprehendiſſe dexteram dicebatur, cuius fere vſque ad remota Orientis terror exceſſerat, à die ſuſceptionis Octauiani diuino cœpit iudicio reprobari, adeo vt hi, quos ante ſecuros mœnia non reddebant, congredi cominus auſi ſint, & ei de proſperitate ſucceſſuum inſultare? Reuera digitus Dei eſt hic, dextera Excelſi repentina mutatio, parcentis adhuc, & in ira corripere differentis. Vtinam ſaperet, & intelligeret, & nouiſſima prouideret, quia tot detrimenta præſentium quædam ſunt indicia futurorum.

Omnibus igitur ab initio rite perſpectis domini & patres mei, magna vos conuenit exultatione gaudere, quod de omni carne ſingulariter eſtis ad hoc tempus electi, per quos Fidei veritas, per quos forma iuſtitiæ, per quos Eccleſiæ libertas inconuulſa ſeruetur. Quod enim nos in hac vobiſcum vnitate conſiſtimus quod hæreticam prauitatem cum ſuo deteſtamur auctore: vobis debetur gratia, qui cœpiſtis, à quibus nos auctoritatem duximus & exemplum. Ipſi itaque duces noſtri, ipſi reuera de fortiſſimis Iſrael eſtis, quibus lectulus Salomonis datus eſt propter timores nocturnos fidelibus excubijs ambiendus. Ad vos, velut ad lucernam ſuper candelabrum poſitam, Orientalis pariter & Occidentalis concurrit Eccleſia, ſed & ad inſulas quæ procul ſunt, ſonus veritatis exiuit, à quibus tamquam à finibus terræ, plerique iam per diſcrimina multa venerunt audire ſapientiam Salomonis. Licet enim nos plurima locorum ſpacia diſiungant, charitas ſemper indiuiſa coniungit, quos vnus ſpiritus, vna fides, vna confeſſio dirigit ad ſalutem. In hac decreuimus vobiſcum conſtantia permanere, in hac vobiſcum viuendum eſt, in hac, cum voluntas diuina decreuerit, moriendum: quia neque mors, neque vita, neque aliud vnquam ab huius nos ſententiæ profeſſione ſeiunget..

Interim ſi domino noſtro & vobis noſtram non poſſimus præſentiam exhibere, aliqua tamen ex parte ſupplet deuotio charitatis abſentiam, quoniam venerabilibus patribus noſtris Sedis Apoſtolicæ Legatis aſſiſtimus, cum eis toto ſtudio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ vtilitatibus inſiſtentes. In quibus tanta refulget Apoſtolicæ ſanctitatis & doctrinæ perfectio, vt eis plus gratia merita contrahant, quam terroris reuerentia diſciplinæ. Viri ſunt, quorum ſanctitatem miratur populus, ſapientiam Clerus vſquequaque collaudat, ad virtutem ſeueritatis Principes expaueſcunt. Ad ſummam, tanta omne opus ſuum manſuetudine temperant, vt neque ſeueritas diſciplinæ pereat, & in omni parte ſanctæ Romanæ Eccleſiæ gratia conualeſcat.

Porro ſuper facto illo, in quo Regem Francorum aduerſus eos ſcandalizatum audiſtis, prorſus excuſabiles ſine omni dubitatione credatis, quia numquam ad conſenſum diſpenſationis illius pertrahi potuiſſent, niſi eos inexpugnabilis neceſſitas, & ineſtimabile bonum recompenſationis ilico venturæ traxiſſet. Conuenerant ſiquidem ex mandato Regum venerabiles de regno vtriuſque perſonæ, vt de Romani Pontificis ſuſceptione tractarent, de quo nihil adhuc publice fuerat conſtitutum. Stabant itaque fratres illi, cauſam Eccleſiæ non ſine magno diſcrimine proſequentes, quoniam apud pleroſque fauor iniquitatis conualuerat, adeo vt qui manifeſtæ repudium veritatis ſuggere non audebant, differendum potius, ſæ-

culari

Sal. An. 1159. *culari quadam aſtutia prædicarent: euentum ſcilicet rei dubiæ potius expectandum; quam ſubijciendam fortuitis caſibus tantorum Principum maieſtatem. Non oportere eos temeritate nimiæ feſtinationis inuolui, quos ſecurius illæſos ſola poterat expectatio conſeruare, Romanam Eccleſiam ſemper oneroſam extitiſſe Principibus, iugum aliquando data occaſione ponendum, donec cupiditatis pœnas ambitio deteſtanda luiſſet. Soluendum morte alterutrius quæſtionis incertum, atque interim poſſe religione Epiſcoporum per ſingula regna ſufficere, donec diuina voluntas ſignis euidentioribus appareret. Accedebat Legatorum Imperatoris & Cardinalium, maledicti ſcilicet Ioannis, & Guidonis inſtantia, quibus dari videbatur de modica dilatione triumphus, ſi fratres veſtros vel ad modicum tempus quælibet occaſio ſuſpendiſſet.*

Præterea cum animos Regum in fauorem domini noſtri omnium conſcientia crederet inclinatos: in partes Imperatoris ceſſiſſe dilatione præſtita crederentur, & paulo minus detrimenti ſuſpicio, quam notitia forte veritatis afferret. Sed & Rex Francorum rei definitionem Regis Anglorum voluntati commiſerat, nihil ſe facturum publice conteſtatus, niſi quod ipſius ei ſententia prædictaſſet. Præualuerat itaque conſilium dilationis, vt quanto ſpatioſius, tanto vtilius vtrique Regi poſſet eſſe conſultum, atque interim aliqua poſſent de ipſis euentibus auſpicari. Quia igitur de arbitrio Regis Anglorum tota cauſa pendebat: exaudientibus erat potius quam ſeueritatis alicuius auſteritate terrendus, de cuius ſimplici fauore in momento Francorum, Anglorũ, Hiſpaniæ, Hiberniæ, & nouiſſime etiam Norwegiæ regna cepiſtis. Sed & vnde quis oriturum ſuper eo præſumpſiſſet offenſam, quo ab initio pro bono pacis, ſcripto etiam interueniente, Regum ſanctitas, religio Præſulum, Principum fides, populi congratulatio deuota firmauit, nec rei efficientiam communibus regulis, ſed quod magis accelerari poſſet, eccleſiaſticæ potius indulgentiæ deſtinauit? Quod ſi quid indulgentia contra eiſdem regulas conſtat eſſe delictum: nihil tamen criminis interceſſit, vulnuſque modicum totius operis ſanitas aſſeruata compenſat. Hic certe zelus eorum, hæc fuit diſpenſationis intentio, quam non vltronea voluntas obtulit, ſed importunitas neceſſitatis extorſit: quoniam ſi ea die ſermo non fuiſſet conſummatus in bonum, proculdubio fratres veſtri repulſam diutinam vel perennem ſub dilationis imagine reportaſſent.

Scripſit idem *Arnulphus* ad Io: Neapolitanum, & *Vuilhelmum* Papienſem Cardinalem. cliii

Audita S. R. E. turbatione, condolui, quia dolorem matris audire ſine compaſſione non poteram filius ſpecialis. Mihi enim dolor ille ſpecialius incũbebat, quem ipſa ſemper hactenus tanta charitate dilexit, tãta familiaritate dignata eſt, tot beneficijs & honoribus illuſtrauit. Poſtmodũ autẽ audito, in cuius perſona omniũ fere vota cõuenerant, mœrorẽ gaudio, plorationem cithara, vocẽ planctus organo cõmutaui. Gauiſus ſi quidem ſum paucos à generali concordia deſciuiſſe, quorũ numerus nihil aut parum vnitati Catholicæ poterit derogare. Gauiſus, inquã, quia ei rerũ ſũma commiſſa eſt, per quẽ facile reſtaurãda libertas eccleſiæ creditur et honeſtas. Porro mea non fuit interim otioſa deuotio, ſed apud eos, in quorũ oculis Deus mihi dedit aliquid auctoritatis & gratiæ cauſã Eccleſiæ peroraui, & Principẽ noſtrũ Regẽ Anglorũ, in fauorẽ Patris huius primus & ſolus, adhibito quod oportuit inſtantia, confirmaui. Profecto veniſſe iam ad pedes Apoſtolicæ beatitudinis amplectendos, & miſcendum deſiderabile cum veſtra charitate colloquium, niſi belligerante in partibus noſtris Principe, multis me importunitatibus neceſſitas improba detineret. Veſtræ itaque benignitatis erit & gratiæ, abſentiam meam interim apud eum veſtra ſupplere præſentia, obſequiumque meum, ſi aliqua videbitur parte opportunum, offerre, quoniam ad omne quod paucis mihi fuerit apicibus indicatum, paratus ſum ei & vobis tota deuotione totam impendere facultatẽ.

Qui verò ad Orientales miſſi fuerant, non facile vota habuere propitia. Io: Cardinalis tit. S. Io: & Pauli legatus *Alexandri*, apud Billium, *Vuilhelmus Tyrius archiepiſcopus*, cum quibuſdã Ianuenſibus applicuit. cliv

Volens igitur impetrata licentia, tamquam Legatus in regnum introire: prætentauit domini Regis & aliorum Principũ tam eccleſiaſticorum, quã ſæculariũ mentes, quidnam de eius ingreſſu ſentirent. Diuiſus enim erat (vt prædiximus) occaſione ſchiſmatis oborti pene orbis vniuerſus, alijs domino Alexandro Papæ, alijs parti oppoſitæ fauentibus. Vnde poſt multam deliberationem mandatum eſt ei ex parte

te

Sal. An. 1159. *te* Regis, *vt ſubſiſteret, nec in Regnum præſumeret ingredi, quouſque cum Prælatis eccleſiarum & regni Principibus pleniore deliberatione ei de communi conſilio mandaretur, quid eum facere oporteret. Interim ergo conuocatis apud Nazareth tam domino Patriarcha, quam reliquis eccleſiarum Prælatis, de Principibus quoque nonnullis cum domino Rege aſſiſtentibus: cæperunt deliberare, quid in tanta ambiguitate facto eſſet expedientius. Omnes enim Orientis pontifices de vtroque Patriarchatu in neutram partem manifeſtè declinauerant: in occulto tamen alijs huic, alijs illi ſuum fauorem præſtantibus.*

Factum eſt autem, ſicut in talibus ſolet contingere, quod diſſentientibus ab inuicem, & votis eorum in plura diſtinctis, alij dicerent, quod dominus Alexander & eius Legatus ſuſciperetur, vtpote cauſam fouens potiorem; quorum princeps erat dominus Petrus prædeceſſor noſter Tyrenſis Archiepiſcopus. Alij è conuerſo domini Victoris cauſam præferentes, & eum ſemper regno amicum & tutorem fuiſſe aſſerentes: Legatum nullo modo recipiendum eſſe cenſebant. Rex autem mediam viam quamdam ſequens cum ſuis Principibus & eccleſiarum quibuſdam Prælatis, timens ne Epiſcopi inter ſe diuiderentur, & ſcinderetur Eccleſia: perſuadebat neutram partium recipiendam eſſe: Legato vero, ſi tamquam peregrinus orationis gratia abſque inſignibus legationis ad loca ſancta vellet accedere, dandam eſſe licentiam, & concedendam libertatem moram in regno faciendi vſque ad primũ tranſitum; ex tunc et redeundum eſſe. Allegabat etiam, & dictorum ſuorum cauſa ſubiungebat & rationem, dicens: Schiſma recens eſt, nec dum orbi innotuit, vter eorum cauſam foueat potiorem: periculoſum autem eſſe, in re dubia partem ſibi ex ſententia deligere, & de re incerta definitiuam præcipitare ſententiã. Præterea nec Legato opus eſſe in regno, qui eccleſias & monaſteria grauet impenſis, extorſionibus attenuet. Hæc erat domini Regis ſententia: quæ licet vtilior videretur, tamen præualuit eorum ſententia, qui Legatum eſſe recipiendum aſſerebant. Vocatus igitur in regnum venit; multiſque, quibus aduentus eius placuerat, poſtmodum fuit oneroſus, quia decimas
clv debitas Eccleſiæ Romanæ voluerit exigere.

Ipſe Græcorum Imperator *Manuel* nonniſi redimendi Imperij aduersùs Latinos, & Orienti ſubmittendi Occidentem ſpe illectus, aduersùs *Fridericum* Imperatorem, ſuſceperat *Alexandrum*, licet vt *Ludouici* Francorum Regis preces exau- clvi
diret, in partes venire diceret *Alexandri*, in *Extat. tom. 10. Concil.*
epiſtola ſua ad *Ludouicum* Francorum Regem.

Porrò *Fridericus* ab *Alexandri* rationibus alienus, religionis ſpecie, potius, quàm zelo inane vulgauit decretum, quo Pſeudoſynodum, ad anni ſequẽtis Epiphaniæ octauam, Papiæ indixit, & *Alexandrum* iuxta ac clvii
Victorem, per Pragenſem ac Verdenſem *Imper. ſynodum inducit.*
Epiſcopos, ipſumque *Vvitelſpachium* citauit, de lite Pontificia Chriſtiani orbis audituros iudicium. *Auctoritatem autem congregandi Concilij* (ait Radeuicus c. 54.) *exemplo antiquorum Imperatorum, Verbi cauſa, Iuſtiniani, Theodoſij, Caroli ſibi congruere putans, litiſque deciſionem legitimam eſſe non poſſe, niſi partibus hinc inde congregatis conſiderans, ad citationem amborum, venerabiles viros,* *Citat ad Conciliũ Papam, & Antipapam.*
& prudentes, Danielem Pragenſem, & Hermannum Verdenſem Epiſcopos dirigit, cum literis, quarum exemplar hoc eſt.

Imperatoris epiſtola ad Rolandum, & cæteros Cardinales. clviii

Fridericus Dei gratia Rom. Imper. & ſemper Aug. Rolando Cancellario, cæteriſque Cardinalibus, qui eum elegerunt Romanum Pontificem, ſalutem & omne bonum.

QVoniam diuina præordinante clementia, Romani Imperij gubernacula ſuſcepimus, oportet vt in omnibus vijs noſtris, ipſius legem cuſtodiamus, cuius munere, cuius voluntate dignitatis noſtræ apicem adepti ſumus. In hoc itaque ſacratiſſimo propoſito conſtituti, cum omnibus Eccleſijs in imperio noſtro conſtitutis debeamus patrocinari, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ tantò propenſiùs debemus prouidere, quantò ipſius cura & defenſio à diuina prouidentia creditur nobis eſſe commiſſa ſpecialiùs. Ea propter de diſcordia, quæ in ſubſtituendo Romanum Pontificem inter vos ſuborta eſt, plurimùm dolemus, timentes ne occaſione huius ſchiſmatis eccleſia Chriſti ſanguine redempta debeat dilacerari, præſertim cum robur eccleſiæ foris titubare videatur, quoniam vnitas ipſius, ſciſſura domeſtica interius dilaniatur. Vt autem huic peſti competens & Deo gratum exhibeamus remedium, religioſorum virorum conſilio generalem

Sal. An. 1159. *lem curiam & conuentum in octaua Epiphaniæ Papiæ indiximus celebrandam. Ad quam euocauimus totius imperij noſtri & aliorum regnorum, ſcilicet Angliæ, Franciæ, Vngariæ, Daciæ, archiepiſcopos, epiſcopos, abbates, & viros religioſos, ac Deum timentes, quatenus remoto omni ſeculari iudicio, hoc tam magnum eccleſiæ negotium eccleſiaſticarum tantùm perſonarum ſententia ita ſopiatur, vt & Deo debitus exinde honor deferatur, & eccleſia Romana ſua integritate & iuſticia non poſſit à quoquam priuari, vel ſtatus vrbis, quæ caput imperij noſtri eſt, inquietari. Proinde eruditioni veſtræ mandamus, & ex parte Dei omnipotentis, & totius eccleſiæ catholicæ præcipimus, vt ad eandem curiam ſiue conuentum veniatis, eccleſiaſticarum perſonarum ſententiam audituri & recepturi. Teſtis enim nobis eſt Deus, quia in hac curia nec amore, nec odio alicuius perſonæ quicquam aliud quærimus, quàm honorem Dei, & eccleſiæ ſuæ vnitatem. Quòd ſi ad tam celebrem eccleſiæ conuentum examinationis cauſa venire volueritis, chariſſimi principes noſtri & eccleſiæ catholicæ Hermannus Verdenſis, Daniel Pragenſis, patres & epiſcopi venerabiles, quos de palatio noſtro ad vos tranſmiſimus, vnà cum comite Palatino, conſanguineo noſtro, alijſque legatis noſtris, ſecurum vobis conductum præſtabunt. Si verò iuſticiam Dei & eccleſiæ in tam ſolenni conuentu recipere nolueritis, videat Deus, & iudicet. Nos autem ipſius fauente gratia, qui dat ſalutem regibus, iuſticiam Dei, quæ nullum magis quàm Imperatorem Romanum decet, proſequemur.*

clix Scripſit etiam ad Epiſcopos Tranſmontanos, eos inuitans ad concilium.

FRIDERICI

Epiſtola ad Epiſcopos Tranſmontanos.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus, Herimanno Brixinenſi epiſcopo ſalutem, & omne bonum.

QVòd in paſſione ſua Chriſtus duobus gladijs contentus fuit, hoc in Romana eccleſia, & in imperio credimus mirabili prouidentia declaraſſe, cum per hæc duo rerum capita & principia totus mundus tam in diuinis, quàm in humanis ordinetur. Cumque vnus Deus, vnus Papa, vnus Imperator ſufficiat, & vna eccleſia Dei eſſe debeat, quod ſine dolore dicere non poſſumus, duos apoſtolicos in Romana eccleſia habere videmur. Defuncto itaq; Adriano Papa, in Kalend. Septemb. Cardinales, qui columnæ immobiles eſſe videbantur, quibus ſancta & vniuerſalis firmiſſimè inniteretur eccleſia, non quæ Dei ſunt, ſed ſua quærentes, & vnitatem eccleſiæ ſcindentes, duos pontifices elegerunt, & ambos conſecrauerunt. Pro tanta namque & tam pernicioſa eccleſiæ iactura, tota nimirum Italica eccleſia conturbatur, & diſſenſiones ſchiſmate orto in capite, iam in inferiora membra defluxiſſet, & totum eccleſiæ corpus defedaſset, niſi nos conſilio & auxdio religioſorum virorum, qui ſpiritu Dei aguntur, tam impudicæ iniquitati iuſticiæ rigorem oppoſuiſsemus. Ne itaque in tantæ diſcrimine diſcordiæ vniuerſalis eccleſia periclitari poſſit, Romanum imperium, quod ad remedium tam pernicioſi morbi diuina clementia prouidit, vniuerſorum ſaluti debet ſolicitè prouidere, & ne tanta mala in eccleſia Dei, præemineant, futuris caſibus ſolerter obuiare. Coadunatis itaque in vnum omnibus epiſcopis, tam Italicis, quàm Teutonicis, cæteriſque principibus, ac viris religioſis, qui zelum Dei & eccleſiæ habere videbantur, quod facto opus eſſet diligenter inueſtigauimus, ex decretis Romanorum pontificum, & ſtatutis eccleſiæ veraciter accipientes, quòd exorto ſchiſmate in Romana eccleſia ex duorum apoſtolicorum diſſenſione, ambos vocare, & ſecundum ſententiam & conſiliũ orthodoxorum litem decidere deberemus. Ex conſilio itaque omnium qui aderant epiſcoporum, cæterorumque principum, curiam ſolennem, & generalem conuentum omnium eccleſiaſticorum virorum, in octaua Epiphaniæ Papiæ celebrandam indiximus, ad quam ambos qui ſe dicunt Romanos pontifices vocabimus, omneſque epiſcopos imperij noſtri, & aliorum regnorum Franciæ videlicet, Angliæ, Hiſpaniæ, atque Vngariæ, vt eorum in præſentia noſtra iuſto declaretur examine, quis illorum regimen vniuerſalis eccleſiæ de iure debeat obtinere. Quia verò ad vnitatem eccleſiæ reformandam ſapientia admodum nobis neceſſaria eſt, vt ea nequaquam carere valeamus dilectionem tuam attentiſſimè rogamus, & rogando commonemus, quatenus pro fidelitate eccleſiæ & Imperij, ad prædictam curiam omni occaſione remota venias, vt in aduentu tuo vnitas & pax, & tranquillitas eccleſiæ reformetur. Interim autem prædictæ ſciſſuræ in neutram partem aſſenſum tuum declines,

nec

Sal. An. 1159. cix *nec tanquam iuſtam & rationabilem aliquatenus recipias. Data Cremæ, x. Kal. Nouemb.*

Cæſaris legati ad Alex. III. Hiſce ſcriptis; ad *Alexandr. Pontif.* Legatos miſit ſupranominatos, Admiſſi in *Alexandri* conſpectum, nulla cum reuerentia, nedum Pontificis titulo dignati ſunt. Sed ſub typo ſuperbiæ (ex codice Vaticano *Baronius*) intrantes palatium, ſederunt coram Pontifice cum patribus, & fratribus, & literis in medium productis, ex auro bullatis, hoc inter cętera dixerè. *Quod ipſe Imperator, audita diſſenſione, quæ in Romana eccleſia emerſerat, perſonas Catholicas de quinque regnis conuocauerat, ideoque præcipiebat eis ex parte generalis eccleſiæ, vt in octaua Epiphaniæ apud Papiam conuenirent*, *Papam inhonorant.* nota ſequentia ex Baronio, *ad eius præſentiam, audituri & recepturi quod in ea Curia dictaretur* (vel cùm *Radeuico* in epiſtola *Friderici* ſupracitata) *eccleſiaſticarum perſonarum ſententiam audituri & recepturi.*

His auditis, turbati ſunt fratres vndique grauioribus malis. Terrebat tam potentis principis perſecutio, nec modicum vrgebat, quod idem Imperator *Octauianum* in ſuis literis Romanum Pontificem, & *Alexandrum* *Alexandri reſponſio.* *Rolandum* Cancellarium nominabat. Conſtans porrò *Alexander*, & de eccleſiæ libertate ſolicitus, repoſuit, neutiquam eſſe Imperatoris, citra Romani Pontificis voluntatem concilia cogere, vel Chriſti ſupremum Vicarium ad profanum Imperij euocare tribunal: id enim, præterquàm quod fieri nequeat abſque Numinis iniuria & Pontificij iuris violatione, nullius prorsùs eſſe momenti. *Victor* autem, vt ad certam victoriam, non quaſi in ius proceſſurus, *Friderici* voluntati ſe quacunque obſecuturum ratione reſpondit. Habito tali reſponſo, indignati ſunt epiſcopi, & contumaciter redeuntes, Signiam acceſſerunt, & ibi ad *Octauiani* pedes procidentes, adorauerunt eum. Idipſum fecit *Otto Palatinus Comes*, quem cum Teutonicis in Vrbem Imperator legauerat.

Sal. An. 1160. Radeuicus lib. 2. c. Ne ad Id. Ianuarias Papienſis ageretur conuentus, fecit Cremenſis obſidio, cuius ardorem *Fridericus* ſua præſentia volebat intendi. Ergo dilato in Februarium conuentu, ſummis viribus obſeſſos vrgere cępit admotis circum machinis & turribus; quas fortiſſimis implerat militibus, vt tela, faces in eos, qui intus erant, iacerent.

Hæc cum Cremenſes quanquam maximo ſui detrimento repellerent, demum ad alias artes ſe contulit. Opportune autem ipſius conſilium iuuit quidam induſtriæ architectus, omnia ipſius machinamenta eouſque leui ſatis momento ludificatus; qui pecunia, vt Cremenſes ſcribunt, corruptus ad ipſum transfugit, ac turres ligneas inuſitatæ altitudinis duarum contabulationum effecit, ac pontes ex ijs in muros proijciendos inſtituit. Quibus perfectis *Fridericus*, qui gattorum, briccolarumq; inanes expertus ſæpè conatus erat, vt vltimam, ſic aſperrimam oppugnationem incœpit. Gattis quippe remotis, diuerſis è partibus turres has, quàm proximè potuit, muris admouit; ac milites qui in ſuperiore contabulatione locati erant, oppidanos omni miſſilium genere propellere, qui verò inferiorem tenebant, pontes, vt demonſtratum ab architecto fuerat, in muros proijcere iuſſit, ac reliquum exercitum in muros diſpoſuit, & ſingulos, vbi proiectos ſenſiſſent pontes, ſuamquè quem inuadere partem præcepit. Cremenſes vbi oppidum corona circundatum, turribuſque mœnibus admotis omnia perſonare tubis, armiſque ſenſerunt, ab animi virtute præſidium ſibi petendum exiſtimarunt. Quippe in muros ſubeuntes ex gattis ſuis pontes ſcindere, milites muro deijcere, & in extremo periculo fidem, officiumque ſuum probare patriæ contenderunt. Primum qui de ponte in vrbem deſiluit, quidam ſubitò crudeliſſimè interfecit, cuteque capiti eius detracta in vſum capillatæ galeæ ſe ſe induit; alteri manus & pedes præciſi, & per forum fœdo repere ſpectaculo permiſſum eſt. Ipſi tamen fortiſſimo quoque ex ſuis aut amiſſo aut ſauciato, debilitati adeo ſunt, vt anteriorum munitione relicta, in poſteriorẽ ſe rettulerint, ac tum primum animis, viribuſque deficere, & de ſalute deſperare incœperint. Quod vbi ſenſit *Fridericus*, concilium, quod in octauam ab Epiphanià indixerat, ne oppugnationis ardorem remitteret, in Quadrageſimam diſtulit, atque acrius oppugnare perſeuerauit. Tum Cremenſes aſſiduis prælijs, vigilijſque defeſſi, ac vulneribus affecti, ad VII. Kal. Feb. capto ſui dedendi conſilio, colloquij *Cremenſium deditio.* copiam cum Aquileienſi Patriarcha & *Henrico Leone* impetrarunt. Rebellionem eo

Sal. An. 1160. nomine conabantur tegere, quaſi arma non odio Cæſaris induiſſent, ſed ne venirent in Cremonenſium manus, cumque rogabant, ne eorum odijs ad noxam dederentur, cęteroqui in Cæſaris arbitrio futuri, fidem pollicentes ac perpetuum obſequium. Pax illis data ijs legibus, vt incolumi vita atque libertate oppido excederent, cum ijs dumtaxat rebus, quas vnica ſarcina poſſent efferre. Mediolanenſibus & Brixianis qui erant in præſidio arma adempta. Quod opum in vrbe ſuperfuit, à Germano milite direptum cum verò hoc ipſum auiditati ſatis non eſſet, tecta igne ſubiecto cremata. Cremonenſes & Laudenſes veteri flagrantes odio męnia foſſaſq; ſolo æquarunt. Cæſar triumphantis ſpecie Papiam inuectus, ab oppidanis magno plauſu exceptus eſt.

clxi F R I D E R I C I

Epiſtola ad Raimundum Ep. Gurcenſem.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imper. & ſemper Auguſtus, dilecto ſuo Raimundo Gurcenſi Epiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum. Dilectioni tuæ ſignificare dignum duximus, quòd Cremam 6. Kal. Febr. diuina nobis auxiliante dextera, deuictam funditus deſtruximus, ita tamen, quòd habitatoribus ſuis, vitam tantum ſuppliciter à nobis poſtulantibus, in perſona propria pepercimus. Quod quia tibi gratum eſſe indubitanter ſcimus, mandamus tibi, quam intimè rogantes, quatenus vnà nobis cum omnipotenti Deo grates condignas agas, & vt is, qui ſalutem dat Regibus, hoſtium victoriam nobis tribuat, inceſſanter implores. Præterea te ſcire volumus, quòd in omnibus grauaminibus & aduerſitatibus tuis tibi, tãquam dilecto ac fideli noſtro, condolemus, & in reditu noſtro, vita comite, omnia mala tibi aduerſantia ſedare intendimus. Data in triũpho Cremæ, 6. K. Feb. clxii

CONCILIABVLVM PAPIENSE. Anno 1160.

clxiii *Tempus erat quo concilium Papiæ indictum, celebrandum fuerat, idque de vniuerſis regni partibus, videlicet ciſalpinis & tranſalpinis in vnum collecti archiepiſcopi, & epiſcopi, alijque eccleſiarum prælati pendula expectatione operiebantur. Tum Auguſtus commonens omnes ieiuniorum & orationum ſubſidijs eccleſiæ catholicæ cauſam Deo commendari, cum ſacerdotibus, & omni populo auxilium diuinum fida ſanctorum interceſſione poſcebat. Deinde conuocato in vnum concilio, cùm reſediſſet, ait ad epiſcopos. Quamuis nouerim officio ac dignitate imperij penes nos eſſe poteſtatem congregandorum conciliorum, præſertim in tantis eccleſiæ periculis: (hoc enim & Conſtantinus, & Theodoſius, nec non Iuſtinianus, ſeu recentioris memoriæ Carolus magnus, & Otto Imperatores feciſſe memorantur) auctoritatem tamen diffiniendi huius maximi & ſummi negocij, veſtræ prudentiæ, veſtræque poteſtati committo. Deus enim conſtituit vos ſacerdotes, & poteſtatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi. Et quia in his quæ ad Deum ſunt, non eſt noſtrum de vobis iudicare, tales vos, & taliter in hac cauſa hortamur habere, tanquam ſolius Dei de vobis expectantes iudicium.*

Raden. l. 2. c. 64.

Cùm hæc dixiſſet, ipſe ſe concilio ſubtraxit, examen totum eccleſiæ & eccleſiaſticis, quæ ibi innumerabiles erant, committens perſonis. Erant autem circiter quinquaginta archiepiſcopi & epiſcopi: abbatum & præpoſitorum non erat præ multitudine æſtimatio. Legati quoque diuerſarum terrarum aderant, ſpondentes quicquid à ſynodo decretum foret, indubitanter à ſuis recipiendum.

Decretum Papienſis conuentus pro Victore.

Reſidentibus itaque epiſcopis, & clero vniuerſo VII. diebus cauſa ventilata eſt, eandemque domino Octauiano, qui cum præſens aduenisſet, & haberet qui partem ſuam defenderent, ceſſit litis victoria, & pro ipſo concilium ſiue curia dedit ſententiam, condemnato Rolando & reprobato, qui citatus legitimè concilio ſe præſentare contumaciter abnuiſſe dicebatur. Sæpius autem lectorem admonitum eſſe cupimus, vt in hoc facto ad diſquirendam rerum veritatem non noſtra dicta conſulat, ſed literis & ſcriptis, quæ ad manus noſtras venerunt, & huic Operi inſerenda viſa ſunt, innitatur, ſuo ſeruans arbitrio, quando de hac controuerſia, & litis deciſione, concilijque iudicio ſufficienter ſibi fides facta videatur. clxiv

Epiſtola Canonicorum S. Petri Romæ, pro parte Victoris.

Patres ſanctiſſimi quos Deus elegit ad conſolationem mærentium, & delinquentium correctionem, ſicut ait Apoſtolus, corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, intendite clxv

preci-

Sal. An. 1160. precibus noſtris, & ad dolorem noſtrum leniendum conſolationis manum extendite. Tanta eſt enim tam diffuſa mæroris noſtri materia, vt vnde debeamus exordium ſumere, difficulter poſſimus inuenire. Verùm quia materia doloris eſt & mæroris, à luctu, & mærore ordiri decreuimus. Attendite ergo & videte, ſi eſt dolor ſicut dolor noſter, cùm videamus matrem noſtram Romanam eccleſiam, quondam fulgentem, à filijs ſuis, imò alienis, quia mentiti ſunt ei, quos enutriuit & exaltauit, ipſi autem ſpreuerunt eam, contumelioſè euiſceratam, & membris ex parte mutilatam, in cœno iacentem, contumeliam, iacturamque ſuam nec ſentientem. Vnde cum Hieremia plorante ſua Hieruſalem destructionem, plorantes dicimus: Non crediderunt reges terræ, & vniuerſi habitatores orbis: quoniam ingrederetur hoſtis, & inimicus per portas Hieruſalem. Verè Hieruſalem erat mater noſtra Romana eccleſia, quæ cunctis ad ſe venientibus & quærentibus pacem dabat. Nunc autem & dolentes dicimus, vt olim illa, Peccatum peccauit noſtra Hieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. Nec immeritò propter peccata prophetarum eius, & iniquitates ſacerdotum eius, errauerunt cæci in plateis, facies Domini diuiſit eos. Et verè. Vultus enim Domini ſuper facientes mala, vt perdat de terra memoriam eorum. Vnde plurimo rubore diffundimur. Verè peccatum peccauit hoc tempore noſtra Hieruſalem, inuidia & odio, et iniquitatibus multis, quæ quia per omnia longum eſt enarrare, ad oſtendendam Romanam electionem, et cauſam diſcordiæ declarandam propoſitum conuertemur.

Domino igitur Papa Adriano felicis memoriæ, prima vigilia Kalend. Septembris viam vniuerſæ carnis ingreſſo, conuenit illicò maxima multitudo, cum quibus et ſenatores affuerunt, quorum conſilio corpus Romam delatum eſt. Inter Cardinales verò contentione creſcente, conuenit tandem inter eos vt Romam redirent, & concordem electionem facerent de aliquo cardinalium. Quod ſi non poſſent, quærerent, extraneam perſonam. Quod ſi nec ſic poſſent conuenire, ab electione quieſcerent, donec inuenirent idoneum virum; quem concorditer eligere deberent. Et hoc vnanimiter ab omnibus confirmatum eſt. Poſt hoc autem ſtatim Romam redierunt. Dominus Octauianus, & quidam alij acceſſerunt ad obſequium defuncti. Quidam verò alij premiſerunt auctorem ſcelerum Boſonem primogenitum Satanæ, vt munitionem beati Petri occuparet, cuius cuſtodes fidelitatem ei iurauerant, domino Papa Adriano viuente, eumque poſtea ſubſequentem eandem munitionem conſcenderunt. Dominus autem Tuſculanus palatium aſcendit. Dominus Octauianus & dominus Rolandus cancellarius ad domos noſtras venerunt, & quidam alij. Vocati autem iſti ab illis qui munitionem obſeruabant, reſponderunt, ſe nunquam aſcenſuros in munitionem: Boſonem verentes, ne ſicut eis relatum fuerat, à iurati, Boſonis caperentur. Et dominus cancellarius Vadam, inquit, & eos ad vos deſcendere faciam. Iuit cum eo diaconus de Carcere, nec redierunt, & ſic per biduum de loco vbi electionem facerent, conuenire nequiuerunt.

Tandem die ſabbati deſcendentibus illis de munitione; aſcenderunt omnes poſt altare beati Petri; & cœperunt de electione tractare. Cumque conuenire non poſſent, dixerunt iſti qui concordiam & pacem eccleſiæ deſiderabãt Date nobis electionem, & eligemus vnum de vobis, aut habeatis vos electionem, & eligite quem vultis de nobis vnum: & noluerunt. Surrexit tandem velut iratus Otto, diaconus S. Georgij, & Adebaldus Craſſus, cardinalis S. Apoſtolorum, & Ioannes Neapol. & accepto manto voluerunt immantare dominum Rolandum cancellarium; ſed ſaniori & meliori parte Cardinales ex parte Dei omnipotentis, & beatorum principum apoſtolorum Petri & Pauli, atq; totius eccleſiæ auctoritate prohibente, non potuerunt. Facta autem hac prohibitione, iterum eum immantare attentauerunt, nec potuerunt, & cancellarium cum manto nullo modo tetigerunt: per eos tamen non ſtetit quin immantaretur. Cæterùm clerus Romanus, qui in eccleſia beati Petri pro electione ſummi pontificis conuenerat, audito clamore, cucurrerunt, circumdantes dominum Ottonem, qui erat cum cardinalibus iuxta altare beati Petri, & clamauerunt omnes dicentes, Dominũ Octauianum eligite, per quem ſolum eccleſia pacem poteſt habere. Tune petitione populi Romani, & electione totius cleri, conſentiente & deſiderante vniuerſo capitulo baſilicæ beati Petri, dominus Octauianus cardinalis à ſaniori parte cardinalium ele-

Sal. An. 1160. electus eſt, & manto indutus, ac in ſede beati Petri poſitus, abſque omni contradictione, cantantibus omnibus, Te Deum laudamus, in iubilo. Deinde ſicut mos eſt, domini cardinales, & clerus Romanus totus qui præſens erat, & qui poſtea confluxerat, populiq; Romani pars maxima pedes eius oſculati ſunt. Quòd videns dominus Rolandus cancellarius, & qui ei ſicut dicebatur, iuramento erant aſtricti, nec clamauerunt, nec aliquo modo contradixerunt, ſed inclinato capite redeuntes, munitionem quaſi ſpe ſua fruſtrati conſcenderunt. Tunc domini Cardinales, Clerus, Iudices, ſcriniarij, ſenatores, populus Romanus dominum electum ſignis bandonis præcedentibus, ad palatium vſque cum iocunditate perduxerunt, Romano more clamantes: Papa Victore S. Pietro l'elegge. In craſtinum autem quidam de Clero Romano aſcenderunt munitionem, & oſculata manu domini Cancellarij, cœperunt eum, & qui cum eo erant, rogare, vt paci eccleſiæ prouideret. Quidam autem de Diaconis curiæ reſpondit eis velut indignans: Heri pedes domini Octauiani, qui fratrem ſuum dominum Cancellarium exuit manto, & ſe induit, eſtis oculati, & modo venitis ad nos? Et dominus Cancellarius, Noli, ait, domine Cardinalis, dicere quod verum non eſt. Dominus Octauianus numquam exuit me manto, quia numquam indutos fui. Sicque per totam hebdomadam illam domino Cancellario, & ſuis in eccleſia beati Petri morantibus nono die deſcendentes trans Tyberim, eo die & altero commorantes XI. exierunt, & peruenerunt ad ciſternam Neronis in qua latuit Nero fugiens Romanos inſequentes. Iuſtè ciſternam adierunt, quia derelinquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas: ciſternas diſſipatas, quæ continere non valent aquas. Et ibi die altero, qui duodecimus erat ab electione domini Victoris, induerunt cancellarium ſtolam & pallium erroris, in deſtructionem & confuſionem eccleſiæ, ibique primùm cantabant, Te Deum laudamus. Quis veſtrum ò ſanctiſſimi patres audiuit talia? Quantum in eis eſt, biceps hodie facta eſt Romana eccleſia. Nunc tacendum nobis eſt, vt dominus Otto Palatinus comes, & dominus Guido comes de Blanderata, & dominus Heribertus præpoſitus, viri prudentiſſimi, imperatoriæ Maieſtatis legati, vicem accipiant referendi, quid in domino cancellario & ſuis repererint. Qui cum nota retulerint domini epiſcopi, domini imperatoris legati, quid hinc inde humilitatis & veritatis cognouerint, pleniùs poterunt enodare. In Vrbe quoque cùm Romanus clerus ad eccleſiam beati Petri, ipſis præſentibus conueniret, quid de facto iſto perſenſerint, quoniam præſentes eſſe credimus, referant ipſi, & ad hoc comprobandum duos de fratribus noſtris Petrum Chriſtianum eccleſiæ noſtræ decanum, & Petrum Guidonis camerarium ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſubdiaconum, ſanctitati veſtræ tranſmittimus, vt de his omnibus veritatis teſtimonium etiam viua voce perhibeant. In cœna domini eſtis, in qua redemptionis humanæ ſacramenta peregit. Duos gladios apoſtoli ſe habere profeſſi ſunt, quos & vos habetis, quid in eis, & per eos agere debeatis, nullus veſtrum ignorat. Ibi dictum eſt à Chriſto, Satis eſt. Et nos qui Chriſti veſtigia ſequi debemus, vobis dominis noſtris dicimus, huic operi finem facientes, Satis eſt. Omnipotentis ſapientia patris, qui nouit & poteſt vnire vota & voluntates omnium, doceat vos omnes, & vniat ad confuſionem Babylonicam deſtruendam, & ſimoniam de eccleſia propellendam, & pacem toti mundo deſiderabilem in integrum reformandam.

Actio Concilij ex Radeuico lib. 2. c. 67. CIXIV

Actio Concilij, quæ verbis ſimplicibus in ſcriptum redacta, item ponenda videbatur.

Hæc ſunt capitula, quæ in concilio Papiæ ſuper electionem domini Papæ Victoris canonicè probata ſunt. Dominus Octauianus, & nemo alius, Romæ in eccleſia beati Petri, petitione populi & conſenſu, ac deſiderio cleri, à cardinalibus manto indutus eſt ſolemniter, & præſente Cancellario, & non contradicente, in Cathedra beati Petri collocatus eſt, & à Cardinalibus, & Clero Romano, Te Deum laudamus, ſolemniter ei cantatum eſt, & nomen ei Victor impoſitum eſt. Ibi multitudo Cleri & populi Romani venit ad pedes eius. Tunc Scriniarius ſecundum antiquam Romanorum conſuetudinem aſcendens in altum, voce magna clamauit ad populum dicens: Audite ciues Romani, & cœtus reipublicæ. Secunda feria pater noſter Adrianus mortuus eſt, & proximo ſequenti ſabbato dominus Octauianus Cardinalis S. Ceciliæ in Romanum Pontificem electus & immantatus eſt, & in

Ca-

Sal. An. 1160. *Cathedra beati Petri collocatus eſt, & Papa Victor eſt nominatus. Placet vobis? Reſpondit magna voce Clerus & populus, Placet. Secunda & tertia voce interrogatus populus ſi placeret, clara voce reſpondit, Placet. Deinde cum laudibus, & alijs papalibus inſignibus dominus Papa cum laudibus in palatium deductus eſt.*

His itaq; ritè peractis, capitulum beati Petri ſtatim venit ad pedes eiuſdem papæ Victoris, & obediuit, ac debitam et reuerentiam exhibuit, clerus & populus, multitudo magna ſimiliter obediuit. Sequenti verò die proxima rectores cleri Romani accedentes ad dominum cancellarium, & ad cardinales qui cum eo erant, voluerunt cognoſcere ſi immantatus eſſet, ſicut quidam dicebant: & non inuenerunt eum immantatum, neque aliqua ſpecie dignitatis variatum: & habito cum eo & cardinalibus ſuis colloquio, cognouerunt ab ore eius & ſuorum, quòd nunquam fuerit immantatus, quòd hoc ei falsò imponebatur. Quo audito & cognito, rectores ad pedes domini papæ Victoris venerunt, & obedientiam, & reuerentiam exhibuerunt. De omnibus ſuprà dictis capitulis teſtes fuerunt, Petrus Chriſtianus decanus baſilicæ beati Petri, & omnes fratres eius, & duo Rectores cleri Romani, Blaſius ſcilicet presbyter, & Manerius presbyter, & ſeptem Archipresbyteri Romanæ vrbis & quatuor alij tam diaconi, quàm ſubdiaconi.

Deinde prior Lateranenſis & ſui canonici obedierunt.

Clerici de patriarchia S. Mariæ maioris obedierunt.

Abbas de patriarchia S. Pauli per ſuos nuncios obediuit, & in ſignum obedientiæ de bonis eccleſiæ ſuæ illi miſit.

Abbas de patriarchia S. Laurentij cum ſuis monachis obediuit.

Abbas Cirengij obediuit.

Abbas S. Syluestri cum ſuis monachis obediuit.

Abbas S. Alexij in monte Auentino cum ſuis monachis obediuit.

Abbas S. Blaſij cum ſuis monachis obediuit.

Conuentus S. Sabeæ obediuit.

Conuentus S. Mariæ in Capitolio obediuit.

Conuentus Monacorum S. Coſmæ, & Damiani obediuit.

Abbas S. Valentini obediuit.

Magiſter fratrum templi Hieroſolymitani in monte Auentino cum ſuis fratribus obediuit.

Cardinalia S. Marcelli obediuit.

Clerici de cardinalia Sanctorum Apoſtolorum obediuerunt.

Clerici de cardinalia S. Petri ad vincula obediuerunt.

Clerici de cardinalia S. Sylueſtri obediuerunt.

Clerici de cardinalia S. Sixti obediuerunt.

Clerici de cardinalia S. Sabinæ obediuerunt.

Clerici de cardinalia S. Sabilinæ obediuerunt.

Cardinalia S. Ciriaci apud thermas Diocletiani obediuit.

Clerici de cardinalia S. Mariæ trans Tyberim obediuerunt.

Clerici de cardinalia S. Mariæ in porticu obediuerunt.

Clerici de cardinalia S. Nicolai in carcere obediuerunt.

Monaſterium S. Agathæ obediuit.

Archipresbyter S. Apollinaris obediuit.

Archipresbyter S. Triphi obediuit.

Archipresbyter S. Bartholomæi obediuit.

Eccleſia S. Celſi obediuit.

Eccleſia S. Mariæ in monaſterio obediuit.

Eccleſia S. Mariæ in palaria obediuit.

Eccleſia ſancti Saluatoris de Curte obediuit.

Archipresbyter ſancti Vincentij cum ſuis obediuit.

Archipresbyter ſanctæ Catharinæ cum ſuis obediuit.

Archipresbyter ſancti Thomæ de Parione obediuit.

Archipresbyter ſanctæ Anaſtaſiæ cum ſuis obediuit.

Archipresbyter ſancti Saluatoris de campo cum ſuis obediuit.

Archipresbyter ſanctæ Mariæ in monte celſo cum ſuis obediuit.

Et multæ aliæ eccleſiæ & monaſteria obediuerunt, quas vix enumerare valemus.

Poſt promotionem domini Victoris, canonici beati Petri miſerunt ad Rolandum Cancellarium canonicos ſuos, qui viderent an eſſet immantatus, ſicut quidam credebant,

aut

Sal. An. 1160. aut aliquo modo promotus. Vnde bis miſſi inquiſitores, bis retulerunt eum non eſſe immantatum, nec aliqua promotionis ſpecie variatum. Sequenti verò die, vt omnis dubitatio tolleretur, miſerunt canonici quoſdam de ſuis, vt menſæ cardinalium qui intereant, intereant, intereſſent, & viderent ſi ſaltem in menſa locum indigniorem ſolito obtineret, aut etiam benedicendo menſam primus eſſet, vel aliquo modo inter cardinales loco, vel dignitate, ſeu veſte dignior haberetur. In quibus omnibus nullo modo ſenſerunt eum promotum, vel mutatum. Atque in hunc modum perſerutati ſunt canonici ſtatum cancellarij per ſingulos continuos octo dies.

Baſſo & Ioannes de Romano dicunt: Poſtquam cancellarius ſedente domino Victore in cathedra, in munitionem ſe recepit, Ioannes Phizutus clericus, & Ioannes de bucca lata laicus, voluerunt immantare cancellarium, qui cum iniuria repulit eos dicens, De me non facietis ridiculum, ibi eſt Papa: ite ad eum, & obedite ei.

Presbyter Blaſius, & presbyter Manerius rectores Romani, dicunt ſe cum tribus alijs rectoribus cleri, ſequenti die poſt promotionem domini Victoris acceſſiſſe ad cancellarium, & ad omnes Cardinales qui cum eo erant, & non viderunt eum immantatum, nec aliquo modo promotum: & antequam diſceſſiſſent, audierunt duabus vicibus ab ore cancellarij, quòd nec erat, nec fuit immantatus. In præſentia etiam ipſorum rectorum qui ibi erant, teſtificatus eſt Otto cardinales de carcere, quòd dominus Octauianus nullam violentiam, vel iniuriam intulit cancellario.

Item dixit Otto: Pro nihilo adſcribitur hoc domino cancellario, quia nullus ei mantum abſtulit, quia nunquam habuit. His omnibus ita peractis & cognitis, rectores iſti iuerunt ad dominum Victorem, & obedientiam ei fecerunt, & præceperunt clero, vt ei obediret. Quod et factum eſt.

Presbyter Barro, et presbyter Ioannes capellani de cardinalia Cancellarij; dixerunt, ſe ſequenti die poſt promotionem domini Victoris ad cancellarium acceſſiſſe, et dixiſſe ad eum ſic: Audientes vos eſſe immantatum gaudebamus, et nunc quia aliter videmus, dolemus. Qui dixit eis, pro me nolite gaudere, vel dolere, quia ego nec fui, nec ſum immantatus: ite et obedite ei quem videtis immantatum. Hæc verba taliter ab ore cancellarij proceſſiſſe commiſit presbyter Barro, et presbyter Ioannes, quibuſdam ex noſtris clericis præſentibus, vt iurent in animabus eorum ita verum eſſe.

Clerici de cardinalia S. Chryſogoni dixerunt, ſe ſequenti die poſt promotionem domini Victoris acceſſiſſe ad Cardinalem ſuum, qui erat cum cancellario, interrogaſſe eum dicentes, Omnes clerici vadunt ad pedes domini Papæ, quid faciemus & nos? Qui reſpondit: Ite ad eum ſicut alij.

Multi ex noſtris dicunt vidiſſe cancellarium vndecimo die ab Vrbe exiſſe, ſine manto, ſine ſtola albo equo, & ſine omni habitus munitione, cum pellibus nigro pallio coopertis, & cum nigro almutio vſque ad Ciſternam.

Ioannes de Romano dicit: audiuiſſe Ioannem Neapolitanum, & Bonandiem, & quoſdam alios cardinales dicentes apud Ciſternam: Quoniam modò ſumus ſine paſtore, & ſine capite, faciamus nobis dominum: & poſtea immantauerunt eum, & cantauerunt ei, Te Deum laudamus, apud Ciſternam.

Ioannes de S. Stephano, & Vvolferaminus dicunt, ſe audiuiſſe, quòd Papa Adrianus dixit ad eos cùm de Vrbe exiret: Octauianus, inquit, quem ego miſi in Longobardiam, vult excommunicare Mediolanenſes: ſed ego mandaui Mediolanenſibus, vt non curent de eo, ſed fortiter ſe habeant, tam ipſi quam Brixienſes, contra Imperatorem: & ego cum eis diſpoſui, quòd Imperator propter eorum impedimenta non poterit Romam venire. Item etiam cum Cardinalibus ita diſpoſui, quòd Octauianus non erit Papa poſt mortem meam.

Gimundus & Vvolferaminus dicunt, ſe audiuiſſe ab ore epiſcopi Sabinenſis, quòd libentes rediret ad dominum Victorem: ſed ita adiuratione eſt aſtrictus, quòd ſine periurio non poteſt.

Epiſcopus Aletrinus in præſentia domini Guidonis Cremenſis cardinalis, & Gimundi, & Ioannis Gaietani, & aliorum multorum, dixit: Non poſſum ad dominum Victorem venire, quia talem ſecuritatem feci cancellario, & ſuis apud Anagniam, quòd non poſſum ad eos venire vſque ad Kal. Poſt Kalend. autem veniam: interim tamen habeo eum pro domino, & paſtore meo. Itaque Kal. tranſactis, cum infirmitate teneretur, miſit domino Victori obedientiam per clericum

quen-

Sal. An. 1160. *quendam, quem habemus præſentem.*

De omnibus ſupradictis capitulis teſtimonium perhibuerunt prædicti rectores cleri Romani, & VII. Archipreſbyteri ſuprà memorati, & alij multi honeſti & religioſi clerici Romani, & Petrus Vrbis præfectus, & Stephanus de Tebaldo, & Stephanus Nortmannus, & Ioannes de S. Stephano, & Ioannes Gaietanus, & Vuolferamus de Gidocica, & Gimundus de domo Petrileonis, & multi alij illuſtres Romani & nobiliſſimi, qui omnibus his interfuerunt, & omnia viderunt, & tractauerunt.

Fridericus electionem Victoris ratihabitione confirmat, & intronizat.

clxvii *Confirmato* (ſic proſequitur Radeuicus) *& recepto taliter in papatu Victore, defertur ad principem, ſacerdotalis concilij ſententia. Quæ venerabiliter ſuſcepta & approbata, Victor ad eccleſiam vocatur, & magna ſolennitate, & frequentia cleri ac populi ſuſcipitur, ipſique vt ſummo Pontifici, & vniuerſali Papæ acclamatur. Diuus quoque Imperator conſuetam ei reuerentiam, ſicut Conſtantinus beato Syluestro humiliter pro foribus eccleſiæ exhibuit: & manu eius accepta vſque ad ſedem deduxit, & intronizauit. De reliquis quæ ibidem acta ſunt exemplaria literarum ſubnotata conſule.*

Peracto conuentu, generale reſcriptum à Synodo præſidentibus per partes mundi dirigitur, hoc eſt.

clxviii *QVia ſedis Apoſtolicæ turbatio, Chriſtianorum animos admodum ſauciauit, nos qui ad reſecanda ſchiſmata, & pacem eccleſiæ reformandam Papiæ fuimus congregati, qualitatem cauſæ, modumq; negocij & ſacri concilij diſpenſationem vniuerſitati veſtræ plenariè duximus intimandum: quatenus per ſcripta præſentia mera veritate monſtrata, auditorum animi falſitatem, quam fortè conceperant, vehementer expellant, & amodò per ſcripta ſchiſmatica non ſeducantur. Cùm igitur orthodoxorum Papiæ congregatorum vniuerſitas in nomine Domini conſediſſet, cauſa per VII. dies continuos, omni remoto ſeculari iudicio, legitimè & canonicè agitata, ac diligenter inſpecta, ſufficienter et canonicè in conſpectu concilij per teſtes idoneos eſt comprobatum, dominum Papam Victorem, & nullum alium in baſilica beati Petri à ſaniori parte cardinalium, petitione populi, & conſenſu ac deſiderio cleri fuiſſe electum, & ſolemniter immantatum: quòd præſente, & non contradicente Rolando quondam cancellario, in cathedra beati Petri fuerit collocatus, & quòd ibi ei à Cardinalibus & clero Romano,* Te Deum laudamus, *glorioſè decantatum, & inde ad palatium cum bandis, & alijs papalibus inſignibus eſt deductus: & clerus & populus ſecundum conſuetudinem interrogatus per Scriniarium, ſi placeret? tribus vicibus clara voce reſpondit,* Placet. *Probatum eſt etiam, quòd Rolandus XII. die poſt domini Victoris promotionem ab Vrbe egreſſus, apud Ciſternam, in qua Nero Imperator quondam ab Vrbe profugus latitauit, primò eſt immantatus. Probatum eſt, quòd in ſecunda die poſt promotionem domini Victoris, Rolandus interrogatus à rectoribus & clero Romano, ac clericis de ſua cardinalia, ſi domino Victori eſſet obediendum, expreſsè confeſſus eſt: ſe nunquam fuiſſe immantatum, & expreſsè dixit: Ite, & obedite ei, quem immantatum eſſe videtis. Super his capitulis fuerunt teſtes, & ſub ſtola tactis ſacroſanctis euangelijs iurauerunt. Dominus Petrus Chriſtianus decanus baſilicæ beati Petri, & in perſona ſua, & omnium fratrum ſuorum. Iurauerunt etiam venerabiles Archipreſbyteri, & rectores cleri Romani, Blaſius & Mauritius preſbyteri, Ioannes preſbyter gentilis, Aimeradus archipreſbyter, Berardus archipreſbyter, Ioannes archipreſbyter, Benedictus diaconus, magiſter Ptolomæus archipreſbyter, magiſter Gerardus & Nicolaus, & alij honeſti clerici Romani. Præterea Petrus illuſtris Vrbis præfectus, Stephanus de Thebaldo, Stephanus Normannus, Gimundus de domo Petrileonis, Ioannes de Stephano, & alij Principes & nobiles Romani, qui ad vocationem ſereniſſimi Imperatoris venerant, in conſpectu concilij ſuper iam dictis capitulis, ex maxima parte teſtimonium ſimiliter perhibuerunt, & iurare voluerunt. Sed nos quia religioſorum preſbyterorum multorum teſtimonium ſufficiens & abundantiſſimum habebamus, duximus laicis in hac parte parcendum. Deinde venerabiles epiſcopi Hermannus Verdenſis, Daniel Pragenſis, & Otto Palatinus comes, et magiſter Heribertus præpoſitus, quos dominus Imperator ex conſilio XXII. epiſcoporum & Ciſtercienſis et Clarauallenſis Abbatum, aliorumque religioſorum tunc præſentium,*

Romam

Sal. An. 1160. *Romam delegauerat, vt partes ante concilij præſentiam Papiam euocarent, in conſpectu concilij teſtimonium perhibuerunt, quòd Rolandum cancellarium, et partem eius trinis edictis per interualla peremptoriè et ſolenniter, ad præſentiam eccleſiæ Papiæ congregandæ, remoto omni ſeculari iudicio, vocauerunt, et quòd Rolandus cancellarius, et ſui cardinales viua voce, et ore proprio iudicium vel examen aliquod eccleſiæ ſe nolle recipere manifeſtè dixerunt. Vidimus etiam ſcripta Henrici Piſani cardinalis ad dominum Imperatorem directa, in quibus expreſſè continebatur, quòd nullum vellent eccleſiæ ſubire iudicium, vel examen. Super hæc omnia idem Henricus, et Otto cardinalis S. Nicolai de carcere Tulliano, qui tempore concilij, & antè apud Ianuam morabantur, & Ioannes Anagninus cardinalis, & Ioannes Piozutus S. Romanæ eccleſiæ ſubdiaconi, qui tunc apud Placentiam erant per octo dies, à concilio toto ſunt expectati, & per literas & nuncios concilij ſunt vocati, & contempſerunt venire. Ex his igitur omnibus ſufficienter inſtructi, & veritate hinc inde plenariè declarata, placuit reuerendo concilio, vt electio domini Victoris, qui tanquam agnus manſuetus & innocens venerat, eccleſiæ iudicium humiliter ſuſcepturus, approbaretur & confirmaretur, & electio Rolandi penitùs caſſaretur. Et factum eſt ita. Electione itaque domini Victoris, remoto omni ſeculari iudicio, ſancti ſpiritus gratia inuocata, confirmata atque recepta, Chriſtianiſſimus Imperator poſt omnes epiſcopos, & poſt omnem clerum vltimus, conſilio & petitione concilij electionem domini Victoris recepit, & approbauit: & poſt eum omnes principes, & innumerabilis hominum multitudo, quæ præſens erat, tribus vicibus interrogata ſi eis placeret, reſpondit cum gaudio magna voce,* Placet. *Sequenti die proxima, id eſt prima ſexta feria Quadrageſimæ, dominus Victor cum proceſſione ab eccleſia S. Saluatoris extra ciuitatem, in qua fuerat eius hoſpitium, ad catholicam eccleſiam glorioſè deductus eſt. Ibi religioſiſſimus Imperator ante ianuas eccleſiæ eum ſuſcepit, & deſcendenti de equo ſtrepam humiliter tenuit, & apprehenſum per manum vſque ad altare conduxit, & pedes eius eſt oſculatus: et nos omnes patriarchæ, archiepiſcopi, epiſcopi et abbates, et omnes principes cum vniuerſa multitudine quæ præſens erat, pedes apoſtolicos ſumus oſculati. Proxima autem die ſequenti, id eſt ſabbato, habito generali concilio, dominus papa et nos cum illo, Rolandum cancellarium ſchiſmaticum, et eius principales fautores, accenſis candelis anathematizauimus, & tradidimus eum ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in die Domini. Illud etiam diſcretionis veſtræ prudentiam volumus non latere, manifeſtè eſſe deprehenſum, quòd Rolandus cancellarius, et eius ſequaces quidam cardinales, viuente adhuc papa Adriano coniurauerunt. Fuit autem tenor coniurationis, quòd ſi eis viuentibus papam Adrianum mori contingeret, cardinalem vnum de illis eligerent, qui in eadem coniuratione eſſet aſtrictus. De cætero ex parte Dei omnipotentis, et beatorum apoſtolorum Petri, et Pauli, et omnium ſanctorum et virorum orthodoxorum, qui diuino intuitu ad reſcindenda ſchiſmata conuenerunt, vniuerſitatem veſtram humiliter imploramus & monemus in Chriſto, vt ea quæ eccleſia Dei Papiæ congregata, ad honorem creatoris & ſponſæ ſuæ matris veſtræ ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ tranquillitatem, et ad ſalutem omnium Chriſtianorum fideliter ordinauit, vos omni dubio & ambiguitate remota, irrefragabiliter rata & firma teneatis: orantes, vt redemptor noſter Chriſtus Ieſus vniuerſalem pontificem & Papam noſtrum Victorem, de cuius ſanctitate & religione omnino confidimus, per tempora longa conſeruet, et præſtet ei omnimodam tranquillitatem et pacem, ita quod per eum Deus omnipotens honoretur, et eccleſia Romana, omniſque Chriſtiana religio gratum domino accipiat incrementum. Vt autem omnis actio plenius legentibus eluceſcat, dignum duximus, vt omnium noſtrum conſenſus et nomina ſubſcribantur.*

Ego Peregrinus Aquileienſis patriarcha cum meis ſuffraganeis interfui et conſenſi.

Ego Arnaldus archiepiſcopus Maguntinus cum XIII. *ſuffraganeis interfui et conſenſi.*

Ego Artuicus Bremenſis archiepiſcopus cum ſuffraganeis meis interfui et conſenſi.

Ego Hellinus Treuerenſis archiepiſcopus cum meis ſuffraganeis conſenſi. a

Ego Renaldus Colonienſis archiepiſcopus cum meis ſuffraganeis conſenſi.

Ego Vvickmannus Magdeburgenſis archiepiſcopus cum meis ſuffraganeis conſenſi.

Bizun-

a *Contradicere videtur epiſtola præpoſiti de Bertherſ. vt infra n. 172.*

Sal. An. 1160. *Bizantinus archiepiſcopus per legatum et epiſcopum Baſileenſem conſenſit.*

Arelatenſis archiepiſcopus conſenſit.

Lugdunenſis archiepiſcopus cum ſuis ſuffraganeis conſenſit.

Viennenſis archiepiſcopus cum ſuis ſuffraganeis conſenſit.

Henricus rex Anglorum per literas et legatos ſuos conſenſit.

Rex Vngarorum per literas et legatos ſuos conſenſit.

Rex Boemorum conſenſit.

Rex Danorum conſenſit.

Guido electus Rauennas conſenſit.

Epiſcopus Firminus conſenſit.

Epiſcopus Ferentinus conſenſit.

Mantuanus conſenſit.

Pergamenſis conſenſit.

Fauentinus conſenſit.

Abbatum verò et archipresbyterorum multitudo innumerabilis multorum regnorum interfuit et conſenſit.

Longobardorum ineſtimabilis multitudo interfuit, et conſenſit.

Vniuerſi ferè principes Romani imperij, tam Teutonici, quàm Italici, tam in Vrbe, quàm extra Vrbem interfuerunt, et aſſenſum cum ingenti deſiderio prębuerunt.

Epiſtola Imperatoris.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, & ſemper Auguſtus, dilectiſſimo ſuo Eberhardo venerabili Salzburgenſi archiepiſcopo, & ſuffraganeis eius, Alberto Friſingenſi epiſcopo, Hartmanno Brixinenſi, & Romano Gurcenſi, totique prouincię Salzburgenſi, gratiam ſuam, & omne bonum.

Si ſacro concilio Papię interfuiſſetis, omnia quę ibidem, vel in Romana eccleſia facta ſunt, oculata fide cognoſcere poſſetis. Ne autem ab his qui prauis delationibus & mendacijs iam fere totum orbem reſperſerunt, veritas poſſit obnubilari, vel veſtra ſinceritas trahi in contrarium, quantò breuiùs poſſumus, ſeriem totius rei, ſine aliqua falſitatis commixtione, mera veritate vobis ſignificare dignum duximus. Luce clarius conſtat, quòd Papa Adriano adhuc viuente, Rolandus cancellarius, et quidam cardinales non attendentes illud dominicum, Sit ſermo veſter, eſt, eſt, non non, *conſpiratione facta cum Vvilhelmo Siculo, prius ab eis excommunicato, & cum cęteris hoſtibus imperij. Mediolanenſibus, Brixienſibus, Placentinis, ne fortè per mortem papę Adriani tam iniqua factio euaneſceret, iuramenti vinculo inuicem ſeſe conſtrinxerunt, vt defuncto Papa nullus alius ei ſubſtitueretur, niſi qui in eadem conſpiratione cum eis conueniſſet. Hac de cauſa duodecimo die poſt electionem domini Victoris papę, eo ſedente in ſede beati Petri, iam dicti conſpiratores egreſſi ab Vrbe ad Ciſternam Neronis, derelinquentes venam aquarum viuentium, ſe contulerunt, & idolum ſibi Rolandum cancellarium erexerunt, dicentes: hunc eſſe Simonem Petrum, qui apoſtolicę dignitatis apicem tam nefaria inuaſione attingere pręſumebat. Quòd hac conſpiratio facta fuerit, & ille iam dictus Rolandus per eam hoc modo intrauerit, non eſt ficticium, ſed religioſis viris ab illo qui facit manifeſta conſilia cordium, mirabiliter eſt declaratum. Dum hęc Romę agerentur, & nos quid ſuper tanto ſchiſmate agendum eſſet, viros religioſos, archiepiſcopos videlicet & epiſcopos conſuleremus, ſuperuenerunt, quaſi miſſi à Deo, Tarentaſinus archiepiſcopus, abbas Claraualleuſis, abbas Moremundenſis, & alij abbates numero decem, poſtulantes pacem Mediolanenſibus: qui recepto à nobis verbo, dum Mediolanum pro inueſtiganda eorum voluntate redirent, acceperunt ab eis tale reſponſum: Domini patres, nos tenemur aſtricti iuramento domino Papę & cardinalibus, quòd non debeamus redire ad gratiam Imperatoris ſine eorum voluntate, & ipſi econtrà ſine noſtra voluntate nullam pacem facere poſſunt. Reſponderunt eis abbates: Vos de cętero non tenemini domino Papę, quia mortuus eſt, & illi ſtatim ſubiunxerunt: Si mortuus eſt Papa, nos ideo non ſumus abſoluti: quia nihilominus tenemur cardinalibus, & ipſi tenentur nobis. Hęc prędicti patres abbates in reſponſis à Mediolanenſibus teſtificati ſunt coram multis religioſis viris. Prater hęc multa experimenta factę conſpirationis per literas in via deprehenſas accepimus, ſicut nuncius iſte plenius vidit & audiuit. Sanè ex concilio orthodoxorum, ſicut alia vice meminimus vobis mādaſſe, generalem cōuentum religioſorum Papię indiximus, ad quem ambos qui ſe dixerunt Romanos pontifices, non ad iudicium ſeculare, ſicut ora mendacium aſtruunt, ſed ad examen eccleſię, per duos venerabiles epiſcopos, Ver-*

Sal. An. 1160. denſem videlicet & Pragenſē, conuocauimus. Alter verò, eò quòd puriorem haberet conſcientiam, dominus Victor videlicet, iudicio eccleſiæ vltro ſe obtulit: altero videlicet Rolando contumaciter renitente & dicente, quia cùm ipſe omnes deberet iudicare, ipſe à nullo vellet iudicari. Habito itaque venerabili concilio, in quo Patriarcha Aquileienſis, & multi archiepiſcopi & epiſcopi religioſi conuenerant, per octo continuos dies maxima grauitate, diligentiſſima examinatione, ſemota omni laica perſona, tractatum eſt, quis ex duobus ſummi pontificatus apicem de iure deberet obtinere. Poſt longam itaque deliberationem, quia illa nefandiſſima conſpiratio Deo & eccleſiæ admodum odibilis, manifeſtis indicijs non ſolùm probata, verùm in facie totius eccleſiæ coram poſita releuata eſt: & in domino Victore nihil reprehenſibile inuentum eſt, niſi quòd pauciores numero cardinales omnino à conſpiratione illa exortes, eum pro bono pacis inter regnum & ſacerdotium conciliando, elegerunt: & inuocata S. ſpiritus gratia, Eccleſia Dei Rolandum cancellarium conſpiratorem & ſchiſmaticum, diſcordias & lites, & periuria bona eſſe euangelizantem, condemnauit, & dominum Victorem Papam in patrem ſpiritalem & vniuerſalem pontificem confirmauit. Quem nos eccleſia duce ſecuti approbamus, & vniuerſalis eccleſiæ patrem & rectorem, cooperante diuina clementia, fore denunciamus. Hoc itaque factum diuinis ſuffultum præſidijs, & in apoſtolica ſtabilitate ſupra petram, Chriſtum videlicet firmiter fundatum, à veſtra beatitudine, pro pace totius eccleſiæ & ſalute Imperij approbari, & ab omni eccleſia veſtræ ſanctitati commiſſa teneri & conſeruari rogamus, & praoptamus. Data Papiæ, XV. Kalend. Martij.

Epiſtola Babenbergenſis Epiſcopi.

Reuerendiſſimo patri & domino Eberhardo Saltzburgenſis eccleſiæ archiepiſcopo, Eberhardus Babenbergenſis gratia Dei ſi quid eſt, tam deuotum, quam debitum cum oratione ſeruitium.

Conuenientibus in vnum Papiæ epiſcopis circiter L. diuque ventilata quæſtione Papatus, cùm dilatio primò penè omnibus complacuiſſet, vſque ad maiorem rei notitiam, & aliud generalius concilium: præualuit tandem pars domini Victoris iuſtificata ab altera parte multis modis: quia coniuratio contra Imperium, factum illud præceſſerat: quia domini Victoris immantatio prior, illa poſterior, quo ſolo Innocentius Anacleto præualuit, cum Anacletus plures & maximæ ſcientiæ & auctoritatis haberet electores. Deinde quòd ad hoſtes imperij pars illa ſe tranſtulerit, obligata Siculo, Mediolanenſibus, Brixienſibus, Placentinis, per ſacramentum, quod ſanæ doctrinæ aduerſari videtur, & cùm ſubditos à iuramentis fidelitatis debitè abſoluat, & ſeruire Imperatori prohibeat quoſcunque, & ſic diſceſſioni viam præparet, quod peſſimum eſt: ſicut opere ipſo clareſcit, & ſcriptis vndique per Italiam directis tam ciuitatibus quàm epiſcopis. His malis principijs finem deteriorem promittentibus, perpetuam videlicet diſcordiam inter regnum & ſacerdotium, & diſceſſionem ab inuicem, dum pars illa cum omni ſecuritate conductus, nec venire voluiſſet, nec etiam procuratores pro ſe mittere ad ſubeundum iudicium, & excipiendam ſententiam, dominum Victorem recipimus, ſpe pacis & concordiæ inter regnum & ſacerdotium: longo tamen examine præmiſſo, de tempore & ordine electionis ſuæ. De his qui eius electioni conſenſerunt primitùs & poſtmodum retrò abierunt, cardinalibus numero nouem, teſtificante ſuper his omnibus capitulo beati Petri & clero Romano, ſcriptis & viua voce nunciorum ſub iureiurando. Nuncius regis Francorum promiſit pro eo neutrum ſe recepturum, vſq; dum nuncios Imperatoris recipiat. Nuncius regis Anglorum idem velle, & idem nolle promiſit, tam in his, quàm in alijs. Arelatenſis, Viennenſis, Lugdunenſis, Biſuntinus, per literas, & per nuncios conſenſerunt. Solus Treuerenſis de regno noſtro ſupereſt in parte illa de numero archiepiſcoporum, qui non conſenſerit: eius tamen ſuffraganei omnes conſenſerunt. Vſque ad vos ſolùm peruentum eſt. Angelus magni conſilij dirigat vos ſecundum beneplacitum ſuum, & cuſtodiat vos in omnibus vijs veſtris. Præter hæc præpoſitus multa manifeſtabit vobis, quæ non licet ad præſens homini loqui. Congaudete mihi, qui dimiſſionem accepi, & ad propria redeo.

Epiſtola cuiuſdam religioſi viri ad epiſcopum Saltzburgenſem de eadem re.

Domino ſuo in Chriſto reuerendo Eberhardo. Saltzb. Archiepiſc. frater Henricus, dictus.

Præ.

Sal. An. 1160. *Præpoſitus de Bertherſgadem, cum deuotis orationibus debitæ ſubiectionis obſequia.*

clxxii *SI cuncta quæ audiuimus & vidimus, ſcribere deberemus, non chartam, ſed volumen facere videremur. Verùm ſummam eorum quæ de duorum electione Romanorum pontificum acta ſunt, breuiter paternitati veſtræ notificamus. Curia, quæ in octauis Epiphaniæ Papiæ fuerat indicta, vſq; in ſextam feriam proximam ante caput Ieiunij, quia in deſtructione Cremæ dominus Imperator detinebatur, eſt dilata. In qua conſidentibus domino Patriarcha, archiepiſcopis, & diuerſarum terrarum ferè quinquaginta epiſcopis, legatis quoque regis Franciæ, & archiepiſcoporum, Arelatenſis ſcilicet, Lugdunenſis, Viennenſis, Biſuntini, atque Treuerenſis, & Rauennatis electi, cardinales & clerici, qui pro parte Victoris aderant, in medium proceſſerunt, & vtriuſq; ſeriem electionis expoſuerunt. Super qua continuis quinque diebus ab epiſcopis, & alijs prudentibus viris copioſè diſputatum cùm fuiſſet, ſexta tandem die in publico conſiſtorio electionis capitula denuò propoſita ſunt, & ſingula à canonicis eccleſiæ beati Petri, & rectoribus Romani cleri, ſacramento ſuper ſancta quatuor euangelia præſtito, confirmata. Pars autem altera nec ipſa venit, nec reſponſales, qua de cauſa neſcimus, conuentui direxit. Recitatæ ſunt inſuper literæ quamplures bullatæ ab Alexandro, & cardinalibus qui cum ipſo ſunt, epiſcopis ciuitatibus Longobardiæ directæ, ſed à fidelibus domini Imperatoris captæ, ex quarum tenore machinationes eorum, & molimina contra Imperium patenter ſunt deprehenſa. Vnde quia dilatio non paruum tam eccleſiæ, quā imperio videbatur minari periculum: præſertim quia non erat qui prædictis aſſertionibus contradiceret, cum vtraque nimirum pars non ad curiæ, ſed ad eccleſiæ fuiſſet examinationem vocata: epiſcopi parti Victoris, quæ ipſum XI. diebus antequam Alexander immantaretur, immantatum fuiſſe, & in ſede beati Petri, aduerſa parte præſente, abſque reclamatione ſediſſe, præſtito (vt dictum eſt) ſacramento probauerat, aſſenſum præbuerunt: & eundem Victorem vt apoſtolicum in eccleſia ſolemniter ſuſcipientes, ſolitam ei reuerentiam exhibuerunt. Facta ſunt hæc domino Imperatore & fidelibus Imperij annitentibus propter cauſas memoratas. Quapropter ipſemet eidem confirmato pontifici, ante fores eccleſiæ deſcendenti, conſuetum detulit honorem. Secunda verò poſt hæc die, ſæpe iam dictus dominus Victor, celebrato ſynodi officio, alterius partis principem cum quibuſdam ſuis fautoribus epiſcopis ſcilicet, Hoſtienſe & Portuenſe, eò quòd conſecrationis manum eidem præſumpſerant imponere, Cardinalibus etiam Henrico Piſano, Ioanne Neapolitano, & Iacincto, anathematis vinculo, extinctis candelis innodauit. Excommunicauit autem Henricum Piſanum idcirco quòd mandato eius magiſter Raimundus cardinalis deſpoliatus, & atrociter cæſus fuerit. Præpoſitum etiam Placentinum, quia dominum Tuſculanum armata manu inuaſerit, & deſpoliatum, multis contumelijs affecerit, ſimili ſententiæ inuoluit. Vuilhelmum præterea Siculum, atque Mediolanenſes pro inuaſionibus eccleſiarum & Imperij, ad canonicam vocauit ſatisfactionem. Interfuerunt his omnibus Metropolitani, dominus patriarcha, Moguntinus, Colonienſis, Magdeburgenſis, Bremenſis, cum nonnullis ſuffraganeis ſuis, & maxima pars epiſcoporum Longobardiæ, quorum plurimi affectuoſum & plenarium prædictæ confirmationi tribuerunt aſſenſum. Dominus verò Patriarcha, & quidam alij, ſalua in poſterum catholicæ eccleſiæ cenſura, propter memoratas imperij neceſſitates obedierunt. Abſentes omnes quos prænotauimus archiepiſcopi, pro ſe & ſuis ſuffraganeis plenariè conſenſerunt, excepto Treuerenſe, qui cum iter cepiſſet, infirmitate præpeditus, excuſatorias tantummodo literas direxerat. Præſentes autem eius ſuffraganei Tullenſis & Verdunenſis pro ſe & conſuffraganeo ſuo Metenſe in integrum ſpoponderunt. Domini Babenbergenſis, Patauienſis & Ratiſponenſis patriarcham ſunt imitati. Pro confirmandis omnibus quæ facta ſunt, mittuntur legati, dominus Colonienſis in Franciam, Verdunenſis in Hiſpaniam, Pragensis in Vngariam. Si interim alia ſcripta, quorum quædam vidimus, meram de his veritatem minus continentia, ad manus veſtras deuenerint, ſciat ſanctitas veſtra, quòd vt pro parte potuimus, ſinceram de his veritatem ſignificauimus, pleniùs autem præſentes inſinuabimus.*

Sal. An. 1160. *De archiepiſcopo Iuuauienſe, quare tam crebras literas acceperit, & de vita ac moribus eiuſdem.*

clxxiii *QVare autem tam crebræ literæ Eberhardo Saltzburgenſi archiepiſcopo ſuper geſtis concilij directæ ſint, hæc fuit cauſa. Cùm ad concilium iter cepiſſet, & iam per forum Iulij, & per marchiam Veronenſium vſque ad ciuitatem Vicentinorum perueniſſet, graui correptus infirmitate, gradum ſiſtere, domumque redire coactus eſt. Sanè quum tanti viri fecimus mentionem, de vita & moribus eius quædam memorabimus, quæ quamuis vt lucerna ſuper candelabrum poſita, in domo noſtra prouinciæ clariſſimè luceret, ab his tamen qui longè poſiti ſunt, inuida bonis fama difficilius ſubtrahet, ſi ſcribendo celebretur. Erat autem idem vir venerabilis, ætate maturus, ſacra paginæ literis decentiſſimè inſtructus, fide præcipuus, religione ſingularis. Humanitate & pietate adeò communis, vt verè dicere poſſet:* Omnibus omnia factus ſum, vt omnes lucrifacerem. *In largitionibus liberalis, in eleemoſynis & ſuſcipiendis peregrinis ſtudioſus, in tantum, vt ſumptus in obſequiū pauperum monaſteriorum & peregrinorum quotidie expenſus, non ſolùm palatio ſuo, verùm etiam toti epiſcopio videretur oneroſus. Ipſe tamen huiuſcemodi pondere minimè grauabatur, cùm hæc incommoda bonæ famæ, quam ipſe tamen minimè affectabat, & æternæ retributionis mercede compenſaret. Pauperum ſqualores minimè adhorrebat, à leproſis ſe tangi & contrectari paſſus eſt, quin etiam ipſe eos interdum tangere, manuſque eorum oſculari non verebatur. Nec ſufficere credidit, ſi in miniſterio pauperum, famulorum vteretur officijs, niſi ipſemet habitu ſuccinctus manibus ſuis interdum cibum apponeret, poculum porrigeret, aquam non ſolùm lauandis manibus, ſed & pedibus infunderet. Cumq; non ſolùm in verbo perfectam doctrinam, verùm etiam in opere conſummatæ diſciplinæ præberet exemplum, meritò de eo dicebatur, quod olim de quodam ſanctorum:* Quia hic eſt, qui quale habet verbum, talem habet vitam: & qualem habet vitam, tale habet verbum, quomodoque docet, agit: & quæ agit, hæc docet. *His & alijs plurimis virtutibus, & diuinæ gratiæ donis, plures quidem ad ſui imitationem, vniuerſorum autem ad dilectionem ſui prouocarat affectum. Sed hæc hactenus.*

Quid ſentiendum de Radeuico.

RAdeuico *Alexandrum* legitimum fuiſſe clxxiv Pontificem licet *Friderici* gratià proferre, quæ ſenſerat, noluerit, vel non auſerit; credo. Legenti namq; *Radeuici* hiſtoriam de *Victore* non benè ſentire, *Radeuicum* minimè latet; Capitulum LXV. libri ſecundi ne prætereas, vbi *Alexandrum* damnatum profert, *Victorem* inthronizatum, *quia Victor præſens eſſet, & haberet qui partem ſuam defenderent, ceſſit litis victoria, & pro ipſo concilium ſiue curia* (nota ſeipſum corrigit *Radeuicus*; eum pœnitet nominaſſe concilium; *curiam* dicit vbi cuncta agebantur diſponente Imperatore.) *Condemnato Rolando, & reprobato, quia citatus legitimè concilio ſe præſentare contumaciter abnuiſſe dicebatur.* Siſte lector, nam *Radeuicus* zelo religionis tot verba poſuit, vndè de violentià Friderici iudicares. *In Rolandum* non ea quæ eſſent, ſed quæ dicerentur, deſcribit, ideſt *legitimè dicebatur citatus*, ſed non erat. *Sæpius* (aduertas iterum) *autem lectorem admonitum eſſe cupimus, vt in hoc facto ad diſquirendum rerum veritatem non noſtra dicta conſulat, ſed literis & ſcriptis, quæ ad manus noſtras venerunt; & huic operi inſerenda viſa ſunt, innitatur, ſuo ſeruans arbitrio, quando de hac controuerſia, & litis deciſione, concilijque iudicio ſufficienter ſibi fides facta videatur.* Controuerſiam iudicium, concilium ipſum tuo lector ſubmittit *Radeuicus* iudicio, quod indiſcrimen non adducerentur, ſi vt legitima probaret. Prætereo *Radeuicum* hiſtoriæ ſuæ finem impoſuiſſe, quia futura *Friderici* geſta clxxv laudare non poſſet. Concordat *Guntherus* nobilis illius æui poeta, qui hiſtoriam Friderici in hunc vſquè annum ſolùm metricè ſcripſit, cum proſequi poſſet. Narrauerat ſingula præter Papienſem conuentum; *Alexandri* portò electione receptà, ne inter ſchiſmaticos haberetur, ita cecinit.

Temporis eiuſdem tractu, nondumq; reuerſis,
Quos ad Romuleam Fridericus miſerat Vrbē:
Confinis magnæ, multumq; domeſtica Romæ
Funera Romani Paſtoris Anagnia vidit.
Quē tamē inde ſuā translatū Clerus in Vrbē
Sede ſacri Petri ſepeliuit honore fideli.
Ante tamē tumulo quā mēbra exāguia Præſul
Subderet, exorto geminas iā ſchiſmate partes,
Manſuramque diu litem de Sede reliquit.

Nam

Sal. An. 1160. *Nam eum de tanti rationem Clerus haberet*
Succeſſore viri, ſtudijs melioribus vltro
Rolandus petitur, qui Cancellarius ante
Sanguine cõſpicuus, veteri mox nomine verſo
Factus Alexander, per tẽpora multa ſuperſtes
Eccleſiæ pacem ſedato ſchiſmate tandem
Vidit, & optato tunc demum fine quieuit.
Altera pars ſacra Octaui te Sede locatum
Auſpicijs decepta ſuis, ignara ſuperni.

Papienſis decreti famà vulgata, etiam *Alexander* non deſtitit fidelis ſuos certiores facere veritatis, præcipuè *Arnulphum* Lexouienſem Epiſcopum.

Alexander Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei venerabili fratri Arnulpho Lexouienſi Epiſcopo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Literas a tua nobis prudentia deſtinatas tanto hilariori mente ſuſcepimus, quanto de uberiori pinguedine charitatis & ampliori feruore deuotionis eas nouimus proceſſiſſe. Quas & nos ipſis attente ſatis ac diligenter inſpeximus, & vt concepta dilectionis integritas, & probata fidei certitudo in tenebris non lateret, ſed fieret ignorantibus manifeſta, eas in fratrum noſtrorum auditorio publice fecimus recitari. Ipſa profecto & deuotiſſimi continebant puritate animi, nec minus luculentã profundi pectoris eloquentiam redolebãt. Nouimus autem, & immemores non exiſtimus, qualiter, ſicut & ipſa tua ſcripta plenarie continebant, diuæ ac reuerendæ memoriæ Innocentio Papæ anteceſſori noſtro ſchiſmaticus ille, qui & generoſitate naturæ, rerum copia terrenarum, prudentia ſæculari, & gratia labiorum, mira æſtimatione reddebatur inſignis, nefaria temeritate ſuccreuit, & innocentem noxius, fortis debilem, armatus inermem, ſchiſmaticus catholicum impugnabat. Ceterum ad quem finẽ res ipſa, Deo miſerante, peruenerit, deuoti & fideles Eccleſiæ filij per gloriam meritorum, mali vero per ſuppliciorum grauamina cognouerunt. Quid etiam de alijs ſimilia præſumentibus antea ſæpe numero contigiſſet, tu tam fecunde, quam eleganter, in illis eiſdem literis expreſſiſti. Temporibuſque noſtris optimus Deus voluit hereſes ſuſcitare, vt qui probati ſunt, manifeſti fiant, & vt per noſtram & aliorum Catholicorum ſtudium & laborem granis a paleis in area Domini ſegregatis, ſchiſmata & hereſes conterantur. Credimus ſiquidem, & de gratia diuina cõfidimus, quod in proximo ſedatis fluctibus procellarum, & ventorum turbine propulſato, dies nobis ſerenus & fulgidus arridebit, & calcatis inimicis Eccleſiæ, tranquilla in portu Petri nauicula reſidebit.

Perſoluimus autem gratias omnium Conditori, laudum præconia referentes, quod magnificum illum & ſereniſſimum orbis Principem Henricum Regem Anglorum audiuimus firmum & ſtabilem in Catholicæ vnitate Eccleſiæ permanere, & quod per tuam præſertim inductionem idem in ſancto propoſito animum ſolidauit. Rogamus ſane, vt ita vigil ſemper circa eum & ſollicitum perſeueres, ne per frequentes vexationes Imperatoris, & Nuntiorum ſuorum; a deuotione Eccleſiæ, & noſtra, quod abſit, velit modo quolibet declinare. Volumus quidem te apud eumdem Regem, & Epiſcopos, atque adiacentes perſonas, quaſi quemdam Apoſtolum & Nuntium veritatis in illis partibus experiri. Circumpoſitos quoque & vicinos Epiſcopos, & tam eccleſiaſticas, quam ſæculares perſonas, nobiles præcipue ac potentes, ad hoc ipſum efficaci ſtudio & omni diligentia exhorteris. Nos enim perſonam tuam quam ſincera charitate in Domino diligamus, atque ad honorem & exaltationem tuam, quam prompto animo deſideremus intendere: per illum dilectionis feruorem, quem circa te & ante promotionem noſtram habuimus, diſcretionis tuæ prudentiam non credimus ignorare.

Præterea qualiter Fridericus Romanorum Imperator, auorum ſuorum ſceleratiſſima veſtigia ſubſecutus, circa ſacroſanctam Eccleſiam Romanam in præſenti ſe habeat, & olim habuerit, & quale circa eam animum gerat, qui vtique ſpecialis eius patronus deberet & defenſor exiſtere, multis rerum indicijs a lõgis retro temporibus ad notitiam tuam non ambigimus perueniſſe. A tempore ſiquidem anteceſſoris noſtri piæ recordationis Hadriani Papæ, & ab exordio dignitatis ſuæ cœpit ſanctã Romanam Eccleſiã, tamquam tyrannus, opprimere, & non mediocriter infeſtare. Archiepiſcopos namque, & Epiſcopos a Sede Apoſtolica redeuntes, in ignominiam & detrimentum Eccleſiæ plerumque capi turpiter & inhoneſte præcepit, eoſque fecit carceris cuſtodiæ mancipari. Non quoque in minori officio conſtitutos, qui cum venerabili fratri noſtro B. tunc Portuenſi Epiſcopo ad eum fuimus delegati, qualiter apud Biſuntium ipſe tractauerit,

uerit,

Sal. An. 1160. uerit, & quam indigne receperit, non opus
eſt nos in præſenti referre, quia credimus te
id ipſum plenarie cognouiſſe. Veniente etiam
prædicto anteceſſore noſtro, patrimonium bea-
ti Petri violenter inuaſit, & eamdem Roma-
nam Eccleſiam niſus eſt modis omnibus con-
culcare, ita quod a pluribus dicebatur, &
quaſi fama communis habebat, quoniam eo
ſuperſtite Octauianum, qui ſemper fuit dome-
ſticus Eccleſiæ inimicus, ordinare Apoſtoli-
cum, immo apoſtaticum, ſi opportunitatem
accepiſſet, intendebat.

Quia vero illo viuente, omnipotens Deus
non permiſit eum conceptam veſaniam exer-
clxxvi cere, poſt mortem eius opportunitate concepta,
prædictum Octauianum ſchiſmaticum, ſimo-
niacum, & manifeſtiſſimum inuaſorem, qui
cum tribus tantum malitiæ ſuæ complicibus,
ſicut totus pene mundus agnouit, poſt canoni-
cam & vnanimem electionem noſtram man-
tum arripuit, & ita ſe damnabili præſumptio-
ne intruſit, in tanta iniquitate modis omnibus
manu tenuit, & quidquid ille fecit, ſolo fauo-
re, potentia, & auctoritate ipſius, & Nun-
tiorum ſuorum, qui in Vrbe præſentes extite-
rant, eum feciſſe abſq; ambiguitate tenemus.
Vnde ad confirmationem ipſius, immo vt om-
nem videretur in Eccleſia Dei auctoritatem
habere, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios ec-
cleſiarum Prælatos apud Papiam, contra ſa-
crorum inſtituta canonum, prout ei placuit,
conuocauit. Ille autem, ſicut homo, qui nec in
Deo, nec in iuſtitia confidebat, in ipſius Impe-
ratoris præſentia per aliquot dies, velut pro
certo accepimus, inſignia Pontificatus abiecit,
ſicut etiam in noſtro & fratrum noſtrorum
conſpectu, dum Romæ olim nos teneret inclu-
ſos, ſuam malitiam recognoſcens, facere vo-
luit, ea quidem conditione ſeruata, vt nos ei
poſtmodum reddere deberemus. Cumque nos
ea recipere ſub hac conditione nollemus, ipſe in
ſua pertinacia, & damnabili præſumptione
permanſit.

Ceterum, vt prædictus Imperator Eccle-
clxxvii ſiam Dei ſuæ videretur ſubiugare & ſuppone-
re ditioni, & eam in ſupremam redigere ſer-
uitutem, memorato apoſtatico, ſicut dictum
eſt, Pontificalia inſignia reddidit, & eum de
Papatu, quod eſt a ſæculis inauditum, per
anulum, prout dicitur, inueſtiuit. Quoſdam
etiam Epiſcopos, alijs diſcretioribus & hone-
ſtioribus occulte de illo conciliabulo fugientibus
& reuerentiam exhibere laicali violentia, ty-
rannica oppreſſione coegit. Sic enim Reges &
Principes diuerſarum partium ſibi intendit
tum ſpirituali, tum materiali gladio ſubiuga-
re ſi in hac parte, quod abſit, nefandiſſimum
eius prępoſitum præualeret. Ad hæc, iuxta
prudentiæ tuæ conſilium, Rothomagenſi Ar-
chiepiſcopo, eiuſque Suffraganeis, & alijs per
Northmanniam conſtitutis, exhortationis li-
teras deſtinamus. De cetero memoratum Fri-
dericum Imperatorem, pro eo quod Octauia-
num ſchiſmaticum recepit, & ei pertinaciter
adhærere præſumit, cum eodem Octauiano, &
cum alijs principalibus fautoribus ſuis, nos de
communi fratrum noſtrorum conſilio, in Cœna
Domini publice ac ſolemniter excommunicaſſe
cognoſcas. Dat. Anagniæ Kal. Aprilis.

Acceptis Arnulphus Alexandri literis, vt partes ſibi creditæ legationis impleret, ad Epiſcopos, & Archiepiſcopos Galliæ, & Angliæ ſequentem direxit epiſtolam.

Ad Archiep. & Epiſc. Galliæ.

Quanta tempeſtate laboret Eccleſia, atque clxxviii
in quanto videatur periculo conſtituta, ve-
ſtra, quos hic dolor tangit, prudentia non
ignorat. Et filij quidem Babylonis proſpiciunt
& exultant, qui quaſi certum auſpicantes de
procellarum quantitate naufragium, ad diri-
piendas ſarcinas & ipſa nauigij tabulata
concurrunt. Nobis autem ſecuritatem præſtat
diuina promiſſio, qua portas inferi aduerſus
eam præualere non ſinit, ſed vexationis iniu-
rias victoriæ certitudo compenſat. Neque
enim deſperationi locus eſt, vbi cauſam recti-
tudo commendat, & virtutem patientiæ fir-
mat interim conſcientia veritatis. Cauſa ſi-
quidem noſtræ nec ignota veritas eſt, nec incer-
ta iuſtitia, ſed res luce clarior & prauitatis
nube negotium purgat, & omni iudicium ab-
ſoluit errore.

Si enim perſona perſonæ comparetur, noſtrã
perfectio ſcientiæ, & omnium virtutum for-
mat integritas, quòd non magis noſtra, quam
aduerſariæ quoque partis teſtimonio confirma-
tur. Alteri vero ſi nobilitas generis, & quæſita
ob hoc ipſum potentium gratia ſubtrahatur,
non erit vnde ad maieſtatis Apoſtolicæ faſti-
gium audeat aſpirare. Sed & ſi facta ele-
ctionum inuicem conferantur, electionem no-
ſtram omni ordine, omni ſolemnitate, omni de-
nique ratione ſubnixam; alteram plenam im-

puden-

Sal. An. 1160.

pudentia conſtat, & omnis rationis adminiculo deſtitutam. Numquid enim vnius Epiſcopi, ipſiuſq; quem noſtis, & duorum Cardinalium taci Eccleſiæ præiudicabit auctoritas, & reprobata vniuerſitate Catholica, intra quaternitatis huius anguſtias coarctata credetur? Numquid conſecrationi, rite ac ſolemniter per eam, cuius intereſt, multitudinem celebratæ, ea quæ poſtmodum per paucas ipſaſque emendicatas manus contracta eſt, poterit præualere? Numquid impudentiam coniecti ſibi proprijs manibus indumenti minax redemptorum ſatellitum violentia conſecrabit? Certum ſiquidem eſt Octauianum eccleſiã B. Petri, cum ibi celebranda foret electio, armatorum copia cõpleuiſſe, vt quod de meritis ſuis, & ſanctorũ Patrũ gratia non ſperabat, ſtrictis in ceruices reſiſtentium gladijs vſurparet.

Denique conſenſu omnium in perſonam ſanctiſſimi Patris Alexandri firmato, dum ipſe laudabili verecundia renuit & excuſat, impoſitumq; ſibi manibus fere omnium pluuiale repellit, diſſimulare vlterius ambitio non potuit vel differre; ſed effuſa temeritate, nullo adhuc Cardinalium, ſicut dicitur, proſequente, cucurrit ad cathedram, ea nimirum fiducia, quod inuitis armatis non poſſet ab inermibus amoueri. Pari quoq; palatium feſtinatione conſcendit, vt primus vtramq; cathedram videretur inſediſſe, & quem iure non poterat, ſaltem de feſtinatione ſortiretur aſcenſum: quo prædicti tres eum de tota vniuerſitate ſecuti ſunt. Alij gladijs diſcurrentibus territi, cum electo ſuo in munitionem proximam conceſſerunt, vbi eos aduerſarius ille nouem diebus obſeſſos gladijs tenuit & incluſos, exiguam ſicut poterant alimoniam toto illo tempore mendicantes. Vnde etiam ſibi mentiendi cauſam componit iniquitas, aſſerens, Octauianum priuſquam alter eligeretur, per nouem dies Apoſtolatus cathedram ſolitarium inſediſſe, quaſi ille ab initio, licet renuerit, non fuiſſet, electus, vniuſq; violenta poſſeſſio ſanctificare iniuſtitiã, & ambitionis audaciam valeat expiare.

Porrò illi de carcere, beneficio Senatus educti, ad locum, quo Apoſtolica inſignia ſeruabantur, Domino miſerante, perducti ſunt, vt electio manciparetur effectui, & Electus gratiã conſecrationis per manum Oſtienſis Epiſcopi, ad quem hoc iure ſpeciali pertinebat, acciperet. Deniq; Cardinalis, & epiſcopi, qui per diuerſas prouincias legationis fungebantur officio, ad eum pari deuotione conuerſi ſunt: totiq; iam Eccleſiæ Dei indubitatæ tranquillitatis ſerenitas arrideret, niſi homo ille ad preparatum Imperatoris auxilium transfugiſſet. Verum ille gloriæ ſuæ, & non Dei ſedulus æmulator, deſiderij complendi, quod de proauorum exemplo conceperat, occaſionem lætabundus accepit. Noſtis enim prædeceſſores eius ad ſubiugandam ditioni ſuæ Romanam Eccleſiam a longis retro temporibus aſpiraſſe, ipſoſque aduerſus eam ſemper vel ſuſcitaſſe, vel fouiſſe ſchiſmaticos, quo magis iure eius, cui ipſi miniſterium debent, affectatum poſſent imperium exercere, eamq; ad ſuam conuerſo ordine non diſponere; ſed euertere voluntatem. Bene tamen, quoniã quiſquis ad hanc de confidentia poteſtatis illius prorupit audaciam, in ruinam ſibi factus eſt, ceteris in exemplum, quo confuſa deinceps ceſſaret elatio, & ſua Eccleſiæ Dei dignitas & reuerentia ſeruaretur. Ceterum hic blanda ſchiſmatici deſperantis humiliatione ſeductus eſt, dum ille perſonam ſuam arbitrio eius exponit & cauſam, neq; ſe quidquam fore, niſi de ſola ipſius voluntate præſumit. Vnde & ad pedes eius ipſa dicitur Apoſtolatus inſignia reſignaſſe, poſteaq; de manu ipſius inueſtituram accepiſſe per anulum, vt veteri ſcilicet quæſtione compoſita, regnum plane de ſacerdotio, de ſpiritualibus temporalia, de eccleſiaſticis viderentur ſæcularia triumphaſſe. Indignum facinus, omnibuſque ſæculis deteſtanda malitia, ordinationem ſcilicet diuinam qualibet temeritate conuertere, & redemptam ſanguine Chriſti perimere libertatem.

Prædictus itaque Princeps negotium ſuum tamquam ſub vmbra pietatis exercens, eccleſiaſticum congregauit ſæculari poteſtate conuentum, vt præſumptionem ſchiſmatici illius proprio roboraret aſſenſu, & quos poſſet ad obedientiam illius tyrannicæ poteſtatis terroribus inclinaret, ea ſiquidem intentione, vt vtriuſq; gladij virtute comminuta priſtinam reformet Imperij maieſtatem, vt vtriuſq; inuicem cooperante potentia, omnia regna propriæ ſubijciat ditioni. Porrò illi, quos ſchiſmatico conciliauerat neceſſitas, aut voluntas, falſitatis & blaſphemiæ ſymbolum conſcripſerunt, vt quod de veritate non poſſunt, ſaltem conquiſitæ multitudinis ſuffragio præualere credantur. Quod ſcriptum ſi forte contigerit ad ſapientiæ veſtræ venire conſpectum, multa plenum falſitate credatis, licet etiam, ſi abſolutam contineret,

in

Sal. An. 1160. *uerit, & quam indigne receperit, non opus eſt nos in præſenti referre, quia credimus te id ipſum plenarie cognouiſſe. Veniente etiam prædicto anteceſſore noſtro, patrimonium beati Petri violenter inuaſit, & eamdem Romanam Eccleſiam niſus eſt modis omnibus conculcare, ita quod a pluribus dicebatur, & quaſi fama communis habebat, quoniam eo ſuperſtite Octauianum, qui ſemper fuit domeſticus Eccleſiæ inimicus, ordinare Apoſtolicum, immo apoſtaticum, ſi opportunitatem acciperet, intendebat.*

Quia vero illo viuente, omnipotens Deus non permiſit eum conceptam veſaniam exercere, poſt mortem eius opportunitate concepta, clxxvi *prædictum Octauianum ſchiſmaticum, ſimoniacum, & manifeſtiſſimum inuaſorem, qui cum tribus tantum malitiæ ſuæ complicibus, ſicut totus pene mundus agnouit, poſt canonicam & vnanimem electionem noſtram mantum arripuit, & ita ſe damnabili præſumptione intruſit, in tanta iniquitate modis omnibus manu tenuit, & quidquid ille fecit, ſolo fauore, potentia, & auctoritate ipſius, & Nuntiorum ſuorum, qui in Vrbe præſentes extiterant, eum feciße abſq; ambiguitate tenemus. Vnde ad confirmationem ipſius, immo vt omnem videretur in Eccleſia Dei auctoritatem habere, Archiepiſcopos, Epiſcopos, & alios eccleſiarum Prælatos apud Papiam, contra ſacrorum inſtituta canonum, prout ei placuit, conuocauit. Ille autem, ſicut homo, qui nec in Deo, nec in iuſtitia confidebat, in ipſius Imperatoris præſentia per aliquot dies, velut pro certo accepimus, inſignia Pontificatus abieeit, ſicut etiam in noſtro & fratrum noſtrorum conſpectu, dum Roma olim nos teneret incluſos, ſuam malitiam recognoſcens, facere voluit, ea quidem conditione ſeruata, vt nos ei poſtmodum reddere deberemus. Cumque nos ea recipere ſub hac conditione nollemus, ipſe in ſua pertinacia, & damnabili præſumptione permanſit.*

Ceterum, vt prædictus Imperator Eccleſiam Dei ſuæ videretur ſubiugare & ſupponere ditioni, & eam in ſupremam redigere ſeruitutem, memorato apoſtatico, ſicut dictum eſt, Pontificalia inſignia reddidit, & eum de Papatu, quod eſt a ſæculis inauditum, per anulum, prout dicitur, inueſtiuit. Quoſdam etiam Epiſcopos, alijs diſcretioribus & honeſtioribus occulte de illo conciliabulo fugientibus clxxvii *& reuerentiam exhibere laicali violentia, tyrannica oppreſſione coegit. Sic enim Reges & Principes diuerſarum partium ſibi intendit tum ſpirituali, tum materiali gladio ſubiugare ſi in hac parte, quod abſit, nefandiſsimum eius propoſitum praualeret. Ad hac, iuxta prudentiæ tuæ conſilium, Rothomagenſi Archiepiſcopo, eiuſque Suffraganeis, & alijs per Northmanniam conſtitutis, exhortationis literas deſtinamus. De cetero memoratum Fridericum Imperatorem, pro eo quod Octauianum ſchiſmaticum recepit, & ei pertinaciter adhærere præſumit, cum eodem Octauiano, & cum alijs principalibus fautoribus ſuis, nos de communi fratrum noſtrorum conſilio, in Cœna Domini publice ac ſolemniter excommunicaſſe cognoſcas. Dat. Anagniæ Kal. Aprilis.*

Acceptis *Arnulphus Alexandri* literis, vt partes ſibi creditæ legationis impleret, ad Epiſcopos, & Archiepiſcopos Galliæ, & Angliæ ſequentem direxit epiſtolam.

Ad Archiep. & Epiſc. Galliæ.

Quanta tempeſtate laboret Eccleſia, atque clxxviii *in quanto videatur periculo conſtituta, veſtra, quos hic dolor tangit, prudentia non ignorat. Et filij quidem Babylonis proſpiciunt & exultant, qui quaſi certum auſpicantes de procellarum quantitate naufragium, ad diripiendas ſarcinas & ipſa nauigij tabulata concurrunt. Nobis autem ſecuritatem præſtat diuina promiſſio, qua portas inferi aduerſus eam praualere non ſinit, ſed vexationis iniurias victoriæ certitudo compenſat. Neque enim deſperationi locus eſt, vbi cauſam rectitudo commendat, & virtutem patientiæ firmat interim conſcientia veritatis. Cauſæ ſiquidem noſtræ nec ignota veritas eſt, nec incerta iuſtitia, ſed res luce clarior & prauitatis nube negotium purgat, & omni iudicium abſoluit errore.*

Si enim perſona perſonæ comparetur, noſtrã perfectio ſcientiæ, & omnium virtutum format integritas, quòd non magis noſtra, quam aduerſariæ quoque partis teſtimonio confirmatur. Alteri vero ſi nobilitas generis, & quæſita ob hoc ipſum potentium gratia ſubtrahatur, non erit vnde ad maieſtatis Apoſtolicæ faſtigium audeat aſpirare. Sed & ſi facta electionum inuicem conferantur, electionem noſtram omni ordine, omni ſolemnitate, omni denique ratione ſubnixam; alteram plenam impuden-

Sal. An. 1160. *pudentia conſtat, & omnis rationis adminiculo deſtitutam. Numquid enim vnius Epiſcopi, ipſiuſq; quem noſtis, & duorum Cardinalium toti Eccleſiæ præiudicabit auctoritas, & reprobata vniuerſitate Catholica, intra quaternitatis huius anguſtias coarctata eredetur? Numquid conſecrationi, rite ac ſolemniter per eam, cuius intereſt, multitudinem celebrata, ea quæ poſtmodum per paucas ipſaſque emendicatas manus contracta eſt, poterit præualere? Numquid impudentiam coniectis ſibi proprijs manibus indumenti minax redemptorum ſatellitum violentia conſecrabit? Certum ſiquidem eſt Octauianum eccleſiã B. Petri, cum ibi celebranda foret electio, armatorum copia cõpleuiſſe, vt quod de meritis ſuis, & ſanctorũ Patrũ gratia non ſperabat, ſtrictis in ceruices reſiſtentium gladijs vſurparet.*

Denique conſenſu omnium in perſonam ſanctiſſimi Patris Alexandri firmato, dum ipſe laudabili verecundia renuit & excuſat, impoſitumq; ſibi manibus fere omnium pluuiale repellit, diſſimulare vlterius ambitio non potuit vel differre; ſed effuſa temeritate, nullo adhuc Cardinalium, ſicut dicitur, proſequente, cucurrit ad cathedram, ea nimirum fiducia, quod inuitis armatis non poſſet ab inermibus amoueri. Pari quoq; palatium feſtinatione conſcendit, vt primus vtramq; cathedram videretur inſediſſe, & quem iure non poterat, ſaltem de feſtinatione ſortiretur aſcenſum: quo prædicti tres eum de tota vniuerſitate ſecuti ſunt. Alij gladijs diſcurrentibus territi, cum electo ſuo in munitionem proximam conceſſerunt, vbi eos aduerſarius ille nouem diebus obſeſſos gladijs tenuit & incluſos, exiguam ſicut poterant alimoniam toto illo tempore mendicantes. Vnde etiam ſibi mentiendi cauſam componit iniquitas, aſſerens, Octauianum priuſquam alter eligeretur, per nouem dies Apoſtolatus cathedram ſolitarium inſediſſe, quaſi ille ab initio, licet renuerit, non fuiſſet electus, vniuſq; violenta poſſeſſio ſanctificare iniuſtitiã, & ambitionis audaciam valeat expiare.

Porrò illi de carcere, beneficio Senatus educti, ad locum, quo Apoſtolica inſignia ſeruabantur, Domino miſerante, perducti ſunt, vt electio mancipareţur effectui; & Electus gratiã conſecrationis per manum Oſtienſis Epiſcopi, ad quem hoc iure ſpeciali pertinebat, acciperet. Deniq; Cardinalis, & epiſcopi, qui per diuerſas prouincias legationis fungebantur officio, ad eum pari deuotione conuerſi ſunt: totiq; iam Eccleſiæ Dei indubitatæ tranquillitatis ſerenitas arrideret, niſi homo ille ad preparatum Imperatoris auxilium transfugiſſet. Verum ille gloriæ ſuæ, & non Dei ſedulus æmulator, deſiderij complendi, quod de proauorum exemplo conceperat, occaſionem lætabundus accepit. Noſtis enim prædeceſſores eius ad ſubiugandam ditioni ſuæ Romanam Eccleſiam a longis retro temporibus aſpiraſſe, ipſoſque aduerſus eam ſemper vel ſuſcitaſſe, vel foniſſe ſchiſmaticos, quo magis iure eius, cui ipſi miniſterium debent, affectatum poſſent imperium exercere, eamq; ad ſuam conuerſo ordine non diſponere; ſed euertere voluntatem. Bene tamen, quoniã quiſquis ad hanc de confidentia poteſtatis illius prorupit audaciam, in ruinam ſibi factus eſt, ceteris in exemplum, quo confuſa deinceps ceſſaret elatio, & ſua Eccleſiæ Dei dignitas & reuerentia ſeruaretur. Ceterum hic blanda ſchiſmatici deſperantis humiliatione ſeductus eſt, dum ille perſonam ſuam arbitrio eius exponit & cauſam, neq; ſe quidquam fore, niſi de ſola ipſius voluntate præſumit. Vnde & ad pedes eius ipſa dicitur Apoſtolatus inſignia reſignaſſe, poſteaq; de manu ipſius inueſtituram accepiſſe per anulum, vt veteri ſcilicet quæſtione compoſita, regnum plane de ſacerdotio, de ſpiritualibus temporalia, de eccleſiaſticis viderentur ſæcularia triumphaſſe. Indignum facinus, omnibuſque ſæculis deteſtanda malitia, ordinationem ſcilicet diuinam qualibet temeritate conuertere, & redemptam ſanguine Chriſti perimere libertatem.

Prædictus itaque Princeps negotium ſuum tamquam ſub vmbra pietatis exercens, eccleſiaſticum congregauit ſæcularis poteſtate conuentum, vt præſumptionem ſchiſmatici illius proprio roboraret aſſenſu, & quos poſſet ad obedientiam illius tyrannicæ poteſtatis terroribus inclinaret, ea ſiquidem intentione, vt vtriuſq; gladij virtute comminuta priſtinam reformet Imperij maieſtatem, vt vtriuſq; inuicem cooperante potentia, omnia regna propria ſubijciat ditioni. Porrò illi, quos ſchiſmatico conciliauerat neceſſitas, aut voluntas, falſitatis & blaſphemiæ ſymbolum conſcripſerunt, vt quod de veritate non poſſunt, ſaltem conquiſitæ multitudinis ſuffragio præualere credantur. Quod ſcriptum ſi forte contigerit ad ſapientiæ veſtræ venire conſpectum, multa plenum falſitate credatis, licet etiam, ſi abſolutam contineret,

in

Sal. An. 1160.

in omnibus veritatem, nihil, quod ibi diſpoſitum ſit, aliquem de iure ſortiretur effectum. Neque enim arbitrium dici poteſt, ad quod voluntaria partium compromiſſio non aſtringit; nec iudicialis ſententia, quæ nec ab ordinaria iuriſdictione, nec a delegata procedit. Sed & cauſam communem priuata auctoritate decidere qua arrogantia præſumpſerunt, nobiſque tamquam inferioribus imponere magiſtratum quos diuina bonitas pares ordine, & eadem ſpectabiles conſtituit dignitate? Sed neque cauſa dici debet, vbi inter conſentientes nullum potuit eße litigium, neque ſine contradictione quæſtio vel formari potuit, vel abſolui.

Ad hæc, ſi quod de Octauiano factum eſt, ab initio forte non valuit, ex poſt facto iſtorum nullo iure valuit confirmari, cum ipſe iam ab eo, qui poterat, condemnationis ſententiam, debitique pœnam anathematis excepiſſet. Scio ſapientiam veſtram validioribus argumentis, potioribuſque rationibus abundare, vt Papienſe illud conciliabulum nullius reputetis extitiſſe momenti, a vobis etiam minus intelligentium ſimplicitas valeat edoceri. Benedictus autem pater miſericordiarum, & Deus totius conſolationis, qui eccleſiæ Gallicanæ ſolitam miſericordiam benignius impendit, vt eam ſemper & agnitione veritatis illuſtret & pedes eius iuſtitiæ tramite nullatenus aberrare permittat. Sicut enim omnes, quos ad oppreſſionem Romanæ Eccleſiæ rabida Teutonici furoris prouexit inuidia, virtus Altiſſimi manifeſta deiecit; ſic omnibus, quos deuotio Gallicana ſuſcepit, victoriam ſemper contulit & triumphum. Cumque multis conſtet, ceteras regiones abundaſſe portentis: ſola Gallia monſtra non habuit, ſed ſinceritate Fidei, doctrina veritate, virtutum quoque titulis, & plurima operum exhibitione præfulſit. Vnde nunc quoque perſonarum penitus qualitate diſcuſſa, factiſque electionum plenius exploratis, in perſonam ſanctiſſimi Patri Alexandri, de vere Catholici & sereniſſimi Regis ſui beneplacito conuenerunt, literaſque eius & Nuncios paſſim & ſuſcipiunt, & honorant. Sed quia inter ipſum & Principem noſtrum, Deo volente, nouiter eſt reformata concordia: placuit ob gratiam ipſius ad momentum differre publicandæ ſuſceptionis edictum, donec iſte noſter eccleſiam regni ſui conſuluiſſe poſſet, & quod mente concepit, aſſenſus veſtri conniuentia confirmaſſe. Neque enim prudentiam regalis excellentiæ decuit aliquid ſuper tanto negotio, inconſulta veſtra ſapientia, definire, ne gloriam ſuam alteri dediſſe videretur, & reuerentiam veſtram minoris, quam debuit, æſtimaſſe. Quæ tamen ſuper hoc ipſius ab initio voluntas extiterit, multis declarauit indicijs & expreſſit; quoniam Patris Alexandri Nuncios & literas cum reuerentia ſemper excepit & gratia, nullumque ſe alium ſuſcepturum, adhibita ſæpe coram omnibus aſſeueratione, prædixit.

Porro literas Octauiani oblatas renuit manu regia, velut immundum aliquid ſordidumque contingere, ſed in contemptum eius ligneæ tabellæ, quam ipſe de puluere ſuſtulit, manibus offerentis impoſitas, ipſe ſtatim coram Nuncio poſt dorſum ſuum quam ſublimius potuit, riſu multitudinis, quæ aderat proſequentes, proiecit. Ex his igitur manifeſtum eſt, voluntatem eius in fauorem domini Alexandri, ſine omni ambiguitate firmatam, ipſumque veſtrum magis ob reuerentiam quæſiſſe conſilium quam pro abſoluenda qualibet ſuper hoc negotio quæſtione. Solent enim Principes dominique terrarum maiora negotia quadam ſemper mora ſuſpendere, vt dilatione creſcat auctoritas, & maior lætitia deſideria protracta conſummet. Super quo plane cum in idem fauor Principis veritaſque concurrunt, manifeſte vobis viam reſponſionis gratia diuinæ bonitatis aſſignat. Oportet tamen vos propter aliquos, qui inter vos ſunt, ſolicite prouidere, qui ſe ſchiſmatico illi dicunt cognatione coniunctos: ne malignitas forte præualeat, & eam quæ ex Deo eſt, ſupplantet carnis affectio charitatem. Sed cum vniuerſitas veſtra conuenerit, nolite, quorumlibet expectare ſententias nec eorum timeatis offenſam, ſed conceptum ſtatim in virtute ſpiritus vſurpate ſermonem, ne diſſimulatio veſtra prauitati præſtet audaciam, veſtroque ſilentio blaſphemiarum primitiæ conualeſcant. Tempeſtiuius igitur zelus iuſtitiæ per os veſtrum de libertate conſcientiæ, & confidentia veritatis erumpat, vt quaſi quodam ſpirituali tonitruo terreatur iniquitas, & præparata ad ſubuerſionem Fidei fallacia ſuffocetur. Dominus mentes veſtras in bonum ſua pietate dirigat & confirmet, vt Eccleſiæ eius ſtudio veſtro reformetur integritas, & quæ vos tantis vltro beneficijs & honore præuenit, gratos in opportunitate ſentiat & fideles.

Dum itaque *Victor* & *Alexander* ſtudent
Sel. An. 1160. cauſæ ſuæ conciliare patronos, in *Arnoldum*
clxxviii Moguntinum Archiepiſcopum Deus animaduertit, quando è conciliabulo reducem,
Moguntia in ſeditionem verſa in D. Iacobi
extra muros monaſterio, ipſo Io: Baptiſtæ
natali, immaniter trucidatum, proiecere in
ſterquilinium, vnde cadauer a mendicabulis extractum, triduò iacuit expoſitum populi ſannis atque ludibrio, donec à Canonicis clam auectum, in VIII. Virginis æde
conditum eſt. *Conradus in Chron. Mogunt.*

Poſt excommunicatum cum *Victore*
clxxix *Fridericum*, *Ioannem Anagninum*, Cardinalem ad Mediolanenſes legauit. Is cum
Mediolanenſibus icto fœdere, v. Kal. Apr.
ſuggeſtum maioris ædis aſcendit, ac concione aduocata *Victorem*, *Fridericum*, Sectarios, Cremonenſem, Laudenſem, Comenſem, Papienſem, & Mantuanum epiſcopum ſacris abdicatos pronunciauit, ac
ciuitates Cremonam, Papiam, Laudem,
Comum, Nouariam, Vercellas, Marchionem Montisferrati, Comites Blanderati,
Seprij, & Martheſij ſacris arcuit, & Archiepiſcopum, ac conſules Mediolanenſes ſacramento fidelitatis obſtrinxit. Arrepta
clxxx occaſione Mediolanenſes vlciſcendi iniurias
Mediol. bellum. in *Fridericum*, bellum ardentiore animo
renouant. Ergo Laudenſibus, quos *Fridericus* impensè fouebat, bellum inferunt: eorum agrum ipſis ſanctioris hebdomadę diebus irrumpunt: porrò egregiè occurrentibus ciuibus re irrita reuertuntur. Inde
Sigon. commotus *Fridericus* copias ſuas quanquã
exiguas Papia educit, atque ineunte Maio
in Mediolanenſem agrum ingreſſus, omnia
à Lambro amne latè populando, atque in
ſegetes, arboreſque fœde ſcuiendo percurrit, caſtra tandem ad S Romanũ, quaſi vrbem obſeſſurus, locauit. Mediolanenſes
tunc in belli ſocietatem Placentinis adſcitis,
aduersùs cum lectiſſimo equitatu procedentes, pugnæ copiam fecerunt: Ex quo *Fridericus* exterritus per noctem ſilentio vaſa
Fugatus Frid. collegit, & ſe Papiam recepit. Deinde
Laudem progreſſus, Laudenſium magnopere collaudata fide ac virtute, exercitum
trans Abduam traduxit; & Pontirolum,
Pontirol. cepit. pontemq; ad id à Mediolanenſibus factum
occupauit, & Fanum non ſine cruento prelio Mediolanenſibus in tempore non occurrentibus cepit, ac Papiam ſe retulit.
Mediolanenſes interea bellum Laudenſe renouaturi V. Idus Maias Laudem cum equitatu repetiuerunt, cumque, erumpentibus
Laudenſibus, inſidiæ ſemel iterumque paratæ non proceſſiſſent, iuſtum exercitum, ac
ipſum Carrocium adduxerunt, ac XIV.
Kal. Aug. ſignis è regione portę orientalis
locatis, reliquis copijs Vrbem cinxerunt, atque oppugnare inſtituerunt; ſed paucos
poſt dies deſtiterunt, maturo permoti *Friderici* aduentu. Tum Laudenſes tumul- clxxxii
tuario opere munitam adhuc Vrbem habentes lapideo ipſam muro, monente *Friderico* ſepſerunt. Primus lapis ab Alberico
epiſcopo in fundamento portæ Cremonenſis eſt poſitus. Erat in regione lacus Comenſis oppidum nomine *Carcanum*, quod
firmo *Friderici* præſidio cuſtoditum Mediolanenſibus, quoties in Laudenſium fines
irrumperent, adhuc ſemper fuerat infeſtiſſimum. Hoc igitur ſibi expugnandum antiſtes ratus, eodem menſe Brixianorum auxilio, ac trium tribuum iuuentute educta
obſidere inſtituit. Ea re cognita *Fridericus*
ſociorum ſuorum copijs ſubito accerſitis,
poſtridie Non. Aug. acceſſit, & loci peritorum conſilio in valle Toxariã caſtra ita poſuit, vt Mediolanenſes ab omni re frumentaria intercluſerit. Id vbi ſenſere Mediolanenſes, virtute recuperandum, quod loci iniquitate amiſerant, rati, ſe ſe ad prælium præpararunt: neque id detrectauit
Fridericus. Diù ancipiti Marte eo die pugnatum eſt, & Cæſar prærupta Mediolanenſium acie, vexillum prætorium è carpento caſtrenſi, quod Longobardi *Carrocium* nuncupabant, detraxerat, & contu- clxxxiii
meliæ cauſa currum in proximam foſſam Frider. vin. Ius.
deiecerat, quaſi certus vincendi, cum Mediolanenſibus fugam ſpectantibus, velut è
cœlo miſſæ, ex Vrſicinatibus, & Herbenſibus ſuppetiæ ex improuiſo aduenerunt: quę
recenti fortitudine in Germanos pugnando
ſeſſos, & iam victoriam Cæſari gratulantes, inuectæ mutata prelij alea coniecere in
fugam. *Fridericus* ægrè Baratellum, indeque Comum è victricibus Mediolanenſium manibus euaſit. Cæſaris caſtra, ingenteſque manubiæ victoribus ceſſerunt.
Pugnatum VI. Idib. Aug. Famam cladis victoriã
vbiq; vulgatam premere tentauit *Fridericus* fingit.

mentitis literis ad Piligrinum Patriarcham
Sal. An. 1160. Aquileienſem; quæ fuere.

clxxxiv *Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, dilecto & fideli ſuo Piligrino Venerabili Aquileiæ Patriarchæ, gratiam ſuam & omne bonum.*

Literas a tua Dilectione tranſmiſſas ea, qua decuit, benignitate ſuſtepimus: quarum tenore diligentius inſpecto, tuæ deuotionis deſiderio ſatisfacientes, de ſtatu noſtro tibi reſcribimus, & euentu, vt ſi forte aliter, quàm res acciderit, apud te diuulgatum fuit, veritatem tu ipſe cognoſcas & referas.

Sumus itaq; per gratiam Dei in bono ſtatu, quia ſalus, & vita, & proſperitas nos & noſtra cum gaudio comitantur. Quia verò ſecundùm varium euentum belli, diuerſi diuerſa referunt, hanc veritatem rei de nobis accipias; quod Mediolanenſes caſtrum quoddam, nomine Sarkanum, ſitum iuxta Cumas, cum ſua fortitudine obſederunt, & nos fideles noſtros, qui in caſtro erant, liberare volentes; congregata multitudine Longobardorum infinita, ad locum acceſſimus, eoſque, qui noſtros obſederunt, ex omni latere obſedimus, ita quod nullatenus manus noſtras euadere poterant, niſi fortè ex deſperatione, vel ex periculo mortis, per nos & per medium exercitum noſtrum impetum facerent, & tranſire fugientes tentarent. Quod & ita contigit. Mane enim in vigilia B. Laurentij, ipſi armati per medios noſtros irruperunt, & quaſdam acies noſtrorum Longobardorum violenter penetrauerunt. Quibus nos cum Teutonicis noſtris quamuis paucis, adiunctis & aliquibus Longobardis, audacter & viriliter reſiſtentes obuiam venimus, & ex vtraque parte multi corruentes interierunt. Præterea vexillum eorum, quod in curru ſuperbè erexerant, in lutum deiecimus & deſtruximus, ibique plus quam xxx. eorum milites, qui ad cuſtodiam ſolius vexilli fuerant deputati, truncauimus, ipſoſque per Dei adiutorium viribus noſtris in fugam conuertimus, & ad caſtra ſua retro cedere compulimus, campumque cum honore & victoria tenuimus, quamuis Longobardi innumerabiles à latere noſtro per fugam receſſiſſent, quamuis etiam interfectis aliquibus de noſtris magnum damnum recepiſſemus; illi profectò tot, & tanta damna ſuorum acceperunt, quod nos damna noſtra, reſpectu illorum, nulla reputauimus. Cum enim corpora ſuorum occiſorum ipſi recolligerent, LXXV. currus ad ciuitatem Mediolanenſium transferrent, non fuit currus aliquis, in quo tres vel quatuor mortui non iacerent. Sic hoſtibus fugatis, nos ad Cumanam ciuitatem cum multis captiuis reuerſi ſumus. Qui aliter de nobis prædicant, ſcias non eſſe Euangelij, quod euangelizant.

Quicumque etiam ſtatum Reuerendiſſimi Papæ Victoris minorari & attenuari prædicant, ſcias omninò falſum eſſe; quia iam multa Regna Hiſpaniæ, Vngariæ, Daciæ, Boemiæ, Comes quoque Barholi, & Comes S. Egidij, cum tota Prouincia & Burgundia, ei obediunt, & de die in diem dilatatur & creſcit.

Scire præterea debet tua Dilectio, quod omnes Principes Alemanniæ expeditionem noſtrã promiſerunt & iurauerunt, omnemque ornatum garſiorum & variorum communi conſilio poſtpoſuerunt, ſolis cibarijs & armis contenti in ipſa expeditione. Vnde quia, ſicut perſona tua grata nobis eſt, ita & neceſſaria, mandamus Dilectioni tuæ & fidem tuam monemus, vt de honore Imperij noſtri, ſicut alij Principes & fideles noſtri, cogites & diſponas, & XIV. die poſt Paſcha cum honeſta militia ad nos Papiæ venias, certus exiſtens, quod nulli Principum expeditionem remittemus, quamuis multi quærant abſolui: & quicunque remanebit, contra noſtram voluntatem remanebit. Si vero ante hunc terminum nos videre volueris, gratum valde eſt nobis. Veruntamen hoc pro conſtanti habere debes, et tenere, quod ab expeditione tuam perſonam nullo modo abſoluemus.

Audita per Germanias Cæſaris aduerſa pugna, nec fregit animos, nec proceres ab officio reuocauit. Nouum militem miſere Cæſari, vindictam & prædam præſumentes. Repetitis ſolicitabat eos literis *Fridericus*, in quibus vacationem nec pecunia redimendam proteſtabatur. Lege ſequentia.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, Eberhardo Saltzburgenſi Archiepiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum. clxxxv

Tuam experientiam minime latere credimus, qualiter non pro cumulandis diuitijs ad vſum noſtrum, aut filiorum noſtrorum, ſed ſolummodo ad pacis reformationem, & augmen-

Sal.An. 1159. *mentum Imperij, diſpendio tam rerum noſtra-*
rum, quàm fidelium noſtrorum inſtantia,
etiam attritione proprij corporis laboraſſemus
inceſſanter. Nunc verò, quia contumacia
Mediolanenſium a primorũ pacis inimicorum
& Eccleſiarum temeratorum, bono noſtro pro-
poſito, inſtinctu Diaboli, obſtare pro viribus
nititur, te vnà cum alijs Principibus, cæteriſ-
que Imperij fidelibus, in ſubſidium noſtrum
euocare decreuimus. Vnde dilectioni tuæ
mandamus, atque ſub debito fidelitatis præci-
pimus, quatenus omni occaſione poſtpoſita,
cum membrum Imperij cenſearis, & hactenus
ſibi fidelis extitiſti, ne Regnum aliquatenus
in tempore noſtro vacillet, & diminutionem
ſentiat, cum militia tua XIV. die poſt Paſcha
Papiæ exercitui noſtro accedas. Nam qui-
cunque nobis in auxilium occurrerint, nos &
ſucceſſores noſtros ditare & ſublimare diligen-
ter intendere incunctanter ſcias, quia finem
toti negocio noſtro cum victoria breui (vt ar-
bitramur) Dei nutu imponemus. Si quis au-
tem ſe nunc temporis aliquatenus ſubtraxerit,
hunc nec nobis nec Imperio noſtro fideles eſſe
cenſeamus.

clxxxvi Non multo antè Carcanenſem confli-
Henricus Leo in Slauos mouet. ctum *Henricus Leo*, impetrata miſſione
retulerat, vbi accepta ex *Hartmanni*, Bri-
xinenſis Epiſcopi voluntate, Pollingenſis cę-
nobij tutela, quod ipſum Patres Pollingẽſes
ob nimiam Brixinæ diſtantiam & ſera Epi-
ſcopi ſubſidia petiuerant, ad bellum eſt in
Saxoniam euocatus. Slaui, maris Baltici
accolæ, effuſi in Saxoniam, fœde agrum fer-
ro & populatione vaſtauerant. Hanc iniu-
riam vt pio bello vlciſceretur, hoſtile ſo-
lum ingreſſus, cuncta ferro & igne vaſta-
uit. Arriſit Fortuna iuſtitiæ. *Nicloto* gen-
tis regulo, ex inſidijs occiſo, Slaui deditio-
nem fecerunt. Belli fructus, Chriſtiana
fuit propagata religio. Barbari illi ſacris
Helmod. initis acceſſere lubentes: Hos voce *Bernonis*,
l.1.c.88. quem *Henricus* Eccleſiæ Megalopolitanæ
præfecit, Deus vocauerat. Impetrauit id
temporis, *Henricus Leo* à *Friderico* Imper.
clxxxvii poteſtatem erigendorum epiſcopatuum,
dandi Antiſtites, eoſque ſtabiliendi in omni
Epiſcop. electio. Slauorum ditione, quam ipſe vel eius pro-
genitores ſubiugaſſent.

Annus erat centeſimus ſexageſimus pri-
clxxxiii mus ſupra milleſimum, quo *Henricus Leo*
cum *Hartuuico* Ratiſbonenſi epiſcopo col-
lidebat. Diſſidij cauſa à ſanctuario, & ho-
neſtum gerere videbatur *Henricus* bellum, *Diſſidiũ inter Henricũ Leonem & Epiſc. Ratisb.*
cum pro eccleſia rugiret. Vita potius lai-
cali quàm religioſa viuebat epiſcopus; &
Chriſti ſanguis potus erat ad inebriandum
laſciuientes. *Henricus* tamen medicinam
fecit ipſo ferè morbo grauiorem. Aſſum-
pta namque vindicis perſona, inuaſit eccle-
ſiæ poſſeſſiones: Stauffenſem arcem, cuicũq;
epiſcopij patrimonium ſuæ fecit ditionis.
Ratisbona ſciſſa in partes pars pro Henri-
co, pars pro Epiſcopo, tota aduerſus agrum
ferro & igne promiſcuè depopulatur. Res
finem ſpectabat exitiabilem, niſi *Eberhar-*
dus Salisburgenſis vnà cum *Friderico Vvi-*
thelſpachio Boiariæ prætore, & *Ottonis* ger-
mano, & *Conrado* comite Raningio, ſequeſ-
ter pacis interceſſiſſet.

Hiſce detinebatur *Henricus* in Germa- *Mediol. obſidetur*
nia, dum alij Germaniæ principes, *Reinal-*
do Colonienſi anteſignano, Cæſari in Me-
diolanum detulere ſuppetias. Vrbi obſidio-
nem decreuerat, ratus, ipſa incolumi, ſe
Italiam pacato imperio numquam habitu-
rum; IV. Kal. Iunij cũ vniuerſo exercitu in
agrum Mediolan. procedit, ac ſegetes, vi-
neaſque toto latè percurſo agro corrumpit.
Inde caſtris propius vrbem admotis, in
multas partes copias diuidit, atque vrbem
vndique ſeptam intentiore cura obſidere
inſtituit. Contra Mediolanenſes haud qua-
quàm animis defecerunt, ſed omnia quæ
ad ſuſtinendam acrem obſidionem perti-
nerent, tanto ſtudio præpararunt, vt non
minùs vigilandum obſeſſis quàm obſi-
dentibus foret. Fatigabatur ciuitas, & ci-
bariorum inopia, & pondere alieni ęris; quo
ne funditus periret, ciuitas denos, & octo-
nos viros ad eam rem inſpiciendam legit,
ex ſingulis tribubus ternos, qui diligenti
cura in fœneratores inquirerent, & preſ-
ſos ſubleuarent. *Fridericus* interea agro
ad XV. millia paſſuum circunquaque vaſta-
to, Germanos in ſuburbana caſtra diuiſit,
ac Cremonenſes, & Papienſes in ſuas di-
miſit ciuitates, ipſeque Laudem ſe recepit,
quo *Victor* XV. Kal. Iunij cum aliquot Car-
dinalibus venerat. Vbi altero Epiſcopo-
rum congregato concilio, iterum *Victor*
Pontifex confirmatur. Mediolanenſes, eo-
rumque fœderati Placentini, Brixiani, di-
ris deuouentur. Conuentus iſte primò Pa-

Sal. An. 1160. piæ, deinde Cremonæ diſpoſitus erat, poſtremò ad honorem Laudenſium iubente Imperatore, Laude eſt celebratum. Interfuere Imper. cum ſuis Principibus, & Dux Bohemiæ, & Dominus Pellegrinus Aquileienſis Patriarcha, & dominus Guido electus Rauennæ Archiepiſc. cum Epiſcopis, Prioribus, Abbatibus, Præpoſitis, alijſque clericis. Fuere autem in ipſo Concilio recitatę literę excuſatoriæ Regis Daciæ, Regis Noruegiæ, Regis Hungariæ, & Regis Poloniæ, & ſex Archiepiſcoporum, & viginti Epiſcop:, multorumque Abbatum Clarauallenſium, & aliarum Congregationum, atq; præpoſitorum. In quibus literis continebatur, ipſos Reges cum vniuerſis eorum prouincijs & prædictos Archiep. Epiſcopos, Abbates & Præpoſitos in ſolum Victorem conſentire. *Otto Mærena in Chronico Lau-*
cxcii *denſi.*

Huic conciliabulo adeſſe literis Friderici prouocatus fuerat Eberhardus Saltzburgenſis, ſed venire detrectauit.

Friderici epiſtola ad Archiep. Saltzburg.

Fridericus Dei gratia Rom. Imper. ſemper Aug. Fideli ſuo Eberhardo Venerabilibus Saltzburg. Archiep. gratiam ſuam, & omne bonum.

Quanto maiori largitate anteceſſorum noſtrorum, Regum & Imperatorum, Eccleſiam Saltzburgenſem decoratam fuiſſe cognouimus eò maiori pietate & ampliori dilectione, dignitatem Saltzburgenſis Eccleſiæ ſemper fouere ſtuduimus, & omnibus modis promouere. Inde cum nos de te, tanquam de excellentiori & clariſſimo Principe noſtro, plurimum ſperaremus, & in tua ſanctitatis Reuerentia, in neceſſitatibus ſanctæ Eccleſiæ Dei & Imperij, non modicam fiduciam haberemus, cum ſtatus Eccleſiæ Dei in pendulo nutaret, ad Papienſem Curiam, vbi tam Eccleſiaſtici Principes quàm Seculares, pro gloria Dei & honore Imperij promouendo ſolemniter conuenerant, tuam perſonam ſacris apicibus noſtris & nuncijs euocauimus; & quare non veneris, admodum nos admirati ſumus.

Præterea indicto generali Concilio pro neceſſitatibus Imperij & Eccleſiæ celebrando in Dominica Vocem iucunditatis *tuã ſanctitatem, tuam reuerentiam ſcriptis & nuncijs iteratò ſolicitauimus, & attentiſſimè rogauimus, vt diligenter perſpectis ſchiſmatibus & preſſuris, in quibus ſancta Dei Eccleſia fluctuans laborabat, tuam laudabilem præſentiam ſacro Conuentui exhiberes, & ad tollenda de medio tanti mali ſcandala prudentiæ tuæ. conſilium, opemque neceſſariam negocio tam arduo non negares: ſed ne ſic tuam perſonam euocare valuimus.*

. *Vnde quia* tua res agitur, paries cum proximo ardet, *& quia publica res iſta fuit, non priuata, (nam de animarum ſalute agebatur) miramur nos primitùs, mirantur & vniuerſi Principes noſtri, tam ſeculares, quam Eccleſiaſtici, qui ad excolendam vineam Dei non timuerunt portare pondus diei & æſtus, quare te ſubtraxeris, & magna ſuſpicione te ſuſpectum habent, quod in tempore tribulationis te ipſum quaſi murum inexpugnabilem pro domo Iſrael non oppoſueris. Mandamus itaque tuæ diſcretioni, monentes & ſtudioſius te rogantes, vt remota omni occaſione & dilatione tuam ipſius præſentiam in proxima Natiuitate ſanctæ Dei Genitricis Mariæ nobis & Curiæ noſtræ exhibere non differas Cremæ, aſſumpto tecum fideli noſtro Venerabili Epiſcopo Brixienſi.*

Porrò accedere Archiep. renuente, indignatus Imperator, Mediolanenſis expeditionis ſpecie, iterum vt Principem Imperij euocauit, ſub pœna Cæſareæ indignationis, & depoſitionis.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, Eberhardo Venerabili cxciii
Saltzburgenſi Archiepiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum.

Cum ſacri Imperij noſtri diſpoſitio conſilio Principum, & maximè Religioſorum, frequenter indigeat, cur toties rogatus a nobis & diligenter inuitatus, ſemel ſaltem ad feſtum beatæ Mariæ Virginis venire nolueris, de prudentia tua ſatis mirari non poſſumus, ſed & vniuerſis Principibus Imperij admodum videtur extraneum.

Præterea cum Saltzburgenſis Eccleſia tanto ampliori ſeruitij debito teneatur Imperio, quanto amplius ab Imperiali munificentia præ cæteris ditata & exaltata, collatis ſibi beneficijs & honoribus gaudere dignoſcitur, miramur, & de ratione non videmus, quare in ſummis Imperij neceſſitatibus, quibus tanto iam tempore tam fortiter, auxiliante Deo, inſudauimus & inſudamus, tanti ſeruitij in-

tole-

Sal. An. 1160. *tolerabilem defectum perferre debeamus.*

Cum igitur quantumcunq; Religioſi ab ipſa veritate, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari reddere iubeātur, & tua dignitas nō ſolum qualicumq; pecunia, ſed & perſonis & armatura laboribus noſtris adeſſe debeat; per hæc Imperialia ſcripta tuæ fidelitati tam præcipiendo quam rogando mandamus, quatenus ad proximum Paſcha pro magnitudine facultatis & debiti, cum militia nobis ſuccurras, & XV. die poſt diem Paſchæ in campo Veronæ cum reliquis exercitibus te præſentes, teque ita facturum nunc ſtatim in manu præſentium latoris, Capellani & Nuncij noſtri Burenſis Colon. fideli & firma promiſſione certificare non differas. Quòd ſi animum prudentiæ tuæ ab his auerteris, & omninò nolueris venire, indubitanter ſcire te volumus, quòd nos, fauente & ſemper nos prædecente Dei clementia, cum conſilio Principum & Religioſorum ita de Saltzburgenſi Eccleſia ordinabimus, vt & honor Dei & religio non imminuatur, & debitum ſeruitium Imperio de cætero rationabiliter exſoluatur.

de eodem.

Fridericus Dei gratia Romanorum Impe-
cxcIv *rator & ſemper Auguſtus, fideli ſuo A. Venerabili Gurcenſi Epiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum.*

Cum ab ipſa veritate omnis homo, ſed & quantumcunque Religioſus, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari reddere iubeatur; & Saltzburgenſis Eccleſia quam maximi ſeruitij debito, ſacro teneatur Imperio, mirari non ſufficimus, quare Saltzburgenſis Archiepiſcopus toties rogatus et vocatus non ad conſilium, non ad expeditionis auxilium venire voluerit, et terminum, quem per proprium Capellanum ſuum nobiſcum in feſtum B. Mariæ condixerat, tam incuratè neglexerit. Nunc autem per præſentium latorem, fidelem Capellanum noſtrum, Burenſ. Colon. iterum ad expeditionis auxilium cum perſonis & armaturis ipſum euocauimus, & vt tua diligentia ad id faciendum eum ſtudioſè commoneat, ſolerter & intenſiſſimè rogamus. Quod ſi pro conſuetudine ſua venire noluerit, de contemptu & iniuria tam tuæ dilectioni conquerimur, quam & omnibus Imperij Principibus ibi conqueri neceſſarium habemus.

Nos autem, ſi neceſſe fuerit, de Saltzburgenſi Eccleſia ita cum conſilio Principum & Religioſorum ordinabimus, quod et honor Dei non diminuetur, et religio Eccleſiæ non ſubuertetur, ſi (Deo volente) Imperio debitum ſeruitium exſoluetur. Nouit Deus, qui corda ſcrutatur, quod nos virtutem in quolibet homine, magis autem in eo, cuius propoſitum in virtutibus decoratur, diligimus et reueremur; et, niſi ſupremis iniurijs coacti, ad moleſtiam cuiuſquam, non niſi multum inuiti prouocamur.

De cætero præfatum Capellanum noſtrum dilectioni tuæ committimus, vt ex parte noſtra diligenter audias, et ad ea, quæ ei dedimus in præceptis, ipſum conſilijs et conductu adiuues, quatenus et pro his et pro omnibus fidelibus ſeruitijs tuis et multa dilectione tua, vobis ad promerendum ſemper ſumus attenti.

Saltzburgenſis verò abſentiam ſuam pecunia tentans ab irato Cæſare redimere, auream legationem deſtinauit; quà reiecta, ſequentia replicauit Fridericus.

Fridericus Dei gratia Romanorum Impe-
Saltzburgenſi Archiepiſcopo, gratiam ſuam et cxcv
rator ſemper Auguſtus, Eberhardo Venerabili Onus Epiſcopis
omne bonum. vocatis à

Inter anxias & innumeras tribulationes, Cæſare.
quibus, exigentibus peccatis hominum, iamdiu vniuerſalis laborat Eccleſia, conſilium religionis tuæ multo tempore requiſiuimus, vt diſcretio tua, quæ directo tramite ad ſummū bonum attingere nititur, iter ſalutis nobis oſtenderet, & ab errore minùs eruditorum animos declinaret. Non ſolùm autem præſentiam tuam admodùm neceſſariam Imperio ſubtraxiſti, verùm nos & omnes Principes & fideles noſtros, ſecùs quam decet honeſtatem tuam immoderatis verbis cum offenſione aggrauaſti. Sanè cum legationis tuæ Nuncius ad nos veniſſet, & ſeruitium pecuniæ tuæ pro redemptione expeditionis nobis obtuliſſet, nos communicato cum Principibus noſtris conſilio, pecuniam tuam cum honore non potuimus accipere, quia noſtræ conſuetudinis non eſt alicuius pecuniam accipere, & odium etiam inter eum retinere. Cùm autem, ſicut decet Imperialem Excellentiam, nobis perſonam tuam exhibueris, tunc nos magis de tuo aduentu gaudere poterimus, & de inſtante neceſſitate Imperij & Eccleſiæ tecum & cum cæteris Imperij Principibus tuo conſilio ſalubrius tractare poterimus & ordinare.

Exinde *Fridericus Ludouicum* Gallorum

&

& *Henricum* Anglorum Reges per literas
Sal. An. 1160. ſolicitauit, vt ſe *Victori* addicerent: verùm
vocata Synodo Epiſcoporum Northmanniæ, Abbatum, Baronum, cui etiam interfuerunt tam *Victoris* quam *Alexandri* legati,
apud Nouum Mercatũ per Regẽ Anglum,
Beluaci per Regem Gallum, & ibi (inquit
cxcvi *Robertus de Monte in appendice ad Sigebertum*) tractatum eſt *de receptione Papæ Alexandri, & refutatione Victoris; & conſenſerunt Alexandro, reprobato Victore*. Eodem
Anno, eodem voto (ſcribit Tengnagellus
lib. 1. de inueſtigat. Antichriſti) in ciuitate
cxcvii *Synodus Toloſana.* Toloſana concilium celebratur, cui centum patres inter Epiſcopos, & Abbates
interfuerunt, vnà cum Regibus Franciæ,
& Angliæ, quorum ſtudio ſupradicti conuenerant. Aderant etiam *Octauiani*, &
Alexandri, atque Imperatoris *Friderici*, nec
non & Regis Hiſpaniæ legati; ibiq; vtriuſq;
partis defenſoribus ſufficienter auditis, ei-
Victor excõmunicatus. dem concilio tandem in *Alexandrum* complacuit. *Octauianus* verò, qui & *Victor*
ab vniuerſo Concilio cum fautoribus ex-
cxcviii *Imperialium protestio.* communicatus eſt, licet Legati *Friderici* reſonarent ex mandato imperatoris veluti
ſpecialis Romanæ Eccleſiæ aduocati, quod ad nullos eccleſiarum Prælatos de cauſa electionis Romani Pontificis iudicium facere pertinet, niſi ad eos tantùm, qui ſub Romano exiſtunt Imperio. Ideoque bonum videretur, et iuſtum, vt cum Epiſcopis & Clero Reges ad eundem Imperatorem accederent, illius audituri ſententiam. Porro cum verba iactarent inania, de vniuerſali concilio cogi-
Troienſem vel Treienſẽ. tauit Fridericus, ne vnitas ſcinderetur eccleſiæ. Adhoc Comitem *Henricum* Troienſem
ad Regem Francorum legauit, cuius inſtructio fuit.

Vult Imperator inſtructus contemplatione
cic *diuini amoris hoc bonum opus nobiſcum hoc modò agere, vt vos duo maiores principes Orbis conueniatis in vnum apud Auenionem, in confinio Regni veſtri & Imperij ſui, cum maioribus perſonis tam clericis, quam laicis imperij, & regni veſtri. Et ipſe quidem adducet ſecum Octauianum cum ſequacibus ſuis, & vos Alexandrum cum ſuis nihilominus habeatis. Poſtquàm verò vos duo cùm vtraque parte in præſentia tantorum virorum conueneritis, & electio vtraque diligenter audita fuerit, per illic congregatam eccleſiam Gallicanam, Italicam, & Teutonicam, decernatur de vtroque quod melius & vtilius videbitur ſtatuendum & ordinandum.*

Inter hæc ſolito acrius Mediolanum vr- cc
gebatur, cum orto velitari conflictu, Fride- *Equo*
ricus ardore intempeſtiuo inuectus in ho- *deturbatus*
ſtem, ſiue coactum ſiue fugam ſimulan- *Fridericus.*
tem, ad mœnia regreſſit. Cum autem
cupidus vſque ad Arcum Romanum eſſet
progreſſus, equo fortè corruit prolapſo,
vulnuſque graue accepit, certo periturus,
niſi eum ſui erectum, equoue redditum
ſubduxiſſent. Qua re perterritus iterum
ſe ad obſidionem conuertit, iuratus, ſe
non niſi victorem aut mortuum à Mediolano abiturum: quod ſi humanitus ſibi
quippiam contingeret, *Fridericum Conradi*
Regis filium, & ſi hunc fata non probarent,
Henricum Leonem ſucceſſores nominauit.
Hieme appetente, Laudem, indeque Cremonam cum vxore conceſſit, locatis vtrobique præſidijs, quibus Brixiani iuxta, ac
Placentini à conuehendis Mediolano cibarijs arcerentur. Inſtitores ſi qui deprehenderentur, præciſis manibus, vel effoſſis oculis, vel truncatis naribus dimittebantur,
vt fœditate ſupplicij reliquos abſterreret.
Inde Mediolanenſes eo inopiæ redacti, vt
equos, & canes comederent, ad tumultum excitantur, cum alter alterum, omnes
Archiepiſcopum increparent, quia &
belli cauſam dediſſet, & pacem protraheret. Propterea ille plebis, Cæſariſq; metu,
Genuam profugit. Miſſi protinus ab vrbe *Mediol. dediti.*
tres cum liberis mandatis, Oſſa Oſſius,
Albertus eius filius, & Anſelmus Ortus,
admotis iugulo mucronibus, velut mortis
victimæ ſe ſuaque omnia, ſacra, profana,
vrbem, agrum, Cæſaris dedentes arbitrio,
cuius ipſos pœnituit poſtea; quando ſe
cum inexorabili Principe ſupremam vrbis
perniciem pactos intellexerunt. Crediderant, ſe ſpecie infimi obſequij, pompaque
lamentabili, *Fridericum* ad pietatem flexuros, ſed ſpe decepti, iuſſi ſunt ſigna omnia
militaria, cum omnium portarum clauibus,
& Magiſtratuum inſignibus, tradere per
trecentos equites florem Inſubricæ iuuentutis, qui ciuitatis nomine fidem iurarunt
perpetuam. Factum id quarto Martij. Tertio poſt die, adduxere velut captiuum vr-

bis

Sal. An. 1160. cci

bis vexullum prætorium, vnà cum tercentis ſignis minoribus in Thenſa augurali vrbani *Carrocij*. Promiſcua multitudo vniuerſa flebili agmine carpentum ſtipabat, ſingulis crucem manu geſtantibus. Diſpoſiti per Thenſæ tabulata tubicines, ferali cantu vrbis fata deplorabant, tubaſque ſubſternebant pedibus Imperatoris. Ipſa D. Ambroſij effigies vecta in *Carrocio*, cum omnia eſſent dedita, ſe quoque ipſam dedidit humi inclinata, quaſi *Friderici* maieſtatem venerata, eiuſdem prenſaret miſericordiam. Quadringenti dati ſunt obſides, ex quibus centum & octoginta ſex ex ordine equeſtri retinuit; reliquos ad numerum conficiendum ex ipſa nobilitate exegit, atq; ad ſingulas vrbis portas murum diſijci, foſſam iuſſit repleri, quantum exercitui quadrato agmine ingreſſus foret ſatis. Tandem accerſitis Mediolani conſulibus imperat, vt omnes vtriuſq; ſexus ſecederent:

Mediol. diruitur.

& ne ſpes vlla redeundi ſupereſſet, ædificia præter paucas baſilicas à fundamentis euertit, areas per quatuor mundi plagas, aratro ſulcatas ſale reſperſit; ipſe autem per ruinas murorum ingreſſus cum victore exercitu, vicinis depoſcentibus ciuitatibus dedit, vt Laudenſes ædificia portæ Orientalis diruerent, Cremonenſes Romanæ, Papienſes Ticinenſis, Nouarienſes Vercellinę, Comenſes Comenſis, Seprienſes & Martheſani Nouæ excidium. Tanto potitus triumpho, in feſto Oliuarum, in B. Ambroſij Baſilica, vnà cum oliua, triumphalem geſtauit victoriæ palmam.

Frid. coronatio.

Inde Papiam reuerſus, proximo Reſurrectionis die poſt rem diuinam peractam, cum vxore coronatus inceſſit, ac ſtatiuis ad ædem Saluatoris locatis ſplendidum proceribus epulum dedit.

Epulum dat Principibus.

Tum etiam irrogatam Imperatrici fertur vindicaſſe contumeliam. Aiunt illam fœminea (vt putabat) ſecuritate vrbem intraſſe, quia illam plurimum amaret conſpicere. Plebeij verò ciues malè Imperatori affecti, quum iterum rebellionem meditarentur, decoris ſui fœmineique obliti, Cæſarianæ potentiæ, quæ non bis ouans vindictam exegerat, Regiam dominam mulæ impoſitam capite obuerſo in caudam beſtiæ, tradidere in manus prò freno eiuſdem beſtiæ caudam; ita ludibrio affectam extra mœnia eiecerunt.

Mediol. contumelia afficiũt Imperatricē

Iuſta itaque iracundia commotus, vrbe expugnata, deditos ea lege accepit, eos qui viuere mallent, ficum de genitalibus mulæ dentibus eximerent, alioquin mox obtruncandi. Ignominiæ multi prætulere mortem: vitæ cupidi fecerunt quod iubebantur. Vndè nata eſt Italis contumelioſa irriſio, quum digito inter duos oſtenſo proferunt, *Ecca la fico*.

Mediol. ſuppliciũ l. b. c. 36.

Hæc eſt illa ficus (exclamat *Krantzius Sax.* quam tuliſtis Mediolanenſes per ſummam ignominiam, vnde honor eſt digna ſuperbiæ vindicta. ccii

Mediolano ſubacto, in fœderatos arma conuertit, & primum aduerſùs Placentinos. Ea re cognita Brixiani conſilio aduerſo, legatos ad eum miſerunt, qui nudatos tenentes gladios pacem ſupplices peterent.

Placet Brixia deditur.

Datur, ſed ea lege, vt muris deiectis, foſſiſque completis, præfectum à ſe reciperent, & certam pecuniæ quantitatem perſoluerent, ac ſecum Romanam, & Apulam expeditionem ſuſciperent. Id vbi ſenſere Placentini, noluerunt bello premi, ſed miſſis legatis, VI. Idus Maij, ijſdem conditionibus ſe obligarunt. Nonis Iunijs Ianuenſium aduenere legati, obſequium exhibentes, & iureiurando claſſem ſe ei ad Kalend. Septemb. daturos ad redimendam Siciliam aduerſùs Gulielmum.

Ianuēſes.

IV. Idus Iunij antiqua iura Henrico Carecto, Marchioni Sauonenſi firmauit. Idibus, ſocijs Cremonenſibus ſequens priuilegium indulſit.

PRIVILEGIVM FRID. I. IMPER. CREMONENSIBVS DATVM. An. 1162.

SI, cum conſules vobis ſubrogandi erunt, nos in Lombardia fuerimus, nuncium, ſi vobis placebit, noſtrum mittemus, qui conſilio ſapientum operam dabit, vt legantur, conſules ad honorem Imperij, & conſeruationem veſtra ciuitatis, quiq; lecti erunt, à nobis inueſtituram accipient. quòd ſi trans Alpes, aut Apenninum, aut Marchiam Anconæ fuerimus, concedemus vobis, vt ad arbitrium veſtrum creetis Conſules ad obſequium Imperij, & conſeruationem veſtræ ciuitatis, ita tamen, vt vnus, aut duo ex eis ad nos loco omnium inueſtiendorum accedant, qui omnia regalia ex Imperiali manu recipient tam in vrbe, quàm extra per totum epiſcopatum veſtrum ſiue in aquis, ſiue in terris,

ſiue

Sal.An. 1160. *ſiue in perſonis, prout nunc habetis, aut ante obſidionem Cremæ habuiſtis, in teloneis, pedaticis, ripaticis, fodro, moneta, banno, & omni iure regalium; præterea auctoritatem iuriſdicendi vnicuique in vrbe, & per totum epiſcopatum ex legibus, & bonis moribus ad concordiam ciuitatis, & nominatim hæc caſtra Soncinum, Sambaſſianum, Preuitunum, & Caſtrum Nouum, quod eſt in epiſcopatu Laudenſi, ea lege, vt pro his regalibus omnibus vos conſules præſentes, & futuri nobis, & ſucceſſoribus noſtris regibus, & Imperatoribus ducentas marchas argenti boni in feſto S. Martini quotannis perſoluatis; & ad nutum noſtrum nuncijs in Lombardia bona fide repræſentetis; extra quam cum Imperiale fodrum per Lombardiam, & Cremonenſem epiſcopatum exigemus. Pro fidelitate autem veſtra fodrum in vrbe veſtra, & ſuburbio eius vobis in perpetuum concedimus, ita vt ſucceſſores noſtri reges, & Imperatores hanc pactionem ratam habeant, & vos ea perpetuò teneamini. Nemo autem à vobis conſul recipiatur, niſi iuret, ſe hanc pecuniam nuncio noſtro repetente ſoluturum, & nobis, aut ſucceſſoribus noſtris fidelitatem. Qui verò initio conſulatus ſacramentum concipiet, hoc nominatim iurabit, ſe recturum populum Cremonenſem in vrbe, & extra ad honorem, & obſequium noſtrum, & conſeruationem ciuitatis, & conſules, alijque iurabunt, ſe ſeruaturos fidem ſine fraude, & mandata aut per nos, aut per nuncios noſtros iniuncta curatores bona fide. Volumus etiam, vt cum nulla ciuitate coniurationem iniuſſu noſtro ineatis, & quinto quoque anno ſacramentum hoc renouari ab alijs, qui nondum ſuſceperint, curetis. Pro fideli autem opera, quam vos Cremonenſes noſtro Imperio præſtitiſtis, promittimus, nos neque milites, neq; Burgenſes, qui in caſtro Cremæ habitabunt, Imperij rebelles, quos proſcripſimus, vnquam proſcriptorum numero excempturos, neque in gratiam noſtram eos, aut hæredes eorum recepturos, niſi præſentibus nobis, & Conſulibus Cremonæ iurent, ſe intra Ticinum, & Abduam non habituros, neque in his vrbibus, & epiſcopatibus Bergomati, Brixiano, Mantuano, Parmenſi, Placentino, neque in epiſcopatu Cremonenſi, neque agro Cremenſi, niſi nos permiſerimus voluntate conſulum Cremonenſium, qui nunc ſunt, aut futuri ſunt pagos autem, quos tenebant Cremenſes, in noſtra habebimus poteſtate, excepto caſtro, & ſuburbio Cremæ, quod vobis concedimus. Quòd ſi epiſcopus, aut ciuis aliquis Cremonenſis de aliquo eorum pagorum expoſtularit, ius ei dicemus. Præterea pagani illi omnes iurabunt, ſe parituros præceptis aut noſtris, aut nuncij noſtri ad id deſtinati; neque foſſam, neque arcem, neque vicum nouum in toto epiſcopatu Cremonenſium excitaturos, verùm perſonas, et res Cremonenſium per totum agrum ſuum ſeruaturos, neque conſilium, aut auxilium daturos, vt Crema, aut aliquod caſtrum, aut arx intra terminos Cremonenſium priuilegio deſignatos excitetur, aut reponatur, aut noua ædificetur.*

Pares Conſules pari auctoritate cæteris ciuitatibus dedit amicis. Mediolanenſium præfecturam, qui per agrum diſſipati erãt, in ſex diuiſit. Brixiæ, Bergomo, Placentiæ, Como Prætores dedit, quos Germanas dixere poteſtates. Inde à Bononienſibus exortus in reliquas ciuitates, quæ ad Alexandrum declinauerant, minitabundus acceſſit, eo animo vt reſiſtentes pari ac Mediolanenſes corriperet. Aduerſarium tamen non habuit, vnde rebus proſperè geſtis Papiam ſe recepit.

CONCILIVM CLAROMONTIS.

cciv INterim cũ Romę *Alex.* (vrgente *Octauiani* violẽtia, qui generis nobilitate & affiniumpotentia principabatur) pacem non habẽs, *Frider.* premeretur inſultibus, in Galliã cogitauit ſecedere. Ordinato propterea Vrbis vicario Iulio Epiſc. Prænestino, Tarracinam pergit, triremes *Gulielmi Siculi* ſcandit; at vix vela ſoluunt, quod vehemens ventus irruit; & naues turbine & procellis quaſſatas ad ſaxa litoris impelit; non enim portus erat, ſed ſtatio tantùm malefida carinis. Genuam tandem, Deo remigante, ſecurus appulit, vbi cuncta obuiam effuſa ciuitate, ampliſſimum honorem accepit: inde in Prouinciam, ſub Paſcha ad montem Peſſulanum acceſſit; obuiarunt ei Clerus, nobiles, & inter eos quidam Sarracenorum princeps, deoſculatis pedibus

tan-

tanquàm ſanctum & pium Chriſtianorum Sal. An. 1162. Deum, ipſum Pontificem adorauit, *Baronius*. Quod videntes adſtantes, propheticum illud reſonabant, *et adorabunt eum omnes Reges terræ, omnes gentes ſeruient ei*. Per nuncios poſtea *Ludouico* Regi Francorum ſignificato aduentu, eiuſdem Regis conſenſu Claromontem petijt, ibique Concilio congregato *Victorem*, *Fridericum*, cum eorum factione excõmunicauit. Turbatus eſt *Fridericus*, audito Regem Lodouicum catholicè de Alexandro ſentire. Vnde ad epiſcopum Sueſſionenſem ſequentia ſcripſit.

ccv *Fridericus Dei gratia Romanorum Imper. & ſemper Auguſtus, dilecto amico ſuo, Venerabili N. Epiſcopo Sueſſionenſi, & Regis Francorum Cancellario, ſalutem cum intima & ſincera dilectione.*

In veritate audiuimus, quod Rolandus quondam Cancellarius, qui propter fideles noſtros circa Romam non habet nec inuenit, vbi caput ſuum reclinet, periculo maris ſeipſum cum ſuis pſeudoſequacibus commiſerit, vt terram Francigenarum intret, eamque ſchiſmaticæ prauitatis errore, vtpote manifeſtus Dei & Eccleſiæ ac Imperij inimicus, commaculet & ſpoliet; vt etiam quomodocumq; corrodat viginti mille libras, & amplius, vnde creditoribus ſuis debita perſoluat; quia ſub alieno ære valde grauiter ipſe laborat. Rogantes itaque tuam dilectionem intimo & pleno affectu monemus, quatinus prædictum Schiſmaticum, noſtrum & totius Imperij atrocem inimicum, nullo modo recipias, nec recipi ab alio permittas, Regique Francorum bona fide conſulas, ne ipſum, vel aliquem de ſuis Pſeudocardinalibus vel Nuncijs recipiat. Tantum enim ac tale odium inter noſtrum Imperium & ſuum Regnum exinde poſſet, oriri, quod non de facili compeſcere poſſemus aut ſedare.

ccvi *diſſidia inter Piſanos, & Ianuenſes.* Fruſtratus *Fridericus* epiſtolis ſuis, ad colloquium Regem ipſum prouocauit; & protinùs in Burgundiam dotalem vxoris cum Victore iter arripuit. Taurinum cum acceſſiſſet, Piſanos & Ianuenſes nouo inter ſe bello certantes ad inducias, vſq; ad reditum ſuum paciſcendas adduxit. Belli cauſa fuerat, quia Byzantij Piſani mercatores Ianuenſes inuaſerant, aliquot etiam interfecerant. Ad quorum vindictam Ianuenſes

duodecim triremibus in portum Piſanum euecti trium in conſpectu ciuitatis euerterant, & triremem vnà cum Conſule Piſano captam abduxerant. Piſani verò maiore numero egreſſi, naues duas Ianuenſium onerarias cęperant; & duodecim triremes è portu Veneris exeuntes adepti, prælio laceſſiuerant, atque ex Sardinia & Corſica magnas prædas abegerant. Porrò *Fridericus* Viſontionem progreſſus, ad Ludouicum Regem miſit, rogans, vt ad ſe communis colloquij gratia ad Sagonam amnem, is olim Arar fuerat, non longè à ditionis oppido ad feſtum decollationis occurreret; ibi ccvii *Friderici molitio in Alexandrum & Victorem.* namque communi Eccleſiæ concordia de cauſa Pontificia velle diſcernere. Rem tamen gerebat in animo, vt *Ludouicum* à colendo abduceret *Alexandro*; induceretq; ad probandum alium quempiam ab vtroque diuerſum, qui futuri concilij eligeretur conſenſu. Hiſce conſilijs circumuentus Ludouicus, ſe venturum promiſit cum *Alexandro*, iurans *Alexandri* loco, se dediturum Cæsari, ſi iſte venire renueret. Eadem ratione ad Episcopos suos scripserat, cuius aliquę adhuc extant Epiſtolæ.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imper. ccviii *& ſemper Auguſtus, dilecto ſuo E. Venerabili Lugdunenſi Archiepiſcopo & Primati Galliarum, gratiam ſuam & omne bonum.*

Imprialis noſtra ſolicitudinis propoſitum, quod Lugd. Eccl. ac Ciuitatem a diutinis laboribus ſuis exuere, & in antiquæ dignitatis ſuæ ſtatum reformare decreuimus, pro tua fideli erga nos deuotione in pectore noſtro inceſſanter vigilat, quoad vſque (Deo opitulante) debitum ſortiatur effectum. Vnde & propitia diuinitas, quæ pijs omnium conſilijs intereſſe, & ea promouere conſueuit, congruam nobis hoc tempore opportunitatem obtulit, vt partes Burgundiæ, immò ipſam Ciuitatem Lugdunenſem in propria Maieſtatis noſtra perſona quantocyus adeamus, ac ruinas eius in ſtatus ſui decorem cooperante Deo erigamus. Comes ſiquidem Trecenſis, quum ad Curiam noſtram in legatione Domini ſui Regis Francorum veniſſet, & Reuerendum Patrem noſtrum Papam Victorem humili veneratione honoraſſet, ſtudioſè a nobis poſtulauit, quatenus ad Colloquium inter nos & eum Regem habendum accederemus; tantumq; huic verbo inſtitit, quoaduſq; vniuerſorum noſtrorum

Principum conſilio Colloquium indiximus, IV. Sal. An. 1162. *Kalend. Septembris, ad Pontem Laone, inter Diuionem & Dolum, cum Archiepiſcopis, Abbatibus, alyſq; Cleri noſtri Prioribus illò venturi. Quia ergo tua diligens prudentia in eodem Colloquio nobis plurimum neceſſaria eſt, Venerabilitati tuæ ſtudioſe mandando iniungimus, quatenus ad idem Colloquium omnes Suffraganeos tuos euoces, & cum vniuerſis Prioribus, Abbatibus, & Cleri celebritate, omni remota occaſione, venias, quia nos ibidem, diuina gratia promouente, ſuper Eccleſiæ Dei reſtituenda vnitate, & ſuper Domini Papæ Victoris confirmatione finem imponemus. Interea verò conſilium non fuit, vt militiam (prout dictum erat) tranſmitteremus, quia quæcunque ſunt in bellicis rebus agenda ſeu diſponenda, per præſentiam noſtram conuenienter adimplere curabimus. Dominus quidem Papa nobiſcum aderit, & oportebit propter defectum domorum in tentorijs habitare.*

Super eadem re.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperat. & ſemper Auguſtus, fideli ſuo M. Duci Lotharingiæ gratiam ſuam & omne bonum.

QVoniam in ſchiſmate, quod eſt in Romana Eccleſia, vniuerſus orbis in ſe ipſum diuiſus eſt, & tota Chriſtianitas in modica turbatione concutitur, nos tota animi compaſſione ſanctæ Dei Eccleſiæ doloribus condolemus totius conſilij & auxilij propenſiorem curam & ſolicitudinem adhibere cupientes, vt totius diſſenſionis diſcrimine ſublato, Eccleſia Dei, ſicut in vnitate fidei, ita ſub vnius Paſtoris regimine in vnum ouile congregetur. Inde eſt, quod ex conſilio Principum, cum dilecto conſanguineo noſtro Ludouico Illuſtri Rege Francorum, IV. Kalend. Septembris, in die videlicet Decollationis Sancti Ioannis Baptiſtæ, ſuper fluuium Saonam Concilium celebrare ſtatuimus: in quo, aſpirante Spiritu ſancto, qui facit vnanimes habitare in domo Domini, ſperamus, vt Eccleſiaſticæ pacis & vnitatis ſtatus reformetur, & Dominus Papa Victor Apoſtolicæ Sedis gubernacula debeat obtinere. Verum quia hoc negotium tam arduum, tamque ſalubre, & tam neceſſarium, vbi de reconciliatione ſanctæ Eccleſiæ, & ſalute totius Chriſtianitatis in commune agitur, ſine tuæ diſcretionis præſentia conſummari nec debet, nec poteſt; exorantes commonemus te in ea fide, quam debes Imperio & ſanctæ Dei Eccleſiæ, & animæ tuæ, quatenus omni occaſione ſummota apud Biſantium quarte die ante prædictum terminum familiariter, more Curiæ, nobis occurras, ad Concilium nobiſcum proceſſurus, &c.

De concilio generali apud Biſantium celebrando pro recipiendo Victore Papa per Imperatorem confirmato, ab Eccleſi,s Gallicanis.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, fideli ſuo C. Auguſtanenſi Epiſcopo, gratiam ſuam & omne bonum.

INter varias & tumeſcentes tempeſtatum procellas, quibus iam diu nauicula beati Petri quaſſata; & inter preßuras diuerſas, quibus ſancta Dei Eccleſia frequenter afflicta & tribulata eſt, tandem verus ille mediator Dei & hominum Chriſtus Ieſus, qui Eccleſiam ſuam velut vnicam ſponſam proprio charactere ſui pretioſi ſanguinis inſigniuit & redemit, conſolationis gratiam, quam aſcendens in cælum fidelibus ſuis repromiſit, inquiens: Non relinquam vos orphanos, ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſummationem ſeculi, *euidentibus & manifeſtis declarat indicijs. Ipſe enim ſicut ſtella matutina in medio nunc oriens, ſolita pietate Eccleſiam ſuam in tribulatione reſpexit, &* ſurgens imperauit ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna. *Pro illa ſiquidem controuerſia, quæ inter Nos & Regem Francorum pro ſchiſmate Romanæ Eccleſiæ iam diu agitatur, aſpirante Spir. S. gratia, quæ facit habitare vnanimes in dome, mediantibus hinc inde Legatis, tandem pari voluntate, & vnanimi conſenſu inter nos conuenit, quod nos videlicet, vna cum Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Patribus orthodoxis ac viris Religioſis, Baronibus et vniuerſis Regni vtriuſque Principibus, IV. Kal. Septembr. in die videlicet Decollationis S. Ioannis Baptiſtæ ſupra fluuium Saona, in Epiſcopatu Biſuntino, Concilium generale pariter celebraturi ſumus: in quo Rex Francorum, dilectus conſanguineus noſter, cum vniuerſis Archiepiſcopis, Epiſcopis, & cum omnibus Regni ſui Principibus, & tota Gallicana Eccleſia, Reuerendum Patrem noſtrum Dominum Octauianum Papam, ſicut per ſacramenta & firmiſſimas ſecuritates præordinatum eſt, in Apo-*

ſtolicum

ſtolicum Vniuerſalem ſanctæ Dei Eccleſiæ Sal. An. 1160. *Pontificem recipiet, & debitam ei reuerentiam exhibebit.*

Verum quia hoc negotium tam arduum, tamq; ſalubre, & tam neceſſarium, vbi de reconciliatione S. Dei Eccleſiæ, & totius ſalute Chriſtianitatis in commune agitur, ſine tuæ diſcretionis, cæterorumque Principum ac Chriſti fidelium præſentia, conſummari nec debet nec poteſt, exoramus te & monemus in ea fide, quam Imperio & S. Dei Eccleſiæ & animæ tuæ debes, quatenus omni occaſione ſummota, cum ſapientioribus & magis idoneis perſonis tuæ dioceſeos apud Biſuntium IV. die ante prædictum terminum familiariter, more Curiæ, nobis occurras, ad Concilium nobiſcum proceſſurus. Et quia abundans cautela non nocet, Milites tui, quos tecum adduces, in armis & clypeis ſint muniti. Inſuper et tentoria deferas, quæ propter domorum raritatem neceſſaria ſunt. Ibi enim per gratiam Dei totum negocium Domini Victoris Papæ ad gloriam Dei, et ad pacem et vnitatem ſanctæ Dei Eccleſiæ, et omnimodum honorem Imperij honeſto fine terminabitur.

Denique omnibus in Ordine Clericali conſtitutis ſcribimus, ſuadendo et rogando, quatenus ad præfatum Concilium veniant, aut ruentibus rebus ſuis ſuccurrant.

ccx Pluribus eadem directa Epiſtola fuit; Saltzburg. & Brixin. Ep. cõſtantiæ prò Alex. III. Saltzburgenſi ſuſpicor *Eberhardo*, & *Hartmanno* Brixinenſi, qui cauſam tuebantur *Alexandri*. Literis iſti euocati minacibus Fridericum Mediolani agentem triumphos conuenerant. In eos biduo ante Ramalia quaſi reos læſæ Maieſtatis Senatus inquirerat, & vt ſchiſmati conciliarentur, mandauerat. Ipſi tamen, audiente Cæſare *Alexandri* cauſam tam piè, humiliter, ſed facundè diſceptarunt, vt ſaltem immunem inter adulantium cętum, & Schiſmaticorum turmas, veritatem impunè reducerent, & ad ſedes ſuas glorioſè recederent, ſpreto Victore pſeudo Pontifice, quem illi, Cremonâ diuertentes, nec ſalutationę dignati ſunt. Quod cum *Victor* ægre ferret, à *Friderico* tamen impetrare non potuit, vt duriùs in eos con-
ccxi ſuleretur. Immo Gerhoho, qui *Eberhardum* in Italiam comitatus erat, dedit Cæſar, vt ipſius fratres Canonici Auguſtenſes à Collegis, ipſoque Epiſcopo, ob repudiatum *Victorem* ſacerdotijs, fortuniſque ſpoliati, reſtituerentur, cęnobiumq; Reicherſpergenſe, cui *Gerhohus* præerat, Cæſarea frueretur tutela. Porrò ſpe excitata Concilij, Epiſcopi & Abbates conuenerant. Accedere etiam *Ludouicus* Rex Francorum promiſerat, ve- ccxii
rum iter ingreſſus, vbi accepit, *Fridericum* Ludouici Regis Galliæ aſtus.
contra, atq; pacto conuenerat ad concilium armato cum exercitu conuenire, paululum hæſitauit, ſeruandæ tamen fidei cauſa ad amnem die conſtituto acceſſit, atque in medio ponte ab hora diei tertia ad nonam vſque permanſit, & cum *Fridericus* nondũ veniſſet, manus in flumine lauit, ac ſe fidem liberaſſe ſuam teſtatus, eodem ipſo veſpere Diuionê diuertit. Sub noctem porrò etiam *Fridericus* aduenit, cognitoque *Ludouicum* abijſſe, qui eum reuocarent, honoratos homines miſit, ſed vt rediret, impetrare non potuit: ita *Sigonius*. Rem tamen longe diuerſam enarrant alij. Cum iam *Frrdericus*, comitantibus Daniæ, & Bohemiæ Regibus, ac Germaniæ Principibus, & iuſto exercitu ad locum colloquij properaret, ex itinere diuertit ad *Alexandrum* Pontificem, ſuaſitq; ne indicti colloquij refugeret euentum. Suaſit quidem, ſed non perſuaſit excuſanti facti iſtius indignitatem: neque enim ſibi per ſacras leges & Patrum placita integrum eſſe, ſedis Romanæ, cuius ſit cæteris omnibus ius dicere, maieſtatem ſubdere iudicio vllius humanæ poteſtatis. Romanam Eccleſiam orbi Chriſtiano dare leges, non accipere. Id reſponſum mærore *Ludouicum* confecit, quia vel periurio teneretur, & Regij nominis famam fœdaret, vel inuitum teneretur de-
ducere *Alexandrum* ad pactum Concilium. ccxiii
Porrò dictu mirabile, Deus ſuſtulit anguſtias, miſſo *Henrico* Anglorum Rege, qui cum Francis renouata pace, valido accurrit exercitu trepidanti ſuppetias. *Fridericus* verò impar vtrique Regum, ſi forte vis inferenda foret, vnde venerat, repudiata colloquendi facultate regreditur. Ita *Henricus Leo*, ſpe componendæ pacis ſublata, Conſtantiam ad Lacum Acronianum IX. Kal.
Decembr. reuerſus, cum vxore *Clementia* ccxiv
Conradi Zaringij filia diuortium fecit, ne- Henricus Leo vxorem repudiat.
ſcio quo conſanguinitatis prætextu, an quod Vſpergenſis ſuſpicatur, Imperatoris conſilio. Ea repudiata, duxit *Methildem* filiam *Henrici* Britannorum Regis, ex qua tres ſuſtulit filios *Henricum* Palatinum Rheni; *O-*

thonem, qui poſt *Philippum* imperauit, &
Sal. An. *Guillielmum*.

1160. ccxv Porrò diſcordant adhuc ſcriptores de Imperatoris, & Regum congreſſu. Cum innotuiſſet *Alexandro* ad colloquium à *Friderico* prouocari *Ludouicum*, ſequentia ſcripſit ad *Hugonem* Sueſſionen. Ep. vt Regem Francorum à colloquio retraheret, quod cum *Friderico* Imper. habere decreuerat.

Alex. Ep. ſeruus ſeruorum Dei, venerabili fratri H. Sueſſion. Ep. ſalutem & Apoſtol. bened.

Fidei ac deuotionis, &c. extat tom. Concil. p. 1310.

Vel cum *Baronio* ex actis *Alexandri*, quæ in Vaticano extant. *Cum omninò videretur indignum, & ſanctorum Patrum ſtatutis contrarium, vt ſanctiſſimus Pontifex & prima Sedes aliquod deberet humanum ſubire iudicium: viſum eſt omnibus, vt de melioribus Eccleſiæ Romanæ mitterentur illuc ea tantummodo cauſa, vt per omnes electio domini Alexandri canonica monſtraretur, & electionem Octauiani tamquam poſteriorem, nullius fuiſſe momenti, nihilominus probaretur. Miſſi ſunt ergo a Pontifice Romano A... Portuenſis, Epiſcopus, H... tituli ſanctæ Crucis, I... ſanctæ Anaſtaſiæ, & I... ſancta Maria in Coſmedin, & R... ſancti Theodori diaconi Cardinales cum Rege ad ſupradictum locum. Et illis abeuntibus, Pontifex cum reliquis fratribus Aquitania ad monaſterium Doleuſe deuenit. Rex autem comitatus a principalibus perſonis ſuis, poſtquam peruenit apud Diuionem, proceſſit vſque ad Montem Saonis, qui Teutonicos a Francigenis dirimebat, expectans, quid ſibi de cauſa ipſa Imperator vellet proponere.*

Tunc hæreſiarcha Octauianus videns Eccleſiæ Romanæ perſonas cum eccleſia Gallicana contra opinionem ſuam veniſſe, & aduerſum ſe conſtantiſſime ſtare: valdè perterritus eſt, & de facto ſuo cœpit penitus deſperare. Quocirca vertens ſe ad Imperatorem, dixit ei: Ille aduerſarius meus dedignatus eſt huc venire, & tu cauſam meam, quæ in conſpectu tuo iudicata eſt in concilio Papienſi, & approbata, permittis iterum iudicari & pertractari. Tunc Imperator attendens verba ipſius Octauiani, valde turbatus eſt viſus, & aduerſus Regem Francorum loquens, ei per internuntios in hæc verba prorupit: Ecce videris me iam decepiſſe, & contra iuramentum conuentionis manifeſte veniſſe, cum illum Papam, ſicut promiſiſti, in hunc locum non adduxiſti.

Cui Rex, habito cum ſuis conſilio, in hunc modum reſpondit. Quamuis abſentiam Pontificis iuſte ac rationabiliter valeamus excuſare; ne tamen honori commiſſi mihi regni, aut famæ aliquo modo derogetur, & ne fallaciæ notam iuſte vel iniuſte poſſim incurrere: ego abſque mora ipſum Pontificem cum ſuis fratribus abſq; dolo & fraude ad hunc locum vocabo, & adeſſe faciam. Miſit itaque Rex citiſſime, ſicut promiſerat, Nuntios ad Alexandrum, vt cum ſuis fratribus ſine mora ad eum veniret, niſi vellet eum in captione Imperatoris, prout inter eos conſtitutum fuerat, detineri.

Quo audito, Pontifex & fratres eius attendentes, Regem Francorum doloſis circumuentionibus fuiſſe deceptum: valde in ſeipſis turbati ſunt; & proſpicientes grauiſſima ſibi vndique imminere pericula, magno timore timuerunt. Si enim illuc, humanum iudicium ſubituri, pergerent: Eccleſiæ libertatem per violentiam periclitari cernebant. Quod ſi non irent: pro detentione Regis circa iuſiurandum & conuentionem, quam cum Imperatore fecerat, perſonarum captiuatio eis, & rerum immineret ſpoliatio. Videbatur ſane maxima ipſius Imperatoris potentia, terribilis, & nimium formidanda: quippe qui Daciæ & Boemiæ Reges cum Ducibus & Principibus ſuis, & cum magna multitudine armatorum militum, ſicut credebatur, illuc ſecum adduxerat; & de prædicto Pontifice, & de Francorum Rege male iamdiu cogitauerat, vt in ipſo colloquio poſſet iuxta ſuum deſiderium conſumere.

Sed pius & miſericors Dominus, qui non derelinquit ſperantes in ſe, & praua diſſipat conſilia Principum, non eſt paſſus eumdem Pontificem, & pium Regem Francorum in anguſtia maxima poſitos tentari ſupra id, quod poſſent; ſed ex inſperato fecit cum tentatione prouentum. Excitauit ſpiritum glorioſi Regis Anglorum, vt in ſubuentionem domini ſui, & Francorum Regis cum maxima multitudine virilium pugnatorum aduerſus eundem Imperatorem animoſitate nimia feſtinaret. Immiſit etiam Deus tantum famis cruciatum in exercitum illius, vt præ ni-

Sal. An. 1160. *nimia ciborum penuria vnus panis modicus ab eſurientibus emeretur precio vnius marchæ argenti. Vnde quia ipſe Imperator nec moram ibidem facere, uec malum, quod in corde geſtabat, poterat exercere: occaſionem recedeudi ab ipſo honeſtiorem, quam potuit, celeriter ſtuduit inuenire. Igitur per Rainaldum Cancellarium, & alios fautores ſuos egregio Regi Francorum locutus eſt in hæc verba: Mandat vobis dominus noſter Fridericus Imperator Romanorum & ſpecialis Romanæ Eccleſiæ Aduocatus, quod ad nullos eccleſiarum Prælatos de cauſa electionis Romani Pontificis iudicium facere pertinet, niſi ad eos tantum qui ſub Romano Imperio exiſtunt: ideoque bonum videtur & iuſtum, vt cum Epiſcopis & Clero veſtro ad eumdem Imperatorem tamquam amicum & ſocium accedere, & illius ſententiam audire debeatis.*

Quibus verbis auditis, Rex modicum ſubridens, reſpondit ei in hunc modum: Miror prudentem virum vana mihi, & fabuloſa verba miſiſſe. An ignorat prædictus Imperator, quod Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cum eſſet in terris, beato Petro, & per eum vniuerſis ſucceſſoribus eius oues ſuas paſcendas commiſit? Nonne audiuit in Euangelio ab eodem Dei filio eidem Principi Apoſtolorum dictum: Simon, diligis me? paſce oues meas. Numquid ſunt hic Francorum Reges, vel aliqui Prælati excepti? An Epiſcopi regni mei non ſunt de ouibus, quas Filius Dei beato Petro commiſit? Et his dictis, vertit habenas equorum cum contemptu, et ſtatim ad arma cum Baronibus, et reliqua militia ſua conſurgens, debiliora regni ſui loca muniuit, et tamquam vir prudens et fortis ad ſedem ſuam cum gloria remeauit, propitiante Domino. Fratres vero, Cardinales ſcilicet, qui miſſi fuerant a Pontifice, ad ipſius præſentiam cum gaudio remeantes, narrauerunt omnia, quæ ad honorem Dei, ex colloquio & induſtria glorioſi Regis orthodoxi facta fuerant. Vnde & exultantes, gratias egerunt Domino noſtro Ieſu Chriſto, qui cum eis miſericordia fecerat, & eos de manibus tam potentis hoſtis liberare dignatus fuerat. Imperator autem remanens in erubeſcentia ſua confuſus, coactus eſt multa famis inedia exercitum ad propria remittere: & ipſe ad regnum Teutonicorum non ſine magna triſtitia remeauit.

In diebus illis prædictus Rex Anglorum dominum Alexandrum Papam in Bobienſi monaſterio commorantem corporali præſentia viſitauit, & ad eius veſtigia humiliter procidit: ſed & poſt oſcula pedum aureis oblatis muneribus, ad oſcula Pontificis eſt receptus; & mox in præparato ſibi faldiſtorio ſedere declinans, circa Pontificis pedes in terra voluit cum ſuis Baronibus humiliter conſidere. Poſt triduum vero lætificatus plurimum de iucunda viſione ipſius Pontificis; & largitis rurſum magnis muneribus ſibi & fratribus ſuis, cum lætitia receſſit ab eo. Pontifex autem facta dedicatione maioris altaris præfati monaſterij, verſus Turonum iter arripuit, & ad ipſam ciuitatem in feſto beati Michaelis Archangeli, cum omni proſperitate, Domino auxiliante, peruenit. Vbi cum fratribus ſuis moram diutius fecit; & Natiuitatem Domini ſolemniter celebrauit.

Porrò cum Regis Daniæ in hiſce conuentibus ſæpè occurrerint memoria, quæ de eo ſcripſerit *Saxo Grammaticus*, videamus. *Per idem tempus ſchiſmaticorum legatio, confictis iuſtitiæ argumentis Danorum ſuffragia pertentabat, quorum Rex aſſertionis dubius, cognoſcendæ veritatis gratia Scribam ſuum Radulphum origine Britannum, lingua quam animo promptiorem ad Cæſarem deſtinat. A quo per ſummam venerationis ſimulationem exceptus, non minus ab Octauiano honorifice exceptus eſt; ita vt inter eos quaſi quoddam culturæ eius litigium atque officiorum contentio foret. Octauianus tamen, cui iniquiſſimorum ſuffragiorum conſenſus auctoritatis vmbram tribuerat, Cæſarem, quem maieſtate anteire videbatur, etiam adulandi comitate vincebat. Nam ſacerdotem, qui cum Raphuldo quotidie ſacras preces decurreret: prouidit, ne diuina ab eo ſine ſocio parum celebriter agerentur. Nec officijs eum coluiſſe contentus, obſequijs beneficia ſociauit. Siquidem in re diuina agenda annli vſum ei indulſit, pontificalis ordinis inſigne aliquanto obſcuriori gradui tribuens, ita neſcias, dantis, an accipientis beneficium ridiculoſior dementia fuerit. Huius audita legatione, Cæſar dolenter ſe diuiduæ religionis ſtatum ferre aſſeuerabat, neutri tamen parti acclamaturum, quoad publicum Eccleſiæ decretum acceperit. Tunc demum ei, quam vniuerſorum ſententia probauerit, aſſenſurum. In cuius rei ſpeculationem nuper a ſe totius Italiæ maiores concilij*

no-

Sax. An. 1160. *nomine contractos fuiße, Octauianum æquitatis fiducia cauſam ſuam humiliter generalis Eccleſiæ iudicio ſubſtrauiſſe; Rolandum vero prauitatis conſcientia retuſum, non ſolum contumaciter ſuperſediſſe, ſed etiam dixiſſe, maiorem ſe eſſe, quam vt cuiuſpiam cenſuræ parere debeat. Cuius controuerſiæ finiendæ gratia terrarum Reges ſecum adeſſe oportere, publicæ religionis negotium communibus ſtudijs inſpecturos. E quibus pene omnes in aduerſæ partis præsidium conceſſiße, ſibi vero neminem ex his ſuffragiorum ſocietatem præbere. Quamobrem ſe magnopere prudentiſſimi Danorum Regis alloquium affectare, partium ſuarum moderationem eius potiſſimum ſententiæ crediturum, quippe quem animi virtus, & generis ſanctitas tantæ rei iudicem depoſcant. Prætcrea attendendum eſse, quantum pietatis opus ederet, si tot animarum ſalutem, ancipiti iudicio fluctuantem ſententiæ ſuæ ſagacitate ſeruaret. Super hæc omnia, ſi tam religioſi itineris laborem ſuſcipiat, ſe ei in præmium fatigationis vnam ex Italiæ prouincijs cum totius Sclauiæ præfectura daturum. Talibus Radulphum Cæſar hortamentis aggreſſus, non pauciora literis, quas per eum in Daniam deſtinarat, complexus eſt.*

Regreßus inde Radulphus, Cæſaris, Octa-
ccxvii *uianique charitatem in Regem vberrimam prædicabat. Rex promptius quam prudentius familiaris aſſertione ſuſcepta, nec tam religioni conſulere, quam exterarum gentium mores cognoſcere auidus, petendi Cæſaris cupidinem concipit. Ea tempeſtate Bernardus quidam ab Octanianus Legatus in Daniam profectus pontificum ſuffragijs inhiabat: verum paucorum fauore exceptus, vt vniuerſos adſciſceret, datis per prouinciam epiſtolis, Concilium ſimulat; quod tenui frequentia habitum, maiori ludibrio quam gloria celebrauit. Eo Rex apud Sleſuicum dimiſſo, eximijs Cæſaris illectionibus captus, Abſaloni* Roſchildenſium Epiſcopo *in inſulis excubanti propoſitum aperit, eumque viæ comitem depoſcit. Tunc Abſalon fidem Cæſaris, aſtutiamque damnando, fallaces eius promiſſiones fideli ſpe excipiendas negabat. Quin etiam ſine religionis violatæ familiaritatis eius vſum haberi non poſse, quod ſchiſmaticæ factionis acrior quam iuſtior defenſor exiſteret, ſe vero tum commeatuum inopem, tum etiam longinquæ peregrinationis laboribus imparem memorabat. Rex, quoad ſibi commeatus ſuppeterent, ei non defuturos reſpondit. Abſalon, quantiſcumq; commeatibus abundaret, haudquaquam ſe ſalutem ſpiritus ſui neglecturum affirmat. Rex non ſe minus animæ ſuæ ſtudioſum teſtatus, ob hoc maxime eius comitatum affectare reſpondit, vt ſi iuſtitia poſceret, per eum ab Octanianæ partis ſocietate faceſſeret. Adhuc Abſalone profectionem abnuente, publicæque religionis hoſtes adeundos negante, hactenus eum à ſe præ cæteris cultum aſseuerabat, cuius ſi nunc ope deficeretur, ſe nihil vlterius ex eo commodi ſperaturum. Tunc Abſalon, exprobratam ſibi ab eo ingratæ mentis labem indicans: ad deſerendam, inquit, tui nominis amicitiam nullis corporis periculis adduci potero; at cum de animæ negotio agitur, humano timori diuinum præferre fas eſt. Ego vero tametſi circumſtantia damna peruideam, tamen vt animæ tuæ veſtigium ab errore prohibeam, meam periculis implicare non metuam.*

Tunc Rex aſſumpto eo, viros genere &
honeſtate iuxta nobiles, ſcilicet e Sianlandia ccxviii
Sunonem & Esbernum, e Fionia Tacham & Eſgerum comites adſciuit: Buriſius duntaxat, ne quid interim in patria nouaret, ex neceſſarijs aſſumptus. Nec defuere, quos ex Iutia profectionis participes legeret. Attingentibus Eidoram Principis Holſatiorum Adulphi ignotus eques obuius extitit; interrogatuſque, an ipſos proſecuturus veniſset: dominum ſuum huius rei præſtādæ gratia tranſitum eorum in vicino præſtolari denuntiat. Cuius ductui fidendum vetantibus arbitris: Rex perinde ac ingenuo duce fretus, primus pontem equo tranſgreditur, profectionis auiditate metum pariter monituſque contemnens. Hunc cæteri ſubſequentes, ſententiam ſuam quam Regem deſerere maluerunt. Procedentes paululum Adulphus excepit, ſalutatumq; Regem benigniſſimis verbis, amiciſſimoque vultu proſequitur. Cui cum occurſum ſuum ob vetera odia onuſtum magis quam gratum ſentiret, vt iram obſequijs flecteret, apud Ekeho oppidum ſuis eum impenſis excipere ſtatuit; ſed Rege beneficium ſpernente; ne quis ei neceſſaria venditaret, edixit. Tunc Danis domeſticos cibos ſumentibus, confectas epulas per miniſtros inferendas curauit: ſicque demum verecundia ſuperatos munificentia ſua vti coegit. Interrogatus tandem, an Regis

pro-

Sal. An. 1162.

proceſſum tutari poſſet: poſſe ſe quidem, quo ad Bremam veniatur, aſſeruit. Albia pertranſito cum Bremam verſum contenderetur: Esbernus profectionis ſtoliditatem animaduertens, quamq; vanum iter caperent, non ſegniter contemplatus, Fratrem Abſalonem, aliosque Danicæ nobilitatis proceres conſilio illuſtres clam ceteris accerſitos obſecrat, Regem arrepti itineris emenſione prohibeant, quod præſertim ſine duce conficiat, neque eum tam periculoſi propoſiti executorem exiſtere patiantur. Quod Abſalon inane tentatu iudicans, propoſito Regem ceſſurum negabat, dicendo monitorem non ſolum operam perditurum, ſed etiam ſenſurum, quantum odij pertinax error pia munitioni referre ſoleat. Tunc Esbernus: Tametſi me, inquit, grauiſſimas monitorum pœnas e veſtigio daturum pernoſcerem, quæ ad Regis ſalutem pertinere deprehenderim, ſilentio diſſimulare non paterer. Adeſtote ergo mecum, & in Regis admonitionem, ſi linguã abnuitis, aures præbete. Enimuero cum honeſtatis periculum obuerſatur, offenſam Principis, vtilia ſuadendo, quam amicitiam inaniter blandiendo contrahere malo. In his etenim melius ex reprehenſione ira percipitur, quam ex adulatione gratia conciliatur. Abſalon haud fratrem Rege faciliorem intelligens, cum neutrum à propoſito reuocabilem cerneret: fratres tamen adeundo Regem ſocium geſſit, ſi quid iræ ex dictis eius conciperetur, mitigaturus, ceteris ne intereſſe quidem tutum ducentibus.

Tunc Esbernus mirari ſe, inquit, quo impetu Rex tantum iter, duce vacuus, ingrederetur, ſuam autem patriaque ſalutem in vnius Cæſaris perfidis præcordijs depoſiturus. Videri enim, quod liberam gẽtis ſuæ ceruicem, nulliſque barbarorum obſequijs aſſuetam, per fœdam & ignobilem ſeruitutem miſerabili Teutonicorum iugo ſubigere cupiat. Quid autem ſtultius eſſe, quam nullo impendente periculo, vltro ad deditionem procurrere, ſummamque libertatem extrema ſeruitute mutare: inſuper regno precario quam potenter præeße malle? Itaque Cæſarem, cum Daniam ſuæ ditionis effecerit, miraturum, quod tam validam gentem ante promiſſis ſuperauerit, quã armis tentauerit. Rex paucis iram exprimere ſolitus, quippe raras voces turbatus edere conſueuerat: Etſi te, inquit, adeo metus perurgeat, vt viæ comes eſſe non audeas; me quidem trepidationis tuæ ſocium non habebis. Virtute enim quam familia comitatior, ſine te propoſitũ exequar, nec adduci potero, vt teterrimis ignauiæ tuæ monitis conſentire ſuſtineam. Ita ſalutares Esberni monitus regiæ feſtinationis impetus aſpernatus eſt: quos ſi imitari voluiſſet, ſupplex Cæſari manus deformiter non dediſſet. Adeo quem temeritatis incurſus tranſuerſum abripit, recta rationis æſtimatio deſerit. Ingreſſos Bremã ciuitatis Antiſtes omnibus humanitatis numeris inſtructiſſimus, clementiaque & liberalitate conſpicuus, impenſioribus liberalitatis officijs proſequendos ſuſcepit. Inde de ductu dando ſollicitatus; comitandi ſibi Regem, non ductandi fas eſſe reſpondit. Complures quoque Saxoniæ Principes, quo tutius Curiam peterent, regijs ſe ſodalitatibus deuinxerunt: adeo vt de Danorum familia ac Rege exiſtere putarentur. Itaque creſcente eius comitatu, cum multitudo ſpeciem hoſtilis exercitus reddere videretur, perterrefacti incolæ, cum vxoribus ac liberis diuinis ſemet penatibus intulerunt, à ſacrarum ædium hoſpitijs auxilium quæſituri. Eo comperto, Rex præmiſit, qui gentis trepidationem pacis denuntiatione corrigerent, ſibique commeatuum emptionem fieri iuberent. Cum ad vrbem M:tts venißet, oppidanis ob aduenarum frequentiam emendorum pretia aggrauantibus, iniuriam Senatui conqueſtus, effecit vt neceſſaria tum ſibi, tũ etiam comitatui tolerabili pretio venderentur. Igitur ſinceritatis & iuſtitiæ eius rumore increbreſcente: Germanicæ matres paruulos ſuos in eius aduentum offerendos curabant, ratæ eos regio contactu, perinde ac cæleſti aliquo beneficio feliciora naturæ incrementa ſumpturos, ac proſperioribus educationis auſpicijs nutriendos. Nec minus ſuperſtitioſi agreſtes, qui iaciendorum ſeminum grana, quo melius adoleſcerent, dextera eius diſijcienda præbebant.

Quo Curiam ingreſſo, Præſes Saxoniæ Henricus, veteris amicitiæ recordatione, caſtra ſua maiore ex parte eius aduentui ceſſit, hoſpitalitatemque ei ſuis ſumptibus erogauit. Die poſtera Abſalon cum Radulpho miſſus, apud Cæſarem, Latinæ vocis admodum rudem, per interpretem Colonienſis Antiſtitis mandata proſequitur. At Cæſar in primis moram Regis tarditatemque cauſatus, iniurioſum, quod ante non venerit, aiebat, aſſerendo eum ob regnũ, quod Romani Imperij beneficio gerat, ſibi ſeruitiorum debitorem exiſtere. Tunc Abſalon

de-

Decuiſſe, inquit, Cæſaris fidem, vt hac potius
Sal. An. 1162. ante itineris ingreſſum Regi proponeret, ad quod enm tantis promiſſionibns impnliſſet. Cæſar ſimulata admiratione, per quem Regi promiſſa feciſſet, interrogat. Abſalon demonſtrato Radnlpho: Hic eſt, inquit, qni eredulam Regis ſimplicitatem promiſſorum tuorum commentis illexit. Eoque negationem Cæſaris repellere non audente, ſeriem totius promiſſionis ediſſerit. Inficiante id Cæſare, reducem Regi dari depoſcit. Ille plus ſe negotij, eius reditui tributurum, qnam aduentui impenderit, negat. ſimili modo die poſtero Regis legatio excepta. Quo agnito, Rex ſalutaris monitnt ſpreti pœnitentia afflictus, tametſi mucronem ceruiei ſuæ applicatnm aſpiceret: ante ſe eam ferro, quam patriam ſeruituti ſubiectnrum aſſeuerabat. Æſtuante eo, opiſque modum impenſius diſquirente: Abſalon liberationis viam à ſe repertam profeſſus, non amplins illic Regi, quam in patria trepidandnm aſſeruit. Siquidem trans pontem, quo Gallorum regnum a Germanico ſecerneretur, venationis ſimulatione ſæpius eum obequitare debere, ac demum cum conſuetudine ſnſpicionem viciſſet, cum potiore familiæ parte aliquod e finitimis Galliæ oppidis petere, haud dnbitaturum, quin a Rege Francorum ornatius in patriam dimitteretur. Cuius conſilij executionem Cæſar arte præuenit. Siqnidem vim Regi inferre veritus, cum eius famulatum coactionibus impetrare nequiret, beneficio mercari tentauit. Vniuerſos quippe Germaniæ Principes ſacramento adactos iurare compulit, ſe eius ditioni Sclauiam ſubſtraturos. Quod ſi parum perficerent, ſeipſum id, cum primum ex Italia reuerteretur, execnturum ſpopondit: eaqne fraude ad obſequia ſibi paciſcenda ambas Regis Daniæ manus pertraxit. Cæterum ei non Curiam commnni Principum more petere, non in Romani imperij præſidinm copias ductare, ſolaque ſpecie non re Cæſari parere conceſſum. Filio vero poſt enm proxime regnaturo liberum fore paternas conditiones abijcere, ne ad omnem Danorum gentem hereditarium manaret obſequium. Cuius ſeruitij pudorem minuere videbatur Gallornm ditioni in conſimili famulatns genere Britanniæ Regis inclinata maieſtas.

Poſt hac Octaniann, vocato concilio, quam
cxix inſtis ſuffragijs in adipiſcendo ſacerdotio vſus fuerit, loquacius quam verius aſtruere conabatnr: Rolandum vero honorem, quem oblatum repudiaſſet, vetitumqne occupaſſe: ſeque cauſam ſuam generali pontificum cognitioni inſpiciendam præbente, illum impietatis conſcientia canonicæ diſcretionis iudicium formidare. Præterea ad conciliandos ſibi pontificnm animos, eorum dignitatem benignis decretorũ ſanctionibns adornauit, haud prins Romanã ad Sedem prouocandum conſtitnens, qnam ſi lis ipſornm pronnntiatione finiri non poſſet. Finiente eo, Cæſar prouinciarum Reges huins controuerſiæ finiendæ gratia ad colloquium a ſe inuitatos dicebat, eorum ſententiæ repugnare nefas ducturo. Quos ideo non adeſſe, quod in Romani Imperatoris iniuriam Romæ Pontificem creare cupiant, aliena ciuitatis ius ſuis ſuffragijs adminiſtrare conantes. Poſt hac Reginaldus Coloniæ vrbis Antiſtes religionis cauſam dicere adorſns: quanto ininria pondere Romani Imperatoris æqnitatem prouincialiũ Regum temeritas attentaret (ita ſugillans Reges Francornm & Anglorum) argumentando demonſtrare pergebat. Nam ſi controuerſiam in eornm ciuitatibns de Pontificatn ortam Cæſar ſuis ſuffragijs finire vellet; haud dubinm id grauium iniuriarnm loco ducerent; cum ipſi ſimile in Vrbe Roma perpetrare conentur. Quam aſſertionem tam valido rationis præſidio ſubnixam putauit, vt nunc Latialiter, nunc Gallicè, Germanicèque fando, ternis actionem vocibus iterare. Sed quantnm hac oratione gentis ſuæ fauorem illexit; tantum noſtræ ſuffragia deturbauit. Aſſenſis itaque pontificibus, cum Octauiann, qni ſibi falſum Victoris nomen inſcripſerat, accenſis luminibus, aduerſum Alexandrnm, einſque ſuffragatores ſolemni execratione vſurns videretur. Vvaldemarus, ipſæ Rex Daniæ, hortante Abſalone, ne ſacrilego eins facinori intereſſet, concione exceſſit; aduerſæque partis iuſtitiam æmulatus, præſentis Curiæ errorem, quam abſentis rectitndinem poſtponere praoptauit. Cuins egreſſum ſecutus Abſalon, cum ab Octauiano ſnperſedere rogaretur, ab eins veſtigijs ſe, cnius comitandi gratia aduenerit, nnllo iure prohiberi perdocuit. Eoqne reſponſo execrabili pontificnm collegio liberatus, ne ſchiſmaticis errore laberetnr, effecit. Die poſtero Octaniann Liuonem Othonienſinm Electũ vehementer ab Abſalone prohibitum falſa
pontificis vnctione proſequitur. Hactenns de cxx
ſchiſmaticorum conciliabulo Saxo. In quo illud

Sal. An. 1162. *lud patratum eſt abſurdiſſimum , & a ſacris*
canonibus alienum, traditionique eccleſiaſticæ
aduerſum penitus, vt Imperator quæſierit ſuf-
fragio Regum de legitimo Papa dirimere con-
trouerſiam . In quo diuina virtus manifeſtè
noſcitur operata, vt Danorum Rex, qui ante-
hac ſchiſmaticus fuerat , in ipſo conciliabulo
ſeſe in Catholicum conuerſum oſtenderit ; ſed
quæ iſta ſecuta ſint de eodem Rege laude di-
gna, ita Saxo proſequitur :

Inde ad oppidum Biſuntiuum conceſſum
eſt, vbi equorum pabulo non ſuppetente, Regeq;
emendi eius facultatem ſibi non fieri conque-
rente : Cæſar eum qui ſtabulo præerat , neceſ-
ſaria Danis expedire præcepit . Qui mox eo-
rum ſatellitibus ſecum eductis , in vico emi-
nus ſito, quibus egerent, capienda demonſtrat.
Qui cum earum conſuetudinum ignari, equo-
rum alimenta ab oppidanis inermes depoſce-
rent, voceſque ſuas ſagittis & iaculis repelli
conſpicerent : depoſitis precibus , prælium or-
diuntur . Capto itaque vico , cum latius cre-
breſcente fumigio facem oppidis ſubiectam
agnoſcerent , ſimilia ſibi licere rati , confeſtim
expugnationi incendium addiderunt ; quæ res
incredibili Regem angore permouit . Interiectis
diebus, cum Cæſar, quem vindictæ modum à
Maguntinis proprij pontificis interfectoribus
exigere deberet, in concione perquireret: Vval-
demarus Rex Daniæ *iterata ſuperiori querela*
equis annona defectis, venalium alimentorũ
ſubſidia poſtulabat. At Cæſar circumiacentem
prouinciam coniugis ſuæ patrimonium eße te-
ſtatus , fruſtra eum emptu affectare dicebat ,
quod raptu petere licuißet . Contra Vvalde-
marus , Regem ſe , non prædonem eſſe procla-
mans , commeatus latrocinio quæſiturum ne-
gabat, aut quod domi iniquum duxerit, apud
exteros approbaturum . Quamquam enim
eiuſmodi violentia neceſſitate excuſabilis vi-
deretur permiſſis vti, paſſus non eſt, ne dome-
ſtica manſuetudinẽ peregrina auſteritate corũ-
peret . Cuius ſanctitatem vniuerſi Germaniæ
Principes maximo plauſu cõprobãtes, ſeq; mu-
tua admiratione inuicẽ contuentes, beatos aie-
bãt, quos tãti viri integritas regendos curaret.

CONCILIVM TVRONENSE. Anno 1163.

ccxxi ALexander Papa *Æuobarbi* ſolutus me-
tu, Anno 1163. menſe Maio, lubente
Galliarum Rege , Turone in D. Martini ba-
ſilica concilium agit ſeptemdecim cardina-
lium , Epiſcoporum centum & viginti qua-
tuor, Abbatum quadringentorum quatuor-
decim, aliorum è ſanctiore ordine complu-
rium . Interfuit *S. Thomas Ep. Cantuarien.*
anno ſuperiore ex Angliæ Cancellario crea-
S. Thom. Cantuar. tus Antiſtes , miſſus communi Londinenſis
ſynodi conſenſu . Venienti iuſſit, *Alexandri*
obuios exire Cardinales extra Vrbem, præ-
ter duos tantum , qui ſoliti eſſent ei ſemper
aſſiſtere; tanta fuit ſanctimoniæ dignatio .
Eo ſe contulit *Conradus Vvitelſpachius* con
ſanguineus Imperatoris , qui poſt colloquiũ
cum Saltzburgenſi & Brixinenſi epiſcopis
habitum, ita cœpit adulterinum deteſtari
Pontificem , vt nullo capitis & fortunarum
diſpendio adduci potuerit , vt ab *Alexandro*
ccxxii deficeret . Benignè eum *Alexander* recepit ,
& Romam adductum, Cardinalem epiſco-
pum Sabinenſem promouit . Quo audito
Imperator ira commotus , *Chriſtianum* no-
mine Cancellarium ſuum Moguntinæ præ-
fecit eccleſiæ, & a ſuffraganeis iuſſit conſe-
crari. Negat autem *Sigonius* Zelo religio-
nis defeciſſe *Conradum*, ſed oborta ſimulta-
te, nam *Fridericus* cum vxore à *Victore*
pſeudopapa & *Conrado* Archiep: ſe Laudem
conceſſerat; vbi *Victor* oſſa S. Baſſiani ex
Laude vetere in Nouam tranſtulit. Fuerat
Moguntiæ *Fridericus* , vnde Arnoldinæ cæ-
dis conſcij profugerant , & *Brungerum*, qui
ſolus Domi remanſerat, capite damnauerat,
mœnibus ciuitatis dirutis , quæ poſt annum
M.CXC. ſolùm inſtaurata .

Mouit hoc anno *Henricus Leo* in Slauos , ccxxiii
aduersùs quos ſæpe vel zelo religionis , vel
mercede Danorum Regis conductus pugna-
uerat. *Niclotum* regulum vinxerat; alterum
ex filijs *Vverciſlaum* captiuum duxerat , al-
terum datis obſidibus ab obſequium coege-
rat . Captus autem frater quum, iam fratri
penè in obliuionem veniſſet , lacrymabiles
ſcripſit epiſtolas è carcere ad germanum ,
quid ſe tandiù negligeret ſordidatum ſqualore?
vires illi , ſi vir eſſet , non defuturas : faci-
le ſi annitatur , iugum excutiat Saxonicum .
Illum in delicijs deſidentem obliuiſci facile
calamitatum captiui : ſe verò , ſi velit obli-
uiſci non poſſe , admonitum per ſingulas ho-
ras ſuarum miſeriarum, quas temporis longi-
tudo multum grauaret . In hanc ſententiam

quum ſcriberet fratri, interceptæ literę ad
Sal. An. 1163. ducem præferuntur. Ex captiuo iam obſeſ-
erat, & aduerſus ſacramentum à ſe præ-
ſtitum bella concitabat. Malo vtriuſque
Pribislaus frater arma ſuſcepit. *Henricus*
Dux in hoſtem ducens *Pribislaum, Vvercis-
laum* fratrem, quem tenebat pacis obſidem,
in conſpectu fratris appenſum iuſſit iugu-
lari. *Pribislaum* verò eò pepulit, vt impe-
rata faceret. Impoſito ibi *Guncellino* cum
militum manu, qui aduerſus *Obotritos* oc-
cupata defenderet. *Euerhardum* etiam Ma-
gnopolitanæ præſedit eccleſiæ, & in dotem
trecentos *Manſos* ſubſcripſit; ſicut antea fe-
cerat Raceburgenſi, & Aldenburgenſi, quo-
rum electio, & confirmatio, Imperatoris
priuilegio ad ſe & hæredes ſuos pertineret.
Dedit Imperator quod non habuit: accepit
Henricus quod non potuit. Diſſenſionis oc-
caſio inter regnum & ſacerdotium.

FRIDERICI ITALICA EXPEDITIO.

ccxxiv TRanſgreſſus Alpes *Fridericus*, Papien-
ſibus permiſit, vt Derthonam iterum
diruerent, quam Mediolanenſes velut in
communem refecerant contumeliam. Ro-
gatus à Ianuenſibus, vt quatuor millibus
marcharum acceptis, nouum regni Sardinię
titulum inſtitueret, ideſt Bariſonem Arbo-
reæ, quæ pars Sardiniæ erat, iudicem appel-
laret regem, abſque tamen diſpendio obſe-
quij Imperialis, annuiſſet, ni Piſanorum
legati, qui aderant, iniquitatem poſtulati
conqueſti eſſent, profitentes ſe rei impedi-
mento fore, quia alienæ terræ indecens eſſet
regem conſtituere. Porrò cum Veronenſes,
Vicentini, Patauini, Taruiſini Comitis Pa-
latini, cui Gardam Fridericus conceſſerat,
iniuriis irritati, inter ſe coniuraſſent, &
Venetis auctoribus, ad repetendam liberta-
tem fœdus percuſſiſſent, continuo duxit
opprimere, ne malum longius ſerperet.
Socijs itaque in auxilium euocatis amicis
Cremonæ, Laudis, Papiæ, Nouariæ, &
Mantuæ, ac verborum lenocinio, iuramento
ccxxv *Frider. pugnare nō audet.* adſtrictis in eos perrexit. Proſpera fuere
expeditionis exordia, ſed Veronæ amicorũ
coniuratione detecta, nec aleam ſubire
audens, Papiam cum infamia receſſit. Ibi
ad ius dicundum conuerſus, inter priuilegia
ccxxvi *Mantuæ priuilegium.* quæ amicis contulit, V. Kal. Iun. inſigne
illud Mantuanorum legitur, in quo *Fodrum*
regalia omnia, Romanam expeditionem
Apulam, Siculam, Veronenſem, Venetam,
Vicentinam, Patauinam remiſit; ſeque in
eorum agro in hos populos bella gereret ne-
gauit. Verum ſe honorem, ſtatum, rectas
conſuetudines & res eorum conſeruaturum,
& ſi ſua cauſa a ſuperioribus populis bello
premerentur, auxilio affuturum, neq; inuitis
vel inconſultis illis, pacem induciasve datu-
rum. Papienſibus etiam conceſſit, vt con-
ſules rerum publicarum, & iuriſdictionis
potentes creare, & fluminibus riuos ad irri-
gandos agros deriuare ius eſſet; neue cuiquã
pontem in Ticinum Plumbam vſque con-
ſtruere, neue Laumellum oppidum inſtau-
rare liceret. *Bariſonem* in gratiam Ianuen-
ſium mercede accepta, IV. Non. Aug. in *Bariſonē creat Regem Sardiniæ.*
baſilica S. Syri Sardiniæ Regem appellauit,
ac diademate ſolemni ceremonia redimiuit,
Piſanis ex aduerſo fruſtra clamantibus. IV. ccxxvii
Kal. Ottobris *Guidonem Guerram* Comitē *Guidonē Guerrę regalia donat.*
in Etruria bonis non tantum donauit, quæ
poſſidebat, Mutilianæ, Tredotij, Duadolæ,
Battifolis, & Regioli, ſed & regalibus, quæ
ſunt *bannum, placitum, diſtrictus, teloneum,* ccxxviii
*pedagium, impaticum, mercatus, molendina,
aquæ, aquarum decurſus, piſcationes, vena-
tiones, paludes, argenti fodinæ, ferri fodinæ,
& quidquid è terra eius erui poßet, Alpes,
Montes, Valles, & omnia quæ ad ſe atque
ad imperium pertinerent.* Guido Guerra à
Vidone illo originem traxit, quem *Otho Ma-
gnus* Imperator Comitem Mutilianæ con-
ſtituit, à quo familia eorum deſcendit, quæ
Guidorum retulit cognomen, qui poſtea ca- ccxxix
ſtro Balneo accepto, in hunc vſque diem
Comites *Balnei* dicti ſunt. Fatigatus inde
Lombardorum coniuratione, Germaniam
repetijt, vt copias acceſſiret maiores, nouis
Prætoribus interim Italiæ datis, qui æmu-
latione priorum, nouis illigantes iudicijs
populos, & Principes & Epiſcopos le-
gum ſuperbia fatigantes, ad deſperatio-
nem vrgebant. *Arnoldus Barbauara*, ex
prætoribus vnus, Placentiæ vndecim
millibus marcharum extortis, atque
æde S. Antonini argenteis omnibus orna-
mentis nudata, populi timens ferocientis
tumultum, vrbe excedens publicas priui-
legiorum tabulas aſportauit.

Sal. An. 1163.

OBITVS ANTIPAPÆ, ELECTIO NOVI ANTIPAPÆ.

ccxxx MOritur hoc anno apud Lucenſes *Victor Antipapa* Menſe Aprili; & Cardinales extemplo *Vidonem* Cremenſem Cardinalem S. Caliſti ſubſtituerunt. Is non ſolùm ſuffragio Antipapas creauerat, ſed etiam auctoritate defenderat. *Paſchalis III.* eſt appellatus, & antequam promoueretur de pœnitentia legitur cogitaſſe: duo enim tantummodo remanſerant ſchiſmatis capita *Io: de S. Martino*, & *Guido Cremenſis*; nam *Octauiani* obitum mors præceſſerat *Io: Epiſcopi Tuſculani*. Inde qui ſuperuixerant, aiebant ad inuicem: ſi elegerimus ad *Alexandrum* conuerti, fortè non recipiet nos, vel intollerabili opprobrio, & confuſione perpetua. Quod ſi receperit nos, poſtmodum faciet de nobis illud item, quod fecit *Innocentius* Papa de Cardinalibus illis, qui contra eum cum *Petro Leonis* ſteterunt.

ccxxxi *Alex. III Romam vocatur.* Interim defuncto *Iulio* Epiſcopo Præneſtino, qui Romæ *Alexandri* vices gerebat, *Io:* Præsb. Cardin. S. Io: & Pauli ſubrogatur: cuius conſilio Romanus populus pecunia illectus obedientiam iurauit *Alexandro*; Eccleſia S. Petri & comitatu Sabinenſi reſtituto, qui antea militi ſeruiebat Cæſareo. Nuntios miſerunt, rogantes vt ad eam reuerteretur *Alexander* ciuitatem, quæ iubente Domino, in Chriſtianæ fidei reuelatione, cathedram præ cæteris obtinuerat magiſterij. Lætatus *Galliarũ Eccleſ. collectam indicit.* eſt Pontifex, legatione recepta, & ad iter ſe feſtinanter accingens, interim prò itineris impenſis, Galliarum eccleſijs collectam indixit. Vnde Rhotomagenſis Archiep. ſuffraganeis ſuis ſequentia ſcripſit.

ccxxxii *Nouiſtis, & in fines terræ credimus exiuiſſe, quantis turbationibus & preſſuris Romana Eccleſia diutiſſime ſit vexata. Credimus in communem notitiam deueniſſe, qualiter dominus Papa pro tuitione eccleſiaſticæ libertatis ſe ad omne diſcrimen obiecerit, Eccleſiaque Dei perſecutionibus commoriens inceſſanter ſit afflictione propriæ perſonæ, & debitorum onere prægrauatus. Clamat itaque ad vos veſtra mater Eccleſia, ſumptibus importunis exhauſta, plenamque reportans de veſtra largitione fiduciam poſtulat, vt in veſtra conſolatione reſpiret, pro quibus deſolatam ſe ſentit & mærore confectam. Sane ſchiſmaticæ poteſtatis procella iam pro parte detumuit, iam portum ſecuriorem nauiculæ Petri promittit aura clementior, ſi pacis opportunitati, quam Deus abſtulit, obſequia veſtræ liberalitatis aſpirent. Efferatam ſiquidem Romanorum malitiam, & inexplebilem pecuniæ ſitim domini Papæ munificentia & conſilio toties expugnatam ſuccubuiſſe, certa relatione comperimus. Nec ad omnimodam pacis & ſecuritatis plenitudinem quidquam deeſt, niſi vt dominus Papa ſumptibus exinanitus immenſis, ſibi & ſuis victualium ſufficientiam de veſtra largitione reſtauret. Bene valete.*

Sucſſione itaque relicta, in Prouinciam, & Montem Peſſulanum reuertitur, acceptiſque à Rege *Ludouico* triremibus, ad mare profectus conſcendit. Dromonem vehi iuſſerat, quò preceſſerant expectaturi Cardinales Pontificem; præteriens porrò prædonum claſſis, Dromonem inuaſit. Pontifex, ſuperueniens, conſpectis piratis nauigationem conuertit, atque in portum Megalonenſem refugit. Cardinales acriter piratis à Dromone repulſis, Pontifice non expectato, in Siciliam abierunt, quò poſt aliquot dies venit & Pontifex, à Rege *Gulielmo* benignè ſuſceptus, cuius triremibus inde Romã petens, lætiſſimis animis ab omnibus eſt exceptus. Moritur in itinere *Vbertus* Archiep. Mediol. morbo, & ætate confectus. ccxxxiii Ei *Galdinus Sala* Archidiaconus eccleſiæ Mediol. datur ab *Alexandro* ſucceſſor. Is habitu peregrini ſumpto, Non. Septemb. Mediolanum ingreditur.

Hoc anno *Fridericus* facile in *Alexandrũ* ccxxxiv conſenſiſſet, præteritâ *Victoris* calamitate *Frideric. dolo aulicorũ deceptus nõ fouet antipapã* victus, ni maleſuada *Reinaldi* Archiep. Colon. ad *Paſchalis* tutelam impuliſſet: ad hunc ſcripſerat, ne in Victoris locum aliquem ſubrogaret: propterea cum ſe inconſulto, monſtrum aliud obſtruiſſet Orbi, in Herbippolenſibus comitijs, Cæſar eum hac de re grauiter increpitum, *ſuum proditorem* appellauit. Interim aulicorum dolo deceptus, Paſchalem ſuſcipit, & ad Cardinales ſequentia furoris plenus euomuit.

Fridericus Dei gratia Romanus Imperator ſemper Auguſtus Clericis Romanæ Eccleſiæ cum Lazaro quondam paupere æternam habere requiem.

Loquar ad Dominos meos, quamuis ſum- ccxxxv

Sal. An. 1163. puluis & cinis, & vt iumentum factus ſum
Pſal. 72. apud vos: tamen homines & iumenta ſal-
Pſal. 35. uabit Deus. *Multiplicauit Deus miſericordiam ſuam ſuper vos,, qui congregauit vos à quatuor ventis cæli, vt recumbatis cum Abraham in ſinu patris ſui. Fidelis ille cum tota domo Ægypti (Moyſen dico) qui de veſtra vos Ægypto extraxit, vt euitaretis ollas carnium, & vt poſſetis clamare in deſerto:* Manhu. Quid eſt hoc? *à regione deſerti man-*
Exod. 16 *na venit ad viatores: cum & iure dicitis:* Quid eſt hoc? *Quid, inquam, eſt, quod famem expellit, & deſiderium ſatiat, & ſatiat, & ſatiando accendit? Rapuit etiam vos manus illa inexhauſtæ clementiæ, & fecit vos lucem de luto,* & in diademate
Cant. 3. *Salomonis*, quo coronauit eum mater ſua, *vos coronauit, fecit vos aurum de luto. Sed neſcio, quo pacto aurum in lutum redijt, & in ferri vilitatem aurei ſicli moneta regenerauit. Leuaſtis corpora veſtra in montes, ſed mentes in conuallibus remanſerunt. Vnde ergo veniet auxilium vobis? Sperabamus enim, quod in cacuminibus montium pennas tenderetis, quæ veherent nos ad dexteram Dei Patris. Seduxit nos opinio lubrica, & quod valde gemimus, alarum nudato remige, plumbi modum grauitas corporis vos peſſundat.*

Putabitis, quod Deus eſſet tantum Romanorum: ſed & valles Teutonicorum frumen-
Iſa. 32. *to abundant. Suſcipite montes pacem populo, vt linguæ ſpicula abſcindatis. Non ſolum in Imperium, ſed & in Deum* cultus iuſtitiæ, *teſte Propheta,* ſilentium. *Super nubes volatis aquila, & tandem ad noſtrum cadauer carpendum veſtra roſtra deponitis. Abſtinetis vos à carnibus pecudum, & carnes Imperiales ſine ſale voratis. Vere* cultus iuſtitiæ ſilentium. *Quod nondum eſt, finxit, & nondum venit in linguam, iam penes vos conſtat eſſe patratum. Ait enim:* Quis hic Papa iniuſtus? Imperatrix prægnans, ſed non de ſemine Imperiali? hic Archiepiſcopus ter in die carnibus ventrem confundit: hic Epiſcopus ructu fetenti aera fœdat: hic Abbas exhaurit ſcutellam vſque ad vomitum. *Vacatis otio, idcirco talia eructatis. Nam detractio in cameris concipitur, & in Curia euomitur. Non eſt Curia cælum: non eſt Curia paradiſus, ſed adhuc eſt Curia inter flumina Babylonis. Veſtrum oſtium omnibus patet, cum quis per illud ingreditur, non palpatur, ſed cæditur: non curatur, ſed mactatur: non iuſtificatur, ſed damnatur. Et (vt breuiter dicam) nihil ſine crimine apud vos, ſed cum venerit Filius ho-* Luc 9.
minis in ſede maieſtatis ſuæ, quæſo dicite: Vbi ſedebitis? hic & ibi?

Clementes medici non orationibus ægros curant, ſed eorum vulnera ſuſcipere ſtudent, vt cum eis pariter & ægrotent. Nos non poteramus aſcendere ad veſtra licita, ſed vos veſtra pietate commoti ad noſtra illicita deſcendiſtis, Exod. 8.
& facti eſtis huiuſmodi. Quid prodeſt in deſertum exire, & in deſerto Ægyptium cor habere? Quid prodeſt ranas Ægypti vitare, & in deſerto murmuratione perire? En qui ſub Pharaone languiſtis, ſub Moyſe ſuſpiratis. Emptores vitæ nolite decipere venditores margaritæ. Ecce qui dediſtis manus & oculos, & alia membra, vt Euangelicam margaritam poſſetis comparare, ea nondum eſtis digni. Hac autem ad ſalutis fructum vtimini. Reddite Deo linguam, & accipite margaritam. Si vero hæc Epiſtola vobis pla- Prou. 9.
cuerit: noſtra erit ſententia illa Sapientis: Argue iuſtum, & diliget te. *Si vero ſuccenſi fueritis, non ideo Diogenes amittet cornua. Valete, et ſi Deum dilexeritis, linguas veſtras Dei gladio amputate, & in Catholicum Papam conſentietis.*

COMITIA HERBIPOLENSIA. Anno 1166.

ccxxxvi *Iuramentum excipit pro antipapa* FRidericus ergo obfirmato in *Alexandrũ* odio, ferijs Pentecoſtes Vvirceburgi conuentum egit quadraginta Germaniæ Epiſcoporum, & nonnullorum præterea Principum. Ibi *Reinaldi* Agrippinenſis furijs incitatus, exegit ab omnibus, vt iurati profiterentur, ſe, reiecto *Alexandro* habituros *Paſchalem* prò iuſto Pontifice, & eo mortuo, neminem, niſi ex parte eius, electuros, & ſi contigiſſet, vt *Fridericus* ex ccxxxvii
hac vita decederet, nemo ei ſubſtitueretur, niſi ſe eam partem defenſurum iuraſſet Iurantibus in hoc decretum cæteris, ſolus *Albertus* Friſingenſis Ep. negauit, se à *Conradi* Salisburgenſis Metropolitæ ſui iudicio diſceſſurum: licet & ipſe poſt coactus iurauerit, se *Paſchali* obtemperaturum, quandiu Imperator partem eius foueret, & quandiu

ipse

Sal. An. 1166. ipſe Regalia poſſideret: ſic per temporalia amittimus æterna. *Rupertus* Paſsauienſis ſenex capularis, nihil cunctatus, non tam conceſſit in *Paſchalis* factionem, quàm grauiori improbitate omnes epiſcopatus ſui præſules impio iuramento in verba Paſchalis adegit: moritur porrò hoc anno ad delicti forſan pœnam poſtulatus. *Conradus* Saltzburgenſis noluit comitijs intereſse. Quę verò, & quomodò ibi agerentur, lege.

DECRETVM

Comitiorum Herbipolenſium ſub Friderico I. Imperatore. Anno 1166. ccxxviii

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperat. & ſemper Auguſtus cunctis populis, quos clementia noſtra regit Imperium.

IAmdudum innotuiſſe credimus, qualiter exorta quondam inter Eccleſia Romana Cardinales de Apoſtolatu diſcordia, inter Reges & Regna impetu peſtifero eſt diffuſa. Pro qua ad optabile bonum pacis reuocanda quantos poſt beata memoria Papa Victoris electionem ac confirmationem Catholicam Papia, Mediolani, Laude, atque in diuerſis Imperij finibus in corpore noſtro labores tam nos quam inuicti Principes noſtri pertulerimus: quantas rerum copias Zelo iuſtitia impenderimus: in extremis quoque mundi partibus, iam auditum non dubitamus. Denique beatiſſimo Papa Victore in Paradiſi gaudia feliciter aſſumpto, & in eius locum ab Epiſcopis & Cardinalibus alma Sedes Apoſtolica Domino Paſchali viro Chriſtianiſſimo in praſentia Epiſcoporum & Religioſorum Lombardia ac Tuſcia, Illuſtris quoq; Vrbis Prafecti Roma, ac multorum Nobilium Romanorum Catholice ſubſtituto: ipſum etiam Dominum Paſchalem & Eccleſia ac Principum Imperij iudicio atque conſilio in Papam & Patrem Catholicum ſolemniter recepimus, debitoque honore venerari ſemper intendimus. Proinde obſtinata Schiſmaticorum perfidia mortem viri iuſti ſuis ſucceſſibus aperta fronte adſcribens, Siraneis ſuis blanditijs quorundam fidelium noſtrorum adeo molita eſt denuo immutare, vt niſi morbis nouis noua remedia obijcerentur, pars noſtrorum non modica videretur ex fiducia noſtra lenitatis ſeducenda.

Igitur Zelo reformandi decoris domus Dei ardentius accenſi, cum Regem Francorum, qui nulla noſtra culpa praeunte, vna cum Rolando imperij noſtri hoſte publico, eiuſque ſequentibus, Imperialem noſtrum honorem manifeſte molitur auferre, poſt multos noſtros admonitus irreuocabilem perſenſiſſemus: vniuerſis imperij Principibus in ſancta Pentecoſte Curiam Vvirzburg generalem indiximus. Quorum cætu celeberrimo ibidem ſolemniter praſente, Eccleſia Dei ſtatum ac Domini Papa Paſchalis negotium ſerio ac magnifice duximus roborandum. Inuocata igitur Spiritus Sancti gratia, & vniuerſorum, qui aderant, conſilio communicato, ad remouendam pro parte noſtra omnem ambiguitatem, prorſus ipſi nos manu propria ſuper Sanctorum reliquias iuramentum publice praſtitimus, quod Rolandum Schiſmaticum, vel eius ſucceſſorem, quē pars ipſius elegerit, in Papam numquam recipiemus, nec ad eum recipiendum, aſſenſum vmquam alicui prabebimus. Nulli etiam fautorum eius gratiam vmquam noſtram reddemus, niſi ab errore via ſua ad vnitatem Eccleſia fuerit conuerſus. Dominum vero Papam Paſchalem manutenebimus ſemper & promouebimus: eique tamquam Patri Catholico & vniuerſali Pontifici obedientiam honorem & reuerentiam exhibebimus: & ab ipſo, eiuſque parte, vita comite, numquam recedemus. Electos quoque, qui ſub eo, aut eius ſucceßore, quem pars ipſius elegerit, conſecrationem receperunt, vel adhuc recipiunt, honore aut ordinibus ſuis per eius obedientiam priuari numquam permittemus: & huius abſolutionem ſacramenti numquam requiremus, nec oblatam recipiemus.

Praterea noſter in Imperio ſucceſſor, quem Principes vniuerſi elegerint, hunc honorem Eccleſia Dei & Imperij, & hanc partem noſtram ſub eodem iuramento tuebitur ſemper atque tenebit.

Idem quoque iuramentum Archiepiſcopi, et omnes epiſcopi, atque Electi, qui interfuerunt numero quadraginta, ſuper ſancta Dei Euangelia propria manu vnuſquiſque ſub ſtola ſua praſtiterunt, & publice firmarunt. Nihilominus vniuerſi Principes ſeculares, Dux videlicet Saxonia, & Brandenburgenſis Marchio Albertus ſenior, Conradus Palatinus de Cheuo, & Ludouicus Lantgrauius, & reliqui omnes ſuper Sanctorum reliquias id ipſum iurauerunt. Repente autem Spiritus ſanctus mentes omnium adeo vnius effecit volentatis, quod Electi omnes in ſabbato Quatuor temporum ad laudem Dei & honorem Imperij ſa-

ſacros

èros ordines deuotiſſime ſuſceperunt.

Sal. An. 1166. *Firmiter quoque à nobis, & ab vniuerſis decretum eſt, vt quicumque ſuperſunt ordinandi in primis Quatuor temporibus ſimiliter exequantur, alioquin dignitatis, ad quam electi ſunt, honore, omni remota dilatione, priuentur.*

Ad hæc honorabiles Legati Illuſtris amici noſtri Henrici glorioſi Anglorum Regis ad nos ab ipſo tranſmiſſi, in totius Curiæ noſtræ præſentia ſuper ſanctorum reliquias ex parte Regis Angliæ publice iurauerunt nobis, quod Rex ipſe eum toto Regno ſuo in parte noſtra fideliter ſtabit, Dominum Paſchalem, quem nos tenemus, nobiſcum ſemper tenebit. De Rolando autem Schiſmatico manutenendo, nullatenus ſe de cætero intromittet.

Quia vero iuſtitiæ, quam hoſtes Eccleſiæ Dei & noſtri ſiue ex ſuperbia, ſiue ex cauſa diffidentiæ deuitarunt, nos ſemper hactenus ſtare parati, nunc tandem ad inſolita ſacramenta ex eorum manifeſta obſtinatione ſumus impulſi: à Schiſmaticorum communione omnis homo omniſque ordo caueat. Furor enim eorum etſi hactenus aliquo modo viſus eſt venialis, in poſterum prorſus erit irremiſſibilis.

Ad perfectum quoque huius negotij firmamentum, ex totius Herbipolenſis Concilij decreto firmiſſime præcipimus, vt ſi quis ad ſui mandatum Antiſtitis ſacramentum ſupraſcriptum non præſtiterit, ſi Clericus ſit, aut Monachus, Eccleſiaſtico priuetur honore ac beneficio: ſi Laicus, alodia & beneficia quæcumque poſſidet, noſtra ipſi auctoritate à ſuo Iudice vel Domino prorſus adimantur. Data Vuirtzburg, Kal. Iulij.

S. Cæſareæ Maieſtatis Mandatum de executione Decretorum Herbipolenſium ad Abbatem Stabulenſem.

ccxxxix *IPſe cum omnibus Eccleſiæ tuæ fidelibus publice iures & obſerues, & ſingulis Dominicis diebus & feſtis in publica Miſſa, ſicut edictum eſt & ſancitum à nobis & à Principibus, publicam orationem pro Domino Papa Paſchali nominatim & aſſidue intus & foris præcipias recitari. Edictum quoque & ſtatutum eſt, vt hæc omnia iuramenta infra ſex hebdomadas ab omnibus compleantur. Quod ſi aliquis Monachorum, Clericorum, Laicorum, in imperio noſtro huic confirmationi & edicto noſtro, aliquo modo ſe opponendo contradixerit, certum ſit apud te, quod ſicut publicus hoſtis imperij, abſque omni ſpe recuperationis iudicatus eſt & damnatus, & ab omni officio & honore & beneficio deſtitutus ....*

Eadem Acta ex Archiuo Vaticano.

IMperator eum principes ſuos ad Curiam, quam eis in feſto Penteceoſtes indixerat, ccL *adunaſſet, & Principes ipſi Sabbatho ante feſtum, atque ſequenti ſecunda feria, de pace inter vos & eum reformanda tractare cœpiſſent, Reginaldus dictus Colonienſis Archiepiſcopus aduenit, publice aſſerens & proponens, quod nihil contra vos ad honorem ſui labor & ſtudium Imperatoris proficeret, niſi eius tunc penitus aſſentiret conſilijs. Dicebat enim, quod potior pars Imperij vobiſcum erat, commemorans ſcilicet Salzburgenſem, Maguntinum, & alios de Alemannia, qui veſtræ obtemperant Sanctitati. Verumtamen ad magnificandum ſeipſum; plures inquit, quam vos ſumus, ad obedientiam Apoſtolici noſtri conquiſiti, quos ei Rex Anglorum numero quinquaginta, & plures, iuxta Domini Imperatoris beneplacitum exhibebit. Cum igitur ei talia promittenti, & ad certitudinem huius rei duos Nuncios prædicti Regis præſentialiter exhibendi, de proſequendo eius conſilio ſuum Imperator polliceretur aſſenſum, in audientia cunctorum Principum huiuſmodi conſilium Imperatori formauit.*

Quod ipſe videlicet Imperator in conſpectu totius Curiæ propria manu iuraret, quod nullo vmquam totius vitæ ſuæ tempore vos, vel aliquem qui ex parte veſtra ſit, in Pontificem Romanum reciperet, ſed deuotioni Papæ ſui Paſchalis inconcuſſe ſemper & inſeparabiliter adhæreret: ſi verò mori illi ante contingeret, hoc ipſum iuramentum ſui ſucceſſores obſeruarent. Principes verò ſuos hoc ipſum iurare compelleret, adiecto in eorundem Principum iuramento, quod ſi prius Imperator obiret, Principes ipſi nullum antea coronarent in Regem, quam is, qui coronandus eſſet, de tenendo & fouendo eodem Schiſmatico, & eius ſucceſſoribus idem faceret iuramentum. Et quod Principes infra ſex hebdomadas, poſtquam de Curia ad propria loca rediſſent, omnes Abbates, Præpoſitos, & alios Eccleſiarum Prælatos, Milites quoque & alios omnes, qui in locis eorum aliquos honores obtinerent, hoc iurare compellerent, & eos, qui nollent hoc facere, rebus eorum penitus confiſcatis, depoſitos, & ho-

noris

Sal. An. 1166. *noris ſui cingulo ſpoliatos: vel ſi priuati homines fnerint, in membris proprijs crudeliter mutilatos, à toto Imperio compellerent exulare. Placuit Imperatori forma Conſilij.*

Sed Archiepiſcopo Magdebnrgenſi, & alijs, qui præſentes erant, Epiſcopis dura viſa eſt admodum & moleſta, ita quod idem Magdeburgenſis nullnm iuramentum ſe præſtare velle reſpondit, niſi prius Colonienſis ordines et conſecrationem reciperet, per quam omnem dubitationem ab eius & aliorum pectoribus remoueret. Vnde cum ille id promittere detrectaret, acriter enm aggreſſns Imperator ſnamque ipſi malignitatem improperans, in eum verba iſta eſt proſecutus; Ecce, inquit, manifeſte apparet, quod ſicut traditor & deceptor in periculum meum Papam mihi præfeceris ignoranti, cum etiam ante receptionem literarum mearnm, ne de ſubſtitnendi Pontificis electione tractares, tu ſtatim cum Te Deum laudamus, *& inxta beneplacitnm tunm, nouum mihi Pontificem elegiſti, plus mihi proditor factns quam Maguntinns Electus, quem rernm huius criminis deferebas: præſertim cum ille dederit mihi ſalubre conſilinm, vt ex quo Dens me à prioris periculo liberauit, nullatenus me obnoxium facerem ſucceſſori. Nunc vero neceſſario te noueris compellendnm, vt laquenm, quem paraſti, primns incurras, & alijs etiam id facere recuſantibns, ſolus habebis ſubire periculum, qnod in malitia tna noſcitur cæteris præparatnm.*

Sic ergo ille vehementer aſtrictus non potnit euadere, quin primus iuxta prædictam formam faceret iuramentum, & ſuſceptis ordinibus conſecrationem qnoque ſe promitteret recepturum. Exhibuit etiam prædictos Nuncios Regis Angliæ, qui in perſona Regis Angliæ publice coram omnibus inrauernnt, quod quicquid Imperator ſuper hoc ſe ſeruaturum iurauerit ipſe quoque tenebit firmiter & ſernabit. Sic ergo propria manu Imperator ſupradictum præſtitit iuramentnm, eo tamen ad verbum Archiepiſcopi Magdeburgenſis determinato, vt ſi vos & Schiſmaticum illum eodem tempore obire contingeret & Cardinales vtriuſque partis in aliquem vnanimiter conuenirent, liberum ſibi eſſet, eum recipere, ſi tamen (quod quidem Colonienſis fecit apponi) de imperatoris aßenſu eadem electio proueniret.

Deinde qui præſentes erant Principes, ſicnt ſnpradictum eſt, ſuum præſtitere ſinguli iuramentum. Cum vero ad Epiſcopos ventum eſſet, dicerentque omnes, excepto Verdenſi, velle ſe potius Regalibus cedere, quam huinſmodi ſacramentum præſtare, reſponſum eſt eis oportere eos vellent nollent iuramentum facere, & regalia retinere. Sicque iurauit primus Magdeburgenſi, ſnb ea tamen conditione, ſi omnes alij, qui aberant, eſſent iuraturi, & quod ſolutus eßet a iuramento, quocnnque tempore deſineret regalia poſſidere. Babenbergenſis vero epiſcopus poſt mnltas & varias excuſationes ita ipſi Imperatori inrauit, quod quandiu voluerit regalia retinere, ſecundum quod ei proprius ſenſus dictauerit, eidem Imperatori ſuper negotio auxilium & conſilium miniſtrabit. Verdenſis etiam intruſus & Halberſtadenſis abſolute, ſicut Colonienſis, inrauerunt. Virdunenſis, & Friſingenſis, propter ſuornm Archiepiſcoporum abſentiam excuſati, iuramentum facere minime ſunt coacti, ſed habita licentia libere ad propria redierunt, vſque ad feſtum beatornm Apoſtolorum Petri & Pauli ſibi licentiam impetrantes.

Hi tantummodo Principes inranerunt, Dux Saxonienſis, Marchio Albertus, Comes Palatinus frater Imperatoris, & quidam ſororius Imperatoris.

Hi ſunt Archiepiſcopi, qui iurauerunt, Magdeburgenſis & Babenbergenſis, ſub conditione tamen prænominata. Colonienſis autem, & duo ſuffraganei eius abſolute inranerunt.

Filius vero Conradi, qui ad Curiam cum mille quingentis militibus venit, vt audiuit fieri mentionem de inramento, receſſit. Patriarcha Aquileienſis non affuit, neque aliqnis Suffraganeorum ſuorum. Similiter nec Salzburgenſis, vel aliqnis ſuorum, neq; Treuirenſis vel aliquis ſuornm: & multi de Principibus non affnerunt.

Renouatum poſtea & mandatum, de exſequendis decretis Comitiorum Herbipolenſium ſuper confirmatione & receptione Paſchalis Papæ.

Fridericus Dei gratia Romanus Imperator & ſemper Auguſtus, dilecto fideli & conſanguineo ſuo Henrico Comiti Trecarum, gratiam ſnam & omne bonum.

CVnctis popnlis, qnos clementia noſtræ regit Imperium, iam dudum innotuiſſe credimus, qualiter exorta quondam inter Eccleſiæ Romanæ Cardinales de Apoſtolatu diſcordia, in Reges & Regna impetu peſtifero

est

1166. *eſt diffuſa, pro qua ad optabile pacis bonum reuocanda, quantos poſt beatæ memoriæ Papæ Victoris electionem ac confirmationem Catholicam, Papiæ, Laudæ, Mediolani, Laone, atq; in diuerſis Imperij finibus, in corpore noſtro labores tam nos, quàm inuicti Principes noſtri pertulerimus, quantas rerum copias zelo iuſtitiæ impenderimus, in extremis quoque mundi partibus iam auditum non dubitamus. Denique beatiſſimo Papa Victore ad Paradiſi gaudia aſſumpto, & in eius locum ab Epiſcopis Cardinalibus almæ Sedis Apoſtolicæ, Domino Paſchali viro Chriſtianiſſimo in præſentia Epiſcoporum & Religioſorum Lombardiæ ac Tuſciæ, Illuſtris quoq; Præfecti Vrbis Romæ, ac multorum Nobilium Romanorum, Catholicè ſubſtituto, ipſum etiam Dominum Paſchalem, ex Eccleſiæ ac Principum Imperij iudicio atque conſilio in Papam & Patrem Catholicum ſolemniter recepimus, debitoque honore venerari ſemper intendimus. Proinde obſtinata Schiſmaticorum perfidia, mortem viri iuſti ſuis ſucceſſibus aperta fronte adſcribēs, Syreneis ſuis blanditijs fidelium quorundam noſtrorum animos adeò molita eſt de nouo immutare, vt niſi morbis nouis noua maturiùs remedia obijcerentur, pars noſtrorum non modica videretur ex fiducia noſtræ lenitatis ſeducenda.*

Igitur zelo reformandi decoris domus Dei ardentius accenſi, cum Regem Francorum, qui nulla noſtra culpa præeunte, vna cum Rulando Imperij noſtri hoſte publico, eiuſque ſequacibus, Imperialem noſtrum honorem manifeſtè molitur auferre, poſt multos noſtros ammonitus irreuocabilem perſenſiſſemus, vniuerſis Imperij noſtri Principibus in ſancto Pentecoſtes Curiam generalem Vvirzeburc, indiximus, quorum cœtu celeberrimo ibidem ſolemniter præſidente, Eccleſiæ Dei ſtatum, ac Domini Paſchalis Papæ negotium, ſeriò ac magnificè duximus roborandum. Inuocata igitur deuotiſſimè Spiritus ſancti gratia, & vniuerſorum qui aderant conſilio communicato, ad remouendam pro parte noſtra omnem ambiguitatem ipſi nos manu propria ſuper Sanctorum reliquias iuramentum publicè præſtitimus, quod Rolandum Schiſmaticum, vel eius ſucceſſorem, quem pars ipſius elegerit, in Papam numquam recipiemus, nec ad eum recipiendum aſſenſum vnquam alicui præbebimus. Nulli etiam fautorum eius gratiam noſtram vnquam reſcindemus, niſi ab errore viæ ſuæ ad vnitatem Eccleſiæ ſuæ fuerit conuerſus. Dominum verò Paſchalem Papam manutenebimus ſemper atque promouebimus, eique tanquam Patri Catholico & vniuerſali Pontifici obedientiam, honorem ac reuerentiam exhibebimus, & ab ipſo eiuſque parte (vita comite) nunquam recedemus. Electos quoque, qui ſub eo aut eius ſuceeſſore, quem pars ipſius elegerit, conſecrationem receperint, honore aut ordinibus ſuis pro eius obedientia priuari nunquam permittemus, & huius abſolutionem ſacramenti nunquam requiremus, nec oblatam recipiemus.

Præterea noſter in Imperio ſucceſſor, quem Principes vniuerſi elegerint, hunc honorem Eccleſiæ Dei & imperio, & hanc partem noſtram ſub eodem iuramento tuebitur ſemper atque tenebit.

Idem quoque iuramentum Archiepiſcopi omnes & Epiſcopi, atque Electi, qui interfuerunt numero XI. ſuper ſancta Dei Euangelia manu propria, vnuſquiſq; ſub ſtola ſua præſtiterunt, & publicè firmauerunt. Nihilo minus Principes ſeculares vniuerſi, Dux videlicet Saxoniæ, ac Bauarus, Marchio Albertus ſenior, Conradus Palatinus Comes de Rheno, & Ludouicus Landgrauius, & reliqui omnes ſuper Sanctorum reliquias publicè id ipſum iurauerunt. Repente autem Spiritus Sanct. mentes omnium adeò fecit vnius voluntatis, quod Electi omnes, qui præſentes aderant, primò Reinoldus Colonienſis Electus & Italiæ Archicancellarius, deinde cæteri omnes in Sabbatho Quatuor temporum, ad laudem Dei & honorem Imperij, ſacros Ordines deuotiſſimè ſuſceperunt.

Firmiter quoque à nobis & vniuerſis decretum eſt, vt quicunque ſuperſunt ordinandi, in proximis Quatuor temporibus ſimiliter exequantur: alioquin dignitatis, ad quam electi ſunt, honore, omni remota dilatione, priuentur.

Adhoc Honorabiles Legati Illuſtris amici noſtri Henrici glorioſi Anglorum Regis, ad nos ab ipſo tranſmiſſi, in totius Curiæ noſtræ præſentia, ſuper Sanctorum reliquias ex parte Regis Angliæ publicè nobis iurauerunt, quod Rex ipſe cum toto Regno ſuo in parte noſtra fideliter ſtabit, Dominum Papam Paſchalem, quem nos tenemus, tenebit: de Rolando autem Schiſmatico manutenendo nullatenus

nus de cætero ſe intromittet.

Sal. An. 1166. *Quia verò iuſtitia, quam hoſtes Eccleſiæ ac noſtri, ſiue ſuperbia, ſiue ex cauſæ ſuæ diffidentia deuitauerunt, nos ſemper hactenus ſtare parati, nunc tandem ad inſolita ſacramenta, ex eorum manifeſta obſtinatione, ſimus impulſi, à Shiſmaticorum communione omnis homo, omnis ordo caueat. Fauor enim illorum, etſi aliquo modo viſus eſt venialis, in poſterum prorſus erit irremiſſibilis.*

Ad perfectum verò huius negotij firmamentum, ex totius Herbipolenſis Concilij decreto firmiſſimè præcipimus, vt si quis ad ſui mandatum Antiſtitis aut Præſidis Prouinciæ, vel Domini ſui, ſacramentum ſupradictum non præſtiterit, si Clericus sit aut Monachus, Eccleſiaſtico priuetur honore; si laicus, allodia et beneficia, quæcũq; poſſidet, noſtra ipſi auctoritate a ſuo Iudice vel Domino prorſus adimantur.

De Duce Burgundiæ aduerſus iniurias Regis Franciæ per Imperium tuendo.

Fridericus Dei gratia Romani. Imper. ſemper Aug., dilecto, & fideli ſuo Henrico Comiti Trecarum gratiam ſuam & omne bonum.

AVdiuimus, vnde plurimum grauamur & dolemus, quod Rex videlicet Frãciæ in proximo feſto ſancti Ioannis terram Ducis Diuionenſis, noſtri dilecti, & noſtri obligati, hoſtiliter intrare atque deſtruere proponit. Quod nos nulla ratione poſſumus aut debemus ſuſtinere. Vnde tuam dilectionem, cui plenariè confidimus, toto affectu ſollicitamus, & ſummoperè poſtulamus, quatenus pro noſtro amore ipſum Regem ab hoc propoſito modis omnibus retrahas & impedias, & ne per te vel per tuos ipſi Duci aliquod damnum vel grauamen proueniat, te ipſum a conſilio & auxilio Regis ſubtrahas, nec Duci noceas. Quod si Rex ipſe ab hac intentione deſiſtere vel ſuperſedere noluerit, ſcias pro certo, quod non patiemur nec ſuſtinebimus, immò ei reſiſtendo amicum noſtrum Ducem cum toto robore Imperij noſtri iuuare curabimus & defenſare. Veruntamen si inter Ducem & matrem eius aliqua queſtio, quæ tendit ad diſcordiam, orta eſt vel fuerit, nos vna tecum ad eandem quæſtionem componendam ſatis ex abundanti ſufficere poſſumus.

De Repreſalijs contra Regis Franciæ ſubditos in Imperio concedendis, ſi Imperiales homines in Francia lædantur.

Glorioſo & Magnifico Lodouico Regi Francorum, N. Chriſti Dei gratia Imperialis Curiæ Cancellarius, & Italiæ, ſalutem & ſeruitium ſuum.

RAtio ſuggerit, & Principum conſuetudo depoſcit, vt quemadmodum Regni veſtri negotiatores per Romanum Imperium pace & ſecuritate fruuntur, ita verſa vice noſtri nullatenus ſub veſtra iuriſdictione lædantur. Quia igitur Maſconenſis Vicecomes quoſdam noſtros mercatores iniuſtè exſpoliauit, & vnũ ex eis in captiuitate retinet compeditum, petimus & ex parte Auguſti Sereniſſimi veſtram Excellentiam commonemus, vt hominem & res detentas reddi faciatis. Alioquin ſi damna illiuſmodi per veſtros negotiatores fuerint reſarcita, aut ſi nouum teloneum ad damnum reſarciendum ſuper veſtros mercatores fuerit conſtitutum, veſtra diſcretio non grauetur.

Porrò cum Anglorum legati hic recenſiti ſint, ad quid venerint? videamus. Aduerſùs *Thomam Cantuarienſem* cum Anglorũ *Anglorũ Legati.* ccxLI
Rex *Henricus* incitare nequiret Pontificem *Alexandrum*, & aduersùs Eccleſiarum iura, & immunitates, regni conſuetudines (ita vocabant) firmare non poſſet, terrore cogitauit conſequi, quod deſperabat amore. Ad Schiſmaticos itaque conuerſus Henricus ſequens *Alexandro* (qui per legatos ſuos excommunicationis fulmen immiſerat in perſecutores Cantuarienſis) miſit reſcriptum.

Henrici Regis Anglorum Reſcriptum Monitorum ad Papam, niſi banum ſoluat.

Alexandro Papæ Henricus Dei gratia Anglorum Rex, Dux Northmannorum & Aquitanorum, & Comes Andegauorum.

SÆpius Nuncios noſtros ad pedes Paternitatis veſtræ direximus, rogantes, & ſupplicantes, quatenus querelis, quæ inter nos & ccxLII
Cantuarienſem Archiepiſcopum vertuntur, finem debitum iuſtitia mediante poneretis: & tandem placuit Paternitati veſtræ, vt iuxta petitionem noſtram de latere Legatos nobis mitteretis, cum poteſtatis plenitudine, vt omnes controuerſias noſtras plene deciderc & definire poſſent, remoto appellationis obſtaculo. Qui cum in poteſtate ſicut Nuncij veſtri ad nos reportauerunt, & literis veſtris continebatur expreßum, quas adhuc penes nos habemus, quod miſſi fuiſſent, ſicut per eoſdem Legatos, cum ad nos perueniſſent, accepimus, poteſtas illa iniuriam noſtram illis ſubtracta eſt. Vnde cum nos ad omnem coram eis emendationem

offerremus, præfato Cãtuarienſi Archiepiſcopo, Sal. An. 1166. *qui ita iniq; & malitioſe erga me ſe habet, ſicut vobis & toti mundo innotuit, coram illis iuſtieijs parere omnino contempſit. Ob cuius delictum alios deinceps Nuncios ad Maieſtatem veſtram tranſmiſimus, per quos literas veſtras recepimus, quas adhuc penes nos habemus, in quibus terram noſtram & perſonas Regni noſtri à poteſtate præfati Cantuarienſis eximebatis, donec ipſe in gratiam noſtram rediſſet. Quam cum ante reſtitutionem gratiæ noſtræ neſcimus ob quam cauſam immutaueritis, dum alij noſtri adhuc in Curia noſtra morarentur, & antequam nouiſſimi Legati veſtri ad nos perueniſſent, Viuianus ſcilicet Gratianus, ipſe in perſonas Regni noſtri & in quoſdam familiares & ſeruientes noſtros, qui ſingulis diebus nobis aſſiſtebant, excommunicationis ſententiam promulgauit. Cum vero prænominatos Nuncios debito honore ſuſcepiſſemus, qui tam per literas veſtras quam viua voce proteſtabantur, quod ad honorem noſtrum & exaltationem Regni noſtri veniſſent, primo loco de abſoluendis excommunicatis tractauimus, qui non ſolum ad noſtram, verum etiam ad veſtram eorundem Legatorum iniuriam excommunicati videbantur, petitionibus illis, quas ex parte noſtra nobis proponebant, quantum poteramus ob reuerentiam veſtram & amorem veſtrum pro aſſenſu condeſcendebamus. Proponebant ſiquidem literæ veſtræ quatenus ſæpe dicto Cantuarienſi Archiepiſcopatum ſuum pacem & amorem noſtrum redderemus: nos vero, propoſito omnino honore veſtro, communicato conſilio*

Burdegalenſis & Rothomagenſis Archiepiſcoporum:

Cenomanenſis,
Redonenſis,
Baiocenſis,
Lexouienſis,
Conſtantienſis, &
Sagienſis,
} *Epiſcoporum:*

Fiſcauenſis,
Beccenſis,
Sancti Vuandregiſili,
Cadomenſis,
Troactis,
Ceriſiaci,
Revualles,
Mortui maris,
Tironenſis,
Delbetenſis,
} *et quorundam aliorum Abbatum:*

Necnon et Gaufredi Antiſiodorenſis, et quorundam aliorum virorum Religioſorum, conceſſimus antedicto Cantuarienſi (licet ipſe, ſicut vobis multotiens ſignauimus; abſq; conſcientia noſtra et coactione aliqua à Regno noſtro exierit) vt in bono & in pace rediret, & poſſeſſiones omnes haberet, ſicut habuit quando à Regno exiuit, & ipſe & omnes, qui cum eo vel pro eo exieeunt, ob amorem Dei & ob amorem veſtrum, ſalua dignitate Regni noſtri. *Cumq; Nuncij veſtri coram ſupra nominatis viris reſponſum hoc abſq; omni contradictione recepiſſent, excommunicatos illos, qui præſentes aderant, abſoluerunt. Conuenit autem inter nos, vt alter eorum, Viuianus ſcilicet, pro hijs qui in Anglia erant, abſoluendis transfretaret: Gratianus vero ad verba hæc nominato Cantuarienſi tranſportãda rediret: Mane autem facto cum ab eis, quibuſdam negotijs nos (accepta prius ab eis licentia) trahẽtibus, receſſiſſemus, neſcimus, cuius inſtinctu, aut quo ſpiritu cõceſſis ſtare recuſauerunt, cauſantes verbum illud, quo nos* Dignitatem Regni noſtri ſaluam *fore diximus, quod tam nobis quam illis, qui nobiſcum aderant, nullo iure ab eis cauſari videbatur debere. Nos autem huius rei ad conſcientiam duximus, de veſtra ſemper diſcretione præſumentes, quod vos in nullo honori noſtro derogare velitis, vel Regni noſtri dignitati, obnixe Serenitati veſtræ ſupplicantes, quatenus attente conſiderantes honorem, & vtilitatem, quam vobis et Curiæ veſtræ contulimus, et in futurum, niſi per vos ſteterit, conferemus, ſic rem temperetis, ne tantum penes vos ſint illius perfidi proditoris noſtri malitioſæ blandiciæ, quantum euidentia tot et tantorũ virorum teſtimonijs corroborata cauſæ noſtræ merita: ſed iuxta petitionem noſtram eos, qui excommunicati ſunt, abſoluatis, et ne in alios venenum ſuæ excommunicationis effundere poſſint prouideatis: ne, ſi minus in hac iuſta petitione noſtra exauditi fuerimus, tãquam de veſtra beniuolentia deſperantes aliter ſecuritati noſtræ et honori proſpicere compellamur. Et quoniam ſingula quæ à nobis dicta ſunt et propoſita, difficile ſcripto comprehenderẽtur, tranſmiſimus ad pedes Paternitatis veſtræ Clericos familiares noſtros, Ricardum Archid. de Salesberia, Richardũ Barre, qui plenius vobis cũcta, quæ hinc inde agitata ſunt, exponẽt: quibus in cũctis, quæ ex noſtra parte veſtræ sãctitati exponẽt, fide indubitãter habeatis, de quo-*

rum

Sal. An. 1166. *rum reditu feſtinanter maturando, veſtræ precamur et conſulimus ſollicite prouideat diſcretio, quoniam eorum mora diuturnior periculum et damnum intolerabile Eccleſiæ poſſet afferre.*

Edictum contra clericos Papæ adhærentes.

Henricus Rex Angliæ ſingulis epiſcopis in Anglia conſtitutis. Noſti quam male Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus operatus ſit aduerſum me et Regnum meum, et quam male receſſerit. Et ideo mando tibi, quod clerici ſui, qui circa ipſum fuerunt poſt fugam ſuam, et alij Clerici, qui detraxerunt honori meo et honori Regni, non percipiant aliquid de redditibus illis, quos habuerunt in Epiſcopatu tuo, niſi per me, nec habeant aliquod auxilium vel conſilium à te.

Edictum contra appellantes ad Papam.

Henricus Rex Angliæ ſingulis Vicecomitibus in Anglia conſtitutis. Præcipio tibi, quod ſi aliquis Clericus vel Laicus in bailia tua Romanam Curiam appellauerit, eum capias et firmiter cuſtodias, donec voluntatem meam præcipiam: et omnes reditus et poſſeſſiones Archiepiſcopi ſaiſias in manum meam, ſicut Radulphus de Brock et alij miniſtri tibi dixerint: et omnium Clericorum, qui cum Archiepiſcopo ſunt, patres et matres, fratres et ſorores, nepotes et neptes, ponas per ſaluos plegios catalla eorum, donec voluntatem meam inde præcipiam. Et hoc breue tecum afferas, cum ſummonitus fueris.

Edictum contra eos, qui literæ banni Papalis deferunt in Regnum.

Tenor mandatorum, quæ Henricus Rex in Angliam miſit: Scilicet vt omnis portus cautiſſime cuſtodiatur, ne literæ interdictiones vllatenus illic deferantur. Et ſi aliquis Regularis illas attulerit, pedibus truncetur: ſi Clericus, oculos et genitalia amittat: ſi Laicus, ſuſpendatur: si leproſus, comburatur. Et si quis epiſcopus eius interdictum metuens, recedere voluerit, nihil ſecum deferat præter baculum. Vult etiam, vt omnes Scholares repatriare cogantur, aut beneficijs ſuis priuentur; et qui remanſerint, sine ſpe remeandi remanebunt. Et presbyteri, qui cantare noluerint, genitalia amittant, omneſque rebelles beneficijs priuentur.

Scripſit eadem tempore ad auctorem ſchiſmatis Archiep. Colon.

Diu deſideraui iuſtam habere occaſionem recedendi à Papa Alexandro, et à perfidis Cardinalibus eius, qui proditorem meum Thomam quondam Cantuarienſem Archiepiſcopum contra me manutere præſumunt. Vnde cum consilio omnium Baronum meorum, et cum conſenſu Cleri, magnos viros de Regno meo, ſcilicet Eboracenſem Archiepiſcopum, Londonienſem Epiſcopum, Archidiaconum Pictauienſem, Ioannem de Oxoneford, Richardum de Luci, Romam miſſurus ſum, qui publice et manifeſte ex parte mea, et totius Regni mei, et omnium aliarum terrarum, quas habeo, proponent, et denuntiabunt Papæ Alexandro, et Cardinalibus ſuis, ne vlterius proditorem meum manuteneant, ſed ita liberent me ab eo, vt alium cum consilio Cleri in Ecclesia Cantuarienſi poſſim inſtituere. Denuntiabunt etiam, quod quicquid Thomas fecit, in irritum reuocent. Hoc etiam poſtulabunt, quod coram eis Papa iurari faciat publice, quod ipſe et ſucceſſores ſui, et mihi et omnibus ſucceſſoribus meis Regias Conſuetudines Henrici aui mei inconcuſſas et inuiolatas, quantum ad ſe, conſeruabunt in perpetuum. Quod si forte alicui petitionum mearum contradicere voluerit, neque ego, neque Barones mei, neque Clerus meus aliquam ei vlterius ſeruabimus obedientiã, immo manifeſte eum & omnes ſuos impugnabimus. Et quicunque in terra mea inuentus fuerit, qui ei poſthac adhærere voluerit, expelletur. Ea propter rogamus vos, ſicut Chariſſimum amicum, quatenus Fratrem Ernoldum, vel Fratrem Radulphum Hoſpitalarium, omni occaſione remota, cito ad me mittatis, qui ex parte Imperatoris & veſtra prædictis Nuncijs meis ducatum præbeat eundo & redeundo per terram Imperatoris.

Conſuetudines porrò, quas ſubſcribi petebat Anglorum Rex, & quas in comitijs Herbipoli ſunt promulgatæ, fuere.

Anno ab incarnatione Domini milleſimo centeſimo ſexageſimo quarto, Papatus Alexandri anno quarto. Illuſtriſs. Regis Anglorum Henrici II. anno decimo, in præſentia eiuſdem Regis facta recordatio & recognitio cuiuſdam partis conſuetudinum & libertatum & dignitatum anteceſſorum ſuorum, videlicet Regis Henrici aui ſui, & aliorum, quæ obſeruari, & teneri debent in Regno. Et propter diſſenſiones, & diſcordias, quæ emerſerant inter Clerum, & Iuſtitias ccxLiv

Sal. An. 1166.

Domini Regis & Barones Regni de conſuetudinibus & dignitatibus, facta eſt iſta recognitio coram Archiepiſcopis & Epiſcopis & Clero & Comitibus & Baronibus & Proceribus Regni. Et eaſdem conſuetudines recognitas per Archiepiſcopos & Epiſcopos & Comites & Barones & per nobiliores & antiquiores Regni.

Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus, &
Rogerius Eboracenſis Archiepiſcopus, &
Gileberdus Londonienſis Epiſcopus &
Henricus Vvinctonienſis Epiſcopus, &
Nigellus Elienſis Epiſcopus, &
Vvillermus Norvuicenſis Epiſcopus, &
Robertus Lincolnenſis Epiſcopus, &
Hilarius Ciceſtrenſis Epiſcopus, &
Iocelinus Salesberienſis Epiſcopus, &
Richardus Ceſtrenſis Epiſcopus, &
Bartholomeus Oxonienſis Epiſcopus, &
Robertus Herefordenſis Epiſcopus, &
Dauid Menenenſis Epiſcopus, &
Rogerus Vvigornenſis Electus

Conceſſerunt, & in verbo veritatis viua voce firmiter promiſerunt tenendas & obſeruandas Domino Regi & hæredibus ſuis, bona fide & abſque malo ingenio, præſentibus iſtis:

Roberto Comite Lochceſtriæ,
Reginaldo Comite Cornubiæ,
Conano Comite Britanniæ,
Iohanne Comite de Haugo,
Rogerio Comite de Clare,
Comite Gaufredo de Mandeuille,
Hugone Comite Ceſtriæ,
Vvillermo Comite de Arundel,
Comite Patricio,
Vvillermo Comite de Ferrarijs,
Richardo de Leici,
Regniale de S. Vvalerico,
Rogerio Bigot,
Riginaldo de Vvarenner,
Richerio de Aquila,
Vvillermo de Branſa,
Richardo de Caniuilla,
Nigello de Monbray,
Simone de Bello Caupo,
Hunfrido de Boun,
Mattheo de Herefordia,
Vvaltero de Meduana,
Manacer de Biſeth Dapifero,
Vvillermo Maleth,
Vvillermo de Curci,
Roberto de Duneſtauilla,
Iocelino de Baillolio,
Vvillermo Lavalis,
Vvillermo de Laisneto,
Gauffrido de Veu,
Vvillermo de Haſtinga,
Hugone de Morauilla,
Alano de Nevuillis,
Simone filio Petri,
Vvillermo Maleuit Camerario,
Ioanne Maleuit,
Iohanne Mariſcallo,
Petro de Mara,

& multis alijs Proceribus & Nobilibus Regni tam Clericis quam Laicis. Conſuetudinum vero & dignitatum Regni recognitarum quadam pars præſenti ſcripto continetur, cuius partis capitula ſunt hæc.

Capit. I. *De aduocatione & præſentatione Eccleſiarum ſi controuerſia emerſerit inter laicos, vel inter laicos & Clericos, vel inter clericos, in Curia Domini Regis tractetur et terminetur.*

Capit. II. *Eccleſiæ de feudo Regis non poſſunt in perpetuum dari abſque aſſenſu & conceſſione ipſius.*

Capit. III. *Clerici citati & accuſati de quacunque re, ſiue moniti à Iuſtitia Regis, veniant in Curiam ipſius reſponſuri ibidem de hoc vnde videbitur Curiæ Regis quid ibi ſit reſpondendum; & in Curia Eccleſiaſtica, vnde videbitur quid ſit ibi reſpondendũ; ita quod iuſtitia Regis mittat in Curiam S. Eccleſiæ ad videndum, qua ratione res ibi tractabitur. Et ſi Clericus conuictus vel confuſus fuerit, non debet eum de cætero Eccleſia tueri.*

Capit. IV. *Archiepiſcopis, Epiſcopis, perſonis Regni, non licet exire de Regno abſq; licentia Regis. Et ſi exire voluerint, ſi Domino Regi placuerit, aſſecurabunt, quod nec in eundo nec in moram faciendo, nec in redeundo, perquirent malum vel damnũ Regi vel Regno.*

Capit. V. *Excommunicati non debent dare vadium ad remanens, nec præſtare iuramentum, ſed tantum vadium & plegium ſtandi iudicio Eccleſiæ vt abſoluatur.*

Capit. VI. *Clerici non debent accuſari, niſi per certos & legales accuſatores & teſtes in præſentia Epiſc. ita quod Archid. non perdat ius ſuum, nec quicquam quod inde habere debeat. Et ſi tales fuerint qui culpantur, quod nec velit, nec audeat aliquis eos accuſare, Vicecomes requiſitus ab epiſcopo faciet iurare duodecim*

lega-

legales homines de viſueto ſeu de villa coram Sl. An. 1166. *epiſcopo, quod inde veritatem ſecundum conſcientiam ſuam manifeſtabunt.*

Capit. VII. *Nullus qui de Rege teneat in capite, nec aliquis dominicorum miniſtrorum eius excommunicetur, nec terra alicuius illorum ſub interdicto ponantur, niſi prius Dominus Rex, ſi in terra fuerit, conuenatur, vel iuſtitia eius, ſi extra Regnum fuerit, vt rectum eſt de ipſo faciat: & ita id, quod pertineat ad Curiam Regiam, ibidem terminetur, & de eo, quod ſpectabit ad Eccleſiaſticam, ad eandem mittatur vt ibidem tractetur.*

Capit. VIII. *De appellationibus, ſi emerſerint, ab Archidiacono debent procedere ad epiſcopum, & ſi Archiepiſcopus defuerit in iuſtitia exhibenda ad Dominum Regem eſt perueniendum poſtremo, vt precepto ipſius in Curia Archiepiſcopi controuerſia terminetur, ita quod non debet vlterius procedere abſque aßenſu Regis.*

Capit. IX. *Si calumnia emerſerit inter Laicum et Clericum, vel è conuerſo inter Clericum & Laicum, de vllo tenemento, quod Clericus ad eleemoſynā velit attrahere, Laicus vero ad laicum feudum, recognitione duodecim legalium hominum, per Capitalis Regis Iuſtitiæ conſiderationem terminabitur, vtrū tenementum ſit pertinens ad eleemoſynam ſiue ad laicum feudum coram ipſa Iuſtitia Regis. Et ſi recognitū fuerit ad eleemoſynam pertinere, placitum erit in Curia Eccleſiaſtica: ſi vero ad Laicum feudum (niſi ambo de eodem epiſcopo vel Barone aduocauerint) erit placitum in Curia Regis. Sed ſi vterque aduocauerit de feudo illo ante eundē Epiſc. vel Baronem, erit placitum in Curia ipſius: ita quod propter factam recognitionem ſaiſinam non amittat, qui prius ſaiſitus fuerat.*

Capit. X. *Qui de ciuitate, caſtello vel burgo, vel dominica manerio Regis fuerit, ſi ab Archidiacono vel epiſcopo de aliquo delicto citatus fuerit, vnde debeat eis reſpondere, & ad citationem eorum noluerit ſatisfacere, bene licet eum ſub interdicto ponere, ſed non debet excommunicari priusquam Capitalis miniſter Regis villæ illius conueniatur, vt iuſtificet eum ad ſatisfactionem venire. Et ſi miniſter Regis inde defecerit, ipſe erit in miſericordia Regis, & exinde poterit epiſcopus ipſum accuſatum iuſtitia Eccleſiaſtica cohercere.*

Capit. XI. *Archiepiſcopi, epiſcopi, & vniuerſæ perſonæ Regni, quæ de Rege tenent in capite, & habent poßeſſiones ſuas de dominio Regis, ſicut Baroniam, & inde reſpondent Iuſtitijs & miniſtris Regis, & ſequentur & facient omnes rectitudines & conſuetudines Regias, & ſicut Barones cæteri debent iudicijs Curiæ Regis cum Baronibus intereſſe, vſque dum perueniatur in iudicio ad diminutionem membrorum vel mortem.*

Capit. XII. *Cum vacauerit Archiepiſcopatus, vel Epiſcopatus, vel Abbatia, vel Prioratus de domino Regis, debet eſſe in manu eius & inde percipiat omnes reditus & exitus ſicut dominicos. Et cum ventum fuerit ad conſulendum Eccleſiæ, debet Dominus Rex mandare potiores perſonas Eccleſiæ, & in capella eius debet fieri electio aſſenſu Regis & conſilio perſonarum Regni, quas ad hoc faciendum vocauerit. Et ibidem faciet electus homagium & fidelitatem Regi, ſicut ligio Domino ſuo de vita ſua & membris & honore ſuo terreno, ſaluo ordine ſuo priuſquam ſit conſecratus.*

Capit. XIII. *Si quiſquam de proceribus Regni Archiepiſcopo vel Epiſcopo vel Archidiacono de ſe vel ſuis iuſtitiam exhibere renuerit, Rex debet iuſtificare. Et ſi forte aliquis deforciaret Regi rectitudinem ſuam, Archiepiſcopi, vel epiſcopi, & Archidiaconi debent eum iuſtificare, vt Domino Regi ſatisfaciat.*

Capit. XIV. *Catalla eorum, qui ſunt in forisfacto Regis, non detineat eccleſia vel cimiterium contra iuſtitiam Regis, quia Regis ſunt, ſiue in eccleſijs ſiue extra fuerint inuenta.*

Capit. XV. *Placita de debitis, quæ fide interpoſita debentur, vel abſq; interpoſitione fidei, ſint in iuſtitia Regis.*

Capit. XVI. *Filij ruſticorum non debent ordinari abſq; aſſenſu Domini, de cuius terra nati dignoſcuntur.*

Facta eſt prædictarum conſuetudinum, & dignitatum Regiarum recordatio ab Archiepiſcopis, Epiſcopis, Comitibus, Baronibus & Nobilioribus terræ, & ab antiquioribus Regni, apud Clarendoniam quarto die ante Purificationem B.M. Domino Henrico filio Regis, patre ſuo ibidem præſente.

Conſtitutiones, quas conſtituit Rex Henricus in Normannia, & mandauit Iuſtitijs ſuis Richardo de Lucy, & duobus Archi

diaconis

Sal. An. 1166. diaconis G. & R. & omnibus Principibus & populis Angliæ, Normanniæ & Aquitaniæ iurandas & ſeruandas. Latores earum fuerunt, Gumerus Presbyter & Gulterus de Grimesby.

Capit. I. *Si quis intus fuerit, ferens litteras Domini Papæ, vel aliquod mandatum Archiepiſcopi Cantuarienſis, continens interdictum Chriſtianitatis, in Angliam, capiatur, & de eo ſine dilatione iuſtitia fiat, ſicut de traditore Regis & Regni.*

Capit. II. *Præterea nullus Clericus, vel Monachus, vel Conuerſus, vel alicuius Conuerſionis, permittatur transfretare vel redire in Angliam, niſi de tranſitu ſuo habeat literas iuſticiæ, & de reditu ſuo literas Domini Regis. Si quis aliter inuentus fuerit agens, capiatur & incarceretur.*

Capit. III. *Ne aliquis appellet ad Papam vel ad Archiepiſcopum.*

Capit. IV. *Ne aliquod placitum teneatur de mandatis Papæ vel Archiepiſcopi, vel aliquod mandatum eorum in Anglia ab vllo homine recipiatur. Si quis inuentus fuerit aliter agens, capiatur & incarceretur.*

Capit. V. *Generaliter quoque interdictum eſt, quod nullus ferat aliquod mandatum Clerici vel Laici Domino Papæ vel Archiepiſcopo. Si talis inuentus fuerit, capiatur & incarceretur:*

Capit. VI. *Si Epiſcopi, vel Clerici, vel Abbates, vel Laici, ſententiam interdicti tenere noluerint, ſine dilatione de terra eijciantur & tota eorum cognatio, ita quod de catallis ſuis nihil ſecum ferant.*

Capit. VII. *Vt catalla omnium Papæ vel Archiepiſcopo fauentium, & omnes poſſeſſiones eorum, & omnium eis pertinentium, cuiuſcunque gradus ſint vel ſexus vel conditionis, capiantur, & dominica manu Domini Regis confiſcentis.*

Capit. VIII. *Vt omnes Clerici, qui redditus habent in Anglia, ſint ſummoniti per omnes Comitatus, vt infra tres menſes veniant in Angliam ad redditus ſuos: & ſi non venerint ad terminum ſtatutum, redditus in manu Regis capiantur.*

Capit. IX. *Vt denarij B. Petri non reddantur vlterius Apoſtolico, ſed diligenter ſeruentur in theſauro Regis, expendanturque ad eius præceptum.*

Capit. X. *Londonienſis & Norvuicenſis Epiſcopi ſint in miſericordia Regis, & ſummoueantur per Vicecomites & Bedellos, vt ſint contra Iuſticias Regis ad rectum faciendum Regi & Iuſticijs eius de eo, quod contra ſtatuta de Clarendona interdixerunt ex mandato Papæ terram Comitis Hugonis, & excommunicationem, quam Dominus Papa in ipſum fecerat, per ſuas parochias deuulgauerint ſine licentia Iuſticiarum Regis.*

Iuſiurandum præſtitum Ioh. & Henrico de Oxenfordia cum ſocio Richardo de Vicecoſtria in comitijs Herbipol. cuius occaſione conſuetudines Anglorum promulgatæ ſunt conſilio Reginaldi Archiep. Colon.

CVm Clerum plurimum & Principes ſuos ccLIV *ad Concilium ſuum in feſto Pentecoſtes adunaßet Fridericus Imperator, ſabbato & & ſecunda feria tractatum eſt de pace & concordia Regni inter Papam Alexandrum & ipſum reformanda. Adhæc exſurgens in medio Colonienſis Electus proteſtatus eſt coram omni Concilio ſic: Domine Imperator, conſilia, quæ aduerſus Papam Alexandrum hucvſque captaſti ad deſtitutionem eius nil tibi profuerunt, nil ei nocuerunt. Nam & de noſtris etiam ei plures obediunt & adhærent, ſicut Dominus Marguncius Archipræſul Conradus, & quidam alij: ſed ſi mihi, & meo conſilio acquieueris, in promptu erit & Alexandri deiectio, & Papæ noſtri exaltatio. En ego acquiſiui parti meæ quinquaginta epiſcopos cū ſuis Archiep: de Dominatione & Regno Regis Anglorum. Ioh: & Ricardus parati ſunt in perſona Domini Regis hæc iurare, quod ratum habebit Rex, et iurabit ore proprio, quod vos ſuper hoc hic ſtatueritis & iuraueritis. Placuit Imperatori forma conſilij, & ſe nomen Papæ Alexandri & obedientiam eius in perpetuum obiuraturum dixit. Cumque Clerus de ſententia & conſenſu interrogaretur & inſtantius conueniretur, ait Magdeburgenſis & plurimi alij: Quoniam futura incerta ſunt, & plerumque quem elegit populus, abijcit Deus; & quem populus improbat, Deus approbat, temerarium eſſe huius ſacramentum & ſe prius relicturum, quàm ita iuraturum. Reſpondit Imperator, eum oportere regalia retinere, et cum eo ita iurare. Cumque iam excandeſceret Imperator, Magdeburgenſis ad mitigandum eum vel ad differendum iuramentum aſtute ait: Si Dominus Colonienſis, qui huius nobis conſilium et ſacramentum in-*

ducit

Sal. An. 1166. ducit, primus omnium Alexandrum abiurauerit, & iurauerit, quod ordinationem ſuam & conſecrationem recipiet à Papa Paſchali, certiores nos reddat de ſecreto animi ſui, & omne ſcrupulum ſuſpicionis praua à mentibus auferet, & nos in huiuſmodi ſic ſententiam & ſacramentum facilius reducet. Acquieuit Imperator. Cumque Colonienſis ita primo iurare iuſſus detrectaret, & vſque etiam ad lachrymas reniteretur, vehementer ira accenſus Imperator ait; En apparet Reginalde, quod ſanum mihi dedit conſilium Magdeburgenſis, defuncto Victore Octauiano Papa meo, dicens, quod cum eo mortuo me Dominus à periculo maximo liberaſſet, cauerem mihi de cætero, ne me iterum conſimili periculo inuoluerem. Vnde tibi miſſis mandatis ſcripſi literis, ne me inconſulto de ſubſtituendi Pontificis electioni quicquam tractares. Tu verò clam auctoritate tua Guidonem de Crema elegiſti, Paſchalem eum nominaſti, & Te Deum laudamus per te decantaſti. Paraſti vobis foueam, Reginalde; certe tu prius intides modo in eam, Sicque Colonienſis primus & abſolute iurauit in ſupradictam formam. Poſt Colonienſem iurauit Imperator, & obedientiam ipſius Alexandri, & nomen eius, & cuiuſcumque de parte eius abiurauit: hoc ſane retento & determinato, quod ſi contigerit Papam Paſchalem & Rolandum pariter Cancellarium decedere, vt vtraque pars, Romanorum ſcilicet, & Alemannorum, in vnam perſonam eligendam pariter conueniant, liberum ſit Imperatori aſſentire, & eam recipere. Tunc Colonienſis adiecit. Ita Domine Imperator, ſi de conſenſu noſtro celebrata fuerit electio. Et adiecit: Fac, Domine, Principes tuos, qui aſſunt, & qui abſunt in ſuis prouincijs iurare in conſimilem formam: Item, fac eos iurare, quod te, Domine, decedente non prius alium electum Imperatorem inſignibus Imperialibus inducarent, donec ipſe Clericus idem præſtiterit ſacramentum abiurationis Alexandri. Conſenſit Imperator, & ſic iuſſit fieri. Tunc iurauit Dux Saxoniæ gener poſtea Henrici Regis: deinde Marchio Albertus, & quidam Comes Palatinus frater imperatoris, & quidam ſororius eius. Magdeburgenſis Archiepiſcopus tandem cum lachrymis abiurauit Papam Alexandrum, hoc adiecto, quandiu regalia retinebit, & ſi omnes qui aderant, idem iurent. Poſtmodum Brunenſis & duo Suffraganei eius iurauerunt in idipſum. Duo quoq; Nuntij Regis Anglorũ Ioh. & .... obiurauerunt Papam Alex., & in verba ſacramẽti Colon. Electi & in ipſius Imper. iurauerunt, in perſona Regis Domini ſui, ipſũ quoq; iurauerunt, ore proprio quod ratum habebit, quicquid hoc ſcripto continetur, quod Imper. Fridericus iurauit & ſtatuit. Duo vero epiſcopi, qui aderant, excuſauerunt ſe per abſentiam ſui Archiepiſcopi, & non ſunt coacti iurare, ſed dilatum eſt eorum & cæterorum, qui aberant, ſacramentum vſque in octauas Apoſtolorum Petri & Pauli.

Literæ Henrici Regis Anglorum pro regno & Ducatibus in Imperij clientelam tradendis.

Sereniſſimo Frid. Rom. Imp. ſemper Aug.

HEnricus Rex Angliæ, Dux Normanniæ & Aquitaniæ, & Comes Andegauinſis. Excellentiæ veſtræ, quantas poſſumus, ccxlv referimus gratias, Dominantium optimi, quod nos Nuntijs veſtris viſitare, ſalutare literis, muneribus præuenire, &, quod his charius amplectimur, pacis & amoris inuicem dignata ſit fœdera inchoare. Exultauimus, & quodammodo animum nobis creſcere, & in maius ſenſimus euehi, dum veſtra promiſſio, in qua nobis ſpem dediſtis, in diſponendis Regni noſtri negotijs alacriores nos reddidit atque promptiores. Exultauimus inquam, & tota mente Magnificentiæ veſtræ aſſurreximus, id vobis ſincero cordis affectu reſpondentes, quod quicquid ad honorem veſtrum ſpectare nouerimus, pro poſſe noſtro, effectui mancipare parati ſumus. Regnum noſtrum, & quicquid vbique noſtræ ſubijcitur ditioni, vobis exponimus, & veſtræ committimus poteſtati, vt ad veſtrum nutum omnia diſponantur, & in omnibus veſtra fiat voluntas Imperij. Sit igitur inter nos & populos noſtros dilectionis & pacis vnitas indiuiſa, comercia tuta, ita tamen vt vobis, qui dignitate præminetis, imperandi cedat auctoritas, nobis non deerit voluntas obſequendi. Et ſicut veſtræ Serenitatis memoriam veſtrorum excitat in nos munerum largitio, ſic vos noſtri quoq; reminiſci præoptamus, mittentes quæ pulchriora penes nos erant, & vobis magis placitura. Attẽdite itaq; dantis affectum, non data, & eo animo, quo dantur, excipite. Valete.

Porrò iuramentum ab Anglorum legatis præſtitum inhærendi ſchiſmatico, Regis non fuiſſe datum conſenſu, teſtatus eſt Archi-

Sal. An. 1166. chiep. Rothomagenſis in literis ad *Henricū*
Card: S. Nerei & Achilæi, apud *Baronium*.
ccxLvi *Pro domino Anglorum Rege omnem exhibe-*
mus ſecuritatem, quod Imperatori nec per ſe,
nec per nuncios iuramentum præſtitit aut pro-
miſſionem, quod ſchiſmatico adhærere velit,
eccleſiam relicturus. Immò certi ſumus, quod
in illis qualibuſcumq; de matrimonio pactio-
nibus, licet Teutonici ſuper hoc laborarent per
triduum: nihil vmquam concedere voluit,
niſi præeunte in omnibus fidelitate domini Pa-
pæ & Eccleſiæ, & Regis Franciæ. Ipſi verò
literis noſtris mandauimus domina Impera-
trix & nos, vt ab hac nota ſe quàm citiùs
excuſet. Nos quidem cum Rothomagi eſſe-
mus, & illi eſſent nuntij Imperatoris, de illis
quidem audiuimus, ſed eos non vidimus
&c.

Peractis comitijs Cæſar ſecundo Danu-
Caroli Magni reliquiæ. bio Viennam nauigans, *Eberhardum* Ratis-
bonenſem, quem Brunnerus *Fridericum*
ccxLvii male nominat, ſuas traxit in partes. Non
diuerſi fuere principes, inter quos *Henricus*
Dux Auſtriæ. Aquiſgranum profectus,
Caroli Magni reliqnias, quę trecentos annos
vnum & quinquaginta latuerant, argenteo
feretro illatas in mediam Baſilicam eduxit.
ccxLviii Cœremoniæ operam dederunt *Reinaldus*
Colon. & *Alexander* Leodienſis Epiſcopus.
Conuerſus poſtea in duos *Conrados*, *Vvitel-*
ſpachium Moguntinum & Saltzburgenſem
Antiſtites, Moguntinum in exilium miſit, *Conradi Mogunt. & Saltz. vocantur in iudicium.*
Salitzburgenſem in comitia Noriberg. vo-
cauit, ad cauſam dicendam, *Conradus* in-
nocentia fretus, comitia petijt; patrocinante
Henrico Leone. Accuſatus epiſcopatum oc-
cupaſſe per ambitum, omiſſo Regalium iu-
re, & ſpreta *Paſchalis* auctoritate, reſpondit:
ſe in *Paſchali* pręter inane dignitatis nomen
nil agnoſcere: prò Regalibus ter Cæſari fa-
ctum ſupplicem, ter repulſam tuliſſe. De
ambitu, audiendum Clerum, an ex legum
& Sacrorum Canonum norma fuerit cano-
nicè electus. His auditis in ore viri, cuius
auctoritas probitate fulgebat, ſecundum
innocentem eſt promulgatum. Doluit ſed
in gratiam Paſchali, nouo lenocinio tentare
diſtulit in futurum *Conradum*. Id factum,
quum *Fridericus*. IV. Kal. April. Lauſæ ius
duxit. Miſſi internuntij, quorum prin-
ceps *Henricus Auſtrius Conradi* frater, qui
Cæſaris voluntatem explicarent: negauit
Conradus in vllius mortalium gratiam, indi-
gnante Numine, de re ſacrilega poſſe tranſi-
gere. Inde rabie agitatus Fridericus, occu-
pauit protinus Eccleſiæ Saltzburgenſis poſ-
ſeſſiones, & inter gnathones ſuos diuiſit;
ac ſimul velut hoſtes Imperij omnes cę-
nobitas ſpoliauit, qui Conradi ſententiæ
cederent.

EXPEDITIO ITALICA FRIDERICI.

ccIL DE Italica poſtea expeditione ſollicitus
ob ſeruandos *Alex:* ſucceſſus, & ipſa
in fide titubante Italia, ne breui totius Italici
regni poſſeſſionem amitteret, *Rinaldum*
Colonienſem, & *Chriſtianum* Moguntinum
Antiſtites cum ingentibus copijs in Italiam
maturare, atque ſtudioſus Eccleſiæ ciuitates
in Marchia, atq; Etruria bello aggredi iuſſit;
dum ipſe Germanicos tumultus ſedaret. Ar-
chiepiſcopi in Italiam tranſgreſſi populos
iuramento adegerunt, ne aduersùs *Paſcha-*
lem colloquia miſcerent, inde in Marchiam
Anconitanam progreſſi, Anconem valide
oppugnarunt, atque obſidibus datis, impe-
rium accipere coegerunt. Inde in Etru-
riam eccleſiæ tranſeuntes, plurimis locis
Sutrium & Nepeti inuaſerunt. *Fridericus*
poſtea menſe Nouembri nouo exercitu ad
petendum *Alexandrum* deſcendens, Tri-
dentino ſuperato ſaltu, Laudem venit. Eo
Italiæ ciuitates legatos, ſpe leuandæ oppreſ-
ſionis, quam patiebantur ſub prætorum ty-
rannide, vel in ſolatiū deflendę oppreſſionis
miſerūt. Venerunt iſti ſupplicantium more,
cum crucibus. Parua perorarunt, vel quia
non auderent, vel quia aulicorum ſæuitia
vno poſſet exprimi tyrannidis verbo, quàm
nec ſub *Berengario*, nec ſub triginta Duci-
bus Longobatdis experti erant; cum illi in
ſedem ſolum Italum præelegiſſent: Germa-
ni verò prædonū more Italiam populantes,
agros ipſos viderētur velle in patriam aſpor-
tare. Propterea eum veluti Deum rogare,
vt à tantis ærumnis fideles ſubditos manu-
mitteret, vel ablato ſpecioſo libertatis titu-
lo, traheret in captiuitatem, His auditis
Fridericus vel non credidit, vel ſpreuit;
volens permiſſione tyrannidis erga aulicos
benemæreri. Inter hæc bellum agentes Ro- ccL *Roman. clades.*
mani aduersùs *Raimonem* Tuſculanum

Paſ-

Sal. An. 1166.

Paſchalis fœderatum, Menſe Maio cum ingenti armatorum multitudine (quadraginta duo millia recenſent aliqui) irruperunt in agrum Tuſculanum. *Raimo* tantis impar viribus, à Cæſare primùm exiguas ſuppetias impetrauit ductore *Reinaldo*: poſt validiores adduxit *Chriſtianus Moguntinus*. Mille trecenti plus minus fuere. Vt venerunt in Tuſculi conſpectum, Romani omiſſa ſtatim obſidione, inſtruxere aciem velut certi de victoria. Germanis vnius diei inducias poſcentibus, inſolenter reſponderunt, *veniſſe eos ad Lantenam, vt cœnam coruis pararent*. Reſponſi acerbitas adeo Germanos efferauit, vt protinus ſignis explicatis, tanta ferocia in hoſtem irruerent, vt ingenti Romanorum ſtrage Cannenſis pugnæ vel ſuperarent, vel renouarent funera. Certè victorum confeſſione, maior nulla clades poſt *Annibalis* ad Cannas victoriam, vrbi eſt illata Romæ. *Reinaldus* facta cum trecentis è Tuſculo erruptione, iam turbatam Romanorum aciem plurimorum cęde cruentauit. Ex ingenti numero bis mille, non plures redierunt in vrbem. Capti quinque millia: in veſtigio occubuere nouem millia, cæteri, qua ſors tulit, fuga diſperſi. Pugnatum poſtridie in monte Portio, vnde Germani acceperunt anſam regerendi in Romanos conuitium, *egreggia illos cœnam coruis in Porco præbuiſſe*.

ccLI *Græcorũ legatio ad Papam.*

Erat in vrbe *Alexander*, qui anno pręterito audita legatione *Emmanuelis* Græcorum Imperatoris exhibentis per *Iordanum* Imperij ſui Sebaſtum, filium *Roberti* Capuani Principis vnionem eccleſiæ Gręcanicæ cum Romana, dummodo ei corona Romani reſtitueretur Imperij, quæ ſibi non *Friderico* Alemannorum Regi competebat. Tantas auri propterea, & argenti, virorumque fortium offerebat turmas, quæ non ſolùm Romam ſed etiam totam Italiam ad eccleſiæ ſeruitium, & coronæ reſtitutionem forent ſatis. Placuit Pontifici oblatio, vt terreret, non tamen excluderet *Fridericum*; vnde in ſpeciem magis, quàm in victoriam Epiſcopum Oſtienſem, & Cardinalem Sanctorum Io: & Pauli ad Imperatorem legauit, vt protraherent potius, quàm conclude-rent. Noua porrò ſuorum clade *Alexander*, triſtus atq; perplexus, cum fugam meditaretur, à *Reinaldo*, auitis vicinarum ciuitatum auxilijs, obſidione cingitur, & à *Friderico* poſt Anconam deditione acceptam vniuerſo clauditur exercitu. Eranr in vrbe plurimi, quos ſchiſma, & ſpes præmiorum ab *Alexandro* alienauerat.

ccLII *Romam obſidet Frideric.*

Primus *Friderici* impetus in S. Angeli munitionem fuit, ſed irritus. Cum neque illi propugnaculorum D. Petri oppugnatio felix ſuccederet, per *Fridericum* Sueuiæ Ducem Rotenburgium, ignem templo iniecit; vel vt ſcribit *Sigonius*, non in templum, *ſed in proxima* ædificia intulit. Quo incendio cum baſilica ſenſim aflaretur, qui eam terebant, metu perculſi deditionem fecerunt, ac *Fridericum* cum *Paſchali* receperunt. Id vbi *Alexander* ſenſit, exemplo è Laterano in ædes Frangipanum refugit.

Romam occupat.

Poſtridie Paſchalis rem diuinam in templo faciens, ab omnibus adoratur, ac ſequenti, qui S. Petri feſtus erat, *Fridericum* iterum cum *Beatrice* coniuge coronauit.

ccLIII *Coronatur ab antipapa*

Tum *Gulielmus* cognomento *Bonus*, nouus Siciliæ Rex, qui ſedem Patris *Gulielmi* cognomento *Mali*, anno ſuperiore defuncti occupauerat, vrbis obſidione comperta, de Pontificis ſalute ſolicitus, duas ad eum triremes, & ingentem pecuniæ vim, vt ſibi conſuleret, miſit.

ccLIV *Gulielm. Rex Siciliæ ſuppetias mittit Alex. III.*

Acceptam pecuniam *Alexander Frangipanibus*, alijſq; amicis vrbem tuentibus diſtribuit: triremes remiſit, ipſe verò clam habitu peregrini aſſumpto, paucis comitantibus, ſe recepit Beneuentum. Porrò *Fridericus* legatis ad Romanos miſſis, ſi *Paſchalem* reciperent, pacem ſe daturum, annuerunt Romani. Iam de *Alexandro* videbatur triumphare *Paſchalis*, quum Numen iratum innòcentiæ tutelam ſumens, ad *Friderici* ignominiam, & facinoroſi exercitus pœnam, luem mitens immedicabilem, quæ non modò manipularium gregem, ſed vniuerſos propè Principes conſumpſit, & oſtendit eccleſiæ ſuæ numquam obliuiſci.

ccLV *Lues ex exercitu Cæſaris.*

Præter cęteros *Reinaldus* Archiep: Colon. & Dux *Fridericus Conradi* quondam Regis filius; *Godefridus* Spirenſis, *Eberhardus* Ratiſbonenſis, *Daniel* Pragenſis, *Hermannus* Verdenſis, *Alexander* Leodienſis Epiſcopi, Ex

Principibus *Velſo* VII. cognomento *Iunior,*
Sal. An. 1166. ccLVI *Berengarius* Salzbachius *Henricus Tubin-gensis* inſigni morte ſublati ſunt, De *Vuelfo-ne* pauca recenſeam. Fuit iſte *Vuelfonis VI.*



ſenioris filius, qui cum accepiſſet ab *Hugone* Palatino, Comite Tubingenſi ſex nobiles ortu, ſed latrones moribus conuictos, quorum quinque ad *Hugonem* pertinentes impunè dimiſſos, vnum verò ad *Vuelfonem*, capite damnatum, minimè ratus tantam tolerandam iniuſtitiam, ſatisfactionem ab *Hugone* petijt, qui tantum abeſt, vt modeſtè acciperet, verùm minaciter reſponderet. Proin ferro *Vuelfo* decernere ſtatuens, quinque armatorum millia Tubingam adduxit. Conciliati tunc eſſent, ferociam remittente *Hugone*, ni militaris furor ſtudia ducum præuertiſſet. *Vuelfoniani* verò iniuſſu Ducis iniquiore loco pugnantibus, vt neque ſuccedi primis poſſet, nec retrocedi, nongenti captiui facti, Tubingam obripiuntur. Acceptæ cladis fama *Vuelfonem* ſeniorem & Cæſarem illico in Germaniam reuocauit, qui cauſa belli cognita, captiuos reddi iuſſit, & pacem ſanxit. Non propterea vindictam dimiſit Iunior *Vuelfo*; poſt annum ad arma verſus, *Hugonis* prouinciam populatur. Nec ſegnis accitis Bohemis Germaniam incendijs vaſtauit. Ægre hoc ferens *Hugo Hugoni* ad cauſam dicendam Fridericus Vlmæ diem ſtatuit, vbi *Vuelfonibus Hugonis* damnationem incumbentibus, exilij aut voluntariæ deditionis ad arbitrium *Vuelfonis* faciendæ Cæſar impoſuit iudicium. *Vuelfo Hugonem* genua ſua prenſantem ter *repulit*; nihil ſe morari dediticium profeſſus. Tandem velut bello captum in Rhætiam Huinburgi aſſeruandum deportauit, vbi in ſqualore vixit, donec *Vuelfone* Iuniore mortuo, à *Seniore* liberaretur. In Palęſti-
ccLVII nam abierat iſte, & iuniorem Cæſari commendauerat, quem redux pater cum eodem Cęſare Hieroſolymis reperit, magno vtriuſque exceptus plauſu. Sed quod Imperatorem à perſecutione Pontificis auertere non poſſet, ne vel oculus noxam contraheret, in Germaniam redijt, eo vno infelix, quod non vnà filium abſtraxit: nam in vrna remiſſum recepit, & in eo ſpem totam ſepeliuit poſteritatis. Cæteri deraſa Cæſarie nonnihil leuabantur, mortuis quàm viuentibus ſimiliores. *Otto Vuitelſpachius* felici ſorte in Bizantina legatione cum *Friderico Auſtrio* occupatus, ſupplicij effugère conſortium. Fridericus tandem immanitate cladis exterritus, rebus tumultuariè in vrbe compoſitis, hominibus inuiſus, Superis execrabilis VIII. Id. Aug. morte vbique comitante iter ingreſſus, Lucæ nuncium accepit, Longobardos ſociatis armis eum tranſitu prohibituros. Indignum Itali arbitrantes, Germanicam vltra pati arrogantiam, pro vindicanda libertate fœdus perculſerant. Fuerunt iſti Veronenſes, Vicen- ccLVIII
tini, Patauini, Taruiſini, qui cum veteribus Longob. fœdus.
conflictati incommodis, tum recenti *Friderici* ſuperbia irritati à virtute cenſuerunt petendum auxilium, quod clementia denegauerat. Itaque Mediolanenſes, Cremonenſes, Brixianos, Bergomates, Mantuanos, Ferrarienſes, Bononienſes, Mutinenſes, Regienſes, Parmenſes, & Placentinos ex Venetorum auctoritate ſolicitarunt; VII. Id. Aprilis ad Puntidenſe Monaſterium inter Bergomum & Mediolanum conuenere ciuitatum legati. Expoſitis ibi acerbiſſimis Germanorum iniurijs, quibus ad extrema redacti eſſent, vniuerſi in eam conſpirarunt ſententiam, *vt communibus armis redimeretur libertas. Mediolanenſes pri-*

Sal.An. 1166. *primum in ſolum reduceretur antiquum*. *Quiſque pro viribus adiuuaret*. Moderatoribus itaque fœderis conſtitutis, receſſerunt: & die conſtituta ſingulæ ciuitates præfectos *Friderici*, vrbibus exegerunt, creatis Conſulibus, qui iuxta antiquum morem Rempublicam gereret. IV. Kal. Maias poſtea armati Mediolanenſibus affuere, & in veterem patriam quamuis deletam reſtituerunt. Muris cum eam nunquam munire iuraſſent, foſſis, aggeribuſque ingentibus confirmarunt, ne hoſtiles timeret incurſus. Hæc omnia (ait *Choniata*) pecunia *Manuelis* Imperatoris confecta ſunt, non tam ſuſpicione potentiæ *Friderici*, quam libidine Italici imperij. Reſtituto Mediolano, cum Laudenſes cœptis maximum poſſent afferre incrementum, vel decrementum, de iungendo fœdere eos ſolicitare placuit. Datum Cremonenſibus negotium propter veterem neceſſitudinem. Totis viribus contenderunt Cremonenſes, vt Laudenſes in ſocietatem traherent, cum verò incaſſum agerent, armis experiri placuit, an vellent in ſimultate manere, vel ſocietati cedere, vt timere potius quam timeri deberent in poſterum Laudenſes. Ita III. Id. Maias fœderati concurrunt, terreſtri ac nautico apparatu terribilis vrbem obſident, agros depopulantur, annonam prohibent, vnde rei frumentariæ inopia, ac diurno nocturnoq; bello fatigati Laudenſes, belli abiecere conſilia: veriti, ne Mediolanenſes, quorum ipſi præcipua cauſa fuerant exitij, parem vindictam repeterent. Quarto itaque die, qui fuit Idibus Martij, fœderatis cedentes, in ſocietatem his conditionibus recepti ſunt. *Fœderatæ ciuitates agrum Laudenſem ab omnium iniuria tutum præſtabunt. Vrbem, ſi bellum ingruet, mille amplius armatis proprijs ſumptibus tuebuntur. Muris attollendis, ac conſtruendis auxilio erunt. Mediolanenſes poſthac decimam ab eis non exigent; libera commercia à vectigalibus ciuitatum, liberam Padi nauigationem permittent, pacemque eis à Pontifice impetrabunt. Contra Laudenſes nemini fœderatorum nocebunt. Venetos, Veronenſes, Vicentinos, Patauinos, Mediolanenſes, Taruiſinos, Mantuanos, Ferrarienſes, Parmenſes, Placentinos, & ſi qui alij huic fœderi ſe adiunxerint, bello, paceque iuuabunt, ſalua fide Friderico Cæſari data*.

cclix Mediol. reſtituitur.

cclx

Hiſce confectis aduerſus Tricium tranſlata arma: quod ſuperioribus annis recuperatum Germani muniuerant, atque altiſſima turri firmauerant, vt Friderici cuſtodirent theſauros. Sutrium *Fridericus* à Pontemulenſibus tranſire prohibitus, ac duobus millibus hominum, in itinere morbo amiſſis, cedere coactus, iter ad mare conuertit, ac demum ope *Opizonis* Marchionis *Maleſpinæ* Papiam III. Idus Septemb. ægre peruenit; dum Tricij deficiente re frumentaria, & deſperato auxilio, deditionem fecerunt III. Idus Aug. cum oppido & regia pecunia. Nec adhuc exterritus *Fridericus*, ciuitatum coniurationum vlciſci decernens, Papiæ aduocata concione, omnes præter Cremonam, & Laudem edicto proſcripſit imperiali, ac ſexto poſt die cum ijs, quas habebat copijs agrum Mediolanenſem ingreſſus, dum oppugnare inſtituit, fœderatis accurrentibus, parum profecit. In Placentinum tranſgreſſus, tectis agrorum incenſis, à fœderatis pulſus, poſt fruſtra tentatam oppidi Bergomenſis expugnationem, exercitum in hyberna dimiſit. Fœderati verò nouo ſe ſacramento deuinxerunt, quod in Bononienſium tabulario legit Sigonius. *Ego iuro me adiuturum Venetos, Veronenſes, Vicentinos, Patauinos, Taruiſinos, Ferrarienſes, Brixianos, Bergomates, Cremonenſes, Mediolanenſes, Placentinos, Parmenſes, Mutinenſes, Bononienſes, & omnes homines, & omnia loca quæcumq; hoc fœdere tenebuntur aduerſus omnes homines, qui bellum facere voluerint, aut plus facere imperarint, quàm à morte Henrici Regis vſque ad Friderici in Italiam aduentum fecerimus, neque alicui fœderatorum proditionem facturum, neque pacem, neq; inducias, niſi ex communi conſenſu pacturum, atque hoc ſanè integro debito Regi obſequio perfecturum*. Veneti præcipuo ſe ſacramento obligarunt, triremibus per Brentam, & mare auxilio affuturos. Ex hinc noua exorta ſunt in ciuitatibus diſſidia, vt alij Eccleſiæ, alij Imperij partes aſſererent. Veronæ quidem *Monticuli*, & *Samboni faci*j: Ferrariæ *Taurelli* & *Adelardi* fœda miſcentes certamina, ciuitatem modo Cæſaream, modo Pontificiam ſubuertebant.

cclxi Opizo Maleſp.

Sal. An. 1168. *FRIDERICVS GERMANIAM REPETIT.* An. Sal. 1168.

cclxii *Auro fugã emit.* ANnus erat 1168. quum fœderati Blan-
deratum oppidum tantis opibus in-
uaſerunt, vt Fridericus validis agnoſcens
Lombardorum non poſſe reſiſtere conati-
bus, ne eis ludibrio eſſet, Italiam relinquere
ſtatuit, nec potuit, niſi ope Marchionis Mon
tisferrati auro redemiſſet fugam a comite
Maurienſi, qui in ditione ſua *Friderico* iter
aperuit. Eo neceſſitatis adegerat, vt ne bi-
duum in eodem caſtello latitare ſecurè lice-
ret, Italis eum inſequentibus. *Suſæ* ſubal-
pino oppido diuerſanti, hoſpes diſpoſitas in
caput eius detexit inſidias. Suſpendio neca-
uerat nobilem obſidem Brixienſem impo-
Frideric. fugit. nens ei, quod Longobardæ conſcius fuerat
coniurationis, & artifex congregati exerci-
cclxiii tus, qui eum ab Italia expellebat: quamobrē
amici ad vindictam coniurati, locarunt in-
ſidias ad omnes fores diuerſorij, quæ egre-
dientem interciperent. Imperator autem
aſſumpto habitu ſeruientis, quaſi vt alicuius
magni viri procuraret hoſpitium, cum alijs
quinque ſeruientibus noctu egreſſus eſt, da-
to interim negotio *Hartmanno Sibenaichio*,
vt perſonatus Cæſarem mentiretur. Et ecce
inſidiatores longiorem pertæſi moram, in
cclxiv Cęſaris irrũpentes conclaue viderunt ſe non
Fridericum, ſed *Friderici* mimum tenere.
Ita ſeruatus in Sequanos abijt, quorum prin-
cipatus *Reginaldi* ſoceri morte ipſi obuene-
rat. Dum Biſuntij reſpirat, nuncium reci-
pit, Sueuiam & Saxoniam ad arma ſpectare
fratre ipſius anteſignano, & ijs auctoribus,
qui *Fridericum* cupiebant ad meliorem fru-
Induratur Frid. gem redigere. Animi porrò duritiem nec
calamitas fregit, nam religioſis, quos pro
componenda pace euocauerat, renunciauit,
fruſtra venturos, ni venirent inſtructi pote-
ſtate agendi miracula, leproſos mundandi,
& mortuos ſuſcitandi.

cclxv *Auarus.* Igitur ſepoſito pacis ſtudio, ſtimulante
auaritia, ad locupletandam familiam ſe con-
uertit, ne quidem neglectis prædiorum mi-
nutijs, quorum non exiguum numerum in
Sueuia partim dono Procerum, partim pre-
tio, ſeu quacumque ſucceſſione fiſcali vel
hæreditaria in vſus contraxit priuatos. Om-
nes *Rudolfi Pfullendorfi* Comitis agros emē-
dicauit: *Adelgozi Subegij* ſine hærede de-
functi Auguſtæ Vindeliciæ, facultates om-
nes inuaſit. Succeſſit ex aſſe *Friderico Ro-
tenburgio*, qui liberos ex *Henrici Leonis* filia cclxvi
non ſuſceperat. *A Vvelfone* ſeniore, qui ab- *Hæres*
dicata Reipublicæ cura, ſibi ſtatuerat in otio *ſcribitur*
viuere, ſcriptus hæres acquieuit libenter *à Vvelfone ſeniore.*
Vuelfo ſucceſſionem *Henrico Leoni* ex fratre
nepoti detuliſſet, ſi hic quam pactus erat
pecuniam, in tempore *Vvelfoni* exhibuiſ-
ſet: porrò cum *Leo* moras dolo traheret,
vt ſeni imminens mors ſolutionem excuſa-
ret promiſſi; *Vvelfo* è tabulis eius nomen
eraſit, & Fridericum repoſuit.

Eodem tempore *Leo* filiam *Friderici
Rotenburgici* Sueuiæ Ducis viduam *Vvalde-
mari* Daniæ Regis filio deſpondit, quem cclxvii
pater regno deſtinauerat. In Germaniam re- *Antipapa*
uerſo *Friderico*, cœpit *Alexandri* reſpirare *clauditur.*
cauſa, nam hæreſiarca Cremenſis clauſus in
turræ *Stephani Thebaldi* egredi non aude-
bat ob innouationem Senatorum, qui Romę
in Kal. Nouemb. regimen accepturi erant
in partibus *Alexandri*. In Lombardia verò
capto Blanderato; clericis Laudenſis eccle-
ſiæ à communione Paſchalis remotis: Noua-
rienſes, Vercellenſes, Haſtenſes, Comenſes,
Derthonenſes, *Opizo* Marchio *Malaſpina*
Comites Seprienſes, Belfortenſes, rebus in
Italia deploratis ad fœderatos ſe contulerũt.
Quorum auxilijs firmiores effecti Papiam,
& Marchionem Montisferrati, qui *Friderici*
tuebantur partes, ſtatuerunt adoriri. Vt
autem impreſſio commodius fieret, nouum
oppidum inter Haſtam & Derthonem ex-
ſtruxerunt, foſſa, valloque firmantes. Me-
diolanenſes primi, ac Placentini acriter ope-
ram dantes, vt ex proximis caſtris traduce-
rent populum. Ea quindecim millia homi-
num fuiſſe dicuntur. Conſtitutum etiam,
vt in *Friderici* contumeliam ab *Alexandri* cclxviii
Pontificis nomine *Alexandria* vocaretur. *Alexandria extruitur.*
Papienſes verò cæterique Imperiales aut
Cæſaream à Friderico Cæſare, aut *Alexan-
driam* ſed ad irriſionem, *Palearem* dixe-
runt. Inde III. Nonas Maij *Opizo* Marchio,
Conſules Cremonæ, Mediolani, Veronę,
Patauij, Mantuæ, Parmæ, Placentiæ, Bo-
noniæ, Brixiæ, Bergomi, Laudis, Comi,
Nouariæ, Vercellarum, Haſtæ, Derthonæ,
& Alexandriæ Laudenſis in oppido conue-
nere, ibique ſocietatis iura firmarunt. *Nè*

quis

Sal. An. 1169. *quis hominum Marchioni, ac prædictis ciuitatibus ſubiectorum contractus, aut maleficij nomine alium pro alio iudicio perſequeretur, ne exules reciperentur; ne noua pedagia, & vectigalia exigerentur; nullum pactum contra commune fœdus iniretur. Si qua ciuitas ius non reddidiſſet, aliæ ius poſcenti auxilio eſſent; ne arx in alterius ditione, inuita illa, conſtrueretur.* Ianuenſes à Lombardis rogati, vt ſe fœderi iungerent, diſerte negarunt, amicitiam Cæſaris profitentes.

COMITIA BABENBERGENSIA. Anno 1169.

CCLXIX Vocatis Comitijs Babenbergæ *Fridericus*, de Saxoniæ Principibus in *Henrici Leonis* gratiam reſtituendis egit Imperator. Omnes in ius vocatos inſimulauit turbatæ pacis, vnde Longobardorum ſurrexerit coniuratio. Agitatum hinc inde, ſed prò *Henrico* pronunciatum ea tamen conditione, vt *Hartuuicus* Hamburgenſis Ep. ſuæ ſedi reſtitueretur. Obit hoc anno Io: præsbyter Cardinalis Sancti Martini ſchiſmatis auctor, & propugnator acerrimus *Octauiani*, ac *Guidonis* ſucceſſoris, morte horribili; cum extra Viterbium equitaret ſubito corruit, & confractis ceruicibus impœnitens vitam finiuit.

MORS PASCHALIS ANTIPAPÆ. Anno 1170.

CCLXX Apud Germanos agente *Friderico*; *Paſchalis*, qui ſe prò Pontifice gerebat in vrbe, cancro diuinitus immiſſo, putreſcentibus renibus, ad extrema protrahitur, vſque eò fœtens & ſanioſus, vt citra horrorem à nemine poſſet adiri. Animam itaque expreſſit, & cum eo ſchiſma etiam credebatur; quum in ipſius locum à reſidua ſchiſmaticorum fœce ſubrogatur *Io: Hungarus*, profeſſione Monachus, Abbas Strumenſis, Cardinalis Tuſculanus, vir apoſtata, gyrouagus, qui vt ſuæ turpitudini velamen obtenderet, *Calliſti* III. nomen vſurpauit. Tale monſtrum *Ænobarbus* adorauit, non quia virtus religionis impelleret, ſed vt ſpecies pietatis crimina excuſaret præterita. In partem cupiebat *Alexandri* deſcendere, timebat verò non ſine pudore Maieſtatis eum adorare, quem blaſphemauerat. Vt ſibi itaque orthodoxos conciliaret, ſimulans ſe pacis deſiderio teneri; è conuentu Bambergenſi miſit Epiſcopum Bamberge, *Alexandro* ſemper fidum, vna cum Abbatibus Ciſtercienſi, & Claræualkenſi apprimè catholicis, ſed tam obſcuris inſtructos mandatis, vt facile appareret, nihil præter fucos & artes attuliſſe, quibus *Alexander* à Longobardorum protectione diuelleretur; quà ſubducta facile foret, Longobardos diſſociare. Vnde boni legati cum neque ipſi ſatis, quid *Fridericus* vellet, explicarent, iuſſi ſunt, inanes reuerti.

CCLXXI Venère etiam Manuelis Imp. Græcorum legati, renouantes oblationem vniendi Græcam eccleſiam cum Latina, atque ipſum præſenti moleſtia *Friderici* liberaturum; legationi maximam vim pecuniarum adiecit; & antequam orator verba faceret, in medium expoſuit; ſi ei corona Occidentialis Imperij, quæ iure *Friderico* erat adempta, reſtitueretur, ac vtriuſque Imperij Aquilæ conſociarent. Quam poſtulationem *Alexander*, vt parum Reipub. vtilem, ex Cardinalium ſententia reprobauit. Interim *Fridericus* Norimbergam vocatis comitijs *Henricum* filium, Regem Germaniæ legi curauit, eundemque per *Philippum* Colon. Archiepiſcopum coronari mandauit.

Græcorũ Legatio

coronatio Henrici.

HENRICI LEONIS PEREGRINATIO. Anno 1171.

CCLXXII Rebus in Saxonia pacatis, votum quod de peregrinatione in Paleſtinam *Henricus Leo* conceperat; hoc anno perſoluit. Plures habuit proceres in comitatu. Cui ſe adiunxit Ep. Vvormatienſis, *Friderici* Imp. ad *Manuelem* Orientis Principem legatus, huius filiam *Henrico Augusti* filio nuptum petiturus; (hinc error lucet Sigonij, qui *annorum quinq; puerum* dicit *Henricum*.) Cum his *Leo* prouectus ſecundo Danubio, Sigonium appulit eo ipſo die, quo *Ladislaus* Rex Hungariæ, (vel *Stephanus*, vt vult Brunnetus) veneno extinctus eſt. Regis obitus non minus *Henrico Auſtrio*, qui Comes *Leoni* Strigonium fuerat, filiamq; *Ladislao* locarat, quam ipſi *Leoni* luctuoſus erat, ob graſſatorũ licentiã, qui rege mortuo excurrebant. Suffectus eſt *Stephanus IV.* (ſi vera profert CCLXXIII

Bon-


STEPHANVS II. REX HVNGAR
LADISLAVS II. REX HVNGAR.
VS.IV.REX.HVNGAR.
BE III.REX.HVNG

Sal. An. 1171. Stephan. Rex Vngar. Venetos perſequitur. Bonfinius) *Geyſæ* filius, qui inſtigante *Emanuele* Græcorum Imperatore, in Venetos mouit, & omnes ingenij neruos in Venetorum detrimenta intendit. Inde *Emanuelem* tentare cœpit doloſis artibus, vt ad reintegrandum Romanum Imperium animum aduerteret, quanto fide ac potentia ſe *Frider. Enobarbo* ſuperiorẽ eſſe affirmabat. Sperabat *Stephanus* ob atrociſſimum inter *Frider.*, & *Alexand.* odium, id Pontifici facile perſuaſurum. Odio habet Frid. Imper. Sed cum *Emanuel* in perſequendis Venetis deferbuiſſet, ipſe quoque in re Dalmatica aliquantulum retepuit. Quod etiam inteſtina fraude factum eſt. Dux enim *Ladislaus*, Regis *Belæ cæci* filius, imperandi cupiditate illectus, ad occupandam coro-
CCLXXIV Ladislaũ coronam rapit. nam animum intendit, ratus facile fore, vt ea potitus, regno quoque potiretur. In primis cum fidiſſimis pleriſque rem communicat, & ſurripiendæ coronæ clam init conſilium, multos muneribus, officijs quoque quam plurimos ex Optimatibus ſibi conciliat: ſubducuntur vrbes, clientelæ, populi in diuerſa ſtudia diſtrahuntur. Cum pleriſque Pontificibus ſuffragantur multi Optimates, fouebant Auſtrij, quia ſoror *Henrici* Ducis Auſtrię *Ladislao* nupſerat, acceſſerat non infrequens popularis aura, velut nouitatis auida. Fugit Stephan. Rex. *Stephanus* contra, rerum inſolentia perculſus, nouitati ceſſit, vt ſeceſſu potiùs, quàm pertinacia bellum declinaret inteſtinum. Interea *Ladislaus* vſurpata regni poteſtate, ſex menſibus imperat. Sed obrepente morte, veneno tollitur An. 1171. Nondum tamen factio deſijt, nam *Stephanus Ladislai* frater, & *Bela* quoque cæci filius ijſdem ſuffragatoribus vſus vſurpata corona, quinis menſibus ea potitur. Verum Rex patruorum inſolentiam non vltra tolerandam ratus, ſuſcitato tandem bello, reſipiſcentibus magna ex parte optimatibus, in eum caſtra mouit; at vbi ad conferendas manus conuentum eſt, tanta nobilium clades eo prœlio patrata, vt nihil his temporibus Vngariæ miſerabilius accidere potuerit. Patruus tandem à nepote victus, Paulo poſt in caſtello, quod *Zemben* appellant, obijt. Cui nupta eſſet *Stephano*, vel *Ladislao* fratri ſoror *Henrici Auſtrij*, ſcriptores variant. Ad *Leonem* reuertamur, cui nec minus elementorum, quàm hominum fuere diſcrimina. Nauis *Henrici* in cautem impacta Danubij, & fracta, perijſſet, niſi extractum in cimbam eripuiſſent cuſtodes. Exinde *Leo* Danubio diffiſus, itinere terreſtri, Seruiorum fines ingreditur. Seruij peregrinos adorti, prius de ſpolio cogitarunt, quam de triumpho. Ducenta circiter millia armantur, & ad Rauanellam vrbem, prædenſum occupant ſaltum, cum *Henrici* agmen conſtaret plus minus mille ducentis: *Brunnerus* non niſi quingentos numerat in toto comitatu. Rauanellam prætergreſſos à tergo ſequuntur Seruij, & ſtationem Vvormatienſis Epiſcopi, quæ proxime hoſtem excubabat, inuadunt. Mittuntur ab *Herinco* viginti omnino loricati, qui laborantes erigerent; & Marte ſecundo, in æſtu certaminis cum Seruiorum ductor occumberet, cęteri in fugam lapſi, ne auſi rurſus in conſpectum prodire. Superata Sylua Nicæam ventum, inde Conſtantinopolim, vbi munificentia *Mannelis* Imp. factum decorauit Græcorum. Orta ſuper
menſam quæſtione de proceſſione Spiritus CCLXXV
Sancti, *Henricus Brunſuicenſis* Abbas a patre & filio tanta eloquentia, Scripturarum, Patrum, & ratione demonſtrauit, vt omnes in admirationem conuerteret: Abeuntes claſſe Græcanica tempeſtas excepit, ſed ope Reginæ maris, quam *Mariam Virginem* credimus, & ſalutamus, ſedata eſt. Vbi enim è vectoribus forma ſuper humanam apparens, bono iuſſit ſtare ani-
mo, ſibi enim curæ eſſe nauem, quæ vi- CCLXXVI
rum ſanctitate carum veheret (Hunc *Henricum* Brunſuicenſem Præſulem ob clariſſimas virtutes ſunt interpretati) ſedatis procellis, Ptolemaidem appullere; inde ſanctam ciuitatem attigerunt, quidquid ſanctum in regione Dei hominis luſtrantes: triduò publico ſumptu in regia habiti. Cumq; pretioſis muneribus inſigniora terræ ſanctę loca donaſſet, recedens obuios habuit miſſos à Milone Sarraceno, quorum declinauit congreſſum, & Simeonis portum appli-
cuit; inde per continentem Terſultum ve- CCLXXVII
nit. Nec longè Soldanus Ægypti quingentos ſubmiſit armatos, qui ſimul viæ duces eſſent & defenſores. Ita *Henricus* tridui labore arenas emenſus Armeniæ, Heracleã ingreſſus, à Turcis hoſpitio donatus ciuili, iuxta Araxatum Soldanum ipſum obuium

perè

Sal. An. 1171. habuit, gratulantem quod Milonis proſperè euitaſſet inſidias. Cumque *Henricum* conſanguineum appellaret, admirantem quænam ſtirps aut neceſſitudo coniungeret hominem toto prope orbe diuiſum, Soldanus edocuit, ſe matre Teutone Ruſſorum Regis filia prognatum; omnes Germanos velut vno eodemq; ſanguine deuinctos, pro cognatis habere. Neceſſitudinem re ipſa probauit, mille quingentos equos exhibens, rogans, vt *Leo* pro ſe ſuoque comitatu iis vteretur liberrimè. Addidit & triginta alios egregio cultu excellenter inſtructos, ſex camelos, binos leopardos, veſtem rigentem auro. Quibus excitatus *Leo*, liberalem auſit interrogare Principem de amplectenda Chriſti religione, vtpote quę ſola ei ad beatitudinem deeſſet. At ille.

Soldani reſponſio cur nollet fieri chriſtianus.

cclxxvi *Non eſt* (inquit) *arduum ſibi perſuadere, Deum, ſi ita collibuit, corpus ſibi de intacta Virgine ſumpſiße, quandoquidem idem ille hominem de terra Virgine formauit: ſed mihi omninò ſic videtur, communem omnium Deum, & Imperatorem noluiße ab omnibus vno cultu honorari*. Noluit amplius vrgere *Henricus* hominem rudem, & quem forſan arcano ſuæ prouidentiæ Deus indurauerat. Pro gratiarum officio; Abeunti fidiſſimos Soldanus adiunxit, quorum ductu terras peragrauit incolumis: Conſtantinopolim venit, Boſphoroq; traiecto in Pannoniam, ac tandem in Bauariã fœlix remeauit.

Mediolanenſes interim pace luxuriantes,
cclxxix muros vrbis latius protulerunt, templa Sanctorum Ambroſij, Laurentij, Nazarij, & Euſebij comprehendentes, quæ ante vrbis excidium vetere murorum ambitu excludebantur. Conſules proprijs impenſis foſſę emiſſarium cum turri, Archiepiſcopus epiſcopium magnificentiore, quàm antea fuerat opere ædificarunt. Quibus rebus elata ciuitas pœna linguæ propoſita ſanxit, ne quis *Friderici* nomen in ſermonibus vſurparet; Comites etiam ſuſtulit, quos ille in proximis caſtris conſtituerat. Compertis *Fridericus* Etruriæ tumultibus, timuit, ne aſſuetudine bellorum Etruſci Lombardos imitati, deficerent; propterea Chriſtianum Archiep. Mogunt. miſit, qui Etruriam in fide contineret. Is Alpibus cclxxx
traiectis Genuam, inde Genuenſium præſidio Lunam, Senaſque proceſſit. Genuenſes hinc Lombardis odioſi, quia fautores inimicorum, annonæ facultatem obtinere prohibiti, ſemeſtri penuria laborarunt. Anno poſtea 1172. Etruriæ legatis Senas acciris, de populorum concordia agere cœpit *Chriſtianus*, vir non tam manu promptus, quàm oratione grauis & copioſus. Cæteri ſe illius arbitrio committentibus, cum Piſani & Florentini non deſiſterent, ambo velut pacis hoſtes proſcripti ſunt. Anconam inde copijs adductis, quò Græcorum legati ſe receperant, *Sal. An. 1172.*
vt in *Fridericum* Italos ſollicitarent, ſibi tradi Legatos popoſcit. Illis autem negantibus, vrbem obſidione circumdedit. Veneti quoque, quibus Græcorum Imperium cclxxxi
Anconæ diſplicebat, nauales Germanis ferentes ſuppetias, quinque Græcorum triremes cœperunt. Anconitani terra marique clauſi deficiente annona, in eam neceſſitatem adducti ſunt, vt caput aſini quadraginta denarijs emerent, & coria aqua mollita comederent. In tanta rerum iniquitate legati concionem aduocarunt, populum rogantes vt mutuam pecuniam acciperent, Deum ipſum teſtantes, *Manuelem* iacturam omnem benignè reſarciturum. His vocibus animati ciues ingentem pecuniam à Comite *Gulielmo Adelardo* factionis eccleſiaſticæ Ferrariæ Principe, & Comitiſſa Brittonorij vidua fœnore acceperunt, ac magnis conductis copijs, Germanis fruſtra repugnantibus, commeatus intromiſerunt. *Chriſtianus* verò obſidionem ſoluit; & *Manuel* ſummiſſa pecunia damnum omne ſarciuit.

Mediolanenſes proſcribunt nomen Imperatoris.

LADISLAVS REX BOHEMIÆ DEPONITVR. Anno 1173.

cclxxxii LAdislaus Rex Bohemiæ, quæ in Cæſaris clientela erat, depoſitus à *Friderico* legitur. Simultatis ea creditur cauſa, quia *Adalbertum* Archiep. Saltzburgenſem Bohemi filium odio haberet. Verum vt ſpecie æquitatis aduerſùs *Adalbertum* videretur inſurgere, ſubornatis accuſatoribus Gurcenſi Antiſtite, & *Hermanno* Comite Ortenburgio (quem *Adalbertus* in arce Strasburgia obſeſſum ad deditionem & abdicandum epiſcopatum compulerat) VII. Kal. Iunij, in comitijs Reginoburg. quo ſe

con-

Sal. An. 1173. contulerat *Adalbertus* in comitatu *Henrici*
Auſtrij auunculi ſui, epiſcopatu mouit,
ſpatio etiam negato defenſionis, conſenſu
omnium procerum, nemine vno præter
Henricum Auſtrium intercedente. *Henri-
cus* Berchteſgadendis cathedræ eſt ſubro-
gatus, non indignus ſi ambitio & præceps
iudicij iniquitas abfuiſſet. Calamitas filij
parenti etiam intulit ignominiam: vnde
Ladislaus Sobeslao patrueli cedere coactus
eſt, ea lege, vt iſte principis titulo conten-
tus, à regio nomine abſtineret.

FRIDERICI ITALICA EXPEDITIO. An. 1174.

cclxxxiii DOmeſticis itaque rebus compoſitis, ac
re pecuniaria per ocium conſtituta,
vltionem meditabatur Italicam. Et quia
Bononienſibus, ac Mutinenſibus vehe-
mentius videbatur iratus, moderatores fę-
deris. *Chriſtiano* bellum in Ducatu Spo-
Legati Papæ. letano gerente, conuentum Mutinam in-
dixerunt prò ſocietate tuenda. Eo *Alexan-
der* duos legatos miſit *Hildebrandum Craſ-
ſum* Ep. Mutinenſem, & *Albergonum*,
vtrumque Cardinalem, qui ſocios inuita-
rent aduerſus *Fridericum*, qui iam ætate
feſſus, & domeſticis victus diſſidijs non
amplius feroces foueret ſpiritus, quibus
aliena vſurparet, ſatis ſi de ſalute cogita-
ret. Libertatem ipſi non deſererent, quam
ſpecie defendendæ eccleſiæ amiſſam rede-
merant. Fortunam non timerent, quia ſi
ea fortes adiuuet, Deus fautores eccleſiæ
non deſerit. Hiſce incitati moderatores
iurarunt, *ſe conſtanter in fide ſocietatis per-
manſuros; & Alexandrinos*, ac Lombardos
inter Parmam & Bononiam ſitos prò viri-
bus defenſuros. *Fridericus* porrò de con-
ſpiratione Italorum monitus, ingenti do-
lore exarſit; aduerſus Mediolanum quod
rerum caput videbatur, fremebat; de *Lo-*
cclxxxiv *thario* ac *Conrado* prædefunctis Imperatori-
bus dolens; quia mitius cum Italis egiſſent,
& pietate, deficere docuiſſent. Ad bellum
itaque neceſſarijs comparatis, III. Non.
Septemb. per montem Ciniſium in Italiam
tranſgreſſus, terrore ac fugi occurrentia
loca permiſcuit. Seguſio primam impreſ-
ſionem excepit; ea cum imperium ſtudio
Eccleſiæ detrectaret, euerſa eſt. Haſtenſes,
Cremonenſes, Derthonenſes, & Comenſes,
inimici non potuerunt ſuſtinere conſpectū,
vnde fœderatis relictis vltro ceſſerunt. *Fre-*
Alexandriā obſidet Frid. *dericus* verò vt hoſtium copias diſtraheret,
Chriſtianum Archiep Mogunt. cum exer-
citu ſuo ex Vmbria ad oppugnandam Bo-
noniam accedere iuſſit; ipſe verò Alexan-
driæ admouit exercitum, vbi obſtinate in
oppugnatione permanſit, licet ſeuientium
aquarum incurſibus Tanari, qui medio
Octobri ſuper ripas exuberans loca omnia
reſtagnauerat, penè obrueretur. Fęderati
tamen non defuere obſeſſis. Quippe Me-
diolanenſes ſociorum copijs aſſumptis *Car-
recium* Alexandrinorum auxilio eduxere, ac cclxxxv
caſtra aduersùs Fridericum inter Claſtidiū *Vincitur Frider.*
& Vocheriam poſuere; quod ferre haud
potēs *Fridericus*, in eos extemplo proceſſit,
ſed acie pulſus vix incolumis Claſtidium
ſe recepit, milite tamen relicto, qui obſi-
dionem curaret. Hiemis aſperitas obſeſſos
iuuare non potuit. Inde vere ineunte Me-
diolanenſes, vt Fridericum amouerent, Pa-
piam, quæ non magno tenebatur præſidio,
aggrediuntur. Ex altera *Fridericus* per
multos ante dies opus laborioſiſſimum in-
ſtituerat, quippe cuniculum in vrbem tan-
to ſilentio egerat, vt non modo id ſentire,
ſed ne ſuſpicari quidem quiſquam poſſet,
quia cum hoſte pro diebus ſacris, quibus
Chriſti paſſio recolitur, pacti erant indu-
cias. Ad noctem Paſchatis eum aperire
diſtulerat, ratus, propter ſolemnem ſe-
quentis diei religionem, à belli cogitatione
ceſſare. Ducentos itaq; viros manu prom-
tosin cuniculum immittit, eoſque iubet no-
cte conubia, aperta foſſione, in vrbem ir-
rumpere, oppreſſiſque portarum cuſtodi-
bus, exercitum introducere. Verum Ale-
xandrini per nocturnos vigiles fraudis ad-
moniti ſurrexerunt ad arma, atque ægreſ-
ſos cuniculo milites per noctis tenebras
trucidarunt; cuniculoque obſtructo, effuſi
extra portas, caſtra *Friderici* repentè in-
uaſerunt, ac præda ingenti potiti caſtellum
ab eo extructum ipſi vrbi imminens dele-
uerunt, *Friderico* ipſo in fugam coacto, cclxxxvi
qui ipſa luce Dominicæ Reſurrectionis ob-
ſidionem ſoluit. Is Claſtidium primùm,
deinde traiecto Pado, in agrum ſe ſe rece-
pit Papienſem, caſtris in fœderatos ad
MontemBellum locatis; Eo Piſanos, Lu-
cenſes, Florentinos, Ianuenſes, Senenſes
acciuit; & quod eorum diſcordias ſibi in-

Sal. An. præſens non putaret idoneas, ad concor-
1176. cclxxxvii diam adduxit. Porrò *Alexander*, honoris
Alexād. gratia, epiſcopum Alexandrinis conceſſit;
Epiſcopo contumeliæ verò cauſa, Epiſcopum Pa-
donatur. pienſem Crucis & pallij dignitate priuauit.
Interim *Fridericus* apud Papiam, prope à
Lombardis obſeſſus, cruciabatur quod ho-
ſtium res in dies benè cederent, ſua non
modica ignominia. Quippe *Henricus* Dux
Saxoniæ religione tactus, ac Pontificia dè-
teſtatione deterritus ab eo diſceſſit, ac ſe-
cum magnam Germanorum partem abdu-
xit. Quo facto *Fridericus* attonitus, ipſum
vſq; ad lacum Comenſem eſt ſubſequutus,
cclxxxviii atq; ibi prope ad genua accidens obteſtatus
eſt, ne ſe ac Rempublicā in tanto diſcrimine
deſereret; neque aſperiora in ſe, ipſe fra-
tris filius ederet, quàm communis nominis
hoſtes Itali exoptarent. Quod cum ille fir-
mato ad diſcedendum animo concedere
cclxxxix noluiſſet, *Fridericus* in caſtra regreditur.
De loco tamen, & modo inter narrantes
non congruit. In comitijs alij rem geſtam
referunt; in caſtris contendunt alij, illi Cæ-
ſarem procidiſſe, Ducem ne leuare dignan-
tem, quum Imperatrix (quæ aderat) Cæſa-
rem terra leuaſſet. *Surge* (inquiens) *mi Do-
mine: memor eſſe velis caſus huius, memi-
neritque Deus*. Referunt alij, quod conſur-
gentem de ſolio Cæſarem, dum ad pedes
Ducis ſe inclinaret, turbatus Dux, ne
incuruaretur, ſub quo curuatur orbis, ap-
prehendit medium, nec eſt paſſus concide-
re. Vel ne quid antiquitatis penitus omitta-
mus, ſe inclinanti Cæſari imperiale exci-
diſse diadema ad pedes Henrici, quod in
omen uiles futuri auſpicatus Imperij, *Sine*
(inquit) *Dux, facile namque, vt corona à
pede aſcendat in caput*. Cremonenſes verò ccxc
qui ſe à belli communione auerterant, pa-
cis ſequeſtres profeſſi, verba concordiæ
intulerunt, quam nemo reſpuit, ſed literis
ad Cremonenſium conſules miſſis, eorum
arbitrio rem commiſerunt. Itaq; XVI. Kal.
Maias in agro Papienſi conuentum eſt, vt
tres viri ex parte *Friderici*, totidemq; Lon-
gobardorum legerentur, qui inſpectis liti-
gantium literis, iurarent ſe bona fide con-
cordiam curaturos, atque intra Idus Iunij
fore vt arbitrium pronunciarent; quod ſi
concordes non eſſent, vt cuncti Conſules
Cremonæ intra dies quindecim ferrent. Po-
ſtea interpoſito pacis oſculo, *Fridericus* de-
nos ex ſingulis ciuitatibus ad iuramentum
præſtandum benignè acciperet. Hiſce ccxci
tranſactis, fœderati legerunt *Icilinum à Ro-
mano*, & *Anſelmum à Douaria*, quorum il-
le crudelis *Icilini*, hic *Boſonis* Cremonen-
ſium Principis pater fuit. Poſtridie *Vbertus*
Clemens Conſul Papiæ pro omnibus iu-
rauit Collegis, ſe inducias cum Alexandri-
nis pactas vſque ad idus Iunij ſeruaturum.
Conſtitutis inducijs, cœptum agi de pace.
Cum verò tres Cardinales *Alexandri* nomi-
ne bona Eccleſiæ, & Lombardorum Lega-
ti iura ciuitatum repoſcerent, *Fridericus*
abnueret, ſpes pacis euanuit, & re infecta,
mox redditum ad arma. Oppidum San-
caſſianum trecentorum militum Bononien-
ſium munitum præſidio, ſibi expugnandū
ſuſceperat *Chriſtianus*, ſed à fęderatis pulſus
obſidionem ſoluit: paulo poſt ad Claternam
vicum ex inſidijs turmas aliquot oppreſſit
hoſtiles; Medicinæ caſtrum inuaſit; Vetranæ
vicum exuſſit; lateq; ferro & igne graſſatus,
vſq; dū ad Papiā tranſactas audiuit inducias.

FRIDERICI CLADES. Anno 1176.

ccxcii ACceptis Fridericus è Germania ſubſi-
dijs, finitima Inſubriæ cœpit popu-
lari; Mediolanenſes, eorumque fœderati
haud dubij immanem ſibi parari tempeſta-
tem, ſupremis viribus afflictæ cenſuerunt
ſuccurrendum patriæ. Nemini, qui arma
geſtare poſſet, permiſſa vacatio. Fœderati
Baſilianum progreſſi, & moræ impatientes
ſeptingentos equites miſerunt, qui hoſtem
explorarent. Vix tria paſſuum millia con-
fecerant, cum *Fridericus* in venientes tur-
mam tercentorum miſit, deinde alias ſuper
alias immiſit, à quibus repreſſi Mediolanen-
ſes non ſine iactura pedem retulerunt. In-
ſtructa dehinc acie, magno vtrinque ardore
concurſum eſt. Primo impetu aquilifer
Friderici temere in confectum agmen inue-
ctus & confoſſus, aquilam in hoſtium ma-
nibus reliquit. Attrox proinde pugna,
multis vtrinque cadentibus. Inclinata Ger-
manorum acie, *Fridericus* ſe ſe in promiſ-
cuas legiones inferens, dum militis & Im-
peratoris partes occupat, equo ſuffoſso in
terram effuſus, creditus eſt occubuiſse,

Sparſa.

Sal. An. 1176. Sparſa per legiones fama caſus infauſti, ho-
ſtibus ardorem, Cæſarianis fugam incuſſit.
Multos Ticinus auſit, in veſtigio plurimi,
in fuga occubuere plures. Caſtra opulenta
ceſſerunt in prędam. Pugnatum III. Kal. Iun.
Dies ſacer eſt Sanctorum Siſinij, Alexandri,
& Martyrij. Ante prælium totidem co-
lumbæ ab eorum altari viſæ ſunt auolare,
& in *Carrocij* malo conſidere: quod in fe-
lix omen à Mediolanenſibus receptum, diem
pugnæ in honorem martyrum celebrem fe-
CCXCIII cit. *Friderici* coniunx, quæ tum Comi ſub-
Ploratur ſtiterat, quatriduo lugubrem induta veſtem
vt mortuus. maritum plorauit, & cum ipſius cadauer
inter cæſorum corpora non inueniretur,
Mediolanenſes iuſta perſoluerunt; cum
tandem quinta à conflictu die, Papiam in-
columis regreſſus, *Chriſtianum* Moguntinum,
qui paulo ante prælio ad Medicinam,
Bononienſes ſuderat, iuſſit ad ſe confeſtim
cum exercitu aduolare. Specioſum erat (de
Chriſtiano *Krantzius*) viſu armatum in
CCXCVI *l.6.c.28* equo conſpicere Pontificem, auro galeatum,
loricatumque hiacynthina deſuper tunica.
Clauam manu gerebat trinodem: Hercu-
lem putares. Vno fertur prælio nouem ſua
manu ſtrauiſſe fortiſſimos. Igitur egreſſos
ad prælium Bononienſes in fugam vertit.
Ille autem obſidione parata ciuitatem cir-
cumſedit, breuiq; ad deditionem compulit,
& iam ſe in gratiam illius conferebant.
Priuſquam tamen deditos acciperet, impe-
rauit obſides. Et in monte ſupra vrbem
S. Michaelis cœnobio ſacra iuſſit apparari: ipſe indutus pontificalibus aram adijt poſtquam religioſe manus conſecrauit ſanguine cæſorum: officium diuinum ſatellites honeſtauere canentes. Erant trecenti pedites, & totidem mulierculæ ad vnum omnes pſallere docti: qui de Sanctis Thebæis martyribus ſacrum cecinere officium miſſæ: monachi omnes, monialeſq; feruntur fuiſſe. Nam ſubuerſis vndiq; Ciſtercienſibus, qui *Alexandro* Papæ viderentur omnibus obſequentiores viri & fœminæ euerſis monaſterijs apoſtatarunt, ſe armatæ (vt fit) militiæ immiſcentes, poſtquàm vitæ quæſtus non eſt alius viſus, facilior. Ferunt rumore tum diſſeminatum, quod aſini & meretrices in exercitu eius, maioribus vterentur ſumptibus, quàm tota Imperatoris familia, quæ tum opulentiſſima videbatur: & Clericos ac fœminas exercitus eius duo præſidia firmiſſima in deditionem accepiſſe. *Paſchalis*, quem tum Imperator prò ſummo Pontifice venerabatur, viri ſtrenuitatem amplexans, demiratus ſic ei ſcribere ſolebat. *Chriſtiano Chriſtianiſſimo Apoſtolicæ ſedis Legato, Imperialis aulæ Cancellario, Romanæ eccleſiæ filio fideliſſimo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.* Mirum dictu, homo Teutonicus, natione Turingus non minor facundia, quàm geſtarum rerum gloria, Latina, Græca, Italica, & Brabantina lingua iuxta vtebatur. *Krantzius lib. Sax. cap. 34.*

ALEXANDRI III. PONTIF. FVGA APVD VENETOS.

CCXCV INterim *Alexander* (priuſquam *Fridericus*
manu potius ſuperna quàm Mediola-
nenſium victus profugeret) Cæſarianis ob-
rutus inſidijs, quæ vrgebant vbique Ponti-
ficem; ne in manu caderet hoſtili, Impera-
tor enim Romam iam aduentabat minarũ
plenus, & ferociſſimus hoſtis, duabus trire-
mibus à *Gulielmo* Siciliæ Rege in Tyberim
præmiſſis, Caietam primum, inde Beneuen-
tum ſe contulit. *Fridericus* autem *Guidone*
pro vero Pontifice Romæ conſtituto, in
Apuliam abijt, crudeli prius ædicto propo-
ſito, quo omni Italia Pontifex *Alexander*
exturbabatur: ac capitale eſſet, ſi quis eum
fugitiuum, ac Imperij hoſtem iudicatum,
cibo, potuuè aut hoſpitio iuuiſſet; excidio
indicto ciuitatibus, ac Regulis, qui illum
excepiſſent. Tantis Cæſaris vexatus *Alexãder* perſecutionibus, quum omnia Italię loca ſibi hoſtilia cerneret, *tacitam fugam meditatus, à Beneuento ad Garganum montem tranſijt; mox inde Lyburnico nauigio Iaderam delatus, ex Dalmatia ignoto habitu Venetias, profugit. Quodam ſub arcu in via publica non longe ab eccleſia S. Apollinaris pernoctauit; ſequenti nocte in atrio S. Io: de Riuo alto, tertia nocte in prothyro S. Iacobi, tandem locum non habens in diuerſorio, inopis ſacerdotis habitu ad Charitatis ædem latuit, atq; ad ſordidũ culinæ miniſterium, vt occultius perſonæ magnitudinem celaret, ſe vltrò dimiſit. Verum non diù tantus hoſpes latere potuit: nam dum Miſſarũ ſolẽnia in templo celebrat, eũ quiſpiã intuitus, qui tum ibi fortè ſacris intererat, cui*

Sal. An. 1176. *Commodo fuiße nomen tradunt, Alexandrum*
Pontificem certo eſſe cognouit inditio. Statim-
que Principi, & Patribus in curiam delatus
propalauit. Nouitatem omnes admirati, ad
eum ſtatim publicè incubuere excipiẽdum.
Princeps igitur, Senatus, populus, Clerusq;
omni honorificentiſſimo apparatu ad locũ
profecti, *Alexandrum* Pontificem aduoluti
genibus lætanter excipiunt, ac inter publi-
Pontif. à Venetis excipitur. cas gratulationes in Patriarchatum Oliuo-
lenſem deducunt; Legatione inde S. C. de-
creta ad *Fridericum*; duo Clariſſimi viri
ccxcvi *Philippus Vrſus*, & *Iacobus Centranicus*
Legati ad Imp. extemplo ad *Fridericum* delecti, cum veniſ-
ſent, orant, vt poſitis armis, infeſtationeq;
Eccleſiæ omiſsa, cum Pontifice in gratiam
redire velit ad decus Chriſtiani nominis,
ccxcvii pacem Italiæ, & quietem gregis vniuerſi.
Literarũ Ducaliũ obſignatio. Cum verò publicæ literæ ad *Fridericum* de
fide Legatis habenda cęrà, vt fit, obſigna-
rentur; mandauit Pontifex, vt in gratiam
Principis & Senatus, Ducales literæ plumbo
munirentur in poſterum. Legati igitur ad
Fridericum Apuliæ degentem profecti,
benignè ab eo inter circum aſtantium Im-
perij procerum coronam excipiuntur; hu-
maniſſimiſque verbis Reip. nomine expoſi-
ta mandatorum parte: vbi ad mentionis
cum Pontifice agendæ venere, *Fridericus*
ira accenſus; Ite (inquit) & hoc veſtro Prin-
cipi referte *Fridericum* Romanorum Im-
ccxcviii peratorem, ſontem & fugitiuum hominem
repoſcere: qui niſi quàm primum ſub cu-
ſtodia mittatur, fore vt Veneti rebelles,
hoſteſque Imperij iudicentur, euenturumq;
vt Victrices Aquilas, & Imperialia ſigna
ante D. Marci ædem præfixa medio foro
breui conſpecturi ſint. Cum his legati di-
miſſi, ferociſſimũ *Friderici* reſponſum Se-
natui retulere. Pontifexque plurimum ex-
pauit: ſed Princeps iacentis animum con-
ſolando erigens, omnes maritimas Reipu-
blicæ vires ad eius dignitatem tuendam ob-
tulit. *Fridericus* autem in Venetos motu-
rus ſpetuaginta quinque triremium claſsem
confeſtim inſtruendam curauit, eique *Otho-*
ccxcix. *nem* filium præfecit. Veneti ex altera parte
ad retinendum maris imperium contra po-
tentiſſimum hoſtem arma & ipſi ſedulo pa-
rant: eratque ciuitas in tanti belli expecta-
tionem erecta: quum ſubitò trepidiſſimis
nuncijs allatum eſt, *Othonem Friderici* filiũ
cum numeroſa claſse ad Hiſtriæ littora ap-
puliſse, ingentique populos terrore concuſ-
ſos noua conſilia agitare: tum *Zianus* Prin-
ceps in tanto Reipublicæ diſcrimine ad ex-
pediendam claſsem conuerſus, triginta
triremes optimè inſtructas mira celeritate ccc
contrahit, diuiniſque rebus à Pontifice piè
celebratis, proſperam ipſe nauigationem,
felicem pugnam, maturamque victoriam
principi, Venetoque nomini præcatur: in-
de ad *Zianum*, qui iam ferro cinctus cum
magna nobilitatis parte in foro aderat, con-
uerſus, aurato eum enſe, alijſque equeſtri-
bus ornamentis publicè inſigniuit, horta-
tuſque eſt, vt in Dei auxilio ſpe repoſita, Ve-
netus fortiter pugnare vellet, nec enim de-
futuram cęlitus opem, quæ inſigni victoria
Venetum nomen perpetuo illuſtraret: ille
verò portu egreſsus triginta longis nauibus
in hoſtem magno animo fertur; quem ad
Salborium Hiſtriæ promontorium, quod in
Pyranenſi tractu eſt, repertum ferociter
inuadit: excepitque Germanus pari auda-
cia Venetum irruentem, commiſsaq; atroci
pugna pluribus horis dubio vtrinque Marte
dimicatum eſt. Claſse demum hoſtium
fuſa, profligataque inclytam Venetus victo-
riam adeptus eſt. Nam *Othone* capto, &
ſaucio, ſexaginta ferme hoſtium trire- *Venetor. victoria.*
mes, præter alias in profundum demer-
ſas, incenſaſque in Venetorum venere po-
teſtatem. Ad eam ſingularis victoriæ famã
ingens lætitia cum ſtupore Pontificis ani-
mum vniuerſamque ciuitatem occupauit:
nec adduci homines poterant, vt crederent, à
tam paucis innumerabilem manum profliga-
tam eſſe, ſecundoque euentu in potentiſſimum
hoſtem, ac longe viribus ſuperiorem, ita à Ve-
neto pugnatum. Sed nihil eſt in rebus bellicis
tam inexpugnabilem, & munitum, quod non
diuino certe conteratur auxilio. Vt vero vi-
ctricem claſſem ad vrbem appropinquare nun-
ciatum eſt, videndi ſtudio ingens populi mul-
titudo obuiam effuſa ad portum vſque proceſſit:
ibi quoque Pontifex, Senatuſque omnis offi-
cij gratia aderant: è Ducariaque triremi in
littus Principem deſcendentem, ſtatim Ale-
xander Pontifex complexus, victoriam illi
gratulatur: inde annulum porrigens aureum,
Accipe, inquit, Ziane, & me authore hoc Ma-
re tibi, Venetiaque armis obnoxium deſponſa-
to; quod tu, & futuri Principes quot annis

ſtato

Sal. An. 1177. *ſtato die in perpetuum ſeruabitis; vt omnis poſteritas memoria repetita intelligat, maris poßeſſionem patria virtute, ac nauali diſciplina veſtram eſſe iure belli quandoque factã; atque vt vxorem viro, ita illud hoc deſponſationis annuæ munere veſtro ſubiacere imperio. Tum Princeps gratijs Pontifici actis, Othonem Friderici filium, quem ſecum adduxerat, captiuum obtulit: ipſeq; atq; alij Germani proceres, maritimo prælio capti in cuſtodiam traduntur: mox Otho cum Venetis egit pollicituſque eſt, ſi in Germaniam è cuſtodia dimiſſus proficiſceretur, fore, vt Fridericus pater cum Alexandro Pontifice, & Veneto Senatu in gratiam rediret: quòd ſi ille reiecta pace in armis perſeuerare vellet, ſolemni iuramento fidem ſuam aſtrinxit, ſe quam primum ad Venetos ſub priſtinam cuſtodiam rediturum. His igitur pollicitationibus Otho dimißus in Germaniam profectus eſt: & quum ad patris conſpectum veniſſet, maxima lætitia ab eo excipitur. poſt hæc de ratione belli multa locutus, fortunam in re militari Otho accuſauit, quòd viribus ipſe longe ſuperior à Veneto nauali prælio victus fuiſſet: atteſtatuſque eſt, ſe omnia diligentiſſime curaſſe; quæ ad optimi Imperatoris officium pertinerent, ſed credere, diuina prouidentia factum, quod tam valida claſſis à pauciſſimis profligaretur, atque ex iniuſta belli cauſa hanc pugnam aduerſam eueniſſe; orare ſe proinde ipſius clementiam, vt à Pontifice inſectando abſiſteret, & cum eo, & Venetis pacem, amicitiamque reconciliatis animis firmaret; quod Deo acceptiſſimum, ac vniuerſo Chriſtiano populo valde ſalutare futurum eſſet; ſatis, ſuperque in Pontifice oppugnando terra, mariq; laboratum; ſed omnia fruſtra tentata, quum iniuſtum geratur bellum, aduerſus optimum, & ſanctiſſimum Pontificem; facturum eum iccirco rem Chriſtiano, ac Auguſto nomine dignam, ſi pacato tandem ipſe animo, odiorumque, ac irarum extinctis facibus, Pontificem amplecteretur, profugumque in Romanam ſedem verum Chriſti Vicarium reduceret. Magniſque ad hæc inſtabat precibus, vt accepta prius publica fide, Federicus ad Venetam vrbem ſe conferret, vbi Pontifici coram ſatisfaceret, ac ab eo venia petita, duo Chriſtiani nominis ſummi principes perpetuam inter ſe pacem componerent. Valuit filij oratio plurimum apud patrem; continuoq; Federicus ab armorum ſtudio ad pacem conuerſus, de reconciliatione, ac concordia redintegranda cum Alexandro, & Venetis per Legatos agere cœpit: nec ita multò poſt publica fide accepta, Federicus cum Othone filio, ac frequenti Germanorum, Italorumq; procerum comitatu Venetias acceſsit. Petrus Zianus Principis filius, cum ſex longis nauibus officij gratia Rauennam vſque primum mißus eſt illi obuiam, vrbique poſtea appropinquantem multa nauigia inſigni ornata apparatu Clodiam vſque progreſſa Federicum triremi aduectum ornatiſſima exceperunt. Vbi verò Venetias peruentum, Alexander Pontifex ad Diui Marci templi fores ſella ſedens aurea, Cardinalibus, Oſtienſi, Portuenſi, Præneſtino, ac vna Ziano Principe Senatuque omni aſtantibus, Federicum ad ſe progredientem expectabat. is vbi proximo loco ſtetit, purpuream humeris clamidem depoſuit, atque humi, Imperiali amoto faſtu, procumbens, Pontificis pedes exoſculatus eſt. Alexander autem Friderici collo planta ſuperpoſita, Dauidicum illud in Pſalmo protuliſſe dicitur.* Super Aſpidem, & Baſiliſcum ambulabis, & conculcabis, Leonem, & Draconem; *tũ Federicus, alto adhuc inflatu ſpiritu,* Non tibi, *inquit,* ſed Petro. *Cui Pontifex impreſſa fortius planta,* Et mihi, *ait,* & Petro. *Inde illum confeſtim manu alleuatum Pontifex ad oſculum admiſit; templumque ſimul ingreſſi duo Orbis terrarum ſummi Principes ad aram maximam acceſſere; vbi ædito in loco poſt pias preces Deo redditas, ambo conſpecti, ac ſe inuicem cum gaudio alloquentes, ſuauiſſimũ populo ſpectaculum præbuere. Aderant & hi omnes viri religioſi, & cucullati, Pontificem ex diuerſis Orbis partibus ſequuti, Pontius Claramontius, Epiſcopus Bonaualles, Abbas Romualdus, Archiepiſcopus Saleruitanus, Rogerius comes Andriæ, ambo Oratores Regis Siciliæ, Vldericus Aquileienſis Patriarcha, Philippus Colonienſis, Chriſtianus Maguntinus, Vicamanus Magelburgenſis, Arnulphus Treuerenſis, Corradus Salzburgenſis, Archiepiſcopi: Algiſius Mediolanenſis, cum Milone Epiſcopo Taurinenſi; & plerique alij tam Itali, quam exteri viri inſignes. Ferunt; ſolenni Dominica Aſcenſionis die id factum: vnde in tam fœlicis rei memoriam, celebrem illam indulgentiam Diui Marci templum viſitantibus quotannis eadem die in perpetuum*

tuum

tuum conceſſam. Qua item luce Princeps Sal. An. 1176. *cum magna Senatus parte Bucentauro ad mare deſponſandum ad portus fauces progreditur, inaurateque annulo è puppi in ſubiectum pelagus protecto, hæc pauca ore profatur, Deſponſamus te mare, in ſignum veri, perpetuique Imperij: atque inde Superis pie exoratis, Princeps, Patreſque reuerſi, laute in curia epulantur. Nec ita multis interiectis diebus, Pontifex, Imperatorque Venetijs abiere. Quos Zianus Princeps officij gratia ſequutus eſt: ſed Federicus terreſtri itinere, Alexander autem Pontifex cum Ziano Principe eodem tempore mari Anconem peruenere: vbi quum tota ciuitas lætabunda ad portum effuſa, publico nomine Vmbellas duas auro contextas, vnam Alexandro, alteram Federico obtuliſſet, tum Pontifex tertiam Veneto Duci afferri iuſſit, eaque, vt ipſe, & reliqui Principes perpetuò vterentur, inſtituit. Vbi verò Romam ventum eſt, ingenti quidem lætitia Pontifex à tota ciuitate excipitur. Et quum inter multa, & varia Romani populi officia, argenteas tubas, diuerſi quoque coloris vexilla eſſet intuitus, ad Apparitores conuerſus, qui illi aſtabant, ex ipſis tubis octo, totidemque vexilla, in adeptæ victoriæ memoriam offerri Principi Ziano iuſſit. Cæterùm non deſunt, qui affirmant, fuiſſe inſignia illa aliunde quæſita, victoriæque huius ſucceſſum diuerſum ab eo, qui à nobis traditus eſt, enarrant: ſed id Veneti Annales habent: confirmatque hoc idem figuratio illa in comitijs totius rei geſtæ: niſi enim res eo modo, quo ſecuta, & à nobis relata eſt, veritatem contineret, non vtique Priſci illi Veneti modeſtia pleni, tam impudenter eam Hiſtoriam in publicum referendam cenſuiſſent. Adde, quòd eiuſdem rei ſchema Senenſi in Vrbe ducenteſimo & amplius ab hinc anno figuratum apparet: id quod multi vidiſſe affirmant in queis Matthæus Dandulus, & Aloyſius Mocenicus, viri ampliſsimi, ſunt, qui dum è Roma legatione functi, per Hetruriam iter facerent, rei geſtæ ſeriem publico Senarum atrio depictam inſpexere; & ad præſens hoc tempore, quo hæc ſcribimus,* Pius IV. *Pontifex Maximus eandem Hiſtoriam Romæ in inſigni aula à Ioſepho Saluiati, pictore nobiliſſimo, excellenti opere repræſentandam curauit huiuſcemodique Elogium, quo res geſta breuiter continetur, apponi iuſſit:* Alexander Papa III. Friderici I. Imp. iram, & impetum fugiens, abdidit ſe Venetias, cognitũ, & à Senatu perhonorifice ſuſceptum, Othone Imperatoris filio nauali prælio à Venetis victo, captoque. Federicus pace facta, ſupplex adorat, fidem, & obedientiam pollicitus: ita Pontifici ſua Dignitas Venetæ Reip. beneficio reſtituta. *Quid clarius? Extant etiam carmina quædam vetuſto ſaxo inciſa, ſuper fores templi, quod ad Salborium in Hiſtria ora eſt, vbi nauale fuit prælium; quæ fidei cauſa hìc annotauimus:*

Heus populi celebrate locum, quẽ tertius olim
Paſtor Alexander donis cæleſtibus auxit.
Hoc etenim pelago Venetæ victoria claſſis
Deſuper eluxit, ceciditque ſuperbia magni
Induperatoris Federici, & reddita ſanctæ
Eccleſiæ pax alma fuit: quo tempore mille
Septuaginta dabat, centum, ſeptemq; ſupernus
Pacifer adueniens ab origine carnis amictæ.

Sed (vt alia omittam) id ne forſan difficile eſt, credere, populum maritimæ rei diſciplina clarum, qui Pipinum Regem potentiſſimum, qui Rogerium, qui Guiſcardum, Hunnos, Sarracenos, Mauros, naualibus ſæpe prælijs deuiciſſet, Othonem Federici filium numeroſam ductantem claſſem profligare non potuiſſe, vicere Romani parua manu Tygrannem Armeniæ Regem, Mythridatem, Antiochum; Alexander exiguis copijs, Darium, Porum; atque alias gentes alios: cur non Veneti maritimis pollentes viribus Othonem iniuſtum gerentem bellum? Sed id externi ſcriptores non ponunt, nec ijdem propterea negant. ſatis eſt, quòd domeſtici annales aſſerant, referant, atteſtentur, quos ſequi debeo, in his præſertim, quæ tam vero ſimilia ſunt, vt nihil poſſit eſſe, vel magis ſimile, vel rationi, fideique proximum. Vſque huc *Petrus Iuſtinianus*. In eo tamen fallitur, quod externi ſcriptores Venetam non recenſeant hiſtoriam. Nam vltra librum M. S. *de Hiſtorijs ſacræ legis; cap. de Memorabilibus Alexandri Papæ III.* vnde ſub Pontificatu *Innocentij VI.* regnante Venetorum Duce *Ioanne Delphino*, Epiſcopus Capitenſis, qui Romæ vicemgerebat Vicarij, geſta omnia *Alexandri* calcantis colla *Friderici* ad Rempublicam Venetorum tranſmiſit; Concordant *Obo* Rauennates; & *Aicardus* ambo contemporanei ipſius *Friderici*; & refertur à *Bernardino Corio Medielanenſi*, qui lectus à *Ludouico Sforcia Me-*

dio-

Sal. An. 1176. diolanenſi Duce, & ſtipendio donatus vt patriæ geſta recenſeret, vt ait *Io: Neuizan. inter conſilia Bruni. Conſ.* 12. *n.* 80. Venetis haud palmam dediſſet, ſi Mediolanenſium gladio *Fridericus* colla ſubſtraſſet. Conſonant *Benuenutus Rambaldus*; *Laonicus Chalcocondilla*; *Iacobus Spigellius*; *Hertmanuus Schedelius*. *Albertus Krautzius Saxon.lib.6.c.36.Cromerus lib.11.Hiſtor.Polon. p.2.* & alij (quos videre eſt apud *Cl. Cormel. Frangipan. in ſua allegat. de victoria nauali contra Fridericum I. Imper. prò Venetorum Repub.*

Ceſſante itaque ſchiſmate, quod annos viginti durauerat, pax redijt inter regnum & ſacerdotium. Ceſſit à ſchiſmate *Callixſtus Ioh.* & factus eſt Epiſcopus Beneuentanus; Archiepiſcopi pallia accepta à ſchiſmaticis abiecerunt, qui Conrado Vvitelſpachio per *Fridericum* depulſo, fuerat ſubrogatus & *Chriſtianus* Moguntinus, *Philippus* Colonienſis per manus *Hyacinthi* Cardinalis noua pallia receperunt. *Conradus* viciſſim ius malè ereptum repetijt in publico conſeſſu, præſentibus *Alexandro*, & *Friderico*, cauſatus emulum, qui acerrimè eccleſiam oppugnaſſet, non poſſe abſque iniuria, eccleſiæ propugnatori præferri. Tunc *Alexander* ſaſſus *Conradum* æqua poſcere, ſed datum ſalua pace, reſpondit, non poſſe reſcindi. Videret proinde *Conradus* mallet ne Eccleſiæ tranquillitatem, an *Chriſtiano* infulam adimere? Ille autem modeſtè omnia arbitrio Pontif. comittens, Archiepiſcopatu Saltzburgenſi in præſens donatus eſt.

D E C R E T V M

De duobus ſchiſmaticis Archiepiſcopis Salisburgenſibus remouendis, & nouo ab ſe confirmato & inueſtito recipiendo.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator & Semper Auguſtus, dilectis ſuis omnibus Prælatis ac Miniſterialibus Salzburgenſis Eccleſiæ, & vniuerſo clero & populo ipſius Eccleſiæ, per Karinthiam & Marchiam (Stirenſem) conſtitutis, gratiam ſuam & omne bonum.

CVm Deo pacis auctori & amatori placuit Romanum Imperium in vnam voce vocare concordiam cum Romana Eccleſia, & pacis iucunditate poſt diutinos labores vniuerſam reſpirare Eccleſiam, ſubijt animum pre Salzburgenſis Eccleſiæ ſtatu ſolicitos eſſe, & eius reſtaurationi diligenter intendere. Et quoniam per duos ſibi inuicem oppoſitos Eccleſia grauiter diſtracta fuerat, nec aliqua ſpes ſupererat, vt manus, quæ diſtraxerant, in integrum poßent diſtracta reſtituere, tam Domino Papæ, quàm fratribus eius Dominis Cardinalibus, nobis quoque & maioribus Imperij Principibus, viſum fuit vtile, vtroſque remoueri; & alium, per quem facilius reformari poſſet Eccleſia, ſubſtitui. Poſt multam igitur deliberationem, in gratia & beneplacito Domini Papæ ac noſtro, vterq; ſuper hoc verbo ſe poſuit, ſuoque iuri, quod in Salzburgenſi Eccleſia quiſque videbatur habere, in manus Domini Papæ ac noſtras penitus abrenunciauit.

Vacante ſic Eccleſia Prælatos Salzburgenſes & alios, qui cum ipſis aderant, de facienda in alium electione diligenter conuenimus. Sed, licet nobis magna ſupplicarent inſtantia, vt ad veſtram vſque omnium præſentiam differretur electio, tamen Domini Papæ mandato ac noſtro, & omnium Principum conſilio, quoniam

ſæpe nocet differre paratis,

ad electionem acceſſerunt, & de gremio Eccleſiæ Romanæ, Domnum videlicet Chunradum conſanguineum noſtrum Palatinum, in Eccleſia veſtra enutritum, in Paſtorem & Epiſcopum animarum ſuarum concorditer & vnanimi voce elegerunt. Quam vtique electionem Domnus Papa totaque Curia ratam habuit & confirmauit, noſque de regalibus ipſum inueſtiuimus cum ea integritate, qua Archiepiſcopus Eberhardus decedens illa tenuiſſe dinoſcitur. Nam generali Principum ſententia iudicatum eſt, quidquid vel per nos, dum eiuſdem Eccleſiæ bona in noſtra teneremus poteſtate, vel per quoslibet alios infeudatum, vel quocunq; modo ſub hoc tempore eſt alienatum, inane prorſus eſſe debere & irritum.

Quamuis ergò Maieſtas noſtra ſæpenumerò à vobis grauiter læſa ſit, & acriter vltrà, quam vellemus, prouocata, tamen diuini amoris intuitu, ac beati Ruodberti reuerentia, & ex conſueta Imperialis manſuetudinis clementia, tam vos quàm Salzburgenſem Eccleſiam ſerena pietate proponimus reſpicere, & in antiquum ſtatum noſtræ auctoritatis munimine reuocare. Vniuerſitatem

igitur

Sal. An. 1176. *igitur veſtram diligenter commonitam eſſe cupimus, vt, quod tam à Domno Papa, quã à nobis, ad honorem & reſtaurationem Eccleſiæ Salzburgenſis in ſpiritualibus & intemporalibus modò factum eſt, debita reuerentia & alacritate recipiatis, ac ratum teneatis; & Domno Cunrado Archiepiſcopo veſtro, dilecto conſanguineo noſtro, ea fide & deuotione & obedire & ſeruire ſtudeatis, vt noſtræ benignitatis affectum meritò ſuper hoc experiri debeatis. Si quis verò, quod non credimus, his, quæ magna conſilij maturitate ad vtilitatem & reformationem Salzburgenſis Eccleſiæ nunc ordinata ſunt, contraire præſumpſerit, & à Domno Papa excommunicationis ſententiam recipiet, & noſtræ Maieſtatis indignationem proculdubio ſentiet. Datum Venetiæ, V. Idus Auguſti, Anno Dominicæ incarnationis MCLXXVII.*

Vt autem lectorem minimè lateant quæ ſingilatim tam prò Lombardis, Siculis, Romanis, atque Germanis conuenta fuere, hæ ſic.

L E G E S

Pacis inter Papam & Imperat. ſtatutæ.

cccvii F*Ridericus Imperator Alexandrum Pontificem in Catholicum & Vniuerſalem Pontificem recipiet, ac debitam ei reuerentiam adhibebit, perinde ac Catholici ipſius anteceſſores Catholicis eius anteceſſoribus præſtiterunt, eademque ſucceſſoribus eius Catholice ineuntibus exhibebit.*

Reddet veram pacem Alexandro, & omnibus ſucceſſoribus eius, & vniuerſæ Romanæ Eccleſiæ.

Quæcumque poſſidet, aut tenet, ſiue Præfecturam, ſiue rem aliam, quam Romana Eccleſia habuit, & ipſe vel per ſe vel per alios abſtulit, bona fide reſtituet, ſaluo omni iure Romanæ Eccleſiæ. Quaſque poſſeſſiones reſtituet, ad eas etiam retinendas auxilio erit.

Imperator & Pontifex ad honorem & iura Eccleſiæ atque Imperij conſeruanda ſe inuicem adiuuabunt. Pontifex vt benignus pater deuotum & cariſſimum filium & Imperatorem Chriſtianiſſimum: Imperator, vt deuotus filius & Chriſtianiſſimus Imp. dilectũ reuerendum patrem & B. Petri Vicariũ.

Quæ à tempore ſchiſmatis, vel occaſione ipſius, aut ſine ordine iudiciario Eccleſiaſticis ab Imperatore vel ſuis erepta ſunt, eis reſtituentur.

Beatrix Imperatrix recipiet Alexandrum Pontificem in Catholicum & venerabilem Pontificem. Henricus Rex, filius eorum, ſimiliter recipiet eum, atque ei & Catholicis ſucceſſoribus eius debitam reuerentiam adhibebit, & Sacramento eodem ſe obſtringet, quo ſe Imperator obſtrinxerit.

Fridericus Imperator, & Henricus Rex filius eius, pacem veram reddent Gulielmò Regi Siciliæ ad annos quindecim, ſicut per ſequeſtres pacis eſt conſtitutum.

Imperatori Conſtantinopolitane, & adiutoribus Eccleſiæ Romanæ, pacem reddent, nec mali quidquam referent per ſe vel per ſuos pro opera Eccleſiæ Romanæ impenſa.

De controuerſijs, quæ ante tempora Hadriani Pontificis inter Eccleſiam et imperium verſabantur, ſequeſtres ex parte Pontificis & imperatoris conſtituent, quibus mandabitur, vt eas pro arbitrio tranſigant. Quod ſi illi non conſenſerint, iudicio ſtabitur Pontificis & imperatoris, vel eorum, quos ipſi delegauerint.

Chriſtiano Cancellario Moguntinus Archiepiſcopatus, Philippo Colonienſis concedere tur, & pleniſſimo iure firmabitur.

Primus Archiepiſcopatus, qui in Teutonico Regno vacauerit, Conrado auctoritate Pontificis & auxilio imperatoris deferetur, qui idoneus videatur.

Ei, qui ſe Caliſtum appellat, Abbatia tribuetur. Illi, qui dicuntur eius Cardinales, loca repetent, quæ primum habuerunt, niſi ea ſponte & iudicio dimiſerant, & in Ordinibus, quos ante ſchiſma habuerant, relinquentur.

Gero nunc dictus Alberſtatenſis deponetur, & Vlricus reſtituetur.

Alienationes à Gerone factæ, & beneficia data ſimiliter, & ab omnibus intruſis, auctoritate Pontificis & Imperatoris delebuntur & ſuis Eccleſijs reſtituentur.

De electione Brandeburgenſis Epiſcopi, qui in Bremenſem Archiepiſcopatum lectus fuerat, cognoſcetur: &, ſi rite factum fuerit, ad eam Eccleſiam traducetur. Et quæcumque ab Aldeuino, qui nunc praeeſt Bremenſi Eccleſiæ, alienata ſunt, prout rite factum viſum fuerit, eidem Eccleſiæ reſtituentur.

Quæ Salisburgenſi Eccleſiæ tempore ſchiſmatis ademta ſunt, ei plene reddentur.

Om.

Sal. An. 1177. *Omnes Clerici, ex Italia, aut alijs regionibus, quæ ſunt extra Teutonicum Regnum diſpoſitionis & iudicio Alexandri Pontificis & ſucceſſorum eius relinquentur. Si vero Imperator rogarit pro Ordinibus aliquorum, vſque ad decem vel duodecim, exaudietur.*

Garſidonius Mantuanus Epiſcopatui quõdam ſuo reſtituetur, ita vt ille, qui nunc eſt Epiſcopus Mantuanus, ad Epiſcopatum Tridentinum traducatur: niſi forte inter Pontificem & imperatorem conuenerit, vt alius ei Epiſcopatus indulgeatur.

Archiepiſcopus de Sauo in Archipresbyteratum quondam ſuum, & alia beneficia, quæ ante ſchiſma habuit, reſtituetur.

Omnes ordinati à quondam Catholicis in Teutonico Regno reſtituentur Ordinibus ſuis ita perceptis.

De Argentinenſi & Baſilienſi dictis Epiſcopis, qui ordinati fuerunt à Vidone Gremenſi, in eodem Regno prædicti ſequeſtres rem committent decem vel octo hominibus, quos ipſi elegerint, qui iureiurando affirmabunt, ſe illud conſilium Pontifici atque Imperatori daturos, quod ſe iuſte dare poſſe ſine anima ſua atque ipſorum detrimento ſtatuerint, & Pontifex atque Imperator eorum conſilio obtemperabit.

Pontifex, aut Legatus eius coronabit: & Henricum filium eorum in Catholicum & Romanum Regem.

Pontifex & Cardinales pacem reddent Friderico Imperatori, & Beatrici Imperatrici, & Henrico Regi, filio eorum & omnibus adiutoribus eorum Pontifex, & omnes Cardinales promittent, ſe obſeruaturos hanc pacem in verbo veritatis, & priuilegium condent ſigillis ſuis appoſitis.

Pontifex ſubito aduocato Concilio, prout ſubito aduocari potuerit, cum Cardinalibus, Epiſcopis & alijs religiſis hominibus, qui interfuerint, excommunicationem ſtatuet in omnes, qui hanc pacem violare voluerint; deinde in generali Concilio.

Plerique Nobilium Romanorum, & Capitaneorum Campaniæ hanc pacem firmabunt.

Imperator pacem cum Eccleſia, & pacem cum Rege Siciliæ ad quindecim annos, & inducias cum Lombardis à proximis Kalendis Auguſti vſque ad ſex annos, firmabit iureiurando ſuo, Principumque ſuorum, mandabitque Lombardos, qui in parte ſua ſunt, prout in tabulis induciarum communibus eſt deſcriptum, eas inducias confirmare. Si quis vero ex parte Imperatoris has inducias iurare uoluerit, Imperator praecipiet omnibus, qui in parte ſua ſunt, pro officio fidelitatis & gratia ſua, vt nullum præſtent auxilium, & volentibus offendere, ne impedimento ſint. Si quis offenderit, culpa vacuus ſit. Nec mandatum hoc reuocabit Imperator, donec induciæ ſtabunt.

Henricus Rex, filius eius, pacem cum Eccleſia & cum Rege Siciliæ ad quindecim annos, & inducias cum Lombardis ad ſexennium ſcripto confirmabit, ac ſui Principumque ſuorum ſubſcriptione.

Si vero, quod abſit, Pontifex præmoriatur, Fridericus Imperator, & Henricus Rex filius eius, hanc formam pacis & compoſitionis firmiter obſeruabunt ſucceſſoribus eius, & vniuerſis Cardinalibus, & toti R. E. & Regi Siciliæ, & Lombardis, & cæteris qui ſecum ſentiunt. Et ſi, quod abſit, imperator præmoriatur, Pontifex, & Cardinales, & Eccleſia Romana prædictam pacem firmiter obſeruabunt ſucceſſori eius, & Beatrici vxori, & Henrico filio eius, & omnibus ex Teutonico Regno, & cæteris adiutoribus eorum, & ſucceſſores Pontificis ſimiliter obſeruabunt.

SVLTANI IRRVPTIO IN CHRISTIANOS. Anno 1177.

cccviii HOc tempore *Emanuel* Græcorum Imperator bellum in Sultanum habuit, de quo Imperatori Occidentis ſic ſcripſiſſe fertur.

Emanuel in Chriſto fidelis Imperator, Porphyrogenetus, diuinitus coronatus, regnator potens, excelſus & ſemper Auguſtus, moderator Romanorum magnificus, Nobiliſſimo & glorioſiſſimo Regi Alemaniæ & Imperatori, ac dilecto fratri Imperij noſtri, ſalutem & fraterni amoris affectum.

In fine autem ſic contulit: *Sultanus Imperio noſtro ſe dedidit, & miſſis legatis miſericordiam poſtulauit, fecitque imperio noſtro hominium, & iuramenta: pollicitus eſt ſeruire nobis aduerſus omnem hominem cum exercitu, itaut ſit amicorũ noſtrorum amicus, & hoſtis inimicorum.* Hanc epiſtolam Impera-

Sal. An. 1177.

peratur *Fridericus* ſuſcepit ſcriptam aureis
literis : Cum tamen Legationem Sultani
prius accepiſſet contraria omnia nuncian-
tem : nam & exitus monſtrauit præualuiſ-
ſe Sultanum . Venerunt quoq; Imperatori
cum his literis munera precioſa : inter quę
cantharus ſmaragdinus, capiens ſextarium
balſami piſtici, & plurimæ gemmæ precio-
ſæ. Porrò *Fridericus* egrè ferens nomen
Byzantini in literis ſuo præpoſitum, qui
Romano inhians imperio, iam plurimos
auro corruptos Romanos in ſuam ſenten-
tiam pellexerat ſequenti forma reſcripſit.

Fridericus diuina fauente clementia, in-
cccix *clytus Triumphator, Romanorum Imperator,*
à Deo coronatus, ſublimis in Chriſto, Fidelis,
Magnus, Pacificus, Glorioſus Cæſar, Græco-
rum Moderator, & ſemper Auguſtus, ſalu-
tem & fraterni amoris affectum.

Sicut ille Rex Regum, à quo omnis pote-
ſtas, Romanum Imperium caput totius or-
bis conſtituit, ita etiam Sedem Romanæ Ec-
cleſiæ omnium Eccleſiarum unicam matrem
dominam, magiſtramq; ordinauit, quod vtiq;
duorum numero gladiorum ſignauit, quos
dixit orbi ſufficere ipſe author fidei Chriſtia-
næ.

Quapropter tuam prudentiam commone-
mus, quatenus nobis & Romano Imperio
honorem debitum recognoſcas, & Summo
Pontifici, quem nomine Sanctum appellas,
debitam exhibens obedientiam & honorem.

HENRICI LEONIS INFORTVNIA. An. 1178.

cccx HVmana viciſſitudine, quæ nullum per-
mittit immunem iam *Henricum* ag-
greſſa *Leonem*, vndique bello petebat lauo-
nico, quod *Philippus* Colonienſis, & *Vdal-*
ricus Halberſtatenſis accenderant. Trans
Albin nuncijs reuocatus in Saxones Orien-
tales, qui montem Hoppelbergium muni-
tione firmabant, velut futurorum vates,
in has voces erupit: *Bella video, bella mihi*
parantur. Igitur illuc, vbi belli ſedes loca-
batur, citatis accurrēs caſtris hoſtem è nido
depulit, & ſolo æquauit affecta munimen-
ta. Verùm hoſtis nactus otium reparandi
vires, reuerſus, cæpto inſtitit operi, & *Hen-*
ricum reuerſum ad operas diſturbandas,
prœlio coniecit in fugam, impedimentis
exuit, multos cecidit, plurimos fecit cap-
tiuos. Qui ad paludes confugerant, aquis
ſubmerſi. Hac clade, generoſi *Henrici*
ſpiritus inclinari cœperunt. Spreti Cæſaris
conſciētia animum primò exagitabat, haud
quaquam dubitans Cæſarem attrocem me-
ditari vindictam, quà acceptum dedecus
cccxi castigaret. Iam *Philippus* Colonienſis,
vetere flagrans odio, an *Friderico* ſtimu-
lante. Quernhamelam vſque, Saxoniam
latè vaſtauerat : à quo tamen Leo ſibi ab-
ſtinendum duxit, vt Cæſarem placaret, &
prouocatione Dominum recognoſceret.
Huic itaque in Germaniam regreſſo, Spi-
ræ Nemetum occurrens, de acceptis à Co-
lonienſi queritur iniurijs : audijt quidem
querelas Cæſar, ſed fronte adeo nubila, vt
facile *Henricus* in iudice hoſtem recogno-
ſceret. Dicta tamen vtrique dies, & roga-
tio Vvormatiam ad Id. Ianuarias eſt reiecta:
ſed *Leo* Cæſaris diffiſus, vadimonium de- cccxii
ſeruit, atque hoc ipſo Procerum, qui con-
uentui aderant, magnam ſibi accerſijt inui-
diam, quaſi Cæſaris maieſtatem nouo con-
temptu, Comitiorum auctoritatem recen-
ti ſperneret contumacia. Aduerſarijs itaq;
abſentiam exaggerantibus, iuſſus eſt adeſſe
Magdeburgi. Cum neque iſthic ſe ſiſteret,
Theodoricus Landſpergius Luſatiæ Marchio
criminatus eum Reipublicæ reum eſſe, ſpo-
pondit, ſe accuſationis æquitatem ſingulari
certamine probaturum, ſi *Leò* facta infi-
ciaretur : credibile autem odio poſtulaſſe,
eo quod Slaui à *Leone* exciti, Luſatiam fœ- cccxiii
de vaſtaſſent. Reſpuit duellum *Leo*, quia
indecorum cum longe impari certamen,
petijtque per amicos copiam Cæſaris priua-
tim ſine arbitris conueniendi. Haldeslebiū
fuit locus, vbi verbis tam placidis eum le-
nijt, vt oſtenderet ſe poſuiſſe iras; & quic-
quid delicti eſſet, remiſſurum, ſi quina
millia marcarum fiſco inferret, vt ſatisfe-
ciſſe videretur imperio. Ille verò, ita eum vr-
gente ad ruinam fato, prudentia deſtituerat
neſcius cedere tempori, ne videretur mul- cccxiv
tam ſoluendo, noxam profiteri, nimium ab
innocente exigi cauſatus, re infecta diſceſſit.
Inde Imperator tertiam illi curiam Goslariæ
præfixit: quàm vt priores, Dux diſſimulando
neglexit. Imper. igitur in concionem aſcen-
dens de more ſciſcitatus proceres, ſententiā
quęrens, *quid mereretur, qui legitime euocatus*

Leo laceſsitus à Colonienſi prouocat ad Cæſarem.

Petit colloqui rcū ſolo Cæſare.

Pecuniā recuſat redimere gratiā Cæſaris.

Sal.An. *tertio contumaciter abeßet? Omnium fuit vna*
1180. *ſententia: velut refractarium, & Reipub. ho-*
ſtem, proſcriptione caſtigandum. Ei nihilo-
minus Cæſar, ne quid inclementius ageret,
ampliationem indulſit in annum poſterum
ad medium verni ieiunij, quo tempore cum
cccxv peruicax Comitia aſpernatus eſſet, Geilen-
Sal.An. huſij igni & aqua eſt interdictus. Secuta
1179. exinde prouinciarum laceratio. *Philippus*
Hēricus Leo proſcribitur Colonnienſis contracto mox exercitu, ad-
ſcitis in belli ſocietatem centurijs populari-
bus finitimorum (quarum erat inſignis im-
pietas & latrocinandi audacia) in Saxones
graſſatus eſt. Ducatus verò Saxoniæ *Ber-*
nhardo de Anehold, filio *Alberti* Marchionis
qui ex eadem Magni nouiſſimi Ducis ſtirpe
per auiam deſcenderet, ſolemni datus eſt
Bernar. apparatu. *Leo* vbi comperit, queſtus eſt
Anehold ſibi attrocem irrogari iniuriam; quia natus
Saxonia in Suæuia, non niſi in terra natiuitatis ſuæ
donatur. potuerit, ac debuerit deſtitui, nec potuerit
niſi in terra natiua proſcriptione damnari:
cccxvii non tamen eſt auditus; ſed omnes præua-
luerunt inimici. *Vvichmannus* Magdeb.
Archiep. Aldeſſeph oppidum obſedit: inerat
validum *Henrici* præſidium. *Bernhardus de*
Lippia præfuit obſeſſis. Multa tentata ſunt
in expugnatione: ſed fruſtrata, fortiter tuen-
tibus, qui inerant. Demum iactis vallis aquā
fecerunt increſcere, vt domus vſq; ad trabes
implerentur. Nec ſic ceſſere obſeſſi. Quum
autem omnes perinde commeatus corrūpe-
rentur, pacti arma & veſtes dimittuntur in-
columes; oppidum funditus euertitur. Ad eas
cccxviii calamitates acceſſerunt *Vdalrici* Ep. Halberſ.
Hēricus execrationes ſępius in caput *Leonis* repetitę,
Leo ex- & ſacrorum toto Epiſcopatu ſilētium, quod
communicatur. omnibus alijs grauius *Leo* ducens, ad Epiſco-
pi pedes proſtratus impetrauit, vt tum ipſe,
tum vniuerſi quos habebat obſequentes,
anathemate ſolueretur, paxq; fieret cum
Antiſtite, quæ tamen non fuit diuturna.
Nam *Vdalricus*, mox armis reaſſumptis in
Leonem, capitur, Halberſtadium populante
milite, & deuaſtante flamma. *Vveſtphali*
quoq; ad Oſnabrugum prælio ſuperati: cap-
tus *Simon Techembergius*, vinctuſque ferreis
catenis, quibus nō multo poſt ſolutus, *Leoni*
cccxix fidus adhęſit. Menſe Maio Northuſium in
Vincit Thurīgos Thuringia à *Leone* exuſtum, cœſi iuſta acie
Thuringi, *Ludouicus* Comes Prouincialis, &
Hermannus comes Palatinus capti cum in-

numera manipularium turba. *Adolfus Hol-*
ſatius accuſatus à *Guncelino* Suerinenſium
ſatrapa, & *Leoni* offenſus, quod captiuorum *Krantz.*
lytrum ad ſuum commodum vertiſſet, à Du- *l. 6. Sax.*
ce defecit, vndè tota Tranſalbiana reiectus. *c. 41.*
Audiens autem *Fridericus Leonem* deſtitutū *Frideric.*
imperiali culmine proſperè in hoſtes agere, *Henricū bello in-*
ſententiam ſuam in eum ipſe exequi prope- *feſtat.*
rabat. Ergo valido conſcripto exercitu de-
ſcendit in Saxoniam, nec erat qui venientem
Imperatorem & ſuo honore, & *Henrici* odio cccxx
non cupidè exciperet. Iam huic à proſcrip-
tione Vveſtphaliā & Angriam detraxerat, &
Philippo Colon. donauerat. Cæterā Saxoniā
Bernardo Anhaldino fecerat clientelarem. Bo-
iaria *Othoni Vvitelſp.* ob præclara in Remp. cccxxi
merita ceſſerat, & Boiaria, quæ tribus annis
ſupra ducentos à Domo Schirenſi ad alienos
Bertholdo extincto, deuenerat, legitimis hęre-
dibus reſtitueretur. Boiaria itaq; Hērici nexu
ſoluta, III. Kal. Iulij, *Othoni Vvitelſp.* lubens,
volens ſacramentū dixit, læta, quod ſuę gētis
principem recepiſset. Eum *Frid.* Cæſar ritu
ſolemni Ratisbonæ, Ducē inaugurauit. Pro-
gredienti itaq; in Saxoniam Frid. paſſim au-
xiliares copiæ ſe ſe vltrò tanto numero iun-
xere, vt qui ab ineunte ætate fidi vexilla Leo-
nis fuerant ſecuti, modò conſternati, ad Cæ-
ſarē tranſirent. In his fuere *Ludouicus Vvi-*
thaus, Leopoldus Hertesburgius, Ludouicus
Beinius, quorum exemplo Slaui exoſi Leo- *Victoria*
nem. Primo aditu captum à Cæſare Hertes- *Frideri-*
burgum, Lavuensburgum, Blanchenburgū, *ci Imp. in*
Regenſteinium. Liecthenberga dedita: mons *Leonem.*
Hartesburgius Goslariæ imminens, quem
olim Henricus IV. ad frēnandos Saxones ca-
ſtro firmarat, occupatus. Eius munitio, quā
olim Saxones diruerant, muro reſtituto, Cę-
ſareo munita pręſidio. Deciditur hoc anno
lis de Veringenſi ponte, de via ſalaria atque
vectigali, & Cęſaris iudicio addicitur *Alberto*
Ep. Friſing. Acquieuit *Vvitelſpachius*, res
tamen ad ſucceſsores non tranſijt; ſed tran-
ſacta legitur per *Philippum* Rom. Regem.
Anno venienti, Albi traiecto cum florentiſ-
ſimis Boiorum & Sueuorum legionibus, fu-
giētem *Fridericus Leonem* inſequitur. Stadę cccxxii
concluſus, licet *Leo* ob loci firmitatem, vnde *Leo fit*
ſi extrema vis cogeret, in Oceanū elaberetur, *Cæſari ſupplex.*
clementiam Cæsaris, munimentis ac fugæ
prętulit præſidijs. Eum cōmeandi impetrata
ſecuritate, Luneburgi cōuenit, omnemq; per

Sal. An. 1181. amicos mouit lapidem, vt ſibi priſtina aperiretur gratia. Hoc voto *Ludouicum* Thuringiæ Landgrauium, & *Hermannum* fratrem manumiſit, ſic ſperans iram lenire Cæſaris. In itinere obuijs quibuslibet de exercitu Imperatoris notis aiebat: *Solebam in his atque multis terris dare, non accipere conductum; en rerum viciſſitudinem.* Quum veniſſet coram Cæſare, cœpit multa retexere in ſui purgationem, clanculo ſua in Imperatorem obſequia commemorare, humanæ mutabilitatis incertum orabat, vt intueretur. Sed erat grauior Cæſaris ira, altiusq; deſcenderat in pectus indignatio, quam vt vna poſſet purgatione aboleri vocali. Igitur Principum abſentiam præferens Imperator iubebat illum adeſſe conuentui principum in Quedelenborg. Quumque in eo conuentu cauſa Ducis tractaretur, cœperunt amici eius ſperare ſecundiora: ſed tum *Bernhardus*, qui Ducatum Saxoniæ in titulo præferebat, grauior illi incubuit. Indicta eſt altera quoque curia in Erphordia. Interim *Sifridus* Archiep. Bremenſis apud

cccxxiii *Leo genua flectit coram Imperatore.* Imperatorem egit, vt Comitatus Stadenſis per *Henricum* Ducem detractus, Eccleſiæ reſtitueretur. Permiſit Imperator: ſed quoniam præſidio Ducis tenebatur, oppidum expugnandum erat cum arce. Pactus eſt cum *Philippo* Colonienſi Archiepiſcopo ſexcentas argenti marchas ſe illi daturum, ſi expugnaret. Quo facto, eiuſdem Imperatoris beneficio *Adolphus* Holſatiæ & *Bernhardus* Raceburgenſis comites, ſuas ditiones recuperarunt. Dux autem Erphordiã petens, pedibus Imperatoris prouolutus veniam & gratiam poſtulauit. Imperator illum de terra leuans oſculatur, lacrymas exprimit & voces doloris teſtes, de triſtiſſima conſanguinei fortuna, quam *Henricus* ipſe ſibimet acceſſiſſet. Hæc rerum viciſſitudo; genua curuare cogitur *Leo* coram *Friderico* illo, quem paucos ante annos ſe curuantem ſuperbus excepit. Vicit Dominus ſeruum non minus potentia, quàm humilitate. Nequijt tamen Imperator ſine Principum reponere aſſenſu, quem omnium deſtituit conſenſu: benè ſperare iuſſum hortabatur, vt de finibus Imperij aliquanto recedens tempore, Imperij ſententiam honoraret; futurum interim vt Principum in eum animi mollirentur. Abijt ergò in exilium, abiurans triennio fines imperij, translatus in Angliam ad ſororium ſuum *Richardum* Angliæ Regem cum vxore ac liberis. cccxxiv *Leo in Anglia exulat.* Patrimoniolum tamen illi ſuum Imperator permiſit in meditullio Saxoniæ. Rex Angliæ honorificè venientem excepit, arma pollicitus, ſi vellet pugnare.

OBITVS ALEXANDRI III. PONTIF. MAX. Anno 1181.

cccxxv HIc annus *Alexandro* Pontifici vltimus fuit, geſto Pontificatu per annos viginti duos. Vir acer in primis, & in ſuſcepta eccleſiæ defenſione conſtans, inimicitijs *Friderici*, quas non tam moderatè exercuit, quàm fortiter ſuperauit, virtutis, & memoriæ inſignis. Iuſtis perfectis, Cardinales ſublegerunt *Hubaldum* Epiſcopum Oſtienſem, virum vt ætate, ſic prudentia grauem, qui vt erat patria Lucenſis, ſic ſe *Sal. An. 1182.* *Lucium III.* appellauit. Is anno Kal. 1182. *Lucius III. Papa.* cum audiſſet *Chriſtianum* Archiep. non longè ab vrbe morbo implicitum in magno eſſe vitæ diſcrimine, iniuriarum, quas eccleſiæ fecerat, prorſus oblitus adijt, ac noxijs per ſolemnem confeſſionem remiſſis, viaticum præbuit, atque ipſum agentem animam reliquit.

PAX CONSTANTIÆ. Anno 1183.

cccxxvi PRopè finem erant induciæ inter Lombardos & Fridericum pactæ: *Henricus* autem *Friderici* filius Italicæ coronæ agitatus libidine, rogabat patrem vt integra pace rem Italiæ firmaret, ſine quà nec regni ſperabat poſſeſſionem ſecuram, neq; coronam. Cui Fridericus, *ſi pacem æquis conditionibus quærant, non renuam.* Tum Henricus, *pacem ſunt vltrò petituræ, ſi legatos in Italiam cum libera miſeris.* Hiſce auditis, *Fridericus Gulielmum* Epiſcopum Haſtenſem, Marchionem *Henricum Guericum*, fratrem *Teodoricum*, & *Rudolfum* Camerarium Placentiam eo nomine miſit. Quod cum ciuitatibus innotuit, protinus legatos & ipſæ miſerunt. Vbi habito conuentu Legati Cæſaris tabulas protulerunt, quibus eos arbitros *Pax Conſtātiæ.* pacis *Fridericus* decreuerat. Hiſce recitatis,

Sal. An. 1183. tatis, pacem popoſcere Lombardi hiſce verbis.

Societas Lombardiæ, Marchiæ, & Veronæ, cupit habere pacem Friderici in hunc modum, Vt Fridericus pacem habeat cum Eccleſia Romana: & nos ciuitates Cremona, Mediolanum, Laus, Bergomum, Ferraria, Brixia, Mantua, Verona, Vincentia, Patauium, Taruiſium, Bonouia, Rauenna, Ariminum, Mutina, Regium, Parma, Placentia, Bobium, Derthon, Alexandria, Vercella, Nouaria, Opizo Marchio Malaſpina, Comes de Brenone, & omnes caſtellani & homines, qui ſentiunt cum eccleſia Dei, & nobiſcum accepta ab eo pace facere volumus omnia, quæ anteceßores noſtri à morte poſterioris Henrici Imperatoris anteceſſoribus ſuis ſine moleſtia fecerunt. Hæc ſunt, quæ intelligimus Imperatorem habere debere, & anteceſſores eius habuiſſe, fodrum regale & conſuetum, conſuetam paratam, cum tendit Romam coronæ cauſa, & pacatum tranſitum, & commeatum idoneum. Pacatè tranſeat, & ſine maleficio, ſacramentum à vaſallis accipiat, omni offenſione remiſſa. Vaſalli expeditiones prò eo ſuſcipiant, vt ſolent, cum tendit Romam coronæ cauſa. Tunc legati iurarunt ſe operam daturos, vt *Fridericus* eiuſq; filius *Henricus* pacem his conditionibus inirent. Poſtridie ciuitatum Prætores tale ſacramentum inter ſe conceperunt. *Ego iuro omnibus ciuitatibus fæderatis Lombardiæ, Marchiæ, & Romaniæ, & Opizoni Marchioni Maleſpinæ, me pacta omnia ſeruaturum, quæ in tabulis pacis continentur inter legatos Imperatoris, & ciuitatum fæderatarum conſcriptis: neq; auctorem futurum, vt aliquid eorum minuatur, & præcepta moderatorum ſeruaturum à præſentibus Kalendis Maij vſque ad XXX. annos, & hoc quinto quoque renouaturum, & Conſules, aut prætores, ac Credentiam meæ ciuitatis hoc iureiurando obligaturum.* Hiſce tranſactis protinus cum Legatis Prætores Conſtantiam perrexere, vbi pacem cum Friderico & Henrico præſentibus; VII. Kal. Iul. firmarunt ſequentibus verbis.

PACIS TABVLÆ.

cccxxvii *FRidericus Imperator, & filius eius Henricus, rex Romanorum, Lombardos, ac ſocietatem, & fautores eorum in gratiam noſtram recipimus, iniurias omnes, quibus nos prouocarunt, liberè remittentes. Itaque pacem quam eis libenter conceſſimus, præſenti pagina iuſſimus ſubſcribi, et auctoritatis noſtræ ſigillo communiri. cuius hæc ſumma eſt. Nos Fridericus Imperator, et filius noſter Henricus, Romanorum Rex, concedimus vobis ciuitatibus, locis, et hominibus ſocietatis regalia, et conſuetudines veſtras tam in vrbe, quàm extra vrbem, nempe Veronæ, et caſtro eius, ac ſuburbijs, et alijs vrbibus, ac ſuburbijs, locis, et hominibus ſocietatis in perpetuum, videlicet vt in ipſa vrbe omnia habeatis, ſicut adhuc habuiſtis, aut habetis, extra verò omnes conſuetudines noſtra voluntate exerceatis, quas ab antiquo exercuiſtis, aut exercetis in fodro, nemoribus, paſcuis, pontibus, aquis et molendinis, ſicut ab antiquo habuere conſueuiſtis, aut habetis, in exercitu, munitionibus vrbium, in iuriſdictione tam in cauſis criminalibus, quā pecuniarijs intus, et extra, et in cæteris, quæ ad commoda vrbium pertinent. Volumus; vt regalia, quæ vobis nos conceſſimus, in hunc modum cognoſcantur. per epiſcopum loci, et homines tam de epiſcopatu, quàm de ciuitate legantur viri bonæ exiſtimationis, et qui ad hoc idonei eſſe credantur, quique neq; in ciuitatem neque in noſtram maieſtatem odio priuato ferantur, qui iurent ſe bona fide inquiſituros, et inquiſita conſignaturos ea, quæ præcipuè ad noſtram excellentiam ſpectant. ſi autem huic inquiſitioni ſuperſedendum eſſe putauerint, cenſum duum millium marcharum argenti in ſingulos annos poſcimus. Si quis autem ſuper ijs, quæ vobis conceſſimus, ſiue in vrbe, ſiue extra vrbem querelam apud nos detulerit, eam non accipiemus. Quod nos, aut noſter anteceſſor rex, aut Imperator epiſcopis, eccleſijs ciuitatibus, aut alijs quibuſcunque perſonis, clericis, aut laicis ante bellum dedit, firmum, et ratum habebimus, ſaluis ſuperioribus conceſſionibus, vt pro ea ſolita nobis obſequia præbeantur, ſed non cenſus ſoluatur. Conceſſiones, quas pro bono pacis ciuitatibus conceſſimus in vrbibus, aut extra, illorum regalium nomine non intelligimus, pro quibus cenſus debeat ſolui. Priuilegia omnia, et data, et conceſſiones, quæ in præiudicium, aut damnum vrbis, aut locorum, aut perſonarum ſocietatis occaſione belli ad alicuius iniuriam à nobis, aut à nuncijs noſtris indulta ſunt, deleantur. In ea vrbe, in qua epiſcopus priuilegio Imperatoris, aut regis comitatum habet, ſi conſules per ipſum epiſcopum conſulatum ſolent recipere, ab*

Sal. An. 1183. *ipſo recipiant, ſin minus, à nobis. Eadem ratione in ſingulis vrbibus conſules conſtituentur à nuncio noſtro, qui ſit in vrbe, aut epiſcopatu, & inueſtituram accipient, & hoc vſque ad quinquennium, eo tranſacto vnaquæque ciuitas à nobis recipiet, et intra quinquennium à nuncio noſtro, ſicut dictum eſt, niſi nos in Lombardia fuerimus. Eadem obſeruentur in ſucceſſore noſtro. omnes inueſtituræ gratis fiant. Cum autem nos Imperator deſceſſerimus, aut regnum filio noſtro tradiderimus, ſimili modo à filio noſtro, aut eius ſucceſſore inueſticuram recipiecis. In cauſis appellationum ſi ſumma viginti quinque librarum imperialium exceſſerit, appellatio ad nos fiat, ſaluo iure, et moribus Brixianæ eccleſiæ in appellationibus, ita tamen, vt non cogantur in Alemaniam ire, ſed nos habebimus proprium nuncium in vrbibus, aut epiſcopatu, qui de ipſa appellatione cognoſcat, et iuret, ſe bona fide cauſſas examinaturum, & definiturum ex legibus, et moribus ciuitatis intra duos menſes à conteſtatione litis. Conſules, qui conſtituentur in ciuitatibus, tales ſint, qui fidelitatem iurauerint nobis, vel iurent, antequam conſulatum ineant. Vaſalli noſtri à nobis inueſtituram recipiant, et fidelitatem iurent, vt vaſalli; reliquis omnes vt ciues à ſexdecim annis vſque ad ſeptuaginta, niſi einſmodi ſint, quibus debeant, et poſſint ſine fraude ſacramenta remittic. Vaſalli, qui tempore belli, aut induciarum non poſtulauerint inueſtituram, aut debita nobis officia non præſticerint, hac occaſione feudum non amittant. Libellariæ, et precariæ in ſuo ſtatu permaneant ex conſuetudine cuiuſque ciuitatis. Moram ſuperfluam in vrbe, aut epiſcopatu damno ciuicatis non faciemus. Vrbes muris cingerc, aut exteriores munitiones conſtruere eis liceat. Societatem, quam habent, retinere, et cum voluerint renouare eis liceat. Pactiones timore noſtro factæ ſint irrica. Pacta Placentinorum, nempe pactum pontis Padi, et fictum einſdem pontis, et regalium, et datum, et pactum, quod epiſcopus Hugo fecit de Caſtro Arquato, et ſi qua facta ſunt ſimilia ab ipſo epiſcopo, aut à Communi, aut ab alijs hominibus ſocietatis nobiſcum, aut cum nuncio noſtro ipſo ponte remanente remaneant cum omnibus ſuis vtilitatibus Placentinis, ita tamen vt teneantur perſoluere fictum abbatiſſæ S. Iuliæ Brixiæ. Sententiæ, quæ ex iure, et legibus, et conſuetudinibus contra aliquos de ſocietate latæ ſunt occasione belli aut diſcordiæ irrica ſint. Poſſeſſiones omnes, quas quiſque de ſocietate belli tempore tenebat iuſtè, ſi per vim ablatæ ſint eis, qui de ſocietate non ſint, ſine damno reſtituantur, aut ſi eas recuperauerit, quietè poſſideat, niſi per electos arbitros ad cognitionem regalium nobis aſſignentur. Opizoni marchioni omnem iniuriam, quam nobis, aut alicui partis noſtræ fecerit, poſtquam in ſocietatem venerit, vel per ſe, vel per aliquam perſonam eum ſocietate, vel defendendo aliquem de ſocietate, in gratiam recipimus. Iuriſdictionem, quam Mediolanenſes exercere conſueuerunt in comitatibus Seprij, & Marcheſanæ, & Burgariæ, & in alijs comitatibus, exceptis locis quæ Bergomates nomine noſtro tenent inter Abduã & Ollium, excepto Romano veteri, & Bariano, & eam, quam nunc exercent, liberè, & quietè habeant, & poſſideant voluntate noſtra ſaluis pactis & datis, & conceſſionibus, quæ Mediolanenſes pro Communi fecerunt ciuitatibus Bergomo, & Nouariæ, & Laudi. Pacta inter ciuitates, & ſocietates quondam facta firma permaneant, nec aliquid intelligatur acquiſitum Mediolanenſibus in epiſcopatu Laudenſi præter dictas conceſſiones; ſaluo iure aquæ Lambri, ſi quòd habent, aut in pedagio. Omnes de ſocietate, quę fidelitatem nobis iurabunt, in ſacramento adijcient, ſeruaturos poſſeſſiones, & iura, quæ habemus in Lombardia, & poſſidemus; extra ſocietatem iurabunt nos ſeruaturos bona fide, ſi opus fuerit, & cum ſuper hoc à nobis, aut à certo nuncio noſtro fuerint requiſiti, & ſi amiſerimus, recuperaturos, ita tamen, vt proxima quæque ciuitas hoc officio maximè teneatur, & ſi opus fuerit, aliæ ciuitates quæ ſunt in finibus Lombardiæ ſimiliter teneantur. Si qua ciuitas has conſtitutiones non obſeruauerit, reliquæ teneantur bona fide ad obſeruandum compellere pace integra permanente. Nobis intrantibus Lombardiam fodrum conſuetum, & regale, quę ſolent, & debent, & quando ſolent, & debent, præſtabunt, & vias, & pontes bona fide reficient, in eundo, & redeundo commeatum idoneum, & nobis & noſtris præbebunt; decimo quoque anno fidelitates renouabunt; ſi quę ex parte noſtra ex ſuis iuſtis poſſeſſionibus expulſi ſunt, reſtituantur. Reſtituimus ſtratam Veronenſibus,*

Sal. An. 1183. *bus, & Icilinum in gratiam recipimus. Nomina vrbium; quibus gratiam noſtram reſtituimus, & præſcriptam conceſſionem fecimus, hæc ſunt. Vercellæ, Nouaria, Mediolanum, Laus, Bergomum, Brixia, Mantua, Verona, Vicetia, Padua, Taruiſium, Bononia, Fauentia, Mutina, Regium, Parma, Placentia. His autem ciuitatibus, & locis pacem, & gratiam noſtram reddimus, verùm conceſſionem non facimus, videlicet Imolæ, Sancaſſiano, Bobio, Plebi de Grabadona, Felsria, Belluno, Caneta. Ferraria autem gratiam noſtram reddimus, & conceſſionem facimus, ſi intra duos menſes poſt reditum Lombardorum à curia noſtra de pacæ præſcripta cum eis concordes fuerint. Legati autem ciuitatum hanc pacem receperunt, & in præſentia noſtra iurarunt, Mediolani, Brixiæ, Placentiæ, Bergomi, Veronæ, Vicetiæ, Paduæ, Taruiſij, Mantuæ, Fauentiæ, Bononiæ, Mutinæ, Regij, Parmæ, Laudis, Nouariæ, & Vercellarum. Hæ verò ſunt ciuitates, & loca, quæ pacem præſcriptam ſub iuramento Lombardorum nobiſcum receperunt, & eandem per ſe iurauerunt, Papia, Cremona, Comum, Aquæ, Derthona, Haſta, Cæſarea, Genua, Alba, & aliæ ciuitates, & loca, & perſonæ, quæ ſunt, & fuerunt in parte noſtra. Hæc autem ſunt nomina ciuitatum, quarum legati inueſtituram conſulatus à nobis nomine ciuitatum receperunt, Mediolanum, Placentia, Laus, Vicetia, Padua, Taruiſium, Mantua, Fauentia, Bononia, Mutina, Regium, Parma, Nouaria, Vercellæ, Bergomum. Acta anno Incarnationis MCLXXXIII. Data apud Conſtantiam in ſolemni curia VII. Kal. Iulij.* Quo facto ciuitates ita iurarunt. *Iuro ego me poſthac fidelem fore Friderico Imperatori, & filio eius Henrico Regi, neque in conſilio futurum, vt ipſi vitam, aut regnum amittant, & ſi quem id moliri comperero, me aut Imperatori, aut Regi, aut legato eorum indicaturum, auxilioque futurum, vt Regnum teneant, & ſi amiſerint, recuperent, & pacem ab ijs, & ſua parte cum ſocietate Lombardorum factam obſeruaturum, & omnes mecum habitantes mares à XVI. annis vſque ad ſeptuaginta hoc ſacramento obligaturum.* Has inde tabulas ſinguli domum rettulerunt, neque quidquam ex eis à ſucceſſoribus detrahi ſumma poſthac ſemper ope contenderunt. hodieq; in omnibus ferè ciuitatum Tabularijs multis exemplis deſcriptæ reperiuntur; eaque vulgo Pax Conſtantiæ nominatur. Poſtero Alexandrini legatos ad Fridericum in Germaniam miſerunt conuentum Norimbergæ habentem, atque eum allocuti V. Idus Martias hoc fędus impetrauerunt: *Vt ciues Alexandrini omnes pro arbitrio Friderici vrbe exirent, & tandiu extra eam morarentur, quoad per ipſius legatum ſolemni more introducerentur, vt actu iſto, & ille dare, & hi accipere de manu Imperatoris patriam viderentur. vt vrbem poſthac conſtanti nomine Cæſaream appellarent; annui conſules honorem à Cæſare, cum in Italia eſſet, acciperent; ſin minus, ab eius legato, aut quinto quoque anno legatos in Germaniam ad eum petendum mitterent; bellum & pacem arbitratu Friderici facerent; Fridericus eos ab alieno imperio defenderet, Legatum in vrbe collocaret, qui cum conſulibus litium grauiorum iudicia exerceret, Reipublicæ curam gereret, portorium pontis Tanari, ac reliqua vectigalia exigeret, et, ſi auxilio egeret, id à proximi ciuitatibus peteret. Papia, Derthona, Haſta, Alba, Aquis, Caſali, et Marchionibus Vaſti, et Boſchi, et Ocimiani.*

Conſtituta Pace non propterea Eccleſiæ oppida reſtituebat Cæſar, quæ in Marchia, Vmbria, Etruria, Romaniola occupabat, ſed & proxima affectare oſtendebat. Itali etiam minimè factione depoſita, alij nomen glorificabant Imperij, alij Eccleſiæ, & conuentus agebant. Ciuitatum mores ſequutæ familiæ hisce certabant diſſidijs, & in ſuperliminaribus Domorum erigebant Aquilas, & Claues, prout Imperij vel Eccleſiæ exigebat affectio. Ardebat in ipſis libido consularis poteſtatis, vt ad eam adipiſcendam quisq; pecuniam profunderet, vel arma tentaret. Acquiſita ludibrio à potentioribus habebatur; vnde coercendi mali cauſa conſultum, peregrinum auire Prætorem qui non odio vel affinitate corruptus inter ciues nullo genere cognitos ius diceret. Augebat mala inter Pontificem & Romanos diſcordia. cccxxvii Sal. An. 1184.

Exi-

Sal. An. 1184 Exitium minantibus iſtis Pontifici, ni Imperio cederet, Lucius Latium egreſſus, Veronæ Concilium indixit, eoque cum Cardinalibus venit. Quo & *Fridericus* acceſſit.

cccxxviii *Conciliũ Veronenſe.* Conuocato Concilio, cui raro exemplo Pontifex, & Imperator intererant, de ijs potiſſimum rebus, quæ Chriſtianam ea tempeſtate premebant eccleſiam, relatum eſt, nempe de *Romanorum contumacia* de *Bello Sarracenorum*, de *Romanæ Eccleſiæ ditione*. Romani vt hoſtes eccleſiæ diro S. Conſulto notati. Chriſtianis in Oriente auxilia ſubmittenda, Quippe *Saladinus* Sarracenorum Princeps vir ſua ætate, opibus & ingenio facile princeps, occupata Ægypto, odio Chriſtiani nominis iam properabat in Syriam, vt Saluatoris premeret triumphos. Lucio poſtulanti, vt Fridericus Mathildis hæreditatem, ac cętera eccleſiaſticæ ditionis reſtitueret, cum abnueret. Eidem Friderico petenti, vt filius *Henricus* Augu-

cccxxix *Diſſidiũ Papæ cũ Imperatore.* ſtalibus inſignibus ornaretur diſertè Lucius negauit, dicens eodem tempore duos non poſſe Imperatores conſiſtere. Inde exulceratis animis concilium dimittitur. Venerant etiam magno numero clerici à Spurijs Epiſcopis durante ſchiſmate ordinati, qui intercedente *Friderico*, vſum ordinum rogabant. Viſus erat annuiſſe Pontifex, ſequenti verò die *Conradi Vvelſpachij* (ſuſpicio fuit) monitu mutatus, reſpondit non expedire acta Concilij Veneti extra generale Concilium infringi, propterea vſque ad Lugdunenſe Concilium quod propediem habiturum dicebat, expectarent. Ingrata fuit Friderico reſponſio, & in vindictam recepta. *Lucius* auerſatus Romanos, Veronæ ſibi ſubſiſtendum putauit. *Fridericus* Mediolanum accedens, ibi magno rerum

cccxxx apparatu Henricum filium, qui ſe ſubſequutus aduenerat, per Lambertum Archiepiſcopum, Regem Italiæ fauentibus Mediolanenſibus coronauit; quem iam Moguntiæ Regem declarauerat, auratum fecerat militem, torque donata. Ibi confirmatum eſt matrimonium inter eundem *Henricum & Conſtantiam*, filiam vnicam Regis Siciliæ. Hic autem conuentus tanto apparatu eſt inſtructus, tanto ſumptu peractus, vt anguſta conuentui ciuitas videretur aduenarum. Imperator extra muros ampliſſimam iuſſit domum erigi, liberioris aeris gratia, ibique curiam ſuam honeſtauit. Verùm diſturbauit theatrum pridie Pentecoſtes tempeſtas ſpirans ab Occidente impetu tam procelloſo, vt ædificia omnia tumultuario operæ extructa momento diflarit, quaſi Numen ſe nimio faſtu probaret offenſum. Trabes grauiſſimi ponderis tertio ab vrbe lapide per aerem euerberatæ. Ipſo

Cõtentio inter abbatem et Archie. ex Krãt. Sax. c. 46 cccxxxi etiam proceſſionis die maxima in Pentecoſtes feſtiuitate, *quum in Eccleſia ſederet Imperator cum vtriuſque ordinis principibus, à dextris habens archiepiſcopum Moguntinum, & à ſiniſtris Colonienſem, Abbas Fuldenſis turbauit cœtum tam celebrem, locum ſibi depoſcens ex ſiniſtro Imperatoris latere, quem dominus Colonienſis occupauit. Meminere multi hoc ab antiqua obſeruantia in eo præſertim loco factum: ſed princeps elector & archiepiſcopus cedere Abbati duxit inglorium. Imperator interpellatus deſuper reſpondit, Veteres approbamus (vt tenemur) Imperij noſtri conſuetudines: quocirca maior an minor, æquo nobis diſcrimine eſt. Intelligens archiepiſcopus ſurrexit, Quando, inquiens, ſereniſſima maieſtas, ita ſe voluntas veſtra præbet, cedo Abbati Archiepiſcopus, monacho princeps elector: ſed bona venia veſtra cœtum dimitto. Et hæc dicens abſceſſit. Sequutus eſt illum comes Palatinus Rheni, frater Imperatoris, & comes de Naſſovu, dicentes, Sereniſſime Imperator, permiſſa venia dominum ſequimur. exeuntem, cuius beneficia recognoſcimus. Comiti de Naſſovu, quod ille & ab Abbate beneficium teneret, dixit Ludouicus Turingiæ princeps, Pulchrè hodie reſpondes beneficio, & ſublimiter promereris, qui deſerto vero domino alium ſectaris. Cui ille, Beneficium quod teneo, iuſtis ſuo loco promerebor obſequijs: hodie ſequor quem in hunc cœtum inter alios deduxi æquè dominum feudi quod teneo. Idem fecit dux Brabantiæ. Tot vacuatis ſedibus turbatur rex Henricus, etiam in collum appendens archiepiſcopi, quem ſanctè rogat ne feſtum diem à mœrore auſpicetur, neve turbationem excitet in tanto principum conuentu: maneat in conſeſſu, neu committat vt diem ſuæ coronationis tantis iræ tenebris obnubilet. Tum Imperator & ipſe interponit, Quandoquidem, inquit, vnum te adeò verbum conturbat, vellem me temperaße ſermone: quamuis nihil præter Imperij dignitatem eloquutum agnoſcam. Sed vide ne doloris minimi curatione*

tione

Sal.An. *ratione ingens corpori vulnus infligas. Quid*
1184. *enim ſit ſcindere tantum conuentum, pro tua prudentia non ignoras. Tum excandeſcens archiepiſcopus, Pulchrè, inquit, hodie remunerabit Cæſarea maieſtas diuturna huius capitis obſequia, quæ ſequutus impleui, pro qua in caſtris incanui, Italiam fatigaui, Lombardiam oppugnaui, Brunſvuico ſudorem cum ſanguine fudi. Hæc magna merces mea, vt in conuentu principum confundar propter abbatem: qui niſi occultam Cæſarei culminis intelligentiam foueret, ab hac iniuria meritò temperaret. Quòd ſi & Cæſar & rex manere me vultis, ecce pareo: reponantur noſtræ ſedes, vt fuere. Si noſtram abbas turbauerit, aſcendat in cælum, ponat ſuam in aquilonem, & ſimilis ſit altiſſimo. Præſentiens autem abbatis archiepiſcopus arrogantiam, quatuor armatorum millibus & ſuprà venit in cœtum arma proculdubio etiam in eccleſia exeruiſſent, ſi in longum duraſſet contentio. Tum Imperator, Quandoquidem,* (inquit) *à te archiepiſcope inſiulamur de occulta cum abbate huius rei machinatione, parati ſumus iuſiurandum præſtare, nos eius culpæ non eſſe affines. Et quum iurare paratus videretur, exceperat archiepiſcopus, Verba, inquit, Cæſareæ maieſtatis mihi pro iuramento ſunt. Conuerſus inde in abbatem Imperator, quòd & ille principes haberet non paucos pro illo, ſi ad arma veniretur, pugnaturos, dixit: Hodie, ne maior nobis turba hunc diem feſtum obſcuret, ſine iuris tui præiudicio adhibenda eſt tibi pater breuis moræ patientia. Abbas cum rubore locum tenuit inferiorem: & coronatus eſt rex Henricus cum Regina. Erat autem annus octuageſimus quartus poſt mille centum. Væ tibi ſuperbia, quæ in cælis nata, cum authore tuo ad inferna demergeris ſemper excrucianda.*

Moritur hoc anno *Otto Vvitelſpachius* poſt triennem Bauariæ principatum. Kel- cccxxxII
haimij natale fertur habuiſſe ſolum, vbi *Otho* pater eius ab Imperatore Conrado cir-



cumſeſſus, *Othonem* hunc inter filios natu maximum obſidem dare coactus eſt. Kelhaimij toparchiã cum honore & titulo Palatinorum poſt fata, filijs reliquit. *Otho* inter primos *Ænobarbi* domeſticos, adſcitus ad Prætorij præfecturam, magnarum expe-

Sal. An. 1184. ditionum comes, & auctor *Friderico* fuit quod Magno Alexandro Parmenio. Eum Cęſar honore conſanguinei perſequebatur, quemadmodum & *Luitpoldus* Arnulphi Comitis filius, à quo Schirenſes genus duxere duas filias habuit. Altera *Sophia* nomine *Poponi* Dynaſtæ Hennebergio; *Mathildis* altera *Rapotoni* nupſit *Craibur-*





cccxxxiii *gio*. *Ludouicum*, quem ex *Agnete Halenſi Vaſſeburgia* ſuſceperat, nondum Ephebis egreſſum, ſub tutelam *Conradi* Archiep. Moguntini, & *Friderici* fratrum repoſuit. Funus in ſacra Schirenſium æde nobilitarunt *Fridericus* & *Philippus* Ahenobarbi filij nobilium magna comitante caterua.

cccxxxiv Interim *Chriſtiano* Moguntino in Italia extincto, *Conradus Vvitelſpachius* Moguntinæ reſtituitur ſedi, tanto populorum plauſu, vt *Angelum Dei* canerent è Cœlo delapſum. Priuſquam rediret Moguntiam, plurima bella geſſerat; ſed eo grauiori colliſus cum *Ludouico Thuringio*, vterq; citatus eſt à Cęſare Erfordiam ad dicendam cauſã. Vbi cũ Senatus in aula ſpatioſa ſed vetuſtate carioſa, & impari multitudini ſuſtinendę haberetur, diſſolutæ trabes in ſubiectam latrinam ſupra centum homines effudere. Periere in ſordibus plurimi nobiles, inter quos *Henricus Schvuartzenburgius* homo ferox, bellorum cupidus, qui quoties deierabat, exitus ſui præſagium ferre ſolebat in prouerbio. *Si* (inquit) *hoc fecero, mergar in latrina.* Cæſar ruinam anteuertens, ad feneſtræ refugit cancellos, atque ex ijs pendulus vitam ſeruauit. cccxxxvi Hoc anno in Veronenſi Concilio dicuntur veniſſe legati à Rege Angliæ de *Henrico Leone* in integrum reſtituendo. Hanc legationem Anglo perſuaſerat *Philippus* Archiep Colon., iam *Leonis* calamitate ad æquitatem victus & inclinatus. *Lucius* Pontifex in gratiam Regis, reconciliatoris partes ſuſcepit, à *Frid.* tamen hoc vnum impetrauit, vt rediret, nulla reſtituendarum prouinciarum mentione: *Krantzius* verò vſque in annum 1186. reditum recitat *Leonis*, quod verius puto ob ſimultates quæ inter Papam, & Cæſarem gliſcebant; Pontifice placandi Cæſarem tunc minime valido.

DISSIDIVM INTER PAPAM ET IMPERATOREM
De electione Archiep. Treuerenſis. Anno 1185.

cccxxxv NOua diſſenſſionis ſuperuenit materia. Eccleſia vacauerat Treuerenſis: ad quam canonicè à ſaniore parte electus *Volmarus*, ab *Rodulpho* (quem minor pars elegit) moleſtiam paſſus, ſedem appellauit Apoſtolicam. *Rodulphus* ad Imperatorem, qui facile confugientem inueſtiuit. *Volmarus* interim *Lucium* premebat Pontificem, vt *Rudolphum* ad dicendam cauſam euocaret. Noluit Imperator, vt in contumacia perſiſteret: ſed miſſis cum eo quatuor viris vtriuſque iuris peritiſſimis, vt legiſtæ pro Imperatore

Sal. An. 1189. per. & eius curibus allegarent, qui more ma-
iorum, cũ in diuerſa vota nutat electio, ido-
neum ſuffecerat; Canoniſtæ verò pro electo.
Allegata ſunt plurima in omnem partẽ. Sed
ea fuit pertinacia, vt nullo fine facto *Rudol-
phus* ad Imper. rediret; timebaturq; eccleſia
in peſſimũ ſchiſma relapſura. *Henricus* inte-
rim Rex Cõfluentię canonicos, qui Volmaro
inhærebant, malè ex adoleſcentiæ feruore
affecit: quo audito *Lucius Volmaro* confir-
mando propenſior erat. Eum tamen deti-
nebant crebræ inter ſe, & Cæſarem legatio-
nes, non ſemel minante Rege, ſi *Volmarus*
ſublimaretur, ſacerdotij & imperij concor-
diam in facinus ſcandaloſum euaſuram.
Hoc tempore alia ſimultas fatigauit *Henri-*
cccxxxvii *cum* Regem, & *Philippum* Archiep. Colon.
Mercatores quoſdam de Duysborg per diç-
ceſim tranſeuntes fecerat iſte nudari, quia
vectigalia non ſoluiſſent. Nudati apud
Regem queruntur: ille miſſo nuncio ſua
iubet ſpoliatis reddi. Negat Archiep. ſed
iurefactum pronunciat. Interim miſſus nũ-
cius redibat inanis: tertiò ſub obtentu gratiæ
præcepit adempta reſtitui. Tum Arch. malè
temperans iram, exclamauit, *neminem poſſe
duobus Domini ſeruire, ideò non benè duos re-
gnare*. Reſciuit Rex teſtimonio malignantiũ,
vnde indignatus curiam indixit Arch. qui
cccxxxviii non venit. Indixit alteram, nec in eam venit.
Quumq; tertiam Mog. collocaret, eò venit
ſed amicorum ſtipatus auxilio, vt vim non
timeret. Diſſimulauit Rex inſolentiã, & ſin-
gillatim vocatis nobilibus, qui cũ Arch. ve-
nerant, ſuaſit Imperio ſacramenta præſtare.
Illi negare non auſi, præſtiterunt. Timuit tũ
Arch., & ſubmiſſis amicis, dato iuramento,
quod indignationis verbum eruperit ex fer-
uore animi, reconciliatus eſt, non ſine tamen
ſuſpicione quod odio haberet Imp., quia nu-
per in Angliam, vbi erat *Henricus Leo* naui-
gaſſet. Pecunia tamen Regi loco muneris da-
ta abiens, curiam frequentare deſtitit, dolẽs
quod tanta deuotione, & animæ diſcrimine,
terreno ſeruiſſet imperio. Cępit porro Colo-
loniã vallis, turribuſq; munire; propterea etiã
diligentius obſeruari, quaſi noua moliretur.
cccxxxix *Frid.* verò ad luſtrandum regnum Mediola-
Frideric. Regnum luſtrat. no Cremam, Crema Placentiam, vltraq; pro
grediendo, populorũ iura cognouit. In Etru-
riam inde tranſgreſſus ciuitatibus omnibus
præter Piſas, & Piſtoriũ, quæ ſuperiore bello
cum Eccleſia ſenſerant, totius agri iuriſdi-

ctionem ademit; ibiq; legatos iuris dicundo
præpoſuit. Interim *Henricus* filius in Vrbe- *Hẽricus Vrbeuetum obſidet.*
ueti ſtabat obſidione, quia Vrbeuetani partẽ
ſequentes Eccleſiæ, Cæſareos cum ſuis fami-
lijs expulerant: Expulſi ad *Fridericum* con-
fugerant orantes, reduceret quos ſola nota
Imperialis obſequij extruſerat. Henrico por-
rò ex iuſſu patris exercitum Vrbeuetum du-
cente (in Vrbeuetanorum ſuppetias affuerant
Peruſini, Florentini, Lucenſes, Eugubuni, A-
ſiſiates, Spoletani, Vmbri, & Marchiani) quo-
rum auxilio, Henrici impigre ſuſtinuerunt
incurſum. Quo tempore, dum Chriſtiani
more ferarum ad inuicem debachantur, *Sa-
ladinus* in Syria occaſionem rei benè geren- cccxl
dæ nactus ex diſcordia noſtrorum Principũ,
rem Chriſtianam ad nihilum ferè redegit.
Nam *Balduinus IV.* Rex Hieroſol. elephan-
tiaſi affectus morbo, cęlebs coactus viuere,
rebus ſuis conſulit, *Sybillam* ſororem *Gul-* cccxli
ielmo Montisferrati locando, ſperans ex ea
affinitate *Gulielmũ* virum ſtrenuum in om-
nem euentum ſibi pręſto futurum. Genuit
Gulielmus ex Sybilla puerum *Balduinum*
nominatum, nec multo poſt moritur. *Gulicl-
mo* viduam *Balduinus Guidoni Luſiniano* ex
Pictonum gente in matrimonium dedit, ea
conditione, vt poſtquã ipſe vita exceſſiſſet,
tutorio nomine eatenus regnum adminiſtra-
ret, quoad *Balduinus* foret maturus Impe-
rio. Verùm cum *Guido* nimis ſe ſuperbè ge-
reret, *Balduinus Raimundum* Tripolitanũ
comitẽ tutorem ſurrogauit, *Guidone* deleto.
Mortuo verò *Bald.* cũ à *Guidone* & *Sybilla*
prohiberetur *Raimundus* tutelã gerere, imò
paulò poſt pupillus decederet, & Guido Rex
crearetur, ægrè tulit *Raim.* & vindictę cauſa
inducias cũ Saladino pactus, ab officio diſce
ſcit. Tũc *Saladinus* ferocior factus, omniũq;
Chriſtianorum meditatus ruinam, facile eſt
conſequutus. Tentantes verò Chriſtianorum
duces mature cladi occurrere imminenti,
Heraclium Patriarchã Hieroſ. virum mori-
bus, virtutibuſq; pręclarũ miſerunt ad *Luciũ*
Rom. Pont., dein ad reliquos Principes ſup- cccxlii
plementi cauſa habendi militem: qui cum
Rom. Pont. alloquutus eſſet, tãtæ rei acceptis
literis Angliam petijt ad *Henricum*, orando,
obteſtando, vt tandẽ aliquando pro re Chri-
ſtiana tuẽda, ſicut iampridem vouiſſet, arma
caperet, ab eo pręmium accepturus, qui tem-
poralia rependit æternis. *Henricus* adhæc di-
citur ſe excuſaſſe ob domeſticas, & externas

Sal. An. 1185. ſeditiones; idcirco pollicitus eſſe in militum ſtipendium pecuniam. Patriarcha ſubiunxit: *nihil agis Rex, non egemus pecunia, quam abunde multi ſuppeditant, ſed Imperatore, qui bellum gerat militibus ſuis fortiſſimis, quales te habere, omnibus conſtat.* Tum *Henricus* regni curas obijciens, curauit blandis Patriarcham dimittere verbis. Ipſe vero priuſquam digrederetur, conſtanter eſt ita loquutus. *Ingratiſſimus es Princeps, quippe qui non modo, non vis operam nauare Deo Optimo Maximo, prò tot acceptis beneficijs, ſed etiam verba das, qui te, mihi crede, meritò deſeret. Et quia vt video, iſta nequaquam libenter audis* (Rex enim ſubiraſcebatur) *non ea tamen ſilebo: quandoquidem nihil refert, an hic à te Chriſtiano impio occidar, an in Syria à Sarracenis.* Cui Rex ſubitò reſpondit: *Si vna duntaxat lingua omnibus meis populis eſſet, haud dubie talia mihi ea lingua non auderet proferre. Verum ais* (inquit Antiſtes) *cum ſis charus nemini, nemo te commiſſorum commonefacit, quo malam ſemper viuas vitam, malamq; poſtremò mortem obeas.* Hiſce curis oppreſſus *Lucius* Papa Veronæ moritur VII. Kal. Decembris. Iuſtis perſolutis, Cardinales qui cum ipſo erant, non audebant regredi, timentes ſuper electione Pontificis ab Imperatore ſibi violentiam inferri. Cum verò ab Archiepiſc. Mediolanenſi *Lamberto* Rauenam vſq; ſecurè deducti fuiſſent, eum in Papam elegerunt; *Vrbanum III.* appellantes. Is *Lucij* exemplo, Romanorum odio ac tumultibus excitus, Veronæ ſibi manendum putauit.

Audax reſponſū ad Regē Anglorū.

CCCXLIII Papa Lucius obit.

NOVA DISSIDIA INTER VRBANVM PONT. ET FRID. IMP. An. 1186.

VRbanus *Turbanus* à Germanis dictus, quia intrepidus à *Friderico* repoſceret Eccleſiæ iura, tria obiecerat Cæſari. I. Quod *Mathildis* violenter opprimeret patrimonium D. Petro relictum. II. quod in Epiſcoporum morte, eorum corraderet exuuias, vndè corraſæ eccleſiæ ſucceſſoribus nudæ tradantur, qui ad rapinam quodammodò ſollicitentur. III. Quod Abbatiſſarum plurimas congregationes in diſperſionem dediſſet correctionis prætextu, & vſurpatis ſtipendijs in locum amotarum nouas non ſubſtituiſſet. Simultatem vrgebat, quod *Volmarus* electus Treuirenſis Antiſtes inuito Cæſare, fuerat à Papa conſecratus; & inde aperta diſcordia Cæſarem & Pontificem ad inuicem armauit. Filius etiam Imperatoris à patre non longè diuerſus, epiſcopum quendam ad ſe accerſitum in Lombardia interrogauit, à quo Pontificalem inueſtituram accepiſſet? cum à Papa, ille reſponderet; interrogauit eum iterum bis? reſpondit tandem epiſcopus, *Domine nihil de regalibus poſſideo, nec miniſteriales, nec curtes regias habeo; idcirco de manu Domini Papæ parochiam, cui præſum, teneo.* Indignatus Rex præcepit ſeruis, vt eum pugnis cęderent, & in luto platearum conculcarent. Iraſcebatur *Fridericus* in *Bertoldum* Metenſem nec forſam iniuria, quia non tam *Volmaro* adhæreret, quam venienti in ſuam diœceſim extra muros honoris cauſa occurriſſet, & Imperatori ingratus, qui ab *Alexandro* Pontifice Bremenſi ſede exturbatum, ad ſe venientem miſeratus excepit, per manum deducens, & à latere ſuo collocauit, nec vnquam abire permiſit, donec tempore opportuno certa eum ſede locaret: nunc autem *Bertoldus* aduerſariorum eius ſe aſillum erigeret. Propterea *Fridericus* eum de ſede deturbat; qui ad Archiep. Colonienſem confugiens, & ab eo præbenda ad S. Apoſtolos donatus, Coloniæ permanſit; vacante interim Sede Metenſi, & Treuiren. quia *Rudolphus*, quem Imperator elegerat, temporalibus fruebatur; *Volmarus* verò à Pontifice conſecratus, nec in ſpiritualibus, nec in temporalibus præualebat.

Frider. Metenſi Epiſcopo iratus. CCCXLIV

Iam igitur Longobardia reuerſus, & conſiderans (ſunt verba Arnoldi in Chron. Slau.) *obſtinatum erga ſe animum Domini Papæ, clauſit omnes vias alpium, & omnium circumquaq; regionum, vt nemo pro quolibet negotio adire poſſet ſedem Apoſtolicam. Deinde conuocans Philippum Colonienſem, cœpit ſecum conferre de importunitate Domini Papæ, intelligens etiam ipſum fungi vice ipſius in cauſis decidendis, propterea magis ipſius animum explorare cupiebat, vel qualiter de eo ſibi ſentiendum eſſet, ſcire volebat. Apoſtolicus enim ipſi legationem Rom. Eccleſiæ, ſiue etiam primatum de ſuis ſuffraganeis dederat, vt, quia Imperator, vt dictum, vias Alpium concluſiſſet, ipſe vice Apoſtolici ſingulorum cauſas* CCCXLV

Sal. An. 1186. *cauſas diſcuteret, ne propterea magis ab Ec-*
cleſia Dei iuſtitia deficeret. Exponente ergo
Imperatore importunitatem Domini Apoſtolici
& quærente ab Archiepiſcopo, quam fiduciam
CCCXLVI *de ipſo eſſet habiturus, ipſe reſpondit: Domi-*
ne, non eſt neceſſe, vt aliquid de me dubitatio-
nis habeatis: me enim ſemper pro iuſtitia
ſtare velle ſciatis. Sæpius enim probaſtis cor
meum vobiſcum: vnde etiam vobis conſtat,
ſemper in me fiducialiter agendum. Verun-
tamen vt omnium Epiſcoporum ore loquar, ſi
paulo mitius uobiſcum agere velletis, & per
libertatem imperialem leuigare onus nobis im-
poſitum, tanto deuotiores quanto expeditiores
in omnibus ad omnia vobis eſſemus. Nunc
autem videtur nobis, quod quibuſdam penſis,
etſi non iniuſtè, indecenter tamen grauati ſi-
mus. Vnde etiam videtur Domino Apoſtolico,
quod iuſtam contra vos cauſam proponat, quod
mortuis Epiſcopis confiſcantur Eccleſiæ, ita vt
ablatis omnibus mobilibus & ſtipendijs præ-
ſentis anni, Epiſcopus ſubintrans omnia exi-
nanita & euacuata inueniat. Si ergo iuſti-
tiæ obtentu, & noſtri ſeruitij intuitu, per im-
perialem clementiam ſuper hoc nobis peperce-
ritis, mediatores iuſtitiæ inter vos & Domi-
num Papam humiliter erimus. Sin autem à
veritatis via recedere nequaquam poterimus.
Ad hæc Imperator ita reſpondit: In veritate
compertum habemus, quòd prædeceſſores noſtri
antiqui Imperatores, hoc iuris habuerunt, vt
defunctis Epiſcopis inueſtituram pontificalem
ſine alicuius præiudicio probatis perſonis liber-
rimè locauerint: Sed quia hoc ipſorum volun-
tate mutatum inuenimus, ratum habemus.
Hanc verò minima ſcintillam iuris noſtri
quam inuenimus, nequaquam mutari per-
mittimus. Sufficiat vobis iuſtitia veſtra
quam inueniſtes, quod permittitur vobis ele-
ctio Epiſcoporum, quam vos canonicè fieri
dicitis. Sciatis tamen, quia dum pro volun-
tate Imperatoris iſta diſpenſarentur, plures
iuſti ſunt inuenti ſacerdotes, quàm hoc tem-
pore, dum per electionem intronizantur. Ipſi
enim ſecundum vitæ meritum ſacerdotes in-
ueſtiebant, nunc autem per electionem non ſe-
cundum Deum ſed ſecundum fauorem eligun-
tur. His dictis Imperator animum Archiepi-
ſcopi cum Apoſtolico ſentire intellexit; cui di-
xit: Quandoquidem audio vos mecum non
ſentire, nolo vt ad curiam, quæ in Geilenhuſen
celebranda eſt, veniatis, vbi Epiſcoporum
erit conuentus. Cui Archiepiſcopus reſpondit:
Fiat iuxta placitum veſtrum.

Exinde ergo curiam generalem edixit in
Geilenhuſen, vbi conuenit multitudo Epiſco-
porum & Principum. Et procedens in con-
cionem, ſic omnibus locutus eſt: Rogamus vos
ſummos ſacerdotes & Epiſcopos & Principes,
quorum corda iuſtitia poſſidet, vt animaduer-
tatis, quæ dico. Compertum fortè habetis,
quantis aduerſitatibus impetar à Domino
Papa: in quo aũt gratiam ipſius diminue-
rim, ignoro. Vnum mihi conſtat, quod nunquã
animum eius exacerbare ſtudui, nec aliquan-
do contra eius præceptum vel voluntatem
aliquid feci. Nihil etiam ab ipſo contra ius
indecenter exegi. In quibus autem ipſe me
arguere habuit, non iraſcendo vel contradi-
cendo, ſed obædiendo, & rationem reddendo,
decenter ad omnia reſpondi. Et quoniam
in omnibus his innocentia mea mecum eſt, id-
circo non conturbor, ſed ſi placuerit Domino
Papæ, me filium habere dilectum & ſubiectũ,
ego eum pro honore & reuerentia ſanctæ Apo-
ſtolicæ ſedis patrem habeo dilectum & reue-
rendum. Si autem ad detectionem meam,
non dico iniuſtè, ſed ineptè aliqua molitus fue-
rit, ſpero quòd diuina fauente clementia, ve-
ſtro ſimiliter etiam adiutus conſilio & auxilio,
intrepidus ei ad omnia reſpondeam. Hæc pro
parte mea dixerim. Pro parte autem veſtra
quid ſit faciendum, diligenter penſandum eſt.
Dicit enim Dominus Papa, iniuſtum eſſe,
aliquam laicam perſonam decimas poſſidere,
quas manifeſtè Dominus his, qui altari de-
ſeruiunt, deputauerit: quod ſicut de ſcripturis
habet auctoritatem, ita eadem auctoritate
euacuare contendit. Scimus autem decimas
& oblationes à Deo ſacerdotibus & Leuitis
primitus deputatas. Sed cum tempore Chri-
ſtianitatis ab aduerſarijs infeſtarentur eccle-
ſiæ, eaſdem decimas præpotentes, & nobiles
viri ab eccleſijs in beneficio ſtabili acceperunt,
vt ipſi defenſores eccleſiarum fierent, quæ per
ſe obtinere non valerent. Affirmat etiam in-
iuſtum eſſe, quod aliquis in prædijs ſeu ho-
minibus eccleſiarum aduocatiam ſibi vſurpet,
aut ſicut eccleſia de libera voluntate ſiue dona-
tione Imperatorum vel Principum fundatæ CCCXLVII
ſunt; ita res eccleſiaſticæ à Prælatis tantùm
liberè diſpenſentur. Et quamuis hæc pro Præ-
latis eſſe videantur, non tamen credo, quòd
ita facilè mutari poſſint, quæ ex longa anti-
quita-

Sal. An. 1186.

quitate vſus in cõſuetudinem vertit, imo ipſa
conſuetudo à progenie in progeniem deſcendẽs,
quaſi iuſta traditione roborauit. Hæc de parte
veſtra dicta ſufficiant. Quæro autem à vobis,
rectores eccleſiarũ, quid inter iſta de vobis mi-
hi ſentiendum ſit, quid timẽdum, quidve vel
quantum de veſtra fidelitate præſumendum.
Sed quia à Domino iubemur reddere quæ ſunt
Dei, Deo, & quæ ſunt Cæſaris, Cæſari; ſic ro-
go, Domino Papæ in vice Chriſti debitam
perſoluatis obædientiam, vt in parte altera à
Deo conſtitutam non negligatis iuſtitiam. Ad
hæc verba ſurgens Dominus Moguntinus
Conradus, accepta opportunitate ſic locutus eſt:
Domine, rogamus ſerenitatem veſtram, vt
paululum verba noſtra attendatis. Caſus iſte,
in quo laborare videmur, grauis eſt, nec no-
ſtrum inter vos tantas componere lites. Quia
ſicut paulo ſuperius dixiſtis, ex vna parte
tenemur reddere Deo, quæ Dei ſunt, ex altera
parte quæ ſunt Cæſaris, Cæſari. Domino enim
Papæ vt patri ſpirituali, qui ſupra omnes eſt,
iuſtum eſt ad omnia promtiſſime obædire, vo-
bis autem, quem Deus Principem & Impera-
torem Romani Orbis exaltauit, cui hominium,
à quo & temporalia poſſidemus, ad aſſequen-
das omnes iuſtitias veſtras iure tenemur aſſi-
ſtere. Nunc ergo ſine præiudicio melioris con-
ſilij, ſi placet, ſcribatur Domino Papæ, ex per-
ſona Epiſcoporum, in quibus commoueatur,
vt ea, quæ ad pacem ſunt, vobiſcum ſentiat,
& iuſtitiam vobis in his, quæ iuſtè ab eo exi-
guntur, faciat. Placuit Imperatori & om-
nibus Epiſcopis, quod dixerat. Et ad volun-
tatem Imperatoris ſcripta eſt epiſtola, ſignata
bullis Epiſcoporum omnium, & perlata ad
cccxlviii *Dominum Papam. Qui cùm legiſſet epiſto-*
lam, obſtupuit de immutatione Epiſcoporum:
quia ipſe cauſam pro eis videbatur ſumſiſſe,
ipſi verò de cauſa cecidiſſe. Nec minus ta-
men in propoſito ſuo perſtitit, & veniens Ve-
ronam, Imperatorem legitimè citatum pro ca-
pitulis ſuprà ſcriptis excommunicare decreuit.
Ad quem accedentes Veronenſes, dixerunt:
Pater, ſerui & amici Domini Imperatoris ſu-
mus: rogamus ſanctitatem veſtram, vt eum
in ciuitate noſtra, nobis præſentibus, non ex-
communicetis, ſed hanc ſententiam reſpectu
noſtri ſeruitij differatis. Qui faciens iuxta
petitionem eorum, diſceſſit: & eum in proxi-
mo eum excommunicare vellit, morte præ-
uentus, ſententiam diſtulit, ſicque Im-
perator maledictionis iaculum euaſit.

Celebrantur hoc anno nuptiæ inter Hen- cccxlix
ricum Friderici filium & Conſtantiam *Ro-*
gerij quondam Regis Siculorum filiam. Hác
Gulielmus poſtquam ipſe de filijs ex vxore
Ioanna ſuſcipiendis deſperauit, filiam *Roge-*
rij aui ſui, quæ, ſine prole moriente *Guliel-*
mo, ſecum regni ſucceſſionem ſerebat, *Hen-*
rico tradidit *Friderici* filio. Magno itaque
comitatu in Lombardiam adductam *Fri-*
dericus Mediolani excepit, ac ſexto Kalen.
Feb. ſplendiſſimo apparatu ſponſalia in hor-
tis S. Ambroſij celebrauit. Sponſalibus
Henrici honeſtandis cum omnibus è Lom-
bardiæ ciuitatibus legati adeſſent, Cremo-
nenſes non affuere. Quod adeò *Friderico* cccl
diſplicuit, vt in odium Cremonenſium Cre-
mam oppidum iuſſerit reparari. Impedire
opus conantes Cremonenſes, Mediolanen-
ſium *Carrocio* educto Placentinorum, Bri-
xianorum, & Bononienſium fretus copijs,
ita feruidè adortus, vt mœnijs vrbis diſiectis,
multos eorum captiuos abduxerit, & ad pa-
cem petendam coegerit, & impetrauerint:
Crema ipſa foſſis & vallis intra tres menſes
munita *Frixorium* inde eſt Cremonenſium
appellata. Non abſimili eſt agitatus diſcri- cccli
mine *Philippus* Archiep. Colonienſis, voca-
tus ad nuptias, vt veteris ſuſpicionis notam
aboleret, nil prætermiſit, quod regia poſſet
decorare ſponſalia. Magno itaque pergens
comitatu in nuncium *Conradi* Moguntini
offendit, à quo Domini mandato monitus,
vt ſibi proſpiceret, numquam, ſi procede-
ret, Coloniam reuiſurus. Id dolo nè, an
animo fecerit, incertum. Secum tamen
Colonienſis reputans periculum ſuum, non
contempſit monitorem: ſed morbo ſimu-
lato iter vertit, qui abſentiam excuſaret; vn-
de in eum excreuit ſuſpicio. Cremonenſi-
bus poſtea in gratiam receptis captiui red-
diti, ius cudendi monetam indultum: filiam
poſtea nuptum tradidiſſe *Gulielmo* Mar-
chioni Montisferrati ſcribunt nonnulli; alij
negant, quia ei nupſerat *Sibylla* filia *Baldui-*
ni Regis Hieruſalem. His actis in Germa-
niam abijt, *Henrico* filio Italia commiſſa. Is ccclii
Mediolanenſibus ius Prætoris conceſſit, qui
Comes eſſet, & ius vitæ neciſque haberet.
Primus, qui honorem ſubijt, obliterato ti-
tulo Vicecomitum, *Vbertus* fuit ex familia
Vicecomitum.

Nuptiæ inter Conſtantiam & Henricũ.

Crema reædificatur.

Philipp. Colon: cõtumacia.

Ipſa

Sal. An. 1186. cccliii Ipſa Saxonia hiſce diebus non ſine diſſidio. Comes *Adolfus* caſtrum reædificauerat ad oſtium Trauenæ, quod exuſtum fuerat, Cæſare obſidente Lubekam. Locum tamen mutauerat: quia cum prius in aqua fuiſſet, ipſe ſuper littus maris ad introitum Trauenæ erexit, vt facilius intrantes piratę obrui poſſent. Propterea telonium petebat, ciues negabant. Ille antiquam Ducis adducebat conſuetudinem; iſti priuilegium aſſerebant perſonæ indultum, & iam antiquatum. Hinc non leuis controuerſia, cum *Adolfus* ciuium prædia, paſcua vſurparet, & pignoris loco teneret. Ciues verò ſæpius ad Imperatorem queſti, cum nihil proficerent; tandem Imperiali decreto ſolutis trecentis marchis argenti ciues immunitatē telonij ſunt cōſequuti; & ducētis pro paſcuis & Syluis, exceptis his, quæ ad Monachorum ſtipendia in Reineuelde fuerant deputata.

Eodem tempore *Fridericus* ſecundò geniti ſui, cogitans celebrare nuptias, quas cō- cccliv *Danorū & Frid.* traxerat cum ſorore *Kanuti* Danorū Regis, Legatos miſit vt dotem exigerent, priuſ- *ſimultas.* quam celebrarentur nuptiæ. Egre tulit Danus, dotis ante peractas nuptias expetitionem: Vnde ſoluere recuſauit. Hoc intelligens Imperator ſororem illi ſuam, quo illam acceperat apparatu, remiſit; vnde attrociſſima bella, & prouinciarum incendia; nam omnem terram Vvagrionum, Holſatorum, Stormatiorum, Polaborum, vſque ad Albim ſui iuris dicens, per Vandalos, quos ſibi aſtrinxit, crebris incurſionibus vaſtauit. Eiſdem cauſis mater Regis, quæ *Ludouico* prouinciali Thuringiæ, poſt Regem *Vvaldemarum* nupta erat, repudiata, ad terram ſuæ natiuitatis reuertitur, non vna, vt querebatur, onerata iniuria.

FRIDERICVS IN SALADINVM MOVET. Anno 1187.

ccclv *Chriſtianorum clades.* Italiam moderante *Henrico Friderici* filio, & in grattiam Mediolanenſium, arma gerente in Comitem Sabaudiæ, quæ aduerſus Sarracenorum rabiem fas erat educere, *Vrbanus* Pontifex ad Venetos deſcendit, vt Ducem primo Vere cum claſſe in Orientem impelleret. Cumque Ferrariæ eſſet, en triſtis ab Oriente nuncius referens poſt Tiberiadem à *Saladino* captam, exercitum Chriſtianum, qui frequens ad ſarcienda damna concurrerat, ineunte Iulio conciſum, milites Templi, & Hoſpitalis inſigni probata virtute ſua deletos. Inde *Saladinum* Ptolemaidem cum alijs vrbibus, ac exeunte Septembri vrbem ipſam Sanctam Hieruſalem occupaſſe; Crucem Domini in manus impiorum cecidiſſe, ac *Vidonem Luſignanum* Regem in cuſtodiam coniectum. *Vrbani mors.* Hoc nuntio accepto, tantum doloris *Vrbanus* hauſit, vt ſuſtinere non potuerit, ac Ferrariæ XIV. Kal. Nouemb. mortem obierit. Ei ſucceſſit *Gregorius VIII.*, qui ccclvi *Gregor. VIII. creatur.* Pontificalia inſignia vno duntaxat menſe, & viginti ſeptem diebus retinuit. Breui iſto tempore multa pro ſubleuandis Chriſtianis Orientalibus egit. Epiſtolam dedit ad omnes Occidentis principes ad eorum poſcendam opem: in quinquennium indixit feriç ſextæ ſeuerum ieiunium, qua Numen placaretur: iuſſit ferijs quartis, & Sabbato à carnibus abſtineri: addidit ſecundam fe- *Geſta pro Terra Sancta.* riam, quà tum ipſe, tum Cardinales eorumque domeſtici quadrageſimalibus duntaxat cibis vterentur, lege tam rigida, vt nemini liceret eam violare citra grauem cauſam. Eius inſtinctu ſacer purpuratorum Senatus ſe in commune deuinxit ad abdicandas lautitias, curamque rei faciendæ, vtquè omnes ſacri belli inſignia ſuſciperent quo magis alios incitarent: vbique munera omnia & largitiones interdixerunt, imò & equitationem, quamdiu terra ſancta pedibus Infidelium tereretur. ccclvii Nec multo poſt, *Gregor. VIII. obitus.* vt Piſanos cum Ianuenſibus iungeret, Piſas contendit. Vbi morbo & ipſe intempeſtiuè oppreſſus, XVII. Kal. Ian. obijt, & *Clemēs III.* ſubrogatur. Hoc anno *Conradus* Marchio Montisferrati in Syriam voti cauſa profectus, cum Ptolemaidem & Hieroſolymam occupatas ab hoſtibus inueniret, Tyrum inijt, aduerſus hoſtes defendere; & inſignem Sarracenorum captiuum factum, pro patris redemptione, qui maximo ſuperiore bello captus fuerat, permutauit. Hieroſolymitana calamitas, ac pia optimi Pontificis ad ſuſci- ccclviii piendam Crucem hortatio cum alios Occidentis Principes, tum in primis ipſum, vt decuit *Fridericum* Imperatorem commo- *Frideric. Crucem ſuſcipit.* uit. Annus Octuageſimus octauus conſumptus eſt in adornanda Aſiatica expeditione,

cui

Sal. An. 1187. cui præter *Ænobarbum* dedere nomen, eius filius *Fridericus* Dux Sueuiæ, *Theopoldus* Batauenſis, Ratisbonenſis, Herbipolenſis, Tarantaſius, Veſontionenſis, Monaſterienſis, Baſileenſis, Tullenſis, Oſnabrugenſis, Miſnenſis, Epiſcopi. *Florentius III.* Comes Hollandiæ: *Vvilhelmus* etiam *Florentij* Iunior filius, patrem ſummopere prohibentem prædicta via ſequitur, qui ad terram ſanctam veniens per Imperatorem vix patri reconciliatur. *Bertholdus* Andecenſis Dux Meraniæ, *Hermannus* Badenſis, *Otho* Burgundiæ, *Bertholdus* Laringiæ, *Adalbertus* Habsburgi, *Henricus* Salmæ, *Gosbertus* Aſperimontis, *Robertus* Naſſouiæ, *Adolfus* Holſatiæ, duo *Henrici* Dietzij Dynaſtæ.

cccxix Ne per abſentiam Cæſaris *Henricus Leo* res nouas moliretur, Goslariæ iuſſus adeſſe, & è tribus conditionibus à Cæſare præfixis, *vt vel lubens pateretur dignitatem, quam repetebat, imminui: vel in Paleſtina Cæſari militaret: vel vt triennio patria careret*, vnam eligere. Poſtremam cœteris prætulit, rurſumque in Angliam iuit exulatum: vnde tamen adnitentibus Angliæ & Daniæ Regibus, redijt in Germaniam. Subinde miſſus à Cæſare *Conradus Vvitelſpachius* ad *Belam*
cccxx *III.* Hungariæ Regem, quo cum itineris, foriceſcarij, viarum muniendarum, pabulationis rationem iniret: Iuit, & propenſum Regem inuenit. Profligatis *Ladislai* partibus, ſuſceperat *Bela* Hungarici Regni habenas, inter pacificos Patriæ patres, nulli ſecundus; inter propugnatores, omnium æmulus; inter iuſtos, nemini iniuſtus: Sacræ expeditionis gratia, ſuadente Pontifice arma quæ gerebat in Venetos, poſuit, & pactis inducijs, bellicoſus ſimul & pacificus, Chriſti iuuit militem ea fide, quâ Regem decet catholicum. Epiſcopus Monaſterienſis, *Rupertus Naſſouius*, & *Henricus Iunior* Comes Dietzius oratores de pace ad *Iſaacium Angelum* lecti, nil præter Argolicas fraudes, & carcerem, obſidum ſpecioſo nomine, donec Cæſar adueniret, impetrarunt. Feciales quoque ad *Saladinum* miſſi cum litteris, qui bellum indicerent, ni ablata reſtitueret. Epiſtolæ autem hæc fuit ſententia.

Fridericus Romanorum Imperator ſemper
cccxxi *Auguſtus, & hoſtium Imperij magnificus triumphator, Saladino præſidi Sarracenorum quondam illuſtri, exemplo Pharaonis fugere Iſraelem.*

Deuotionis tuæ literas multis retro temporibus ad nos deſtinatas ſuper arduis negotijs, tibi quidem, ſi fides verbis ſuffuiſſet, profuturis (prout maieſtatis noſtræ decuit magnificentiam) ſuſcepimus, & epiſtolarum noſtrarum alloquijs magnificentia tuæ conſulere dignum duximus. Nunc vero quia Terram ſanctam profanaſti, cui æterni Regis imperamus imperio: in tanti ſceleris præſumptuoſam & plectibilem ac auſibilem audaciam debita animaduerſione decernere, Imperialis officij ſolicitudo nos admonet. Quamobrem, niſi occupatam terram Iudææ, Samariæ, & Palæſtinorum ante omnia reſtituas, adiuncta ſatisfactione ſacris conſtitutionibus pro tam nefarijs exceſſibus taxata, ne minime legitimum videamur quærere bellum, à capite Kalendarum Nouembrium, anno Incarnationis Dominicæ, milleſimo centeſimo octogeſimo octauo, reuoluto anni ſpacio, terminum tibi præfigimus ad experiendam belli fortunam in campo Taneos in virtute viuifica Crucis, & in nomine veri Ioſeph. Vix enim credere poſſumus hoc te latere, quod ſcriptis veterum, & hiſtorijs antiquis noſtri temporis factum redolet. Numquid ſcire diſſimulas ambas Æthiopias, Mauritaniam, Perſiam, Syriam, Parthiam, vbi Marci Craſſi noſtri Dictatoris fata ſunt præmaturata, Iudæam, Samariam maritimam, Arabiam, Chaldæam, ipſam quoque Ægyptum, vbi, proh dolor, ciuis Romanus Antonius vir inſigni virtute præditus citra nitorem temperantiæ, & ſecus quam decebat militem, à tanto culmine rerum emiſſum, minus ſobrijs Cleopatræ inſeruiebat amoribus? Numquid etiam ſcire diſſimulas, Armeniam, & innumerabiles alias terras noſtræ ditioni ſubiectas?

Norunt hæc Reges, quorum cruore gladij Romani ſunt crebrius inebriati, & tu quidem in ipſa rerum experientia, Deo auctore, intelliges, quid noſtræ victrices aquilæ, quid cohortes diuerſarum nationum, quid furor Teutonicus, etiam in pace arma capeſſens, quid caput indomitum regni, quid iuuentus, quæ numquam fugam nouit, quid procerus Bauarius, quid Suauus aſtutus, quid Francia circumſpecta, quid Anglia prouida, & ingenioſa: quid Albania, quid Cymbria, quid in gladio ludens Saxonia, quid Turin-

gia

Sal. An. 1187. *gia quid Vveſtphalia, quid agilis Brabantia, quid neſcia pacis Lotharingia, quid inquieta Burgundia, quid Alpini ſalices, quid Friſonia in armento prauolans, quid Reemia vltro mori gaudens, quid Boemia ſuis feris ferior, quid Auſtria, quid Friſia, quid Rutonia, quid partes Illyricæ, quid Lombardia, quid Tuſcia, quid Ammonitana Narſia, quid Venetus pirata, quid Piſanus nauclerus: denique quid dextera noſtra, quam ſenio arguis effœtam, quam gladios vibrare didicit dies illa plena reuerentia & iucunditatis triumpho Chriſti præfixa te docebit.*

Saladini Reſponſum.

cccLXII *Illi Regi ſincero amico, magno, excelſo Friderico Regi Alemanniæ in nomine Dei miſerentis, per gratiam Dei vnius potentis, exuperantis, victoris perennis, cuius non eſt finis.*


G*Ratias ei agimus perennes, cuius gratia eſt ſuper omnem mundum; deprecamur eum, vt infundat orationem ſuam ſuper prophetas ſuos, & maximè ſuper inſtructorem noſtrum, nuntium ſuum Mahumet prophetam, quem miſit pro correctione rectæ legis, quam faciet apparere ſuper cunctas leges. Notum facimus Regi ſincero, potenti, magno, amico, amicabili Regi Alemanniæ, quòd homo quidam Henricus nomine, venit ad nos, dicens, ſe eſſe Nuncium veſtrum, & detulit nobis quamdam chartam, quam eſſe dixit veſtram. Nos legi fecimus chartam, & audiuimus eum viua voce loquentem, & verbis, quæ ore dixit, verbis reſpondimus, & hoc eſt reſponſum chartæ. Quod computatis qui vobiſcum concordant, veniendi ſuper nos, & nominatis, & dicitis: Rex talis terræ, & Rex alterius terræ, & Comes talis, & talis: & tales Archiepiſcopi, & Marchiones, & milites: ſed ſi nos vellemus dinumerare eos, qui ſunt in noſtro ſeruitio, & qui ſunt intendentes noſtro præcepto, & prompti noſtro ſermoni, & qui dimicarent coram noſtris manibus; non poſſent in ſcriptum redigi. Et ſi Chriſtianorum computatis nomina, Sarracenorum ſunt plura & abundantiora, quàm Chriſtianorum: & ſi inter vos & eos, quos nominaſtis Chriſtianos, mare eſt, inter Sarracenos, qui non poſſunt æſtimari, non eſt inter eos & nos mare, vel vllum impedimentum veniendi ad nos. Et nobiſcum habentur Bedeuuini, quos ſi opponeremus inimicis noſtris, ſufficerent. Habemus & Turkemannos, quos ſi effunderemus ſuper inimicos noſtros, deſtruerent eos. Habemus ruſticos, qui dimicarent ſtrenuè, ſi iuberemus, contra gentes, quæ ventura ſunt ſuper terram noſtram, & ditarentur de eis, & exterminarent eas. Habemus Soldanos bellicoſos, per quos terram apertam habemus, & aquiſitam, & expugnatos inimicos, & ij, & omnes Reges Paganiſſimi non tardabunt, cum eos ſubmonuerimus, & vocauerimus. Et vos cum fueritis congregati, ſicut charta veſtra dicit, & ducetis multitudinem veſtram, vt narrat Nuntius veſter, obuiabimus vobis per potentiam Dei, & obtinebimus terras fortitudine Dei. Nam ſi veneritis, cum toto poſſe veſtro venietis, & præſentes eritis cum omni gente veſtra. Et ſcimus, quòd nullus remanebit in terra veſtra, qui ſe defendere poſſit, vel terram tueri, & quando Deus victoriam nobis ſua fortitudine donauerit, nihil amplius erit, quàm vt terras veſtras liberè capiamus fortitudine ſua, & voluntate. Adunatio enim legis Chriſtianorum bis venit ſuper nos in Babylone, vna vice apud Damiatam, & altera apud Alexandriam; & noſtis, qualiter Chriſtiani vtraque vice redierint, & ad qualem exitum venerint. Et Deus adunauit nobis regiones affluentiùs, & adunauit eos longè lateque ſub poteſtate noſtra, Babyloniam cum pertinentijs ſuis, terram Damaſci, & Maritimam, Hieruſalem, terram Gethſuræ, & caſtella eius, terram Roaſiæ cum pertinentijs, regionem Indiæ cum pertinentijs. Et per gratiam Dei hoc totum eſt in manibus noſtris, & reſiduum Regum Sarracenorum noſtro eſt imperio ſubiectum. Nam ſi mandaremus Excellentiſſimis Regibus Sarracenorum, non retraherent ſe à nobis. Et ſi ſubmoneremus Calypham de Baldac, quem Deus ſaluet, de ſede excelſi imperij ſui exurgeret, & veniret in auxilium excellentiæ noſtræ. Et nos per virtutem Dei obtinuimus Hieruſalem, & terras eius; & remanent adhuc in manibus Chriſtianorum tres ciuitates, Tyrus, Tripolis, & Antiochia: & de his non eſt aliud, niſi vt capiantur. Attamen ſi bellum vultis, & ſi Deus voluerit, vt ſit per voluntatem ſuam, & quod totam terram Chriſtianorum aquiramus, obuiabimus, ſicut ſcriptum eſt in charta veſtra. Verum ſi nos de bono pacis requiſiueritis, mandabitis procuratoribus iſto-*

Sal. An. *rum trium locorum prædictorum, vt ea nobis*
1187. *ſine contradictione reſignent, & vobis ſan-*
ctam Crucem reddemus, & liberabimus om-
nes captiuos Chriſtianos, qui ſunt in tota terra
noſtra, & permittemus vobis ad Sepulchrum
vnum ſacerdotem, & reddemus Abbatias,
quæ ſolebant eſſe in tempore Paganiſmi, &
bonum eius faciemus, & permittemus venire
peregrinos in tota vita noſtra, & habebimus
vobiſcum pacem. Charta hæc ſcripta fuit
anno aduentus prophetæ noſtri Mahumet
quingenteſimo octuageſimoquarto, gratia Dei
ſoltus.

Accepta itaque cruce de manu *Henrici*
cccLXIII Albanenſis Epiſcopi Cardinalis, cum ſe
prudenter prius Deo, ac *Clementi* eius Vi-
cario reconciliaſſet *Fridericus*, copijs, IX.
Venetorũ gloria. Kal. April. ad Ratisbonam luſtratis, iter in-
greditur; Cum paulò poſt ſequerentur
Philippus Gallorum, & *Richardus* Britan-
norum Reges; *Otho* Belgarum Dux; Vene-
ti cum Piſanis ex Adriatico ſinu primi ſol-
uentes, ante cœterorum aduentum, Ptole-
maidem à *Saladino* occupatam oppugna-
runt. Caſtra itaque *Fridericus* per Hunga-
riam pacatè mouens in Illyricum venit, inde
Sal. An. in Lycaoniam. Multæ in via pugnæ ad de-
1190. clinandas Græcorum inſidias. Tranſmiſſo
Helleſponto, leuiora commiſſa ſunt prælia,
donec Laodiceam ventum eſt, vbi omni hu-
cccLXIV manitatis genere exercitus eſt recreatus.
Frideric. filius Friderici vulneratus. Vulnus in itinere *Fridericus* Cæſaris filius
honeſtum in mala, excuſſo dente, pugnans
accepit. Explicata acie, Nonis Maij, ad
Philomelium proſperè dimicatum: cæſa
hoſtium ſena millia, vrbs capta, direpta,
incenſa. Pari fato; cum *Melichus Saladini*
filius, Soldani gener, *Friderico* mandaſſet,
ſi per terram meam vis ſecurum habere tran-
ſitum, pro quolibet milite ſolue mihi aureum
Byzantinum. Si non feceris, craſtina die te,
& tuos gladio interficiam. Cui Imperator
reſpondit. *Inauditum quidem, quod Roma-*
norum Imperator vlli mortalium tributa
ſoluat; ſolitus exigere, non ſoluere. Verum
quia viribus exhauſti ſumus, vt cum paucis
quiete vitam noſtram tendamus, vnum de-
Chriſtianorum victoria. *narium, qui Manlat* dicitur, voluntariè
perſoluam. Et protinus aduocato concilio,
quid ageretur, *Fridericus* expoſuit. Illi au-
tem vno ore reſponderunt; *Bona quidem,*
& vt decet Imperialem maieſtatem reſpon-
diſtis tyranno. Placuit Imperatori virorum
conſtantia. Et luceſcente aurora, acie or-
dinata filius eius Dux Sueuiæ in fronte cum
robuſtiſſimis conſtituitur, ipſe cum reliquis
hoſtes, qui à tergo inſiſtebant, percuſſurus.
Trecenta armatorum millia hoſtis obiece-
rat, qui omnes vel cæſi vel ſaucij. Fuga-
to hoſte, vi portas ciuitatis irrumpentes
Chriſtiani, omnes qui in ciuitate erant,
percuſſerunt in ore gladij. Noſtrorum *Fauet S. Gregor.*
aciem viſus eſt D. Gregorius in vota voca-
tus, cum candidata legione prætexere.
Caſtris per loca ſiticuloſa, ad Iconium *Noua victoria.*
traductis, grauiter onerati milites, propu-
gnarunt denuo XVI. Kalen. Iunij, ac
triumphos egerunt. Occubuere è Barbaris
innumeri, ingens collecta præda, præ-
teritorum præmium, ſpes futurorum.
Expugnatum Iconium: Calicdami Sol- *Frider. I. mors.*
danus pulſus in arcem, precibus pacem
obtinuit.

Cæſarem hactenus inuictum, mors in cccLXV
Armenia deuicit IV. Idus Iunij, caſu im-
prouiſo, & piæ militiæ acerbiſſimo, qui
eum fluminis, ſiue Serræ, ſiue Farfaris,
ſiue Saletij, ſiue Cydni, (ſcriptores nu-
tant in incerto) lauantem, vel traijcien-
tem, vorticibus hauſtum extinxit. Aliqui
Seleuciæ, veneno, alij inopinata morte,
nulla fluminis mentione, abreptum pu-
tant. Alij memorant ab æſtu diei & labo-
ris, quum arma poſuiſſe, & veſtes, amnem
in ſuperficie à Sole tepidum, ſed in imo
frigidiſſimum, quum tetigiſset Imperator,
obriguiſse ſubita mutatione membra, &
quod Alexandro obrigiſse ferunt, penè
emortuum in manibus Imperatorem. Tum
verò ſubitò aquis extractum reſpiraſse cccLXVI
paulum, dicentem *Benedictus Deus, qui*
me per aquam regenerauit: ſi per aquàm me
de mundo vocat, queri non poſſum. Et pau-
lò poſt quum æthera ſuſpexiſset, dicens,
O Domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum, pla-
cidè obdormiuit in Domino. Sic in ip-
ſo victoriarum curſu heros præſtantiſſi-
mus perijt, humanæ fragilitatis relinquens
exemplum. Annum agebat LXIX.: &
quia nihil famà velocius, ad Gentiles ob-
ſeſsos in Accaron mors eius velociùs per-
uolauit, vt ferè hanc prius quàm, Chriſtia-
ni ſcirent. Corpus eius exenteratum, ob
longitudinem itineris ſale diligenter confri-
catum,

Sal. An. 1190. eatum, & geſtatorio impoſitum, luctuoſo agmine Antiochiam delatum eſt, & in baſilica B. Petri in introitu chori tumulatum. In eadem Antiochia *Florentius* Hol-



CCCLVII landiæ Comes, non multò poſt languore correptus, obit. Vir, in quo totius honeſtatis & probitatis forma ſe aptauerat. Cuius filium *Vvilhelmum* Dux Sueuiæ in obſequium ſuum aſſumpſit, tum ob patris memoriam, tum propter iuuenis mores acceptabiles. Hìc demum ſæua in milite exorta lues, tot eſt graſſata funeribus, vt ſuperextantes mortuis ſepeliendis non ſufficerent. *Fridericus* Cæſaris filius, dum copiarum reliquias obſidendæ admouet Ptolemaidæ, morbo petitus ſuccubuit, quia voluit, voluit, quia debuit. Medicis namque ad prorogandam vitam, Veneris vſum ſuadentibus, Chriſtianè reſpondit *malle ſe mori, quàm fœdari*. Ænobarbi caſus inconſolabili mœrore totum Chriſtianorum gregem affecit, vt ex epiſtola *Petri Bleſenſis*.

Epiſtola Petri Bleſenſis. *Rumor terribilis, & horribilis, & nefandus noſtris & aliorum auribus nuper inculcatus; omni bicipiti gladio penetrantior noſtri cordis vitalia ſic acerbè, ſic medullitus, ſic lethaliter ſauciauit, quòd vix ſperatur antidotum, vix reſtat viuendi fiducia, vix ſpes aliqua ſubſiſtendi. Audiuimus enim, & in ipſo penè auditu defecimus præ dolore, quòd illa Imperij columna immobilis & regni Apuliæ ſtabile firmamentum, ille Lucifer matutinus omni micanti ſtella micantior, ille, inquam, ingens chriſolythus omni iaſpide & lapide pretioſior, Fridericus videlicet noſter ſereniſſimus Imperator ſui fati diem, proh dolor, clauſit extremum. Ad cuius obitum vniuerſis eius fidelibus, & præſertim regnicolis, qui ſuo præſidio defenſante inconcuſſæ pacis quietè vigebant, quaſi Sol & Luna, & vniuerſa cæli luminaria tenebreſcunt, dum illud lumen lucidiſſimum obturatur, quo vbilibet coruſcante, hactenus nullius erroris vel horroris offendiculum timebatur. Heu quid agimus, ad quem confugimus, cuius præſidia præſtolamur? Quis fiet amodò grande præſidium? Quis regnicolis mite leuamen? Quis gentis Apuliæ tuta defenſio? Occubuit enim leo fortiſſimus, cuius facies inclyta, cuius præpotens dextera feroces terræ beſtias deterrebat, & rebellium colla ſibi ſubijciens vbique terrarum monſtra placabat. Plangite igitur regni fideles tanti Principis præſidio deſtituti, vlulate iuuenes, plorate ſenes, nuptæ ac virgines cum ephebis. Nam vitæ veſtræ dux & regimen, vita & ſalus, lux & defenſio, tutela & virtus, anchora ſpei, refugium & auxilium, heu mortis imperio ſubiugatur. Heu, heu, importunæ mortis proteruitas effrænata, & effrænis præſumptio ſororum triplicium vitæ hominum fila trahentium, quæ ſumptis à parcendo vocabulis ſuis nominibus antiphraſticè ponuntur, cur ſaltem in tanto Principe vera ſibi nomina non adſciſcunt, vt illius capitis ſaluti præeſſent, quod mille damnandis capitibus iam pepercit? O mortalium miranda conditio, &, ſi fas eſt dicere, conditio deploranda, dum mortis imperio curuantur imperia, & eius iugo colla nobilium ſubiugantur, quorum dominio pauperum ac diuitum, debilium & potentium capita ſupponuntur. Hoc tamen diuina creditur prouidentia definitum, vt ſicut eſt ſimilis cunctorum naſcendi conditio, ita ſimilis finis*

Sal. An. 1190. *& interritus vniuerſis & ſingulis ſubſequatur. Quia igitur de tanto, & de tam irrecuperabili damno ferè inconſolabiliter eſt dolendum: multorum mentes ita ſunt in dubio poſita, quod incertum eſt eis de facto guerrarum & pacis quid fieri debeat in futurum, cùm Domini Imperatoris hæredibus exiſtat non impotens aduerſator, qui totis, vt creditur, viribus nititur contra eos mala malis quotidie, ſi præualet, cumulare. Hinc eſt, quòd dilectionem veſtram, de qua plenè confidimus, exoramus, quatenus vos, ad cuius notitiam curiæ ſecreta perueniunt, & aliquorum conſilia reuelantur, ſi quid poteſtis conijcere de futuris, quod iucundum eſſe debeat, aut damnoſũ, nobis veſtris literis enodetis, vt iuxta quod nobis poſſibile fuerit, ſecuriorem viam in dubijs eligamus. Nã iacula, quæ ab hoſtibus iaciuntur, ſi præuiſa fuerint, minùs inferunt læſionis.*

Cauſam exquirenti obitus *Friderici* moralem? ad eam reuocat culpam *Neubrigenſis*, quòd iniquiſſimo bello Romanam inceſſerit eccleſiam, & perſecutor implacabilis fuerit Romanorum Pontificum. Tantum facinus Imperialibus cum non potuerit expiari delicijs, in deſerta loca traducitur vt ſubitaneæ mortis caſus dilueret, ne pęna plecteretur æterna. Ego verò ad triumphum reuoco, quod alij recenſent opprobrium. Sceleſtiſſimum patraſſe facinus, dum inſequeretur Pontificem, nemo dubitat; at quòd de *Friderico* non homines, ſed elementa triumphent iam ſeptuagenario, dum inter fidei hoſtes, tutelam Chriſti gerebat, pietas eſt ex miſericordiarum fonte ſurgens, quam ſola aſſequitur Altitudo diuitiarum ſcientiæ Dei, cum ſeipſam intelligit. In obitu namque *Friderici*, cum anima eius tot ſacrilegijs exultet polluta, & moriendo in aquis, renouetur vt aquila iuuentus eius; Religio ſuo viduata Rege, flagellis cæſa, denuò Turcarum rabie ducitur ad crucifigendum. Inueſtigabiles cum ſint viæ Domini, nec ſit qui poſſit requirere, *Quid feciſti?* Laudemus Dominum; nec Chriſtum Domini *Fridericum* damnemus.

cccLXVIII (left margin, beside "moralem?") — Mortis cauſa. (right margin) — cccLXIX (right margin, beside "In obitu namque")

INSCRIPTIO.

Pacis erã diues Fridericus Marte ſecũdus:
Sed poſuit pacem Mars ſine fine Meus.
Pacaui Cymbros: Guelphos parere coegi:
Aſcaniaq; dedi Saxona regna Duci.
Inſubres Domui, Ciliceſque, Syroſque, Getaſq;
Marteque compoſui regna Latina meo.
Quid moror? Europæ leges, Aſiaeque ſuperbæ
Impoſui: Lybia me timet omne ſolum.
Quem non mille acies poßunt abſumere ferro:
Armenius vitreo Ferreus amne rapit.

Nic. Reuſnerus.

ALIA.

IRe lubet ſtagno, liquido inſidioſa ſepulchro
Mos latet; en vitreis ſe ſibi prodit aquis
Mors vbinã? quæres: nõ vſquã nec tela, nec arcus
Arcus & arcutenẽs, ſi volet, amnis erit.

Balduinus Cabill.

ALIA.

INclyta Germaniæ Fridericus gloria gentis,
Ingenio duri Martis amante fuit.
Sedibus ac regno Guelphos eiecit auito,
Pingue Cheruſcorum qui tenuere ſolum.
Saxonici pulſis quibus Electoris honores
Abſtulit, Aſcaniæ principibuſq; dedit.
Quos tribus Auguſti natos ab Othonibus, aiunt
Nobile Cæſarei ſanguinis eſſe genus,
Eruit inſubrium diſiectam funditus vrbem,
Tempore quo ſummi præſulis hoſtis erat,
Remq; breui geſtam ſignari carmine iuſſit:
Hic ſtetit Inſubrium nobile gentis opus.
Mos antiquus erat, qui publica cõmoda pacis
Cæſare turbaſſet bella gerente foris,
Totius imperij reus inſpectante ſenatu
Vt canis impoſitum corpore ferret onus.
Ergo quod Italicis dum concita geſſit in oris
Bella, Palatinus mouerat arma domi:
Hunc licet inuitum detrectantemq; coegit
Inclyta per Nemetum mœnia ferre canem.
Impoſuitq; duci nomen regale Bohemo,
Qui ſua militiæ ſigna ſecutus erat.
Cuius in ambiguo ſæuì diſcrimine Martis
Sæpe fuit virtus, ſæpè probata fides.
Cum Veneto geſſit quo tempore bella ſenatus,
Procubuit ſummi Præſulis ante pedes:
Supplice delicti veniam quibus ore precatus.
Oſcula cum turpi fixa rubore dedit.
Terrarum dominum quid inani ludere faſtu
Iuuit Pontificem, Roma ſuperba, tuum?
Armeniæ vitam ſubmerſus in amne reliquit,
Fortia cum ſæuis intulit arma Getis.

At

At niſi crudeli præuentus morte fuiſſet.
Imperij fines vltima Bactra forent,
Hoſtis &, Europa qui nunc affectat habenas,
Vix Aſia minima parte teneret humum.

MONETAM, SIGNVM *Friderici I.* Vide in *pag. 6.*

Hoc ſtetit, hoc cecidit Reſpublica Cæſare Chri-
Qua ſine nunc vllo vindice lapſa iacet. *ſti,*
Friderici Symbol. *Qui neſcit diſſimulare, neſcit imperare.*

LIB. XXII. CAPVT TERTIVM.
POTESTATVM DISTINCTIO.

1 *Nimrod ſymbol. confuſionis, & tyrannidis. 2. hominum venator. 3. Cælo bellum indicit.*
4 Belum *Nimrodi Idolum,* Belzebub *cur dictus.*
4 *Imago hominum lapidea, prima.*
5 *Terminos ſuæ poteſtatis nemo egrediatur.*
6 *Pontifex iura principatus non vſurpet, nec Princeps Pontificatus.* 11. 12. 13. 30.
7 *Regum & Pontificum officia diſtincta.* 11. 12.
10 *Diuiſio, & diſtinctio rerum.*
12 *Chriſtus fugit Regnum terrenum.*
13 *Philiſtinorum conſilium de arca quare inutile.*
16 *Poteſtatem diſtinctã Dij ipſi habent.* 31.
20 *Graue reſponſum* Epernonij *in Clericos vſurpantes officia aulica.*
21 *Vir indutus veſte muliebri, quid?*
23 *Ezechielis currus figura regiminis.*
24 *Sola diſtinctione regnum euerſum poteſt remitti.*
29 *Deus ipſe terminos non confundit.*
32 *Fæmina Hebræa cur prohibita nubere extra tribum ſuam.*
33 *Muſica ex diſcordia.*

EX *Nimrodo* Babylon, vt ex Babylona *Nimrod*, Confuſionis, & Tyrannidis
1 *Symbol. confuſionis, & tyrannidis.* amicè conſpirant hieroglyphica. Si regnum namque confuſio diſtulit, Abyſſus poterat non niſi tyrannum euomere. Sed vnde ab eadem confuſionis cauſa incrementum & decrementum regna ſortiuntur? qui primus Regis ſub imperio homines traduxit
2 æquales, eſt Nimrod auctor regni, pater con-
Gen. 10. fuſionis: *ipſe cæpit eſſe potens in terra: & erat robuſtus venator coram Domino* (hominum ſcilicet venator, atque tyrannus à feris de-
Threu. 5. n. 51. ſumptà metaphora vt habet *Hieremias*: Venando venati ſunt me, velut auem inimici mei immeritò) ob hoc exiuit prouerbiũ: *Quaſi Nimrod robuſtus venator coram Domino. Fuit autem principium regni eius Babylon?* Vno in patre orta, protinus occidunt regna, quia filius ambitionis & tumultus. A con-
3 fuſione regna exordiuntur, quia imperij libido Cœlum ipſum conturbat. Qua deſolatur, extruitur: vt prima fronte Rex videat, qualem ſpem de regno concipiat. Pacem ſperare poterat primus ille tyrannus, qui hominum factus venator, turrim deſi-
Bellum indicit Cœlo. gnauit in caueam; qua homines veluti feras loris includeret: quia vel ſtolidus Deum diſſimulabat ſolicitum, vel impius non credebat potentem. Hinc famoſus inter infames, & inter inhumanos immanis turrim cogitat, vndè iacularetur Solem. Cui lemma inſcriberem, *Impoſſibile*. Tam graui mole onerati excuſſi ſunt cardines, non tam ediſficij pondere, quàm ædificantis tyrannide. deſlorauit violentia pacem: & rerum communione ſubuerſa, in Deum ſagittam direxit, quaſi humana victoria vileſceret, ni Cœlum ipſum remulcaret in triumphum. Bellum peregit, poſtea dixit. Nam primus idololatra, & Idolum, ſibi diuinos aſſerendo honores, truncum Deum ipſum expoſuit, reſonans in portis tentorij ſui, oſtiarios ſtare Deos. Non contentus vt Cæſar, in arenam prouocaſſe Tonantem; vt Caligula inſaniens, Deitatum veluti Draconum capita confregit in aquis, quaſi potentior Cadmo, non homines, ſed lapidea poſſet reproducere Numina. *Beli* titulum Idolo impoſuit, quem veriori nomine poſt Semiramidis regnum, dictus eſt *Belzebub*: quia promiſcue accipiuntur cultores dæmonis, & tyranni. Horruit natura, quum innocentiam vidit immolari prò culpa: hominum diuinitate marmore expolita, vt vim faceret æternitati. Hanc primam *Imaginem* hominum vſque adhuc naturæ, Angelis ipſis incognitam, neſcientes ab exemplari ſecernere, Deum euocarunt, vt Omnipotentiæ manu

Si-

Signum Diſtinctionis imponeret. *Deſcen-*
Geneſ. ij. *dit itaque Dominus, vt videret turrim*, quæ
vltra diluuij metum, & mundi metam cate-
nabat Cœlos, & inter ſydera, trophæa mi-
ſcebat impietatis, vt eò rediret malitia, vn-
de aberat deportata. Grandeſcebat machi-
na, aggerata peccatis. Sed ignauè ſuperbus
artifex dum fugit flumina Euphratis, offen-
dit fulmina Cœli; patentiorem ſcopum ex-
hibente piaculi magnitudine. In terra na-
tus, ſuper Cœlos conſcendere ſatagens, præ-
ceps Inferis datur, vt agnoſceret ſaltus altiſ-
ſimos, eſſe mortales. Parique violentia de-
ſcendere, qua aſcendimus. Imò celeriori
deſcendimus, quàm aſcendimus ſaltu; ſic
grauium exigente natura, vt velint nolint,
ſuum regrediantur in centrum. Deſiluit,
& volens Antæus reſurgere, ab Hercule,
medio ſuſpenſus in aere, crepuit; & in tur-
ri Confuſionis pependit. Quid plus? mor-
tuus, tribus ſupra triginta reſonat linguis,
Babylonicam turrim hoc vno prodigioſam
miraculo, quod mole ruente lapidea, Con-
fuſionis ſtetit infamia ſublẽmate, *ne te quæſi-*
ueris extra. Diſce Hieruſalem limina Iu-
V riſdictionis non egredi; ſed Chriſti tenens
Nemo ſuam iuriſdictionem egreditur. veſtigia, vltra aram, Aaronis non extende-
re virgam. Zona namque ſacerdotis muta-
ri nequit in cingulum militare: nec Regis
gladius in pedum Pontificis. Sic artem na-
tura edocuit, diſcretione confuſionem effu-
gere. Publicanus ne ſcandat è telonio tri-
bunal: nec ſeruus tractare audeat habenas
imperij. Si ob ſyderum confuſionem la-
crymatus eſt Sol, quanto magis ſubuerſis
ordinibus hominum, Mundus ſolueretur
in lacrymas? *Duo ſunt, quibus* (Gelaſius
VI Papa. c. duo ſunt. d. 96.) *principaliter hic*
Pontifex ne arripiat iura principatus, nec Prĩcipes Pontificatus. *mundus regitur: auctoritas ſacra Pontificum,*
& regalis poteſtas. Sicut enim *fecit Deus*
duo luminaria magna in firmamento Cæli:
luminare maius, vt præeſſet diei: & lumi-
nare minus, vt præeſſet nocti: vtrumque
magnum: ſed alterum maius. Sic *ad firma-*
mentum Cæli hoc eſt vniuerſalis eccleſiæ, fecit
duo luminaria magna, ideſt duas inſtituit
dignitates, quæ ſunt pontificalis auctoritas,
& regalis poteſtas. Sed illa quæ præeſt die-
bus, ideſt ſpiritualibus maior eſt: quæ verò
carnalibus minor: vt quanta eſt inter Solem
& Lunam: tanta inter Pontifices & Reges
differentia cognoſcatur. Pagani olim Impe-
ratores, & Maximi dicebantur Pontifices,
tamen cum ad verum ventum eſt; vltra ſibi VII
nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec *Officia Regũ, & Põtificis diſtincta.*
Pontifex nomen Imperatoris vſurpauit. c. *cũ*
verum. d. 96. Pontifex doctrinæ ſermone
æternam dirigat fælicitatem; Rex armorum
terrore ciuilem protegat politiam, hoc eſt
pacem, quæ eſt anima corporis politici. Ille
ſacramentorum pabulo ad celeſte regnum
itinerantes foueat: Ille pœnarum metu hu-
manam compeſcat audatiam, & tutam di-
ſciplinæ rigore, inter improbos protegat in-
nocentiam. Aaron, Eleazar, Phinees cum
Sanctuarium dirigerent: Moyſes, Ioſues, &
Iuda habenas regebãt imperij. Egreſſi ſacer-
dotes ad caſtra, Arcam licet vindicaturi de
manibus Philiſtinorum, cum omnes in gla-
dio inimicorum caderent; auditi ſunt cane- *1. Reg. 6.*
re *& in Hieruſalem poteſtas mea*. Quid enim VIII
habet ſacerdos in aula, vel Princeps in tem-
plo? *diſtat planè* (inquit Petrus Damianus)
tribunal iudicis à cathedra ſacerdotis. Ille *Lib. 7. ep. 11.*
nimirum ad hoc gladium portat, vt eum in
vltionem iniuſtè viuentium exerat: iſte ba-
culo tantùm contentus eſt innocentiæ, vt quie-
tus & placidus teneat cuſtodiam diſciplinæ.
Gladius Regis cenſura curiæ: gladius ſacer-
dotis eccleſiaſticæ rigor eſt diſciplinæ. Nec IX
obſtat, quòd laicam præcedat eccleſiaſtica.
c: *duo ſunt*. d. 96. vt plumbo antefertur
aurum, & Sol Lunæ: quia præexcellentia *Rerũ diuiſio, & diſtinctio*
vnius, non debet eſſe vtriuſq; confuſio. Lu-
nam præcedit Sol ſed Luna in primo, Sol
quarto ſtatiua habet in Cœlo. Germinet
terra, generet animal, vireſcant plantæ, ſed
vnumquodque *in genere ſuo*. Exemplo ſit *Geneſ. 1.*
Romulus, quum ſacrorum curam ſub di- X
uerſo rectore repoſuit, & in meliorem for-
mam Numa Pompilius reformauit; licet
Romanorum poſtea corruptis moribus, *ſa-* XI
cerdotium ad firmamentum potentiæ adſume-
retur, vt vnus eſſet Rex idem hominum,
Phœbique ſacerdos. Quum veritas tamen
de Cœlo deſcendit, & in palatio Hypoſtati-
cæ vnionis Deitas conuenere & Humanitas,
vt gratiam ſeggregarent à culpa, irreuoca-
bile illud decretum Verbum eructauit æter-
num, *quæ ſunt Cæſaris, dentur Cæſari: quæ*
Dei, Deo. Ingrediente propterea Domino
Hieruſalem Sanctam, ne inter populorum XII
plauſus Regno videretur inhiare terreno;
vel Eccleſiæ canone, Principis legem ſubuer-
tere,

tere humilis ſuper aſinam ſedet : *Ecce Rex*
tuus venit tibi manſuetus ſedens ſuper aſinã.
Quo greſſum dirigat, ne prætereas : non in
aulam, ſed in templum, & intra aras ſolum
prophanatores flagellando ſacrilegos, nec
extra templi valuas inſequendo ; quouſque
ſacerdotum ſe extendat poteſtas, illis funi-
culis deſignauit. Poteſtatis namque confu-
ſione, armorum hoc eſt, & Scripturarum;
vel imperij & ſacerdotij nefario concubitu,
abortia pace, quæ eſt anima corporis poli-
tici, adulterinos procreari bellorum partus,
ſubuerſiones regnorum, populorum clades
legimus in libris Regum. 1. *Reg. c.* 7. Quum
Philiſtini captam arcam, quaſi Cœlum re-
XIII mearent in triumphum, aſportauerunt a
Lapide Adiutorij in Azotum, ſtatuentes
eam iuxta Dagon. Cumquè diluculò ſur-
gẽtes vidiſſent, ante Arcam Domini pronum
iacere Dagon, abſciſſis manibus, trunco ca-
pite; non tantum Idoli marceſcere agros,
areſcere fontes, & ſacro vexari corpora
morbo, quaſi magna Azoti ciuitas, mortis
eſſet Domus, & Regia palentis Auerni, con-
ſuluere Dynaſtas, quomodò Philiſtinorum
conſulerent imperio? *Congregauerunt omnes*
ſatrapas Philiſtinorum ad ſe, & dixerunt :
Quid faciemus de arca Dei Iſrael? Reſpon-
deruntque Gethæi : *Circunducatur arca*
Dei Iſrael. Huiuſmodi tamen circumdu-
ctione refricata ſunt vulnera, vbique enim
mortis ſignabat veſtigia, populando pro-
uincias, vaſtando nationes. *Circumducen-*
tibus eam, fiebat manus Domini per ſingulas
ciuitates interfectionis magna nimis. In vl-
N. 9. timum tandẽ diſcrimen adducti Philiſtini,
congregauerunt denuò Senatum non tamen
Principum, vt in primo concilio, ſed ſacer-
Cap. 6. n. 1. dotum. *Et vocauerunt Philiſtym ſacerdo-*
tes, & diuinos dicentes, quid faciemus de
arca Domini? indicate nobis? reſponderunt
remittendam arcam, non tamen vacuam,
ſed quod debetis, reddite ei pro peccato, &
tunc curabimini. Et ſanati ſunt. Sed vnde
conſulentibus Principibus, plaga aggraua-
tur? conſulentibus verò ſacerdotibus, Dei
furor quieſcit? quare conualeſcant Philiſti-
ni? qualem cauſam Senatus ageret, perqui-
re diligenter, & arcani aſſequeris diferen-
tiam. Eccleſiaſtica res agebatur, de San-
ctuario erat quæſtio, ſacra diſputatio, &
Religionis materia. Hanc ſi diſſetat laicus,
regnum euertit, ſuſcepto non medetur in-
commodo, ſed congeminat vulnera. Pon-
tifici tandem & ſacerdotibus delegata, regna
ſuccollit ruentia; Haud enim Principi ſed XIV
ſacerdoti commiſſa ſunt templa, vt Regi &
non Pontifici data ſunt arma. *Spiritualis*
quæſtio (ait Abulenſis) *ſacerdotibus, non ſa-*
trapis conueniebat. Qui non rarò volunt
adorari ad ſimilitudinem eius, cui mare
obediunt, & venti. Vis omnia poſſe? quod
debes, puta ſolummodò poſſe. Amiſſum
Regem iure quærebantur Macedones (teſte XV
Q. Curtio) licet M. Alexander rediret victor
ab Orbe, quia ſibi thura vſurpauit Deorum:
Hominem enim natura non eleuabit in
Angelum, ni deſtruat priùs. Dij ipſi, im-
perij partito munere, officia non miſcent;
inde charam ſibi deligentes arborem, non XVI *Dij ipſi*
Myrthum Veneri ſacram, ſed pinum occu- *poteſtatẽ*
pauit Neptunus, qua dolonem, & antennam *habẽt di-*
nautæ fabrefaciunt. Vt Apollo laurum, *ſtinctam.*
non quercum Ioui ſacram vſurpauit; quia
Numina ipſa Deum Terminum veneran-
tur. Hinc Paulus Apoſtolus, cum Galatis *Ad Gal.*
euangelizaſſet Verbum Dei, ipſi verò abeun- 1.
te Paulo, hæreticæ nouitatis ſordibus oble-
ctarentur, ita ſeſe Apoſtolicæ poteſtatis ex-
eruit auctoritas, vt ſumma cum ſeueritate
decerneret : *Sed licet nos* (inquit) *aut Ange-*
lus de Cælo euangelizet vobis, præterquam
quod euangelizauimus, anathema ſit. Sed vn-
dè homo fulmen excommunicationis con
torquet in Angelum? Si par in parem non
habet imperium; nunc audet in ſuperio-
rem inferior? Salus Paradiſi eſt, nec eſſe mor-
tali conterminum. Falleris lector, ſi ab ho-
minum manu Cœlum ſubducis. *Tibi da-*
bo (hominem alloquitur Cœlorum Domi- XVII
nus) *claues regni Cælorum. Et quodcumque*
ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in
Cælis. Vt ſi Spiritus peccaſſent ſuperni,
corriperentur ab homine; & mortalis im-
mortalem dirigeret. Nec latet naturæ An-
gelicæ labem eſſe impoſſibilem : Quia ex
impoſſibili facto, humanam iuriſdictionem
oſtendit poſſibilem. Vt quoties Angelus XVIII
(cuius eſt in Cœlis miniſtrare Deo, non ho-
minibus euangelizare) ſuo excedit officio,
& munera vſurpet humana, veluti exhau-
ctoratus, ſuperior licet, excommunicatur *Epiſt. de*
ab homine. *Miniſtrare namquè* (ait S. Pro- *recta fide ad Ar-*
clus) *præceptum eſt Angelo, non dogma compo-* *menos.*

nere

*nere: & periculoſum nimis eſt ſingulis, non
in his, quibus ordinati ſunt permanere; ſed
appetere velle ſupra menſuram, quæ minimè*
xix *natura conceſſa eſt*. In nos, ò clerici, Pauli
verba contorqueo. Poſſent nè laici aduer-
sùm nos anathema indicere, ſi inter mili-
tum Lutheranorum etiam phalanges ſacra
videremur induti purpura, & cataphracti
lorica, aciem dirigere? vt de S. Romanæ Ec-
cleſiæ Cardinali Valletta legitur, Sal. An.
1035.? *Anathema* ſit, diceret Paulus. Ea
namq; eſt proportio inter clericum, & An-
xx gelum; quæ inter hominem, & laicum. Sci-
Graue Epernonii reſpōſum. ſcitanti *Ludouico XIII.* Gallorum Regi *Eper-
nonium Ducem*, cur in aula, coram Rege,
quùm arcana maieſtatis librarent, ipſe Bre-
uiarium reuolueret, & preces muſſitaret?
Ecquando Sanctulum ageret, & inuita Mi-
nerua pietatem fingeret? *Epernonius*, reſ-
pondit? *Poſtquàm Eminentiſſimus Cardi-
dinalis Armandus Richelius aulici vſurpa-
uit officium, & cingulum cinxit militare;
ego, ò Rex, è caſtris ad choros confugio, & ſa-
cerdotis impleo miniſterium*. Quàm conci-
Deuter. 22. nè Moyſes in ſymbolo viri, & mulieris,
xxi *Non induetur mulier veſte virili, nec vir
vtetur veſte fæminea*; Homines ad ſuæ di-
gnitatis terminos, & muneris reuocauit can-
cellos. Mulier enim (ait Rupertus) veſte tunc
induitur virili, quando neſciens tenere ſuæ
moderamina vitæ, iudex audet fieri alienæ;
præeſſe præſumens, quæ nondũ didicit ſub-
eſſe. Antoniũ Eſclerquium cum iam tæderet
renouare præces, vt de Repub. benemeritus,
poſſet inter præmia ducere vitam; vir licet
militaris, cui quondam Martia cordi fuere,
xxii hoſtemque truci confodere dextra, Epiſco-
patum petijt. Irridentibus aulicis, quod bel-
lo præclarus, & aſſiduè agitatus in armis,
vellet è caſtris ad choros tranſcendere, reſ-
pondit; *pari paſſu illiteratus ego ad Epiſco-
patum pergo; vt ille, qui numquàm arma
tractauit, præturam arcis, & equitum vſur-
pat magiſterium*. Quid inde? vt nulla pote-
ſtas à Deo ſit, contra illud Pauli *non eſt po-
teſtas, niſi Deo*. Si enim poteſtates, quæ à
13. ad Deo ſunt, ordinatæ ſunt; ſequitur, vt quæ
Rom. n. 1. ordinatæ non ſunt, à Deo non ſint. Propte-
xxiii rea poteſtates non ſunt, ſed prolapſiones &
inordinationes poteſtatum; vt in curru Eze-
chielis; quem in ſolitudine Senaar cum du-
1. Ezech. cerent quatuor Regia animalia Homo, A-
quila, Leo, Bos, auras prouocabant curſu,
& pedum rapido præuertebant ventos, Ad-
uerſa licet, imo naturà diuerſa. Cultor
namque bos agri, & natus tolerare labores;
Leo animal ferox, & beſtiarum fortiſſimus
ſubducens oneri colla. Aquila, quæ incon-
niuentibus oculis, ſola fulgorem haud re-
formidet ſplendentis Olympi; Homo tam-
quàm nicticorax, qui nec in tenebris poſſit
fugientem inſequi Solem, tamen ocyor au-
ra quadriga luſtrabat aerem, vrgebat Solem;
& numquàm retrogrado curſu nõ tam pla-
netas vincebat errantes, quàm Mobile Pri-
mum. *Non reuertebantur, cum ambularent*.
Sed vndè tanto haud iacebat ſub onere cor-
pus? Propheta ſoluit. *Vnumquodq; coram
facie ſua ambulabat*. Sua quiſq; ſorte con-
tentus, duro ſtabat ſub vomere taurus. Leo
in ſpelunca ſua in nubiuagam Aquilam odio
non flagrabat amaro. Homo faſtu & inſo-
lentia vacans, dies non cogitabat antiquos,
nec annos in mente habebat æternos. *Gra-
diebantur, nec reuertebantur, cum ambula-
rent*. Imperij erat currus; cuius Principes,
& Rectores animalia: alia Aquilæ vicem
gerantia, hoc eſt Doctores, qui ſapientiæ
clauo fulciant pacem, quæ eſt anima corpo-
ris ciuilis. Alia Leonum, qui poſtquàm
ſurrepentibus vitijs in tyrannidem verſa
ſunt regna, diſciplinæ rigore tutam inter
improbos ſeruent innocentiam, & pęnarum
metu humanam refrenent audaciam. Alia
hominum, qui ad hoc vnum vacantes ne-
gotium, humanitatem recolentes, minime xxiv
in Deum ipſum ſuperbiant, vt demens ille
C. Cæſar, quando iratus Cęlo, quia comeſ-
ſatio ſua fulminibus terreretur, ad pugnam *Seneca de*
vocauit Iouem, & quidem ſine miſſione, *Ira lib. 1.*
Homericum illud exclamans carmen, *c. 16.*
[illegible]. putans aut ſibi noceri ne à
Ioue quidem poſſe, aut ſe nocere etiam Ioui
poſſe. Hoc vnum diſcat, hoc vnum doceat.
Hominem mors ſequitur, fugit vita. Quo-
modo ipſe haud mortem fugiat, vita eum
non effugiat; tyronem inſtruat, docendo
non eſſe poſitum bonum vitæ in ſpatio eius,
ſed in vſu: poſſe fieri, imò ſæpè fieri, vt qui *Seneca*
diù vixit, parum vixerit. Dormituro dicat, *ep. 49.*
Potes non expergiſci: dicat experrecto, Po-
tes non dormire amplius. Dicat exeunti,
Potes non reuerti. Diu redeunti, potes non
exire. Quid itaque refert vno nomine oc-
cupare

cupare faſtos? totumq; per Orbem diſpone-
re titulos? Omnia iſta non intereſt, in quan.
tum procedant, extendantque ſe: anguſta
ſunt, miſera, depreſſa. Sola, ſublimis, & ex-
xxv celſa virtus, ſi ſtare loco patiatur.

Boum alij tandem vicemgerant, hoc eſt
ſubditorum onera ferant. Natura cum alios
xxvi fecerit liberos, alios ſeruos, teſte Ariſtotele
in *Polit.* potioribus deteriora ſubmiſit, &
turbam commiſit melioris arbitrio. Bouis
propterea Symbolo in obſequium Principis
populum vocat, quia poſtquam populus
Deum abiecit, ne ſuper eũ regnaret, ſed Re-
gem poſtulauit humanum: *da nobis Regem?*
priuſquàm Dominus exaudiret clamantes,
per Samuelẽ ius Regis futuri prædixit, cuius
ſub imperio forẽt homines veluti boues. Hoc
Ius Regis erit *Ius Regis, qui imperaturus eſt vobis: filios
veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis. Clama-
bitis in die illa, & ego nõ exaudiam.* 1. Reg. 8.

Siſte Lector. *Si animalia iſta, quia
vnumquodque eorum coram facie ſua ambu-
labat, ibant, & non reuertebantur*; quare
perbreui fatigata itinere redeunt? calcitrant,
præcipitant? *reuertebantur in ſimilitudinem
fulguris?* Viſiones recenſe Prophetæ, & in-
cendij reſonabis arcana. Bis vidit Prophe-
ta currum. Vidit primò iuxta fluuium
Chobar (vt legitur in *cap.* 1.) cuius facies
erat hominis, Leonis, Bouis, Aquilæ. Vidit
ſecundò eundem currum (vt legitur in *cap.*
N. 20. 10.) *Ipſum eſt animal, quod vidi ſubter
Deum Iſrael iuxta fluuium Chobar*, ſed eius
facies Cherubin erat, hominis, Leonis, Aqui-
læ. *Facies vna, facies Cherubin, & facies
ſecunda facies hominis: & in tertio facies
Leonis, & in quarto facies Aquilæ.* Vbi eſt
bos, qui in prima viſione tertio ſedebat in
gradu? mutatus in Cherubin, primum vſur-
pauit accubitum: Et qui homini, & Leoni
cedebat, modò mutatus in Cherubin, hoc
eſt pietatis, religionis, & Angelicæ operatio-
nis pretextu, calcando Leonem, Aquilam,
Hominem, currum ſubuertit; *reuertebantur
in ſimilitudinem fulguris corruſcantis*. Ea eſt
confuſionis conditio, vt ordo inferior ſuper-
biens aduersùs ſuperiorem, vtrique mortem
xxvii acceleret. Extat orationis antiquæ ſatis ef-
ficax ad concordiam fabula, qua Romanum
ſecedentem populum Menenij Agrippæ re-
Lib. 1. cap. 23. uocauit facundia; teſte *Floro*. Diſſenſiſſe
inter ſe quondam humani dicuntur artus,
quia omnibus opere fungentibus, ſolus ven-

ter immunis ageret: deinde moribundi à ſe-
iunctione rediſſe in gratiam, quando ſen-
ſiſſent, quod eius opera redactis in ſangui-
nem cibis, irrigarentur. Fabula hæc eſt, ſed
myſtica, quam Deus ipſe in ſcriptura Sancta Ezech. 37. n. 7.
non abhorruit. Oſſibus aridis mandans
Ezechielis prophetæ prædicare. *Oſſa arida* xxviii
audite verbum Domini. Quo prophetante
factus eſt ſonitus, & ecce commotio: Imo
ingreſſus eſt in ea ſpiritus, & vixerunt. Sed
vndè immutata natura reſurgunt mortui,
& à priuatione ad habitum damus regreſ-
ſum? Dicite vos oſſa arida, bucinate ma-
nes, quomodò repugnante natura, ſuccre-
uerit caro, quis ſuperextenderit cutem, &
ab inferis animam reuocauerit? *Acceſſerunt
oſſa ad oſſa, vnumquodque ad iuncturam
ſuam*. Pes non iungitur capiti, nec ventri
ligatur manus, ſed *vnumquodq; ad iunctu-
ram ſuam*. Collo caput, ventri pectus, bra-
chio manus, pes cruri, locum non egrediun-
tur diſtinctum. Sic Reſpublica euerſa, Re-
gna collapſa vno poſſunt erigi clauo, mini-
ſtrorum ſcilicet ordine; vt vnuſquiſque *ad
iuncturam ſuam*; ad aram clericus, ad arma
miles, ad tribunal iudex, ad imperium prin-
ceps, *à quatuor ventis* ſpiritum reuocabunt
maieſtatis, vt & finitimos terrore concutiãt.
Aget tum Ars naturæ triumphum, & à pri-
uatione ad habitum videbit regeſſum. Ex
aduerſo Regnum ipſum Cęlorum vim pati-
tur, & in eum portæ inferi præualerent, ſi
iam commiſſam creaturis iuriſdictionem
Creator confunderet. Cedente mari, inceden
tes Hebræos vado cum ſequeretur Pharao,
quem virga ſuſpenſos tenendo fluctus, ſiccũ
aperuerat Moyſes, indignatus Dominus ad-
uerſus Pharaonem, Moyſi imperat, vt Egyp-
tum ſubmergeret. Vt vndis demerſus Pha-
rao, memori elemento pęnas daret, quas
Moyſi naſcenti decreuerat. *Ait Dominus ad* Exod. 14.
Moyſem, extende manũ tuam ſuper mare, vt xxix
*reuertantur aquæ ad Ęgyptios ſuper currus, &
equites eorũ.* Sed cur Omnipotẽs Moyſẽ quaſi
auxiliarẽ vocat, vt Pharaonẽ demergat? *Ait
Dominus ad Moyſem, extẽde manum tuam?*
Si illi *mare obediunt, & venti*, cur aquis non
imperat, vt Pharaonem demergat, & fluctus
operiret ſuperbos? iam Deus Moyſem iudicẽ
elegerat Pharaonis, & Deum, *Ecce cõſtitui te
Deum Pharaonis*, Indè nè commiſſam Iuriſ-
dictionem confunderet, voluit Deus; vt pa-
ſtoritia virga, quam Moyſi in ſceptrum tra-

diderat Moyſes, verberando mare, reos cõ-
peſcendo, ſubditos iudicando, Poteſtatibus
ſublimioribus exemplo eſſet, ne inferiorum
magiſtratuum poteſtatem arriperent: Ipſe
enim Deus, licet omnes ſimus eius colonni,
videretur vſurpator, ſi abſq; cauſa mandatũ
reuocaret imperium. Nec illud vacat my-
ſterio, Haud Aaronem, ſed Moyſem voca-
tum à Domino, vt Pharaonem demergeret.
Pharaone namq; (hoc eſt tyranno) ſæuiente,
non ad Aaronem, hoc eſt ad Pontificem, ſed
ad Moyſem, ſcilicet Regem edocemur con-
fugere, cum ciuilis vrget diſceptatio. Super-
nam perturbaret fęlicitatem ipſa religio,
quoties inter Numina non cognoſceret *Ter-
minum*. Vir planè fęlix *Ozias* fuiſſet, ſi Regis
xxx honore contentus, ſacerdotium non affectaſ
ſet; Cum regnaſſet, vt pietatis ſimul, & forti-
tudinis ſpecimen præferret; poſt deuictos
Philiſtęos, Arabes, Ammonitas, Ægyptios,
finitimoſq; populos ſui nominis terrore con-
cuſſos, auſus acerrã tractare, aris thus adole-
re, ratus omnia ſceptriferæ licere dextræ, le-
pra ſtatim in fronte percutitur, vbi diadema
geſtari ſolet, vt regia faſcia non niſi ad te-
gendam morbi fęditatem inſeruiret; & diſce
ret, ſacris in rebus non eſſe fronte perfricta,
cum malè affecta. Talem Pontificem talis de-
cebat lamina, vt frontonis ſupercilium depri-
meret. Tellus dicitur ingenti trepidaſſe fre-
mitu, exitura de centro, niſi ille de templo.
O fluxa Reges gaudia? cum ipſum ſupra
quod ſtatis, inſtabile ſit. Neq; Summum inſi-
muletis Opificem, qui nil ſtabile ſub ſole vo-
luerit: nam ipſis in aquis firmamentum po-
ſuit, *poſuit firmamentum in medio aquarum*,
quod ſola hominum mouit ambitio. Semel
Creator legitur Æternam cõſuluiſſe Sapien-
tiam, & cum ea fatigaſſe, quomodò aquis le-
gem poneret, *ne tranſirent fines ſuos*. Omnia
tamen homo ſubuertit; quærens diuinitatem
in arbore, cum omnia ſciret, vt plura ſciret,
deſipere cępit, credens ſub plantatum corti-
cibus multiplicari Deos. Deos cum dicam,
xxxi neminem latet, credere falſos, quorum tamẽ
imperium ſine diſtinctione non auſit fabu-
lari poeta. Neptunum reſpice, quum ſtriden-
Aeneid. te Aquilone, procella diſiectam Æneæ toto
lib.1. videns æquore claſſem, fluctibus oppreſſos
Troas, cœlique ruina, Eurum ad ſe, Zephy-
rumque vocat, dehinc talia fatur.
Tanta ne vos generis tenuit fiducia veſtri
Iam cælum terramque meo ſine numine venti
Miſcere, & tantas audetis tollere moles?
Quos ego: ſed motos præſtat componere fluctus.
Poſt mihi non ſimili pœna commiſſa luetis.
Maturate fugam, Regique hæc dicite veſtro,
Non illi imperium pelagi, ſæuumq; tridentem,
Sed mihi ſorte datum, tenet ille immania ſaxa
Veſtras Eure domos, illa ſe iactet in aula
Æolus, & clauſo ventorum carcere regnet.

A fabulis ſacras ſi retrocedamus ad leges
ſenſus includit arcanos decretum illud Mo- N.36.
ſaicum aduersùs filias *Salphaad* de tribu Io- xxxii
ſeph, hæredes immobilium paternorum de-
ficientibus maſculis, volentes nubere viris
tribus Leui, vel Beniamin. Cum obſtarent
Principes familiarum *Galaad* de ſtirpe Io-
ſeph, vetitas eſſe filiabus *Salphaad* nuptias
cum viris diuerſæ tribus, quia filiabus *Sal-
phaad* non eſsent fratres; replicabant filiæ
Salphaad, ſi nobis eſsent fratres maſculi,
ſub quorum tutelari poteſtate viuendum fo-
ret, cum viris diuerſæ tribus nobis non in-
terdicerentur nuptiæ: ergo multò minus
poſsumus prohiberi nubere viro alterius
tribus, ſi liberæ; quia maſculis prædefunctis
ſuperſtites. Libertas, vel ſubiectio, reſpon-
derunt Principes familiarum *Galaad*, veſtra
rum nuptias non prohibet, nec permittit.
Hæreditas, quæ vobis debetur, deficiente
maſculo, ea eſt, quæ extra paternam tribum
abhorret coniugia, ne deuoluatur ad extra-
neos; & populus ſorte diuiſus, dolo miſcea-
tur humano. *Tibi Domino noſtro præcepit* N.36.
*Dominus, vt terrã ſorte diuideres filijs Iſrael,
& vt filiabus Salphaad fratris noſtri dares
poſſeſſionem debitam patri: quas ſi alterius
tribus homines vxores acceperint, ſequetur
poſſeſſio ſua, & translata ad aliam tribum
de noſtra hæreditate minuetur; atque ita fiet,
vt cum Iubilæus, ideſt quinquageſimus annus
aduenerit, confundatur ſortium diſtributio, &
aliorum poſſeſſio ad alios tranſeat: Reſpondit
Moyſes filijs Iſrael, & Domino præcipiente,
ait; Rectè tribus filiorum Ioſeph locuta eſt, &
hæc lex ſuper filiabus Salphaad à Domino pro-
mulgata eſt. Nubant quibus volunt, tantùm
vt ſuæ tribus hominibus: ne commiſceatur poſ-
ſeſſio filiorum Iſrael de tribu in tribũ. Omnes
enim viri ducent vxores de tribu, & cognatio-
ne ſua: & cuncta fœminæ de eadem tribu ma-
ritos accipient: vt hæreditas permaneat in
familijs, nec ſibi miſceantur tribus, ſed ita*

ma-

xxxii *maneant, vt à Domino ſeparatæ ſunt.* Qui non omnes in ſceptrum vocauit, nec lumina omnia, Maiora voluit. Mundi harmoniam facit diſcordia concors. Muſicalis concentus fit inæqualitate ſonorus, & aures mulcet, ni ſtridula vox vt cicada crepet, dum trinitit. Bariphonus numquàm agit Oxyphonum; ita nequit ſubditus agere principem, vel Rex ſacerdotem. Officiorum analogia reſonat concentus pacis, & Symphonia Reipublicæ. Ea eſt ratio, quòd apud Græcos aciem *Epaminondas* dirigit; Leges *Lycurgus* inuenit; Tyrannos *Traſibulus* perimit; docet *Pitagoras*, orat *Socrates*, nec vnus omnia ſuſtinet? Aliena ſi inuadas, propria omittis, & amittis; vt annuit Tartarorum ille Princeps.... quùm ad caluariem alterius Principis, ſed ſui captiui lemma appendit, *Hic aliena appetendo, propria amiſit.* xxxiv

Aliena ne appetas.

L I B E R X X I I I.

C A P V T P R I M V M.

H E N R I C V S VI. A S P E R OCCIDENTIS IMPERATOR XXIII.

1 *Regem corrigere difficile.*

2 *Gothfridus Viterbienſis magiſter Henrici VI. canendo corripit.*

4 *Henrici VI. hieroglyphicum, vbi inter muſicos concentus cenſuram audit. 3. alluſio ad hieroglyphycum. 5. malleus dictus Italiæ. 6. Aſper. 7. quinquagenariam ducit in vxorem. 8. occidit Leodienſem Antiſtitem. 9. orator facundus. 10. à Lupis cogitur obſidionem ſoluere. 11. Romam pergit. 12. coronatur à Papa. 13. Neapolim obſidet; vt mortuus plangitur. 14 Conſtantia vxor à piratis capta. 16. Richardum Anglorum Regem carcere detinet. 17. expeditio in Siculos. 18. Regum cadauera effodit. 19. ſæuit in ſtirpem Normanorum. 20. ſpoliat Eccleſias. 21. expeditio in Syriam. 22. Legata pia. 23 pœnitentia.*

12 *Cæleſtinus Papa coronam pede decutit è capite Henrici VI.*

14 *Conſtantia vxor Henrici VI. 15. à Tancredo liberatur.*

QVàm arduum ſit, veritatem Regibus exarare: quaq; lenitate, & verborum lenocinio Principum vitia ſint corrigenda, ex hieroglyphico habes *Henrici VI.* Fęmineus Princeps *Gothfridum* habuit *Viterbienſem* præceptorem, virum in diuinis ſcripturis eruditum, & ſecularis literaturæ non ignarum, ingenio præſtantem. Indolem iuuenis aſſequutus præclaram, ſed vitijs procliuem, ad meliorem frugem vt reuocaret, omnem lapidem mouit. Laudando corripuit; & veritatem carminum inuolucris, & hiſtoriarum perſona laruatā induxit; vt Principem erudiret, dum ſcelera carperet aliena. Fidelis declamauit canendo, & inter Muſarum concentus, diſſonum verberabat Principem, cum fides crederetur cędere; vt virtutibus conſonum voce extorqueret tremula, quem graui minimè poterat. Hinc Pſaltem, cythariſtam, tibicinem, muſicos non tam patienter audit, quàm delectatur, Princeps, & ſimphoniæ ſpetie cenſuram ſuſtinet. Cum itaq; deuios cogitas corrigere Principes, muſicos aduoca, & in concordia fidium, virtutum diſcordiam reſona.

A L L V S I O A D H I E R O G L Y P H I C V M.


MVſicus eſt ordo rerum, ſi diſcere Princeps
Huc velit, inſuaues reijce ab arte notas.
Si diſcors erret, patientem vt commodet aurē,
Corrige, ſed modulis vtere dulciſonis.

Io: Franc. Franz. S.Th.D.

II.

CRedere Pythagoræ fas eſt: nā Iupiter audit
Harmoniā, Cæli quā ſuper Aſtra ſonāt.
Cęſar & in Terris, Concentus, Iupiter alter,
Excipit: & Cordi dat documenta, ſonus.
Deſerit Henricus Martem, Vene reſq; ſecutus;
Principi hoc Vitium dulciter Aura canit.
Dum canit, allicitur Rex; & ſe Iudice, dānat
Abs ſe Flagitium, quod videt eſſe ſuum.
Rex Reus eſt Nulli: Rationem reddere debet
Soli nempè Deo; Cuius Imago manet.
Laudat Gotfridus Regem, dū Probra refellit:
Nō Vi, Rex monitu: Laude, Probatus erit.
Hinc Adulator abi; non hæc Te poſtulat Aula:
Virtuti, haud Vitio, laus bene parta, datur.

M.Ant.Moles Neap.S.Th.D.



Sal. An. 1191.

HENRICVS VI. ASPER,
MALLEVS ORBIS.
OCCIDENTIS IMPERATOR XXIII.

Surgere ne credas Italia,
abbreuiata eſt *Friderici* manus, non *Malleus*.
Sic exigit ſęculum ferreum.
Malum aureum tibi legauit cum malleo ferreo
1186 fuerat ille Vrbis, is Orbis.
Dicitur *Aſper*, non creditur,
Qui penè mortuæ fœminæ blandiri ſciuit, vt pareret.
Nouum prodigium,
Quinquagenaria placauit *Aſperum*.
Sicula erat, & in papillis regna tenebat.
Hæc ferrum mitigarent & Furias.
Naturæ Miraculum
extemplò exponi debuit in templo;
ne natus ignoſceretur vt nothus.
Verè *Aſper* aptum Leodienſem dixit Antiſtitem,
1191 eiuſq; cruore purpuram cruentauit.
Ex Tullij & Cæſaris commentarijs,
in quibus hybernauerat puer,
Romanæ eloquentiæ patri, patriæ tyrannum prætulit,
& facundiam dilexit armatam.
Arenam Martis literario excitans puluere,
Suadæ fontibus miſcuit ſanguinem:
quò maiori gloria fluerent.
Sublimis Aquilæ progenies,
in imbellem degeneraſſet columbam,
ſi minori feritate eſſet aggreſſa Leonem,
cui æmulum natura dederat.
Rex iſte ferarum lupos immiſit;
& hominum Regi oculis vocem eripuit
Noluit *Aſper* cum beſtijs ludere.
Satis ei Lupa Latina,
quæ tot Cæſares vorauerat.
Aſper cum *Clemente* regnare non paſſus,
eo mortuo, rapuit à *Cæleſtino* coronam.
Sed is, quam dedit manibus, auferens pedibus,
timorem incuſſit, diadema decuſſit.
In Apulos irrumpens, Parthenopem circumſedit:
vbi inter ſuorum & hoſtium funera,
iuſta, non iura viuens exegit
Lue graſſante, fugiendo vicit, & vixit.
Cumq; inter mortuos quærerent;
veritatem priuatus contubernam habuit,
quam Rex proſcripſerat.
Fœlix Rex, ſi ad tempus mori contingeret,
vt eis vel vmbra veritatis accederet.
Mars Morte velocior montes conſcendit.

V. *Etiam Fridericus pater* Malleus *dictus eſt*.
VI. *Aſper dictus.*
VII. *Conſtantiam Rogerij Siculi quinquagenariã ducit, quæ ei peperit maſculũ.*
VIII. *Occidit Leodienſẽ.*
IX. *Fuit facundus Orator.*
X. *Henricus Leonem obſidione cingit: ſed lupis in castra Henrici erumpentibus, reſiluit.*
XI. *Romam pergit.*
XII. *Vt Roma diſcederet, coronatur a Cæleſtino; qui, eleuato pede, adoranti Henrico, coronam decuſſit.*
XIII. *In Siculos mouet, Neapolim obſidet, lue ſæuiente, militem amittit. Vt mortuus plangitur.*
XIV. *Conſtantia eius vxor à pyratis capta.*

Ne

Ne poſt lue militem, pyrata coniugem, ferro diadema perderet.
Tyrannus Cæſarem *Sal. Anno 1191.*

XV. *Tancredus Conſtantiam liberat.*

vt ligaret Venere, *Conſtantiam* ſoluens,
miſit coniugem, dotem retinuit. 1193

XVI. *Richardum Anglorum Regem a Friderico Auſtrio captiuum factum, cum ex Syria regrederetur extorſit, lucri cupidine.*

Aſper verò plagam curauit plagio.
Extorſit Anglum, vt torqueret Siculum.
Totum templi erarium obiecit mater,
vt ab Herode filium redimeret.
Sacræ namq; diuitiæ eo ſeruantur, vt ſeruent.
Reſtitutum *Richardo*, quod in Syria mutuauerat Deo.
Hominum mercator Cæſar
libertatem Ingenuo vendit. 1194
Regem fingit ſeruum, quem ſeruauerat auaritia, non clementia.

XVII. *Noua Henrici expeditio in Siculos, Tancredo mortuo.*

Soluto Anglo, ſublato Siculo,
Conſtantia fretus, freto tranſmiſſo,
Sicaniam tenuit.
Et Lygurum nauigio
Germanus Vliſſes remulcauit Cyclopas,
vt viuos traheret in triumphum.
Veſulum obiecit Veſuuio,
& etiam in vndis ignem ſuſcitauit,
quo Nortmannorum palmites vertit in puluerem.

XVIII. *Regum cadauera effodit.*

Regum Sandapilarius catogæa omnia aperuit;
manu ſeuiens in manes,
quæ geſtabant annulos aureos.
Vel Æolum ſuis catenaret in antris.
Comediam cum habuiſſet à tyrannis Trinacria primam,
habuit à Rege tragediam.
Vt ſolus regnaret,

XIX *Sæuit in ſtirpem regiam Nortmannorum, Virilia amputat Gulielmo*

Venerem quæ ex vndis emerſit, demerſit. 1195
nec prius gladio *Gulielmum* cinxit, quàm Spadonem fecit
Liberalis 1196
Iordano auream appetenti coronam, non negauit:
quò lucidiorem, dedit ignitam:
Hanc ne perderet, clauis affixit.
Pincernam *Cerranum*, qui acconitum vino miſcuit,
Ceraunium fecit:
aſſum, & elixum amicis diſtribuit,
ne clamarent, viuere ſolo pane.
Domitis Italis,
ipſi Cœlo negauit inducias.

XX. *Eccleſias ſpoliat. Occupat Petri patrimonium.*

Vnde Petri expilauit patrimonium, expoliauit Domum Dei.
Aquilam negans bicipitem,
Græcis imperauit, & impetrauit tributa;
quæ ne lætus perciperet, Lethum intercepit.
In gratiam Chriſti, mammonam congeſſit iniquitatis.

XXI. *Expeditio ſacra in Syriam.*

Tam pauper Chriſtus euaſerat; vt in patria ſua 1197
non aream haberet, aram, nec arcam;
Miſit ferrum *Henricus* & aurum, quo redimeret.

XXII. *Legata pia plura Eccleſiæ reliquit.*

Videns, inter latrones pendere Deum
Credidit Cæſar, eum cum latronibus miſcuiſse comertia.
Placare credens, ſi diuideret ſpolia

Sal. An. 1191.

Eccleſiæ obtulit partem rapinæ.
Nec moriens immemor artis ſuæ, Cœlum rapuit.
Petro non profuit, Cœlorum claues tenere.
Nam inſcio Petro, inuito Deo,
pretium ſanguinis proiecit in templum.
Et abiens, pœnitentia pœnam ſuſpendit.
Ne inter mortuos Roma quæras
Violentia ſua turbauit Hieruſalem ſanctam,
cum Hæc habebis furi vidit, patuiſſe fores.
Fraudem edoceri cupis? habebis.
Si ſequutus errantem, ſequutus fueris pœnitentem.

XXIII. *Negabat Papa Siculo cadauer. Latebat eum Henrici pænitentia, q; i male ablata reſtitui iuſſerat.*

CATENA HISTORICA.

CAPVT SECVNDVM.

1 *Henrici VI. Imp. natalia.* Aſper *dictus. 2. vxor Conſtantia. 4. Henricum Leonem obſidet. 5. copias reducit lupis vrgentibus. 5. pacem ei donat. 6. Italiam ingreditur ad accipiendam coronam Imperij. 7. deponit Tuſculum in manu Papæ. 8. inſtantibus Romanis coronatur à Cæleſtino. 10. regnum Neapolitanum inuadit. 11. rumor falſus de eius obitu. 18. Richardum Regem Anglorum è manibus Leopoldi Auſtrij extorquet. 19. ſcribit Philippo Gallorum Regi. 28. ſequeſtrem pacis ſe exhibet Regi Richardo cum Rege Gallorum. 29. pecunia donatur à Richardo. 31. Anglos monet fideles eſſe erga Regem ſuum. 32. eius decretum de communi vaſallo. 33. nouas inſidias meditatur in Anglum, Gallo ſuadente. 36. Ianuenſes allicit, vt Siculam ſumant expeditionem. 37. Neapolim in deditionem accipit. 38. coronatur Rex Siciliæ. 39. perfidus non implet promiſſa Ianuenſibus, imò priuilegia eorum reuocat: cadauera effoſſa coronis exuit. Sybillam captiuam ducit. 41. matrimonium inuidet Henrici, filij Leonis. reconciliatur. 45. ſæuit in amicos, & affines Tancredi. 43. tributum imperat Alexio Imperatori. 46. rumpit fœdus cum eccleſia Romana: theſauros inuenit. 47. ſacram parat expeditionem. 50. ſæuit in plurimos, ſupplicijs delectatur ob ſuſpicionem adulterij comiſſi ab vxore. 53. eius mors turbat Chriſtianorum victorias in Syria. 55. declarat imperium non electione ſed ſucceſſione dari: 56. an excommunicatus moreretur. 57. mandat pecuniam reſtitui Regi Anglorum. 58. legata pia, & religioſum teſtamentum 59. eius legata à Monachis non recepta. 60. ſymbol. epitaphia. 63. moneta.*

2 *Conſtantia filia Rogerij Siculi, vxor Henrici VI. Imp. an prius monialis, quinquagenaria parit. 12. à Salernitanis capta proditur Tancredo. 15. & 37. quando manumiſſa. 46. theſauros inuenit. 50. adultera inſimulatur. 62. prius fuit deſponſata Emerico Regi Hungariæ.*

3 *Philippus Archiep. Colon. molitur in Henricum VI. Imp. II. moritur.*

3 *Albertus Leodienſis ep. capite plectitur.*

4 *Henricus Leo ab exilio reuerſus,* Stadam *occupat, cum alijs ciuitatibus. 13. ab Imperatore deficit. 41. moritur, cuius in tumulo Leo eſt ſculptus: pietas. 5. effigies. 5. Conradus Vvitelſpachius Mogunt. ſequeſter pacis inter Henricum VI. Imper. & Leonem.*

5 *Lugderi filij Leonis mors.*

5 *Henricus filius Henrici Leonis Henricum VI. Imper. ſequi promittit: effigies. 13. ab Imp. deficit. 40. aulã deſerit Henrici VI. ad Conradum Palatinum confugiens.*

6 *Cæleſtinum Papa ſuam protrahit conſecrationem, ne coronet Henricum VI. Imper. 8. coronam pede decutit capiti Imperatoris. 27. Leopoldum Auſtrium excommunicat, plagiarium Richardi Regis. 28. anathema minatur in Cæſarem, & Regem Gallorum. 57. negat ſepeliri corpus Henrici VI. Imp.*

ni

ni prius reſtituatur pecunia Anglorū Regi.
9 *Tuſculum Romani euertunt.*
10 *Tancredus cogn.* Callidus: *eius geneſis.*
10 *Neapolitanorum Regum geneſis.*
10 *Gulielmi Boni Regis Siciliæ effig. ſymb.*
11 *Vido Guerra priuilegio donatus ab Henrico VI. Imper.*
11 *Otto Dux Bohemiæ moritur.*
12 *Theodorici VII. effigies. Com. Hollan. effigie; vectigalia extorquet.*
12 *Hollandia ſubiecta Flandris.*
12 *Balduinus Flandriæ Comes.*
12 *Margaretus Tancredi claſſis præfectus à Ianuenſibus fugatur.*
14 *Adolphus Stadam recuperat.*
14 *Ludouicus Dux Bauariæ vincitur.*
15 *Bertoldus Meraniæ Princeps.*
16 *Odo Burgundus in Syria pugnat pro Chriſto.*
16 *Rex Anglorum in Syria Richardus. 17. reuertens, vinculis traditur à Leopoldo Auſtrio. 21. à ſuis quæritur: inuenitur. 22. colloquitur cum Henrico VI. Imp. 23. apud Papam eius libertas imploratur. 30. Anglis ſcribit de ſua libertate. 33. in Angliam redit. 34. honorificè habitus à Colon. Archiep. iubet miſſam celebrari de* Petri vinculis.
16 *Philippus Gallorum Rex Angliam inuadit, abſente Rege Richardo in Syria. 20. exultat de captiuitate Richardi.*
17 *Leopoldus Auſtrius vinculis tradit Richardum Regem Anglorum. 27. aurum receptum pro reſtitutione Regis reſtituit; moritur; excommunicatus. 15. agrum Ortenburgicum populatur.*
20 *Io: Richardi Anglorum Regis frater, tentat regnum vſurpare. 21. fugit in Gallias.*
24 *Aleonora mater Regis Richardi ſcribit ad Papam prò filij libertate. 25. Papam arguit quia lentè procedat. 26. renouat literas.*
27 *excommunicationis incommoda.*
35 *Rogerius filius Tancredi moritur.*
35 *Irenes vxor Rogerij Siculi.*
35 *Gulielmus Tancredi filius Panormi coronatur Rex Siciliæ. 38. promittitur ei Tarenti principatus. 39. captiuus ducitur.*
38 *Sybilla Tancredi vxor regnum tradit Henrico VI. 39. captiua ducitur.*
41 *Conradus Palatinus Rheni, filiam tradit vxorem Henrico Leonis filio.*
42 *Iſaacius Comnenus Imp. oculis orbatur.*
42 *Alexius Imper. fratrem imperio deturbat.*
43 *effodit cadauera, ſpoliat eccleſias, vt tributum mittat Henrico VI. Imper.*
48 *Saladini morientis, dictum memorabile.*
51 *Henricus Rex Hieruſalem moritur.*
54 *Sicilia vnitur Imperio.*
55 *Philippus frater Henrici VI. Imper. tutor Friderici II.*
56 *Fridericus cur non coronatus à Papa Cæleſtino.*
59 *Monachorum ſeueritas, auaritia.*
60 *Eccleſia non recipit malè acquiſita legata.*
62 *Emerici Hungarorum Regis effigies, vxor.*
62 *Ladislai III. Hung. Regis effigies.*
62 *Andreæ II. Hung. Regis effigies.*
62 *Bela IV. Hung. Regis effigies.*

HENRICI VI. NATALIA.

1 EX *Friderico Ænobarbo* Imperatore, & *Beatrice* Reginaldi comitis in Burgundia filia naſcitur *Henricus VI.* An. Sal. 1165. apud Nouiomagum. VI. dicitur, quia poſt quinque Henricos regnauit. Cognomento dicitur *Aſper* ob crudelitatem, quam in Apulos, Siculoſq; exercuit, defectionem meditantes.

Henrici Educatio.

Henricus moribus amabilis, virtute eloquens, ſed *Friderico* patri fortuna, & felicitate diſſimilis, ab ineunte ætate venatui, & libidini deditus fuit. Præceptorem habuit *Gothefridum Viterbienſem*, qui verſibus ternarijs, & quadratis non infeliciter ludens, vitæ regulam ei præſcripſit. Ex quibus facilè indolem deduces Henrici.

Regnandi Regula per Gotfridum Viterb. Henrico VI. propoſita.

Henrico ſexto ſacra ſunt diademata preſto,
Tu pater, hoc feſto, Friderice, monarchus adeſto,
O pater, ò nate, regia metra patent.
Regibus antiquis Henrice monarche cohæres,
Tu diadema feres, Romani culminis hæres,
Romula ſigna geres, ſæcula noſtra tenes.
Imperij ſydus, plaudunt tibi menſis & idus,
Metra tibi fidus regalia dat Gotfridus,
Quæ tibi ſæpe legas, vt bene regna regas.
O iuuenis iuuenum, flos mundi, gloria regum,
Vrbis et orbis honor cui plaudunt tēpora rerū,
Suſcipe conſilium quod mea metra ferunt.
Sordibus implicitos prauoſq; caue bis amicos.

Omni-

Sal. An. 1191.

Omnibus æquus eris: ſed caſtigabis iniquos.
Proſpice, quicquid agis, te tibi noſce magis.
Lautius eſt tibi te ſolùm conſtringere legem,
Quā varios populos, aut magnos vīcere reges.
Hæc ſi mente leges, rex, bene regna reges.
Si tua nolueris, neque publica vota vereri,
Qua fore te regem poteris ratione fateri?
Si tibi non fueris, nec mihi rector eris.
Doctor Alexandri Magni prauos ſibi mores
Finxit, & inceſſus inhoneſtos abſq; decore,
Rex puer hæc didicit: ſed didiciße dolet.
Vicit Alexander Darium, ſimul & Babylonē:
Sed nequit impreſſum ſibimet denuicere morē,
Quo ſemel imbuitur teſta, tenere ſolet.
Tu puer explora, ſi te nota praua colorat,
Prorſus & abſq; mora vitium mouere labora,
Nanq; vetus vitium neſcit abire foras.
Dū tibi cuncta licent, non quæras cūcta licere,
Nam quæ ſæpe licent, poterunt tentata nocere,
Res etenim licita noxia ſæpe ferent.
Legum fræna tenens fræno te fortiter arce,
Plus alijs, minus ipſe tibi pro tempore parce,
Dum nullum metuis, ſis metus ipſe tibi.
Vita Pharaonis, ſceleroſaq; geſta Neronis,
Et tranſgreſſoris monſtrant culpæ Salomonis,
Quæ mala ſint reprobis, quæ bona nata be-(nis.
Has tibi tā duras veterū propono figuras,
Vt ſacra ſcriptura tibi ſit doctrina futura,
Hac poteris patrias arte fouere tuas.
Iudicis officio loca ſacra decenter honora.
Pace frui, punire malos, Henricè labora.
Si ſcelus exploras, pax erit abſque mora.
Eccleſias iubeas multa pietate foueri,
Semper in aduerſis te ſubueniente tueri,
Eccleſiæ precibus vult diadema geri.
Si cupias veri regis promiſſa mereri,
Auxilio cleri ſtudeas Henrice doceri,
Et placeas Domino cras quoq; ſicut heri.
Pauperis, aut viduæ dū cernis adeſſe querelas
Promptiùs exhibeas plena pietate medelas,
Iudicium miſeri cum pietate geras.
Prima poli, poſtrema fori ſic iura coæqua,
Vt ius præualeat, quantum tua ſuppetit ætas,
Omne malum reſeca, noxia cuncta veta.
Expedit interdum ſancita remittere legum,
Ne pereat feritate mala clementia regum,
Nam puto ſæpe Deum viuere velle reum.
Indulgere tuis, tua ſic dignetur honeſtas,
Vt magis abſoluat, quā puniat alma poteſtas,
Si miſerando feris, rector amandus eris.
Iudicio reſidens animum ſic cōprime iudex,
Ne ſcelerū vindex vultus ſit pectoris index,
Et quæ ſunt pœnæ proxima, clauſa tene.
Et quæ forte bonus cauſæ ſit vtrinq; patronus,
Par quoq; portet onus extraneus atq; colonus,
Et nihil arcanum polluat arte manum.
Currant Marte ſuo parili diſcrimine lites,
Nec reprimāt miſeros ſub maieſtate quirites,
Lite cadant lites Iudicis arte ſitæ.
Si varios teſtes cupiant producere partes,
Ne dolus interſit, examine cuncta coarctes,
Atque memor pueri tunc Danielis eris.
Si supereſt charta, cauſā per ſcripta coarcta,
Nec ſceleri parcas, ſi falſa prodijt arca,
Falſo fraude, dolo, non tibi plaudat homo.
Si ſcelus vleiſci ratio certiſſima poſcit,
Rex age quod ſubitò tua debeat vltio noſci,
Vltio tarda fouet crimina, damna mouet.
Si mea vincla prius ſubitò punita fuiſſent,
Nulla Moguntini tibi captio damna dediſſet,
Crimina non fieri regia pœna facit.

Item ad Regem Henricum admonitio.

Laudibus inſpectis quas audis cōmemorari,
Nolo ſuperborum cupias veritate leuari,
Tædia nam populis vita ſuperba parit.
Proximus eſſe Deis hac forſan laude putaris,
Rex moritura caro, caueas ne decipiaris,
Es quia mortalis, mors tibi fata parit.
Corpore mortalis, mortalia ſic moderaris,
Vt rex iure pari cum pauperibus moriaris,
Diuitis & miſeri vita coæua cadit.

Illud de Henrico memorabile legitur, quòd cum ſerò cibum caperet, & ab amicis moneretur, cauendum eſſe, ne valetudinem læderet, reſpondit: *Homini priuato quoduis tempus idoneum eſſe ad cibum capiendū; Principi verò nonniſi cū vacat à publicis negotijs.*

Vxor.

Vna illi fuit *Conſtantia* Rogerij Siciliæ Regis filia, cum qua nuptias ſplendidiſſimas celebrauit Mediolani, die 27. Ianuarii, Anno Sal. 1186. Anno ætatis ſuæ XXI. & ab ea, loco dotis Siciliæ regnum accepit. Monialis fuiſſe dicitur, ſed penès antiquos non legitur. Ratio tamen, quam adducit Baronius, quòd *Cæleſtinus* Papa *Tancredi* fautor in eius iniuriam non diſpenſaſſet, non vrget, quia nuptię celebratę ſunt, cum pater *Fridericus* de eccleſia cępiſſet benemereri, & in Aſiam expeditionem pararet: ſuffragante etiam *Gulielmo* Siciliæ Rege, qui nuptias *Conſtantiæ* cum *Henrico* firmauit, cum prolem non haberet. Non propterea Monialem volò. Quinquageſimum agebat annum *Conſtantia*, etſi numquàm paritura crederetur, ducitur tamen magis imperij, quàm filiorū inſtigante 11

An Monialis.

Cōſtātiæ ætas.

Sal.An. libidine.Grauida tamẽ facta,& An.Sal.u93.
1191. VII.Kal.Ian.enixa Filiũ in ciuitate Panormi, nomine *Fridericum*,qui fuit Imp. & nè crederetur ſuppoſititius, in publico Sacello exponi,pater curauit,vt ab omnibus videretur.

Imperij Occupatio.

III Sacrum in Aſia agente *Friderico* bellum,regnum Siciliæ repetere moliebatur *Henricus*, quùm mors patris, inde Germanorum ſeditio eum in Germaniam euocauit. Fama namque de obitu *Friderici* allata, *Philippus* Archiepiſcop. Colon. *Albertus* Leodienſis Antiſtes, alij Germaniæ & Burg.,rerum mouendarum cupidi, de eo abdicando agitabant. Verùm poſtquã Leodienſem truculentiùs cęteris agentem apud Remos obtruncatũ viderunt, inclinantibus
IV etiam in *Henricum* Italorum animis, venia petita,ſe ad *Henricum* contulerunt.Difficilius illi aduerſus *Henricum Leonem*, negotium,qui iam ab exilio reuerſus,contempta iuuenis adoleſcentia, Stadam vrbem occupauerat, Adolfum Holſatiæ comitem ditionibus exuerat, Bardeuicum cœperat, direptum incenderat, Lubeccam & Lauenburgum ſibi ſubiecerat. Non ſine liuore *Henricus* Leonis famam exceperat; *Henricus Leo ſua repetit.* nec inobediens, ſed æmulus *Leo* obſeruabatur à Cæſare. Ducens itaque, plantam ſurgentem recidere, Saxoniam intrat armatus, & poſt vaſtatam Hanoueram, *Leonem* ipſum Brunſuici obſedit, *Henricus VI. Imp. Leonem obſidet.* in caſſum tamen, nam bruma rigente, & flagellãte fame, lupis in caſtra Friderici gregatim erũpentibus, obſidionem ſoluit. Ne inglorius verò copias reduceret, in Hartuvicum Bremenſem Antiſtitem, delatum à Bremenſibus, iras effudit, & quaſi auctorem belli Anglia exulem recepit. Rex porrò belli aleæ gloriam ſuam dedignatus committere,non ægre tulit ſe à *Conrado Vvitelſpachio* Moguntinenſi, & *Philippo* Agrippinenſi ad pacem ineundam adduci. *V Pax cum Henrico Leone.*





Fuldæ conuentum eſt ea lege, vt Brunſuicum mœnibus nudaretur: arx Lauenburgica complanaretur: Lubecca æquis portionibus inter *Leonem* & *Adolphum Holſatium* diuideretur: *Leo* filium daret obſidem *Lugderum* nomine, quem non longè Auguſtæ Vindelicorum mors auara ſubtraxit. *Henricus coronatur.* *Henricus* præterea *Leonis* filius natu maior, quinquaginta ſtipatus
VI militibus, Regem in Italiam comitatus, Romam venit, coronam recepturum imperij. Abhorruerat *Clemens* Pontifex Roman. *Henricum* honoribus inſignire Auguſtalibus, quia filius paterna inſequutus veſtigia, non ſolum Eccleſiæ occupata bona non reddidiſſet, ſed ijs beneficij nomine alienatis proxima quoque ſibi appetenda putaſſet. Propterea *Henricus* in eo poſtulando, quòd ægre impetraturus eſſet, haud pertinacior fuit. Vbi verò *Clementem* mortuum, ac *Cæleſtinus* ſuffectum audiuit, opportunã Pontificis nouitate confiſus, in ſpem facilè omnia obtinendi, quæ cuperet, erectus, legatis ad eum extemplò gratulatum miſſis, Romam ad Auguſtalia accipienda maturauit inſignia. *Cæleſtinus Papa conſecrationem protrubit.* Gerebant adhuc bellum attrox cum Tuſculanis Romani, vindicandi cauſa cladem proximis annis ad Montem Porcum receptam; Tuſculani verò aſſiduis contentionibus agitati de Pontifice diffidebant. Cumque *Henricum* præter ſpem ad vrbem aduentare ſenſere, legatis obuiam miſſis, ſe ei

tra-

Sal. An. 1191.

tradiderunt; ac in fidem ab eo recepti, Germanicum ſuſcepere præſidium. Ea re cum Pontifice offenſi Romani, ad priſtinam in *Henricum* rediere ferociam. Pontifex cernens *Henricum* cum multa veniſſe iactantia, ad protelandam eius conſecrationem, ſuam diſtulit. Romani verò ei caſtra ad Vaticanum ex inſtituto habenti, miſſis nuncijs denunciauere, ſe, niſi ſibi Tuſculum traderet, ingreſſum Vaticani prohibituros, atque Auguſtalem interdicturos coronam. Hoc audito, nutabat Rex, an Tuſculum proditione ſuæ dignitatis hoſtibus traderet; vel arma cum Romanis conferret, quod bello Siculo apparebat inutile. Demum media placuit ſententia, vt Tuſculum in manibus Pontificis poneret. Quod cum Romanis non diſpliceret, accedentes ad Pontificem dixerunt. *Domine, oues tuæ ſumus, tu paſtor ouium & filiorum pater. Ideo rogamus clementiam tuam, vt parcas nobis, qui non parum afflicti ſumus. Tu enim, vt melius noſti, cum magiſtro gentium teneris flere cum flentibus, & gaudere cum gaudentibus. Rex iſte cum infinita multitudine terram occupauit, deuaſtat ſegetes noſtras, vineta, & oliueta. Quapropter rogamus, vt ſubuenias, ne conſecrationem ipſius vlterius differas, ne terra noſtra conſumetur inopia. Ipſe pacificum ſe venire affirmat, in omnibus vrbem noſtram honorare, & paternitati tuæ obedire.*

VII Tuſculū Henricus deponit in manus Papæ.

Acquieuit Pontifex ſupplicantibus, & remoto certamine; Papa in die Paſchatis ſolemniter conſecratur; proxima verò ſecunda feria Imperator cum *Conſtantia* Imperatrice benedicitur, & coronatur. Huic adoranti Papa, cum antea coronam capiti impoſuiſſet, pede eleuato coronam decuſſit, quo facto ſignificauit, in ſua poteſtate eſſe date & auferre Imperatoribus Imperium, quando voluerit. Poſt quindecim indè dies, *Henricus* exercitum in Ducatum induxit. Eo Vrbe profecto, Romani à *Cæleſtino* Tuſculum repetentes armati, extorſerunt. Acceptum euerterunt, & implacabili odio Romam lapides tranſtulere, atque in Capitolio ad exſatiandam hoſtilis ruinæ aſpectu iracundiam, poſuere. Plerique nobilium, excruciati, alij necati, omnes diſperſi. Turba aut in vicina caſtra migrauit, aut patrij amore ſoli nouas ſibi ſedes in eiſdem locis, ſed anguſtiores humilioreſque parauit. *Henricus* Ducatum ingreſſus oppida omnia Neapolim vſque, modico certamine occupauit. Neapolis, vt quæ ſitu, opereque munita, nec præſidio inualido eſſet firmata, fortiter omnem incumbentium Germanorum molem excepit; & *Tancredo* portas clauſit, qui quaſi extincta cū *Gulielmo Bono* iuſta Normannorum ſobole, licet ex pellice à *Rogerio IV.* procreatus, Siculum regnum inuaſerat; Quæ verò *Tancredi* cū aſcēdentibus, deſcendentibus, & collateralibus geneſis fuerit? en

VIII Papæ faſtus.

IX Tuſculū euertitur.

X Henricus regnum Neapol. aggreditur.

Arbor Regum Neapolitanorum ex linea Normannica.

Tancredus Comes de HaulteVillè Normannus.

Drogona. — Gulielmus forte brachium. — Robertus Guiſcardus, ſeu Aſtutus. — Vnfredus.

(Vnfredus:) Bagelardo. — Godefredus.

(Robertus Guiſcardus:) Eria. — Sinardus. — ROGERIVS Normannus I. Rex Neapol. obiit An. 1149. — Robertus. — Bohemundus.

(Rogerius:) Rogerius Dux Apuliæ. — Amulphus Princeps Salerni. — Conſtantia Vxor Imp. Henr. VI.

GVILELM. Malus Rex Neapol. obiit An. 1167. — TANCREDVS Spurius Rogerij Rex Neap. obiit An. 1195.

(Guilelmus Malus:) Rogerius Rex Siciliæ. — GVILELMVS bonus Rex Neapolitanus obiit An. 1187. — Henricus Princeps Capuæ.

(Tancredus:) Medonia captiua in German. — Altera ducta in Germaniam. — Rogerius obiit ante Patrem. — Gulielm. caſtratus mandato Henr. V. — Conſtantia ducta in German.

Permotus itaque *Henricus*, vrbem toto circumfuſo circunſedit exrrcitu, exitu omni, adituque obſtructo. In caſtris cum eſſet, ix. Kal. Iun. *Vidoni Guerra*, Tuſciæ Comiti, bona iuraque à *Friderico* patre conceſſa, virtutis ac fidei eius gratia confirmauit. Per Iunium inde menſem, Cœli & æſtiui caloris inſolentia, magnam exercitus partem

Sal.An. 1191. tem abſumpſit: Philippum Colonienſem
Antiſtitem, & Ottonem Boiemiæ Ducem,
quorum conſilijs gerebatur bellum, ſuſtulit;
xi ipſum Cæſarem vſque eò afflixit, vt con-
clamatum à medicis, imò mortuum fama
per Germaniam vulgauerit. Extitère mox
Falſus rumor de Henrici morte. factiones, nouum Regem optantes, Conſpi-
rationem maturatus Cæſaris in Germaniã
reditus diſcuſſit. Genuenſes, qui in die
Aſſumptionis claſſe triginta trium triremiũ
è portu euecti, Caſtellum Maris tenuerant,
falſo rumore decepti mortis Henrici, conſi-
lium redeundi cæpere, Circeios ſequenti no-
xii *Margaritus.* cte venientes. Ibi Margaritus Tancredi claſ-
ſis præfectus, cum maiore nauium numero
ſuperueniens Genuenſes prouocauit in pu-
gnam. Hi licet viribus impares non detre-
ctarunt. Quod vbi Margaritus cognouit,
conuerſa nauigatione ſeſe Iſclam recepit.
Genuenſes autem Ciuitatem veterem, atq;
inde Henrici iuſſu Genuam receſſerunt Nec
longè quum Henricus Conſtantiam vxorẽ
Conſtantia Imperatrix capta. Caietam, & Caieta Salernum miſiſſet, Caie-
ta à latronibus contumelijs onerata, à Saler-
nitanis comprehenſa; Panormum Tancre-
do proditur, ibique regia mancipatur cu-
ſtodia. Anxius propterea Henricus cum
Diepoldo ad bellum progrediendum reli-
Theodericus Comes. Hollãdiæ. cto; Germaniam repetit. Vbi *Theodoricus*,
vel *Diedericus VII.* Hollandiæ Comes XI.
qui defuncto Antiochiæ Florentio patre,
regebat; vnà cum *Henrico Comite Louanien-
ſi*, ſagaci perpendentes animo quantum
tunc viriũ Flandris deceſſiſſet, de ſuo quoq;
agendo negotio callidum iniere conſilium.
Magnis vterq; Henricum VI. Cæſarem fa-
tigarunt precibus; Hic vt *Aloſtanos* Imperij
clientes Lotharingiæ contributos obtineret:
Ille vt ab fide Flandris Comitibus debita
ſolueretur, & poſſideret *maris inſulas* in
fide ac clientela duntaxat Imperij. At Cæ-
ſar nullam Balduino facere voluit iniuriam.
Vnde Balduinus Comes ad Cæſarem Bal-
duinum filium miſit, qui ſuo nomine iura-
ret. Spe autem domi à Comite Hollandiæ
iuramentum accepit Flandris Principibus
præſtari ſolitum. Impetrauit tamen *Theo-
dericus* à Cæſare, vt quicumque mercator
illac tranſiret, vigeſimam omnium rerum
Vectigalia extorquet. ſuarum perſolueret pro vectigali. Cuius
prætextu magnam vim auri à negotiatori-
bus extorſit; præcipuè à Flandris, vt du-
plum ſæpè ſoluere cogerentur. Vnde diſſi-
dia inter Flandros orta & Hollandos, quæ
non niſi bello finita ſunt.

Interea Leo contra ac conuenerat, nec *An.Sal. 1192.*
Adolphum, qui nondum ex Aſia redierat,
in communem Lubecæ partitionem admi- xiii *Henricus Leo deficit ab Imperatore.*
ſerat, nec Lauenburgum euerterat, non mu-
ro Brunſuicum exuerat, ſed Hartuicum
Bremenſem ex Anglia reducem in ſuam
tutelam receperat. Eius filius ſiue Cæſaris
peroſus imperia, ſiue deſiderio vlciſcendi
paternas iniurias, quo voto creditus eſt cũ
Tancredo miſcuiſſe conſilia, cum Cæſar in
Caſſinenſi Monaſterio D. Benedicti reli-
quias veneraretur, ab eo ne ſalutato quidẽ,
in Saxoniam diſceſſit: quò & Adolphus ve-
nerat, ex peregrinatione reuerſus, habito
nuncio terram ſuam ab Henrico Duce oc-
cupatam. Conſanguineorum itaque ſtipa-
tus militia Stadam redemit, Lubeccam ad
deditionem coegit, & quæ Leo trans Albim
recuperauerat, excepto inuaſit Lauenbur-
go. Nec minora Bauari patiebantur diſſi-
dia. VVormatiæ Vangionum, ſolemni ri- xiv *Ludouicus Dux Bauariæ vincitur*
tu, inaugurato Ludouico VVitelſpachij fi-
lio, Bauariæ Duce qui prætexta poſita, ephe-
bos egreſſus, Reipublicæ admouendus erat
negotijs. In ijſdem comitijs Cæſar Conrado,
fratrum alteri decreuit Sueuiæ Ducatum:
alteri Philippo, qui poſt imperauit, Etru-
riam, Spoletanum Ducatum, Guelphorum
reiecta Stirpe; At Bauarum protinus ciui-
lis belli tempeſtas excepit. Albertus Bogius
cum Rapatone & Henrico Ottenburgio fra-
tribus, de limitibus & monaſteriorum tute-
la armis contendebant, nullo ſacrorum pro-
fanorumque diſcrimine: Bogius qui Lud-
millam Ottocari Sororem duxerat, arma
Bohemorum ſibi ſociauit. Ludouicus, vt
vim exteram à ſuis finibus arceret, copias
raptim contractas eduxit in Bogium, & acie
victus eſt. Alia ex parte Leopoldus Au-
ſtrius, & Bertoldus Meraniæ Princeps agrũ
Ottenburgicum populabantur, omnia cæ-
dibus, & incendijs vaſtantes: donec Henri-
cus Cæſar vtroque iuſſit arma ponere, &
turbatæ pacis rationem reddere. Cauſa
diſcuſſa, Bogius belli concitator relegatus
eſt in Apuliam: Ludouicus Bogius, Gode-
fridum Stainium, quod clanculario fœde-
re ſe hoſti vinxiſſet, capite minuit. Hoc an-
no, intercedente Pontifice Cæleſtino Con-

ſtan-

Sal. An.
1193. ſtantia Imperatrix apud *Baronium* legitur à
xv *Tancredo* reſtituta, & expenſis Pontificis in Germaniam remiſſa licèt apud *Sigonium* vſque in annum nonageſimum quartum protrahatur manumiſſio, facta non intercedente Pontifice, ſed pugnante Imperatore.

CAPTIVITAS RICHARDI ANGLORVM REGIS. Anno 1193.

DIgladiantibus inter ſe Italis, atq; Germanis, res Chriſtiana in Syria trium-
xvi phabat fœlix. Cum Odone Burgundionum Duce, *Richardus* Anglorum Rex ad obſidendam Hieroſolymam ducebat exercitum, cum ecce nuntiatur, *Philippum* Gallotum Regem eo conſilio Normanicas res diuexare, vt ad Angliam inuadendam ſibi viam referet, & eam adeptus *Ioanni* eius fratri poſſidendam tradat. *(Philippus Rex Galliæ inuadit Angliã.)* Quo nuntio turbatus *Richardus*, domeſticam calamitatem ducibus retulit, identidem *Philippum* incuſans, quod nulla habita nominis Chriſtiani ratione, aut religionis reuerentia, eo potiſſimùm tempore in ſe odium explere voluiſſet, quo iam de hoſtibus triumphus penè acquiſitus eſſet. Veritus itaque, ne dum procul à patria pro Chriſtiana belligeraret Republica, damnum domi pernicioſum non faceret, cum *Saladino* hoſte conditionibus bellum neceſſariò compoſuit, vt Chriſtiani præter Ptolemaidem, cætera eo triennio de hoſtibus capta reſtituerent, & *Saladinus* à Chriſtianorum rebus manus abſtinèret. His compoſitis ſuoſque conſolatus, *Richardus* parata iam claſſe, *Berengariam* vxorem cũ *Ioanna* ſorore, & magna ſuorum parte, in Siciliam, & inde in Angliam præmittit. Ipſe verò cum paucis Thraciam curſu petens, in grauem incidit tempeſtatem, qua iactatus in Dalmatiam defertur: hic mutato veſtitu per Germaniam iter facere, ac modò equo, modò pedibus in Angliam redire conſtituit: ita lento incedebat gradu: qui vbi ad
xvii ſuperiorem Pannoniam peruenit, quam *Auſtriam* hodie vocant, cępit ſibi timere ob ſimultatem, quæ inter eum & *Leopoldũ* Auſtrium intercedebat. *(Simultas Henrici Angli cũ Leopoldo Auſtrio.)* Irarum hæc cauſa. *Leopoldus* (& ipſe ſacro interfuerat bello) cũ primus vrbis męnia ſuperaſſet, turri vexillum affixerat, quod *Richardus* præreptæ gloriæ inuidia diripuit, calcauit, & in cloacam proiecit, vt ſuum ſufficeret. Dicunt alij, quod domum reuerſurus ex Syria Ioppen *Leopoldus* præmiſerat, qui ſibi hoſpitium præpararet, & ſignum ſuum hoſpitio affigeret, quod factum eſt. Porrò Normannus quidam nobilis, ſe potius ibi hoſpitium habere contendens, obtinuit à *Richardo* Angliæ Rege, vt ſignum auelleretur Auſtriaci, quod ipſe poſtea in cloacam proiecit, vt Auſtriacus omnibus deridendus propinaretur. Imprudens itaque cum in Germaniam acceſſiſſet, non niſi exploratè ac prætentatis itineribus tranſibat; nullo tamen potuit fatum euitare conſilio. Sanè vt primùm Viennam ingreſſus eſt, quæ Auſtriæ princeps eſt ciuitas, eum partim lingua hominem Anglum eſſe, partim illud ipſum indicauit, quod carius multo obſonabat: quàm deceret perſonam, quam ipſe cum humili veſte gerebat: proinde bene multis hoc pacto cognitus erat, cum peruaſit rumor per vulgus, *Richardum* adeſſe. Quocirca Dux confeſtim cuſtodes circa domum diſpoſuit, vbi ille hoſpitabatur, vt nemo inde homo elabi poſſet, ac mox alios miſit exploratum, quales eſſent intus hoſpites. *Richardus* poſteaquàm enuntiatum eſt, ſatellites ducis in veſtibulo eſſe, tum ſpem videns nullam eſſe fugiendi, regalem reſumit veſtitum, ac eam animi audaciam, qua in bellicis rebus ſemper vſus erat, militibus oſtendens, quærit, *ecquid ſit, cur armati circumſtent*: quibus ſeipſum petere vociferantibus reſpondit, *non decere, vt Rex alio niſi duci ſe captiuum tradat, ac propterea ſi Dux velit ipſe venire, eius fidei ſe vltrò commendaturum*: *(Carceri datur Richardus.)* itaque Duci illico aduentanti obuiam factus, tradito prius gladio, in illius venit poteſtatem. *Leopoldus* talem prædam ex inſperato ſibi eueniſſe gauiſus, regem blandè appellando in ſuas ædes perduxit, & cuſtodiendum certis heroibus commiſit. Audiuerat interea ex rumoribus, qui iam per totam Germaniam diſſipati erant, *Henricus* Imperator *Richardum* à Duce captum, qui optimè noſcens quantæ eſſent Anglicæ xviii
opes, cæpit ſedulò cum Duce agitare, quomodò ab eius manibus tàm opulentam prædam eriperet: legatos igitur celeriter miſit, qui eum admonèrent, quamobrem non poſſet apud ſe tutò, nec diutius tantum Regem in cuſtodia ſeruare; quandoquidem *(Henricus Imper. Richardum extorquet à Leopoldo.)*

Rom.

Sal. An. 1193.

Rom. Pontifex in primis iuberet illum dimitti, deindè & cæteri Principes illud idem flagitarent, quod ſi ipſe dicto non pareret, poſtulationibuſue non ſatisfaceret, proculdubio vim adhiberent: propterea ſibi traderet cuſtodiendum, qui conſtanter curaret, vt *Richardus* ſe grandi redimeret pecunia. Dux partim rationibus, partim metu motus (nouerat enim *Henricum* lucro inhiantem non quieturum, vſquedum prædæ particeps fieret) Regem Oratoribus tradidit, quem *Henricus* ad ſe ductum priuſquam alloqueretur, in vincula duci iuſſit, vt *Richardus* indignitate rei, & carceris tædio ampliorem offerret pecuniam. Scripſit poſtea ad *Philippum* Gallorum Regem, vt eum veluti *Richardi* inimicum in criminis ſocietatem pertraheret.

XIX Epiſtola Imper. ad Regem Gallorũ.

Henricus Dei gratia Rom. Imper. & ſemper Aug. dilecto & ſpeciali amico ſuo Philippo Illuſtri Francorum Regi ſalutem, & ſinceræ dilectionis affectum.

QVoniam Imperatoria Celſitudo non dubitat Regalem Magnificentiam tuam lætiorem effici de vniuerſis, quibus omnipotentia Creatoris nos ipſos & Romanum Imperium honorauerit & exaltauerit: Nobilitati tuæ præſentium tenore declarare duximus, quod inimicus Imperij noſtri, & turbator Regni tui, Richardus Rex Angliæ, cum eſſet in tranſeundo mare, ad partes ſuas reuerſurus, accidit, vt ventus, rupta naui ſua, in qua ipſe erat, duceret eam verſus partes Iſtriæ, ad locum, qui eſt inter Aquileiam & Venetias, vbi ipſe Rex, Dei permiſſione, paßus naufragium, cum paucis euaſit. Quidam itaque fidelis noſter, Comes Mainardus de Gortze, & populus Regionis illius, audito, quod in terra erat, & conſiderato diligentius, qualem nominatus Rex in Terra promiſſionis proditionem, & traditionem, & perditionis ſuæ cumulum exercuerat, inſecuti ſunt, intendentes eum captiuare. Ipſo autem Rege in fugam conuerſo, ceperunt de ſuis octo milites. Poſtmodum proceſſit Rex ad Burgum in Archiepiſcopatu Salezburgenſi, qui vocatur Friſorum, vbi Fridericus de Boteſovve, Rege cũ tribus tantum verſus Auſtriam properante noctu, ſex milites de ſuis cepit. Dilectus autem conſanguineus noſter Liupoldus Dux Auſtriæ, obſeruata ſtrata, impoſitis vbique cuſtodibus, ſæpedictum Regem iuxta Vvenam in villa viciniori domo deſpecta captiuauit. Cum itaque in noſtra nunc habeatur poteſtate, & ipſe ſemper tua moleſtia & turbationibus operam præſtiterit; ea, quæ præmiſimus, Nobilitati tuæ inſinuare curauimus, ſcientes ea dilectioni tuæ beneplacita exiſtere, & animo tuo vberrimam importare lætitiam. Datum apud Rithiencie, quinto Kalendas Ianuarij.

Certior itaque factus *Philippus* Richardum in vinculis teneri, lætitia exultans, confeſtim ſecretis nuncijs *Ioannem* illius fratrẽ ad ſe accerſit, hortaturque vt felici omine regnum inuadat fraternum. Inclinatum iã facilè Francus in opinionem perduxit; & ſubitò in Angliam rediens, perditiſſimorũ hominum congregato exercitu, omnia rumore compleuit. Principes autem regni, nefario veſani iuuenis cognito facinore, ſumptis armis ſe oppoſuère fideles. Hæc res coniuratorum animos ita fregit, vt diſſipato exercitu, Ioannes in Gallias ad *Philippũ* cogeretur confugere. Porrò Archiepiſcopus Rothomagenſis, vt conuenirent Principes in Oxenford, fugit pro Regis redemptione, ita ſcripſiſſe legitur apud *Regerium* in *Annal. Anglic.*

XX Io. frater Anglorũ Regis mouet in Regem.

XXI

Venerabili in Chriſto fratri & amico chariſſimo, Hugoni Dei gratia Dunelmenſi Epiſcopo, Vvalterus eadem gratia Rothomagenſis Archiepiſcopus ſalutem in vero ſalutari.

SVper aduentu regio rumoribus varijs ventilatis, tandem, quia veritas latere non potuit, nobis omnia ſunt aperta. Verum in aduerſis & proſperis eſſe æquanimes nos oportet: Dei enim non poſſumus auertere voluntatem; & cum eius iudicia ſint occulta, euentus rerum fortuitos eius miſericordiæ & prouidentiæ commendamus. In mærore animi noſtri cogimur profiteri, de domino noſtro Rege aliter accidiſſe, quam eius regno, & vniuerſis ſuis fidelibus expediret, & ſi eius merita plenius intuemur, is caſus eius operibus nullatenus deberetur. Qui enim ad Dei gratiam patrimonium vniuerſum exhauſit, & bellorum fortunæ ſuorum, & ſuum ſanguinẽ indifferenter commiſit, in omnibus vijs ſuis protectionem Dei merebatur. Verum aduerſitas, quæ bonis votis obijcitur, probatio virtutis eſt, non indicium reprobationis. Et quid plura loqui compellimur, quod nollemus? Imperatoris Alemannorum litterarum tranſcrip-

tum

Sal.An. 1193. *tum vobis ducimus tranſmittendum, quas de domini noſtri Regis Angliæ captione ad Regem Francorum deſtinauit, præſenti pagina noſtra inuolutum. Vobis autem non eſt opus lacrymis, ſed virtute: quoniam fortuna aggreſſibus non eſt planctibus occurrendum, ſed diſſimulato dolore, probitatis experientia intendendum. Forſitan ad veſperum demorabitur fletus, & nos ad matutinum lætitia viſitabit.*

Et quoniam ſpei noſtræ maxima pars poſt Dei miſericordiam in ſinu veſtro reponitur; lacrymantibus intimis & toto corde depoſcimus ſupplices & deuoti, & quaſi chariſſimi poſtulantes, quatenus in negotio, quod domino noſtro Regi ſupra opinionem arduum incumbit, veſtræ diligentiæ partes & induſtriæ totis conatibus impendatis, & conſilium veſtrum, quod totis viſceribus exoptamus, nullius recordatione anguſtiæ, nullius aduerſitatis proſpectu, nulla occaſione, nulla temporalium, aut felicitatis cautela nobis & domino noſtro, immo vobis potius denegetis. Et quoniam præſenti animus, quam abſenti plenius intimatur, & in perſonarum præſentia conſilium præſentis articuli copioſius elueſcet, & ſalubriorem dominus inde ſortietur effectum: idcirco nos à vobis affectione prætacta lacrymabiliter poſtulamus, vt omni difficultatis exceptione poſtpoſita, die Dominica, ante Lætare Hieruſalem, apud Oxenford nobis & alijs domini Regis fidelibus occurratis. Præſens enim negotium inſtantiam eam deſiderat, vt omnis excuſatio deliteſcat: & omnem dilectionem domino regi debitam, in caſu, quem loquimur, probationem credimus habituram. Dominum autem Bathonienſem noueritis de domino noſtro Rege quantocyus liberando eum domino Imperatore iam habuiſſe tractatum. Omnem enim impendit laborem & operam, vt ei præſtet obſequium, & regia debitum reuerentiæ, & honori gratum, & vtile ad præſens, ſicut & alias plenum exhibeat famulatum; ſicut ab eis recepimus, qui interfuerunt colloquio, quod de noſtro domino liberando eum domino Principe dominus Bathonienſis habebat. Et quoniam vniuerſis euentibus diuinum eſt à Deo auxilium implorandum: rogamus, quatenus in vniuerſa veſtra diœceſi pro ipſo preces apud Altiſſimum faciatis effundi. Plurimum enim valet deprecatio iuſti aſſidua; & importuna mulier in Euangelio meruit exaudiri, & ſicut ibi dicitur, Chriſtus filium ſuſcitauit, quia multæ pro eo lacrymæ fundebantur. Valete.

Vocatis itaque conitijs miſerunt Abbatem de Boxeleia, & Abbatem de ponte Roberti in Alemanniam ad quærendum Regem. Qui cum totam Alemanniam peragraſſent, & Regem non inueniſſent, Bauariam ingreſſi ſunt, & obuiauerunt Regi in Villa, quæ dicitur Oxefer, vbi ducebatur ad Cæſarem, cum eo, in die Palmarum habiturus colloquium. Quos cum cognouiſſet, illaris & affabilis de regni ſtatu interrogauit, de fidelitate hominum ſuorum, de ſalute & proſperitate Regis Scotiæ, in cuius fide innitebatur. Conferentibus illis adinuicem, queſtus eſt Rex in *Ioannem* fratrē, qui beneficia innumera, quæ ab eo receperat, proditione rependerat. At ſubito in vocem conſolationis erumpens, dixit: *Ioannes* frater meus non eſt homo, qui poſſit regnum vſurpare, quandò humilem etiam habeat aduerſionem. In itinere per tres dies vſque dum ad Imperatorem perueniſſet, adeo ſtrenuè & prudenter ſe geſſit, vt verè apparèret animo ipſi natus imperare. Die conſtituta colloquij, non potuerunt internuncij eos reconciliare, iniuſta & nimis onerosa Cæſare exigēte. Scripſerāt interim Anglorum Epiſcopi ad *Caleſtinum* Papam, implorantes Regis libertatem.

Angli Regem ſuum quærunt.

xxii *Rex Anglorum coram Cæſare.*

xxiii

Reuerendo Patri ac domino Cæleſtino Dei gratia Summo Pontifici Vvalterus eiuſdem permiſſione Rothomagenſis Eccleſiæ humilis miniſter, ipſiuſque Suffraganei, Baioc enſis, Ebroicenſis, Sagienſis, & Ebricenſis Epiſcopi ſalutem, & deuotiſſimæ ſeruitutis affectum.

Vulgariter dicitur, quia noua & inſolita morborum genera noua indigent medicina. Ab vſu ſiquidem noſtrorum temporum prorſus credimus alienum, quod capiatur, aut ad redemptionem aliquatenus compellatur; vel in eundo, vel in reditu, quicumque Hieroſolimitanæ peregrinationis proſecutor extitit. Recolimus, quod illius viæ, ſanctiq; ſignaculi profeſſores Eccleſia Romana in ſua cuſtodia & tuitione ſuſcepit. Nec dubium eſt, redundare in totius Eccleſiæ caput, quidquid contra eiuſdem Eccleſiæ auctoritatem in eius filios attentatur. Chriſtianiſſimus Princeps, Rex Angliæ, illuſtriſſimus dominus noſter, & deuo-

Sal. An. 1193. *deuotiſſimus Eccleſiæ Romanæ filius, quem ſpecialiter in ſua protectione ſuſceperat, in ſua peregrinatione poſt ſudores & pericula, poſt anguſtias, & diſcrimina vitæ, quæ pro amore, & honore Dei diu ſuſtinuerat, reuertendo captus eſt, & iniuſte detentus. Plangimus dolores & anguſtias noſtras, quas vtinam nobiſcum communicare velletis paterno compaſſionis affectu, & oſtenderetis per experientiam in noſtris anguſtijs, quantum vobis teneri debeat affectio filialis. Docet publicus experientiæ liber vberiorem eſſe charitatis affectum parentibus ad filios, quam filijs ad parentes: ideoq; penſata deuotione, quam hactenus habuerunt Reges Angliæ erga Romanã Eccleſiam, ſperamus in eo, qui ſpes noſtra eſt, quod non deficiet in hac anguſtia noſtra illa exuberans & inexhauſta gratiæ plenitudo, quæ ſe impartitur afflictis, lapſos erigit, læſos reparat; & vt quod multum eſt, claudatur in modico, ſe communicat vniuerſis. Qui & vniuerſorum & ſingulorum totus eſt, qui ſe ſeruum ſuorum publice profitetur: quid faciat pro tanto filio, pro tanto Principe, cuius iniuſtiſſimam captionem prouinciæ lamentantur, dolent populi, plorant Eccleſiæ, & omnia iura tam moderna, quam vetera deteſtantur? Exerat beati Petri gladium manus veſtra, clementiſſime Pater, quid & quantum tanto filio debeatis, exhibeatis in opere: vt experientia mediante addiſcant minores & inferiores filij, quantum à vobis auxilium in ſuis neceſſitatibus debeant expectare. Valete.*

xxiv Scripſit etiam Regina mater Aleonora ad eundem Pontificem per Petrum Bleſenſem, qui Regi patri fuerat à ſecretis.

Reuerendo Patri & domino Cæleſtino Dei gratia Summo Pontifici, Aleonora in ira Dei Regina Anglorum, Duciſſa Northmanniæ, Comitiſſa Andegauenſis miſera matri exhibere ſe Patrem.

Silere decreueram, ne inſolentiæ & præſumptionis arguerer, ſi forte aduerſus Principem Sacerdotum verbum aliquod minus cautum abundantia cordis, & vehementia doloris eliceret. Sane non multum ab inſania differt dolor; dum in impetu ſuæ accenſionis eſt, dominum non agnoſcit, ſocium non veretur, nec defert, nec parcit alicui, ſed nec tibi. Nemo ergo miretur, ſi verborum modeſtiam vis doloris exaſperet, iacturam enim plango publicam: ſed & familiaris dolor in ſpiritus mei præcordijs inconſolabiliter radicauit. Sagittæ enim Domini in me ſunt, quarum indignatio ebibit ſpiritum meum. Gentes diuulſæ, populi lacerati, prouinciæ deſolatæ, & generaliter tota Occidentalis Eccleſia confecta lamentis in ſpiritu contrito & humiliato ſupplicant vobis; quem conſtituit Deus ſuper gentes & regna in omni plenitudine poteſtatis. Afflictorum, quæſo, clamor introeat in aures veſtras: calamitates enim noſtræ multiplicatæ ſunt ſuper numerum. Nec iſta diſſimulare poteſtis citra criminis & infamiæ notam, cum ſitis Vicarius Crucifixi, ſucceſſor Petri, ſacerdos Chriſti, chriſtus Domini, deus etiam Pharaonis. De vultu tuo, Pater, iudicium prodeat, oculi tui videant æquitatem. De arbitrio veſtro, & de clementia veſtræ Sedis pendent vota populi, & niſi maturius arripiat manus veſtra iudicium, tota redundabit in vos tragœdia huius mali: cum ſitis pater orphanorum, & iudex viduarum mœrentiũ, & dolentium conſolator, & omnibus ciuitas refugij. In tanto cumulo miſeriarum vnicum & commune omnibus expectatur de veſtræ poteſtatis auctoritate ſolatium. Filij Iſrael Moyſen, cuius agitis vices, conſulebant in duris, & ad tabernaculum fœderis confugiebant in anguſtijs ſuis. Rex noſter in arcto eſt, & vndique anguſtiæ premunt eum.

Videte ſtatum, aut potius caſum regni, malitiam temporis, Tyranni ſæuitiam, qui de fornace auaritiæ arma iniquitatis inceſſanter fabricat contra Regem, quem in ſancta peregrinatione, in protectione Dei cæli, & tuitione Romanæ Eccleſiæ captum, & vinculis carceralibus coarctatum tenet, occiditque terrendo. Contemnit enim Deum, & terribilia iudicia eius; prædæ incubat, & non eſt qui de manu eius poſſit eruere. Si Eccleſia Romana complosis manibus ad tantas iniurias Chriſti ſilet: exurgat Deus, & iudicet cauſam noſtrã, reſpiciat in faciem Chriſti ſui. Vbi eſt zelus Eliæ in Achab? zelus Ioannis in Herodem? zelus Ambroſij in Valentem? zelus Alexandri Tertij, qui ſicut audiuimus & vidimus, patrem iſtius Principis Fridericum plena auctoritate Apoſtolicæ Sedis ſolẽniter & terribiliter à Fidelium communione præcidit? Porro Tyrannus Apoſtolicas claues habet ludibrio, nec niſi verba reputat legem Dei. Sed tanto conſtantius deberetis arripere gladium Spiritus, quod eſt verbum Dei. ſcriptum eſt

enim:

Sal. An. enim: Qui vos ſpernit, me ſpernit. Ideo ſi ve-
1193. ſtram non vultis, aut Eccleſiæ Romanæ
Luc. 10. iniuriam perſequi; vobis tamen diſſimulare
non licet Petri opprobrium, & iniuriam Chri-
ſti. Non ſit ergo alligatum in ore veſtro ver-
bum Domini, nec in vobis timor humanus
obruat ſpiritum libertatis. Tolerabilius eſt in-
cidere in manus hominum, quam derelinque-
re legem Dei. Confidunt in virtute ſua, & in
multitudine diuitiarum ſuarum gloriantur
inimici Crucis Chriſti, quorum finis interitus,
& gloria eorum in confuſione. Quidquid Ec-
cleſiarum & pauperum neceſſitati ſubtrahi-
tur, inſatiabilis auaritiæ deuorat ingluuies.
Sed propè eſt, vt in eos manus Domini tem-
peſtiuam exerceat vltionem, & eueniet, quod
Iob 20. beatus Iob de prædone impio proteſtatur: Diui-
tias, quas deuorauit, euomet, & de ventre
eius extrahet eas Deus. Luet quæ fecit omnia,
nec tamen conſumetur. Quod ſi ad tempus
humanum euadunt iudicium, diuinum ter-
ribilius eſt, quod imminet eis: quorum gau-
dium præſens inſtàr puncti; interminabilis
verò pœna ignis & vermis. Quis enim vm-
quam perſecutor innocentiæ vltricem illius
manum, qui aufert ſpiritum Principum, po-
tenteſque potentèr punit, legitur euaſiſſe? Vt
de pœna taceam gehennali, ſæpe legimus, quo-
modo digitus Dei pro arbitrio ſuo regna &
Imperia transfert: quas etiam, ſicut vult eri-
git, & ſicut vult, deijcit poteſtates. Non
deterreat, quæſo, vos ſæcularis elatio. Su-
Iſai. 16. perbus eſt Moab, & maior eſt ſuperbia eius,
quam fortitudo ipſius: è contrario autem no-
men Domini plurima fortitudo.

Illud verò publicè contriſtat Eccleſiam, populiſque murmur excitat, nec mediocriter militat in diſpendium veſtræ opinionis, quod in tanto diſcrimine, in tot lacrymis, in tot prouinciarum ſupplicationibus, nec vnum Nuntium ad Principes illos à veſtro latere deſtinaſtis. Sæpè pro cauſis mediocribus veſtri Cardinales in magna poteſtate etiam ad partes barbaras legatione funguntur: in cauſa verò tam ardua, tam lamentabili, tam communi, nec vnum adhuc Subdiaconum, aut Acolythum deſtinaſtis. Legatos enim hodie facit quæſtus, non reſpectus Chriſti, non honor Eccleſiæ, non regnorum pax, aut populi ſalus. Quis quæſtus vobis, aut prouentus glorioſior poſſet eſſe, quam in hac liberatione Regis Summi Pontificis apicem, ſiue ſacerdotium Aaron, & Phinees exaltare? Sanè non multũ humiliaſſes Sedis Apoſtolicæ dignitatem, ſi in propria perſona ad tanti liberationem Principis in Germaniam deſcendiſſes. Quem enim tam officiosè colebat in proſperis, tam deſidiosè deſerere non debuit in aduerſis. Quare non appenditis in libra iuſtitiæ beneficia, quæ bonæ memoriæ Henricus, pater iſtius Regis vobis, ſicut vidimus, in articulo ſummæ neceſſitatis exhibuit, vt è diuerſo tyrannidem Friderici, quã in vos & Eccleſiæ Romanæ poſſeſſiones, & in omnes, qui vobis fidelitèr adhærebant, exercuit? Cum enim prænominatus Fridericus fautor ſchiſmaticæ diſſenſionis & auctor contra Alexandrum Tertium, canonicè, ſicut ſcitis, electum, in partem apoſtatæ Octauiani coniuraſſet, atque ſub illa ſchiſmatis concuſſione generalitèr vbique terrarum Eccleſia laboraret: Reges Franciæ & Angliæ varijs ex vtraque parte legationibus tentabantur. Cumque ſententia Regis Francorum conſiliorum varietate, cui faueret parti, fluctuans dubia vacillaret; Rex Henricus dolens Chriſti tunicam diutiùs ſcindi, primus Alexandro Papæ conſenſit, multaq; cautela trahens Regem Francorum pariter ad conſenſum, Apoſtolicũ ſuis muniuit conſilijs, & firmauit auxilijs; & ſic nauem Petri ſub certo diſcrimine naufragantem in ſecura litoris ſtatione locauit. Hæc apud Caſtrum Radulphi vidimus, vbi etiam Romanorum votis (ſicut ipſi pro miraculo publicè prædicabant) plenioribus xenijs auri & argenti regia munificentia ſatisfecit.

Notabiliter igitur dehoneſtat gloriam Sedis Apoſtolicæ, quod aliqua vmquam ingratitudo tanti beneficij memoriam potuit abolere. Quandoque poterit ex cauſa conſimili (quod Deus auertat) ſchiſmatis pullulare fermentum, veſtræque præſentis deſidia & defectus recordatio poterit tunc aliquibus cedere in ſingultum. Licèt enim liberationem Regis ille veteratus ſerpens, ille coluber tortuoſus machinationibus præſtigioſis impediat: confidimus tamen in Domino, quòd tempeſtiuè reſpiciet in faciem Chriſti, & dabit imperium Regi ſuo. Expectatio ſiquidem noſtra in ſpe certa, & fide firma conualuit. fit enim inceſſantèr oratio ab Eccleſia ad Deum pro eo. Deus autem, qui in tempore accepto exaudit, & adiuuat in die ſalutis: reſpiciet in orationes
humilium, & non ſpernet preces eorum. Mul- Iacobi 5.
tum enim valet deprecatio iuſti aſſidua. Sol

Sal. An. 1193. Ioſue 10. ad preces Ioſue ſtetit,& Luna contra vallem Aialon non eſt mota, quia iuſti precibus obtinetur, vt à corde peccatoris Sol iuſtitiæ non recedat,& mens hominis, quamuis in defectum prona ſit, virtutum tamen ſtabilitate firmatur. Non enim tantum remittitur oratione peccatum, ſed & pœna peccati declinatur beneficio precum. Ideò bonum eſt Regi præſtolari cum ſilentio ſalutare Domini. Nam ſi nunc in fornace tribulationis purgatur à Deo, qui circa eum aduerſa & proſpera ſaluberrima moderatione diſponit; vexatio tranſibit in gloriam, atque pro confuſione duplici & rubore in terra duplicia poſſidebit. Beatus itaque vir, qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. Sane ſicut nunc ei publici gemitus, & generales impenduntur lacrymæ: ſic deſideratus gentibus tempeſtiuè communibus excipietur votis in exultatione vniuerſæ terræ. Domine in virtute tua exaltabitur Rex, & Eccleſia Romana, quæ nunc nimis culpabilitèr in eius liberatione lenteſcit, non ſine lacrymis erubeſcet, quòd in tantis anguſtijs tantum filium non agnouit.

xxv Impatiens iterum geminauit querelas, & iuſtè in Cæleſtinum inſurgit Pontificem, quia lentè ſe gereret in cauſa aduerſus detentores filij ſui.

Sanctiſſimo Patri ac domino Cæleſtino Dei gratia Summo Pontifici, Aleonora eadem gratia Regina Angliæ, Ducissa Northmanniæ, & Comitiſſa Andegauiæ, ſalutem,& miſericordiæ viſceribus abundare.

TÆdet animam meam vitæ meæ: quidquid enim verebar, accidit, & adhuc expectatio durioris euentus omnem gratiam conſolationis abſcidit. Quando ego non timui grauiora pericula veris? Laborem itaque & dolorem meum conſiderans, à puſillanimitate ſpiritus & tempeſtate ſubuertor. Ego verò iam delibor, & doloribus feſtinata ſenectus paucitatem dierum meorum nuntiat mihi. Multoties vobis ſcripſi, atque ſacrificium cordis in ſpiritu cōtrito & humiliato frequenter obtuli. Quia tamen ſemel cœpi, loquar adhuc ad dominum meum, cum ſim puluis & cinis. Dimitte me domine, vt plangam paululum dolorem meum. Neſcio enim, quo pacto impetus anxietatis, ex ipſo planctu, & lacrymarum profuſione lenteſcit. Diu expectaui ego perdita, ſi eſſet, qui leniret dolorem matris, qui diceret, Ioſeph filius tuus viuit, & eductus eſt de ciſterna, nec eum fera peſſima deuorauit. O fera peſſima, tigribus & lamijs, omniq; fera crudelior, qui filium meum, militem Chriſti, Chriſtum Domini, peregrinum Crucifixi, vinculis alligatum Imperatori vendidit & tradidit? Sic ei durior aduerſarius conſtitutus eſt, atque de ergaſtulo in labyrinthum, & de Scylla translatus eſt in Charybdin. A diebus Iudæ Iſchariotis non eſt inuentus ſimilis illi, qui ſic violaret legem Excelſi; qui ita malitioſè traderet iuſtum. Et hæc in occulto, & in tenebris facta ſunt: erant enim opera tenebrarum.

Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ, Pater miſericordiæ, precor, vt de ore leonis,& de manu beſtiæ liberes innocentem. Et quæ tibi vtilitas in ſanguine eius, qui de manu tua exactiſſimè requiretur? Quia credebamus aliquando, quod diſpoſuiſſet Dominus per vos filio facere miſericordiam, facti ſumus lætantes: nunc autem res in contrarium verſa eſt. Triumphat enim longè lateq; diabolus, ſapientiam vincit malitia, & audita in gentibus filij mei captione, perſonat in triuijs Geth, & in compitis Aſcalonis incircumciſorum ſolemnis applauſus. Heu, heu, percuſſit nos Dominus plaga graui & caſtigatione crudeli! A me viſcera mea tyrannus auulſit, & Eccleſias ſpolians, in Terra Sanctorum iniqua geſſit, plebes innumeras amaritudine & mærore confecit. In his omnibus non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta: non parcit Monachis, non recluſis, non eremitis, non monialibus, non leproſis: perierunt enim ius & fas; timor Dei, fides, religio, & honeſtas.

Exurge, quare obdormis, domine, exurge, & ne repellas in finem. Moueat te, Summe Pontifex, etſi non huius peccatricis infeliciſſimæ dolor, ſaltem clamor pauperum, compeditorum gemitus, interfectorum ſanguis, Eccleſiarum ſpoliatio, & generalis denique preſſura Sanctorum. Vide, quanta malignatus eſt inimicus in ſancto, inualuerunt hoſtes Eccleſiæ, prolongauerunt iniquitatem ſuam, confortati ſunt, addentes præuaricationem, iniquitatem apponunt iniquitati, vt ſanguis ſanguinem tangat, vt ſuperbia eorum aſcendat ſemper, & impietas modernorum menſuram patrum ſuorum non ſolùm impleat, ſed tranſcendat. Certè horrendo anathemate feriendi erant, aut potius fulminandi. Exurgat

Sal. An. 1193. *gat igitur Orbis Epiſcopus, & arripiat quaſi fulgur iudicium manus tua. Sicut Petrus vno ictu Ananiam & Sapphiram, & vno ictu Simonem Magum potuit delere de medio: ſic ſpiritu labiorum tuorum interficias impios. Alioquin videberis declinare in obligationem malitiæ per conſenſum. Declinantes autem in obligationem adducet Dominus cum operantibus iniquitatem. Accingere gladio tuo ſuper femur tuum potentiſſime: gladio ſcilicet ſpiritus, quod eſt verbum Dei. Arripias iudicium manus tua, & in poteſtate collata tibi cælitus tolle virgam peccatorum deſuper ſortem iuſti: ſcuto bonæ voluntatis tuæ protege filium meum, & filius iniquitatis non apponat nocere vlterius innocenti.*

Cum innocentia Regis filij mei teſtimoniū habeat ab his, qui prope ſunt, & ab ijs qui longe; non habetis excuſationem de peccato. Quæ enim excuſatio poſſit veſtram deſidiam, & iniuriam palliare, cum omnibus liqueat, quod liberandi filium meum habetis poteſtatē, & ſubtrahitis voluntatem? Nonne Petro Apoſtolo, & in eo vobis à Deo omne regnum, omniſque poteſtas regenda committitur? Benedictus autem Dominus, qui talem poteſtatem dedit hominibus. Non Rex, non Imperator, aut Dux à iugo veſtræ iuriſdictionis eximitur. Vbi eſt ergo zelus Phinees? vbi eſt auctoritas Petri? vbi eſt qui dicat: Zelus domus tuæ comedit me? Appareat, quod non in vanum dati ſunt vobis, & Coepiſcopis veſtris gladij ancipites in manibus veſtris. Dicite iniquis, nolite inique agere, & delinquentibus, nolite exaltare cornu. Non degeneret in herede Petri dignitatis Apoſtolicæ reuerenda ſucceſſio. Veſtrum agnoſcite principatum, probate zelum, accingimini ad opus fortitudinis, & honorate miniſterium veſtrum. gloria veſtra deriuetur ad poſteros, & cognoſcat generatio altera, quam inaniter tyrannus ille præſumpſerit, & quam potenter præſumptionem eius Sedes Romana punierit. Vobis equidem conuertetur in diſcrimen & crimen, ſi remiſſas habeatis manus, & addat impunitas cornua peccatori. Si enim in viridi hæc facta ſunt, in arido quid fiet? Recolat, quæſo, veſtra paternitas, quantus amicus vir meus Rex, pater iſtius Regis, & quam fidelis vobis fuerit: attendite, quam benignus iſte ſucceſſor paternæ deuotionis extiterit. Nec à corde veſtro excidat, quanta ego ſollicitudine per ipſum veſtrorum negotia Legatorum, immo veſtra promouerim. Si etiam in veſtris neceſſitatibus mea vmquam circa vos affectio torpuit: decidam merito ab inimicis meis inanis.

Ego autem nunc experior veſtrorum promiſſa Cardinalium verba eſſe & folia; arbores autem non à folijs, aut floribus, ſed à fructibus cognoſcuntur. Et nos quidem à fructibus eorum cognouimus eos. Dicere pudet, quod vtinam eos feciſſe pudeat, tyrannus eos habuit malitiæ fautores, cuius ſe debuerant exhibuiſſe vltores. Dilexi vos, non lingua & verbo, ſed opere & veritate, numquid redditur pro bono malum, & odium pro dilectione. Vt ſalua pace domini mei vnum loquar: Dico ei, quod quandoque Ioab exprobraſſe legitur Dauid Regi: Diligis eos, qui te oderunt, & eos odio habes, qui te diligunt. 2. Reg. 19. *Heu quomodo exarmatur zelus iuſtitiæ! quam miſerabiliter claues Eccleſiæ ſuum perdiderunt officium! Et vbi glorioſus Petri principatus eminere debuerat, ibi contumelioſius opprimitur, & vileſcit Pontificalis auctoritas. Lupus irruit in ouile, leo in Eccleſiam Dei, & ſingularis ferus depaſcitur eam, nec eſt, qui pro domo Domini ex aduerſo aſcendat: quodque familiarius, & intolerabilius doleo, filium meum tyrannus cruciat. diſſimulat hoc Summus Pontifex: nec eſt qui redimat, neque qui ſaluum faciat. Si qua ergo conſolatio in vobis, ſi qua virtus charitatis in Chriſto, ſi qua miſeratio, ſi qua compaſſionis viſcera, ſi quid denique quod affectum patris, & Pontificalem ſapiat vnctionem: audiat omnis populus ſapientiam eſſe in vobis ad faciendum iudicium.*

Sed quid talibus immoror? curro in incertum, & aera verbero, atque in ventos noſtri gemitus euaneſcunt. Obſtinatio tyranni durior adamante eſt, & ſcio quem Deus negligit, nemo poterit corrigere. Sermo meus in terram cecidit, & reuertitur ad me vacuus, nec in his, ad quæ miſſus eſt, proſperatur. Me igitur tribulationum tempeſtas horrenda demergit, me profundum abſorbet abyſſi terribilis, & vrget ſuper me puteus deſperationis os ſuum. Populi noſtri omnes dant manus ſuas morti, atque cum inferno percutiunt fœdus, tabeſcentes, & areſcentes præ timore, & expectatione, quæ ſuperueniunt vniuerſo orbi Occidentali. Tu autem Domine Deus Sabaoth, qui iudicas iuſte, vide, quia vim patior,

Sal. An. 1193. *indica cauſam meam. Et quia in terris iudicem non inuenio ego miſera, & nulli miſerabilis: terrarum iudicem ad tuum terribile tribunal appello. Infelix ego, quare doloris mei vehementis impetum ſequor, & os meũ in cælum pono? Sed æquanimiter, quæſo Pater, ſuſtineat benignitas veſtra, quod ex dolore, non ex deliberatione proceſſit. Peccaui ego,*
Iob 39. *& vt verbo beati Iob vtar: Quæ dixi, vtinam non dixiſſem. Ideo non addam vltra, & ſupponam digitum ori meo. Vale.*

xxvi Non adhuc contenta mater, commota namq; eius viſcera erant ſuper filium ſuum, opportunè importuna pulſauit fores Pontificis nouis literis.

Reuerendo Patri & domino Cæleſtino Dei gratia Summo Pontifici, Aleonora miſera, & vtinam miſerabilis Anglorum Regina, Duciſſa Northmanniæ, Comitiſſa Andegauiæ, miſeræ matri exhibere ſe miſericordiæ Patrem.

INuidente locorum diſtantia prohibeor, beatiſſime Papa, vobis præſentialiter loqui: neceſſe tamen eſt, vt plangam paululum dolorem meum. Et quis mihi tribuat, vt ſcribantur ſermones mei? Tota interius & exterius anxior: vnde & verba mea dolore sũt plena. Foris ſunt timores, intus pugnæ; nec ad momentum mihi reſpirare liberum eſt à tribulatione malorum & dolore, à tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis. tota dolore contabui, pellique mea, conſumptis carnibus, adhæſit os meum. Defecerunt anni mei in gemitibus, & vtinam omnino deficiant. Vtinam totus ſanguis corporis mei iam emortui, cerebrum capitis, oſſiumque medullæ ita diſſoluantur in lacrymas, vt in fletus tota pereffluam. Auulſa ſunt à me viſcera mea: baculum ſenectutis meæ, & lumen oculorum meorum perdidi. Meiſque votis accederes, ſi Deus infelices oculos meos, ne mala gentis meæ vlterius videant, perpetua cæcitate damnaret. Quis det mihi, vt pro te moriar, fili mi? Matrem tantæ miſeriæ reſpice miſericordiæ Mater; aut ſi filius tuus, fons miſericordiæ inexhauſtus, peccata matris requirit à filio, ab ea quæ ſola deliquit, totum exigat, puniat impiam, & de pœnis innocentis non rideat. Qui cœpit, ipſe me conterat, tollat manum ſuam, & ſuccidat me, & hæc ſit conſolatio mea, vt affligens me dolore, non parcat.

Ego miſera, & nulli miſerabilis, cur in huius deteſtandæ ſenectutis ignominiam veni? duorum regnorum domina, duorumque Regum mater exſtiteram. auulſa ſunt à me viſcera mea: generatio mea ablata eſt, & conuoluta eſt à me. Rex iunior, & Comes Britanniæ in puluere dormiunt, & eorum mater infeliciſſima viuere cogitur, vt irremediabiliter de mortuorum memoria torqueatur. Duo filij mihi ſupererant ad ſolatium, qui hodie mihi miſeræ & damnatæ ſuperſunt ad ſupplicium. Rex Richardus tenetur in vinculis, Ioannes frater ipſius regnum captiui depopulatur ferro, & vaſtat incendijs. In omnibus verſus eſt mihi Dominus in crudelem, & aduerſatur mihi in duritia manus ſuæ. Vere pugnat ira eius contra me. Ideo & filij mei pugnant inter ſe. Si tamen pugna eſt, vbi vnus vinculis arctatus affligitur; alius addens dolorem ſuper dolorem ipſius, crudeli tyrannide ſibi regnum exulis vſurpare molitur. Bone IESV, quis mihi tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus, donec ceſſent ſagittæ, quæ in me ſunt, quarum indignatione ſpiritus meus totus ebibitur? Mors in voto mihi eſt, & vita in tædio; & cum ſic moriar inceſſanter, in deſiderijs tamen habeo mori plenius. viuere compellor inuita, vt vita mihi ſit pabulum mortis, & materia cruciatus. O felices, qui inexperti ludibria vitæ huius, & inopinatos euentus conditionis incertæ beato præuenerunt abortu!

Quid facio? cur ſubſiſto? quare moror miſera, & non vado, vt videam, quem diligit anima mea, vinctum in mendicitate & ferro? vt quid enim tanto tempore mater potuit obliuiſci filij vteri ſui? Tigres erga fœtus ſuos, & lamias etiam ſæuiores emollit affectio. fluctuo tamen in dubio. Si enim abiero, deſerens filij mei regnum, quod vndique graui hoſtilitate vaſtatur; erit in abſentia mea communi conſilio & ſolatio deſtitutum. Si autem ſubſtitero, deſideratiſſimam mihi faciem filij mei non videbo. Non erit qui liberationem filij mei ſtudioſè procuret, & quod magis vereor, ad impoſſibilem pecuniæ quantitatem delicatiſſimus adoleſcens tormentis vrgebitur, tantaque afflictionis impatiens, facile in mortem ſupplicijs adigetur. O impie, crudelis, & dire tyranne, qui non es veritus manus ſacrilegas immittere in chriſtum Domini! nec te regalis

vnctio,

Sal.An. *vnctio, nec ſancta via reuerentia, nec Dei ti-*
1193. *mor à tanta inhumanitate cohibuit!*

*Porro Princeps Apoſtolorum adhuc in Apo-
ſtolica Sede regnat & imperat, & in medio
conſtitutus eſt iudiciarius rigor: illudq; reſtat,
vt exaratis in maleficos, Pater, gladium Pe-
tri, quem ad hoc conſtituit ſuper gentes & re-
gna. Chriſti Crux antecellit Cæſaris aquilas,
gladius Petri gladio Conſtantini, & Apoſtoli-
ca Sedes præiudicat Imperatoriæ poteſtati.
Veſtra poteſtas à Deo eſt, an ab hominibus?*
Mat. 16. *Nonne Deus deorum locutus eſt vobis in Pe-
tro Apoſtolo, dicens: Quodcumque ligaueris
ſuper terram, erit ligatum & in cælis: &
quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſo-
lutum & in cælis? Quare ergo tanto tempore
tam negligenter, immo tam crudeliter filium
meum ſoluere differtis, aut potius non aude-
tis? ſed dicetis, hanc poteſtatem vobis in ani-
mabus, non in corporibus fuiſſe commiſſam.
Eſto certe, ſufficit nobis, ſi eorum ligaueritis
animas, qui filium meum ligatum in carce-
re tenent. Filium meum ſoluere, vobis in
expedito eſt, dummodo humanum timorem
Dei timor euacuet. Redde igitur mihi filium
meum, vir Dei, ſi tamen vir Dei es, & non
potius vir ſanguinum, ſi in filij mei liberatione
torpeas, vt ſanguinem eius de manu tua re-
quirat Altiſſimus. Heu, heu, ſi Summus Pa-
ſtor in mercenarium peruertatur, ſi à facie
lupi fugiat, ſi commiſſam ſibi ouiculam, immo
arietem, electum ducem Dominici gregis in
faucibus cruentæ beſtiæ derelinquat! Bonus
paſtor alios paſtores inſtruit & informat, non
vt fugiant, ſi viderint lupum venientem, ſed
animas ſuas pro ouibus ſuis ponant. Anima
tua tibi, quæſo, ſalua ſit, dummodo non dicam
ouis tuæ, ſed filij tui liberationem crebris le-
gationibus, ſalutaribus monitis, comminatio-
num tonitruis, generalibus interdictis, ſenten-
tijs terribilibus ſtudeas procurare. Sane ſero
veſtram pro eo animam poneretis, qui pro eo-
dem adhuc vnum verbum dicere, aut ſcribe-*
Zach. 9. *re noluiſtis. Dei Filius teſtimonio Prophetæ de
cælo deſcendit, vt educeret vinctos de lacu, in
quo non erat aqua. Numquid quod decuit
Deum, dedecet Dei ſeruum? Filius meus
torquetur in vinculis, nec ad eum deſcendis,
nec mittis, nec moueris ſuper contritione Ioſeph.
Chriſtus hoc videt & ſilet: ſed opus Dei negli-
genter agentibus abundanter in ſumma diſtri-
ctione retribuet.*

*Legati nobis iam tertio promiſſi ſunt, nec
ſunt miſſi, vt verum fatear, ligati potius,
quam Legati. Si filius meus in proſperis age-
ret, ad ſimplicem eius vocationem feſtinan-
tius acceſſiſſent, quia de magnifica eius muni-
ficentia, & de publico regni quæſtu ſuæ lega-
tionis vberes manipulos expectarent. Et quis
quæſtus eis glorioſior eſſe poſſet, quam Regem
liberare captiuum, reddere pacem populis, Re-
ligioſis quietem, & gaudium vniuerſis? Nunc
autem filij Ephrem intendentes & mittentes
arcum, in die belli conuerſi ſunt: & in tempo-
re anguſtiæ, dum lupus prædæ incubat, canes
muti latrare, aut non poſſunt, aut nolunt. Hec-
cine promiſſio illa eſt, quam nobis apud caſtrũ
Radulphi, cum tanta dilectionis & fidei pro-
teſtatione feciſtis? Quid profuit vobis ſimpli-
cibus dare verba, & illudere vota innocentiũ
inani fiducia? Sic olim Rex Achab fœdus* 3. Reg.
amicitiæ contraxiſſe cum Benadad perhibe- 20.
*tur, illorumq; mutuam dilectionem euentus
habuiſſe infauſtos audiuimus. Pugnas Iudæ,
Ioannis, Simonis, Machabæorum fratrum
cæleſtis diſpenſatio felicibus proſperabat au-
ſpicijs: miſſa vero legatione ſibi firmantes
amicitiam Romanorum, Dei perdiderunt
auxilium, nec eis ſemel, ſed ſæpius venalis
eorum familiaritas verſa eſt in ſingultum.
Solus deſperare me cogitis, qui ſolus poſt Deũ
ſpes mea, populiq; noſtri fiducia fueratis. Ma-* Ier. 17.
*ledictus qui confidit in homine. Vbi eſt ergo
nunc præſtolatio mea? tu es Domine Deus
meus. ad te Domine, qui laborem conſideras,
ſunt oculi ancillæ tuæ. Tu Rex Regum & Do-
minus dominantium, reſpice in faciem chriſti
tui; da imperium puero tuo, & ſaluum fac
filium ancillæ tuæ, nec in eo punias delicta
ſui patris, aut malitiam matris ſuæ.*

*Ex certa & publica relatione cognouimus,
quod Imperator poſt Legienſis Epiſcopi mortẽ,
quem funeſto gladio, longa tamen manu di-
citur occidiſſe, Oſtunenſem Epiſcopum, &
quatuor Epiſcopos comprouinciales eius, Sa-
lernitanum etiam, & Tranenſem Archiepi-
ſcopos coarctat miſeria carcerali; & quod au-
ctoritas Apoſtolica nullatenus diſſimulare de-
buerat, Siciliam, quam à temporibus Con-
ſtantini conſtat eſſe patrimonium Sancti Pe-
tri, poſt legationes, poſt ſupplicationes, poſt
comminationes Apoſtolicæ Sedis, in perpetuum
Romanæ Eccleſiæ præiudicium, vſurpatione
tyrannica occupauit. In omnibus his non eſt*

auer.

Sal. An. 1193. *auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta. Grauia quidem intulit, ſed certiſſime poteſtis expectare in proximo grauiora. Hi enim, qui debuerant eſſe columnæ Eccleſiæ, in omnes ventos arundine à leuitate mouentur. Vtinam recolerent, quod propter negligentiam Heli Sacerdotis miniſtrantis in Silo, gloria*
1. Reg. 4. *Domini de Iſrael tranſlata eſt: nec iam parabola temporis præteriti eſt, ſed præſentis: quia repulit Dominus tabernaculum Silo, tabernaculum ſuum, vbi habitauit in hominibus, & tradidit in captiuitatem virtutem eorum, & pulchritudinem eorum in manus inimici. Imputatur eorum puſillanimitati, quod Eccleſia conculcatur, periclitatur Fides, opprimitur libertas, dolus patientia, & iniquitas impunitate nutritur.*

Vbi eſt, quod Dominus Eccleſiæ ſuæ quandoque promiſit: Suges lac gentium, & mam-
Iſai. 60. Ibid. *milla Regum lactaberis? Ponam te in ſuperbiam ſæculorum, gaudium in generatione & generationem. Eccleſia olim ſuperborum & ſublimium colla propria virtute calcabat, legeſq; Imperatorum ſacros canones ſequebãtur. Nunc autem ordine turbato, non dicam canones, ſed canonum conditores prauis legibus & conſuetudinibus arctantur. Deteſtanda potentum flagitia tolerantur; nec eſt, qui mutire audeat, & in pauperum peccata dumtaxat rigor canonicus exercetur. Ideò non immeritò Anacharſis Philoſophus telis aranearum leges & canones comparabat, quæ animalia debiliora retinent, fortia autem tranſmittunt. Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in vnum aduerſus Chriſtum Domini filium meum. Vnus eum torquet in vinculis, alter terras illius crudeli hoſtilitate deuaſtat. Et vt verbo vulgari vtar, vnus tondet, alter expilat; vnus pedem tenet, alter excoriat. Hæc videt Summus Pontifex, & gladium Petri ſupprimit in vagina repoſitum. Sic addit cornua peccatori; ipſa taciturnitas eius præſumitur ad conſenſum. Videtur enim conſentire, qui cum poſſit & deberet, non corripit: & diſſimulatrix patientia ſocietatis occultæ*
2. Theſ. 2. *ſcrupulo non carebit. Imminet, ſicut prædixit Apoſtolus, tempus diſſenſionis, vt perditionis filius reueletur, inſtantq; tempora periculoſa, vt ſciudatur tunica Chriſti inconſutilis, vt rumpatur rete Petri; & Catholicæ vnitatis ſoliditas diſſoluatur. Initia malorum ſunt hæc. Sentimus grauia, grauiora timemus. Nec prophetiſſa, nec filia ſum Prophetæ; plura tamẽ de futuris turbationibus dolor dicere ſuggerebat, ſed ipſa verba, quæ ſuggerit, ſurripit: ſpiritum enim ſingultus intercipit, & animæ vires mæror abſorbens, vocales meatus anxietate præcludit. Vale.*

Coactus itaque Cæleſtinus Pontifex, &
quaſi rubore ſuffuſus obdormiſſet, ſurgens XXVII
in plagiarios, præuia peremptoria denunciatione, excommunicatione ſerijt *Leopoldum* Auſtriæ Ducem, nec fruſtrà; vt damna ingentia, quæ superuenère, experimento fuere. *Leopoldus excomunicatur.* Danubius namque inundauit: ſterilitas agrorum inuexit: peſtilentia ſequit: Erucæ terræ virorem depaſtæ, armento detraxere pabulum. Ipſe demum *Leopoldus*, qui eatenus Pontificis execrationem deriſerat, 7. Kal. Ianuar. delapſus equo, & crure fœdè lacerato fruſtra tentata medela; vindicem Numinis iram agnoſcens, obſides Anglos, quos perſoluto lytro detinere pergebat, inuitos, dimiſit; acceptumque aurum *Richardo* iuſſit refundi; & ſpe vitæ melioris Kal. Ian. animam aflauit. *Aurum reſtituit.*
Idem Excom- XXVIII
municationis fulmen Cæleſtinus Imperatori, & Francorum Regi comminatus eſt, niſi Rex Angliæ celeriùs ſolueretur. Propterea Imperator ab omnibus exoratus, à Pontifice reprehenſus, demum in colloquium *Richardum* duxit, cui multa ac varia Cæſare impetente, tum de proditione terræ Sanctæ, de ſpolio Regni Siculi, de morte Marchionis, de conuentionibus adinuicem habitis, & non obſeruatis; Rex liberè, conſtanter, & ita intrepidè reſpondit, quod nõ ſolùm eum Imperator gratia, ſed laude dignum iudicaret. *Anathema minatur Cæleſtinus in Cæſarem.* Nam inclinantem ſe Regem erexit, & in oſculo pacis ſuſcepit (aſtante populo in lacrymas ruente præ gaudio) promittens ſequeſtrem pacis ſe acturum cum Rege Gallorum. Tunc verò
quaſi pro mercede Rex Angliæ centum XXIX
millia Marcharum argenti exhibuit, compoſitione iurata, quæ talis fuit.

Compoſitionis Forma inter Henricum Imp. & Richardum Regem Angliæ.

IN *nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, Amen. Hæc eſt forma Compoſitionis inter Dominum Imperatorem ſemper Auguſtum, & Dominum Richardum Illuſtrem*

Re-

Sal. An. 1193. *Regem Angliæ. Dominus Imperator mittet Nuntios ſuos cum Nuntijs Domini Regis, qui Londonias ibunt, & ibi recipient centum millia marcharum puri argenti ad pondus Coloniæ. Quæ pecunia à Nuntijs Imperatoris accepta & ponderata ſigillabitur in præſentia Nuntiorum ipſius, & in conductu Regis per Regni ſui terminos ducetur: ita vt ſi eam in Regno ſuo perdi contigerit, periculo Regis perdatur. Poſtquam vero ad terminos Imperij venerit dicta pecunia, per Nuntios Regis Nuntijs Domini Imperatoris præſentabitur, qui eam illico ibi recipient, & ſi forte in partibus Imperij eam perdi contigerit, periculo Imperatoris perdetur, & Rex in ea non tenebitur, nec obſides ſui. Alia quoque quinquaginta millia marcharum argenti dabit Rex Imperatori & Duci Auſtriæ, & pro illis ponet obſides, ſcilicet Domino Imperatori pro triginta millibus marcharum ſexaginta obſides: Duci vero Auſtriæ ſeptem obſides pro viginti marcharum millibus. Solutis ergo centum millibus marcharum, & datis obſidibus Rex libere recedet. Si autem Dominus Rex ſoluerit promiſſionem, quam Domino Imperatori de Henrico quondam Duce Saxoniæ fecerat, Imperator de quinquaginta millibus marcharum Regem liberum dimittens & abſolutum, pro ipſo Rege ſoluet Duci Auſtriæ viginti millia marcharum, & Rex non tenebitur dare Duci Auſtriæ ſeptem obſides, nec Imperatori ſexaginta. Cum igitur Rex prædictam promiſſionem de Henrico quondam Duce Saxoniæ impleuerit, & centum millia marcharum ſoluerit, libere recedet. Præterea Rex fecit iurare in animam ſuam, quod neptem ſuam, filiam Comitis Britanniæ tradet nuptui filio Ducis Auſtriæ infra ſeptem menſes, poſtquam liberatus fuerit, & in terram ſuam redierit, & eam tranſmittet vſque ad introitum Imperij, ſi eam recipere voluerint; & ſi noluerint, erit abſolutus. Item ſi promiſſio de Henrico quondam Duce Saxoniæ completa non fuerit, quinquaginta millia marcharum, quæ reſidua ſunt, ſoluentur infra ſeptem menſes, poſtquam Dominus Rex in terram ſuam redierit. Cum autem Rex liberatus fuerit, & redire voluerit; Imperator dabit ei conductum per terram ſuam vſque ad fines Imperij ſui, & in portu illo, vbi mare intrabit, quam diu ibi ſtabit, donec proſpero vento recedat. Præterea ea omnia, quæ tam in his, quam in alijs familiaribus litteris ſigillatis ſigillis Imperatoris & Regis, ſuper contractibus, qui inter eos ordinati ſunt, vterque pro parte ſua rata & firma habebit, & bona fide obſeruabit.*

Compoſitione inita, more regali haberi cœpit Richardus, vt ipſe in epiſtola teſtatur ad Anglos. xxx

Richardus Dei gratia Rex Angliæ, Dux Northmanniæ, & Aquitaniæ, & Comes Andegauiæ; Aleonoræ eadem gratia Reginæ Angliæ chariſſimæ matri ſuæ, & Iuſtitiarijs ſuis, & omnibus fidelibus ſuis per Angliam conſtitutis ſalutem:

NOtum ſit vniuerſitati veſtræ, quod poſtquam receſſerunt à nobis dilecti noſtri, Hubertus venerabilis Epiſcopus Sareſberienſis, & Vuillelmus de ſancta Maria Eccleſia Protonotarius noſter, venit ad nos chariſſimus Cancellarius noſter Vuillelmus Elienſis Epiſcopus: & eo inter dominum Imperatorem & nos fideliter interloquente, eouſque res peruenit, quod de caſtello de Triuellis, in quo detinebamur, obuiam venimus Imperatori apud Hagenou, vbi honorificè ab ipſo Imperatore, & tota Curia recepti fuimus. Ibiq; dominus Imperator, & domina Imperatrix nos magnis & varijs muneribus honorauerunt; & quod præcipuum eſt, mutuum fœdus amoris & indiſſolubile inter dominum Imperatorem contractum eſt & nos, ita quod vterque noſtrum alterum contra omnes viuentes in iure ſuo obtinendo, & retinendo iuuare debet. Honeſte autem circa ipſum Imperatorem moram facimus, donec ipſius & noſtra negotia perficiantur: & donec ei ſeptuaginta millia marcharum argenti ſoluerimus.

Quare vos rogamus, & in fide, qua nobis tenemini adiuramus, quatenus in hac pecunia perquirenda ſolliciti ſitis, & vos Iuſtitiarij noſtri, qui alijs in regno noſtro præeſtis, exemplum alijs præbeatis, vt ita honorificè & magnificè de proprio nobis ſubueniatis, & etiam de his, quæ de alijs mutuo accipere poteritis, vt alijs fidelibus noſtris exemplum detis ſimilia faciendi. Vniuerſum autem aurum, & argentum Eccleſiarum diligenti obſeruatione, & ſcripti teſtimonio ab ipſarum Eccleſiarum Prælatis accipiatis; eiſque per ſacramentum veſtrum & aliorum Baronum noſtrorum, quos volueritis, aſſirmetis, quod eis plenarie reſtituentur. Vniuerſorum etiam Baronum noſtro-

Sal. An. 1193. *noſtrorum obſides recipiatis, vt cum fideliſſimus Cancellarius noſter, quàm citò peractis in Alemannia negotyjs noſtris, in Angliam venerit, eoſdem obſides penes chariſſimam matrem noſtram Reginam reperiat, vt eos, de quibus inter nos, & dominum Imperatorem conuenit, expedite poſſit ad nos tranſmittere: ne liberatio noſtra per abſentiam obſidum, & negligentiam veſtram moram patiatur. pecunia autem collecta ſimiliter matri meæ, & illis, quibus ipſa voluerit, tradatur. Quem autem in neceſſitate noſtra promptum inuenienimus, in ſuis neceſſitatibus amicum nos reperiet & remuneratorem; gratiúſque nobis erit, ſi quis in abſentia noſtra, in aliquo nobis ſubuentat, quàm ſi in præſentia noſtra in duplo quis nobis ſubueniret. Volumus autem, vt ſingulorum magnatum nomina, & ſubuentiones, quæ præſentialiter fient, per ſigillum matris noſtræ nobis ſignificentur, vt ſciamus, quantùm vnicuique in gratiarum actionibus teneamur. Sciatis pro certo, quòd ſi in Anglia in libera poteſtate noſtra eſſemus conſtituti, tantam, vel maiorem pecuniam domino Imperatori daremus, quam modo damus pro pactionibus conſequendis, quas per Dei gratiam conſecuti ſumus: & ſi etiam pecuniam non præ manibus haberemus, proprium corpus noſtrum Imperatori traderemus, donec pecunia ſolueretur; antequàm quod factum eſt, relinqueretur imperfectum. In bulla autem domini Imperatoris aurea fert vobis Cancellarius noſter prædictam teſtificationem. Teſtibus nobis ipſis apud Higenou decimotertio Kalendas Maij.*

XXXI Scripſit idem *Henricus* Imperator Angliæ populis, vt fidem ſeruarent illæſam Regi ſuo.

Henricus Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus, dilectis ſibi Archiepiſcopis, Epiſcopis, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, & omnibus, ad quos præſens pagina peruenerit, in Anglia conſtitutis, ſalutem & bonam voluntatem.

Dignum iudicauimus, & noſtræ celſitudini glorioſum, ſi vniuerſitatem veſtram ſollicitiùs inducamus ad ea modis omnibus, quibus poteſtis, agenda, quæ ad honorem chariſſimi noſtri illuſtris Regis Richardi domini veſtri debeantur, ne deuotionis veſtræ conſtantia, & meritum fidei circa ipſius commoda appareat mortuum, ſed in ſuis, & in regni ſui obſequijs viuere videatur. Sanè omnibus, quorum deuotio prædicto Regi abſenti ſincera extiterit & pura, vberes referemus gratiarum actiones, ad vniuerſitatis veſtræ notitiam deuenire volentes, quòd Imperatoria ſublimitas cum regia ipſius nobilitate in concordia, & bona pace conſiſtit. Vnde quæcumque ipſi irrogata fuerint contraria, pariter cum eo nobis parient moleſtiam & grauamen. Quare ad deuotorum ſuorum, & fidelium honorem, & profectum, & turbatorum ſuorum damnationem et exterminium, operam præſtabimus ſemper efficacem, et quia corde, et animo vniti ſumus, facta Regis veſtri, ſpecialiter noſtra, et Imperij noſtri penitùs reputabimus, et grauamina eius nobis, et coronæ Imperiali illata cenſebimus, nec ea (Deo concedente) ſine vltione, et eorum, qui ea intulerint, graui damno et deſtructione tranſibimus. Datum apud Hagenou decimotertio Kalendas Maij.

Duo hoc anno exarata leguntur decreta XXXII *Henrici* Imper. in cauſa vaſalli Imperatori & Regi Franciæ obſtricti. Quorum alterum

De Fide Vaſalli Imperatori & Regi Franciæ pariter obſtricti.

Henricus Dei gratia Romanorum Rex, ſemper Auguſtus, dilecto & fideli ſuo Hugoni Duci Diuionenſi, gratiam ſuam, & omne bonum.

Diſcretioni tuæ ſignificamus, & firmiter conſtare volumus, quòd nos pacem, quæ inter noſtram ſublimitatem, & tuam dilectionem ordinata eſt, ſecundum eam formam, quæ in præſenti pagina ſubſcripta eſt, ſicut in tuis litteris continetur, hominium nobis facies & ligietatem de tota terra Comitatus Albonij, quæ infra diſtrictum Imperij continetur, quem modo poſſides, & in poſterum poſſeſſurus es. Bona quoque fide, & ſano intellectu, ſecundum vſus & conſuetudinem Burgundiæ, atque Prouinciæ recipies, & à nobis recognoſces, allodium Vrrici de Blangeio, & alia etiam allodia, quæ infra terminos Imperij ſunt conſtituta.

In hoc etiam voluntati tuæ conſentimus, quòd filius tuus ille, qui futurus eſt Dux Diuionenſis, ſalua fidelitate Regis Franciæ, nobis hominium faciet de allodio memorati Vrrici de Blangeio, & ſimiliter de allodijs, quæ habet, & quæ habebit infra Imperium.

Hoc quoque ratum ſimiliter, & firmum volu-

Sal. An. 1194. *volumus obſeruare; quòd ſi forte Rex Francorum inſultum fecerit Imperio, tu in propria perſona auxilium nobis præbebis de omni caſamento, quod à nobis habeas. Et ſi nos Regi Franciæ, & Regno eius inſultum fecerimus, tu ſimiliter in propria tua perſona præſtabis auxilium de omni caſamento, quod de eo habes. Contra omnem etiam hominem, præter Regem Franciæ, pacem & guerram facies ad mandatum noſtrum, de vniuerſo Comitatu Abbonij, ſaluo iure Eccleſiarum Imperij, &c.*

DECRETVM

De Feudo Comitatus Matiſconenſis inter Comitem Palatinum Burgundiæ, & Ducem Diuionenſem ſuperioris Burgundiæ, controuerſo.

Henricus Dei gratia Romanorum Imperator & ſemper Auguſtus.

NOtum fieri volumus, tam præſentibus quàm futuris, quòd Ottone conſanguineo noſtro, filio Ducis Diuionenſis, & Ottone fratre noſtro, Comite Palatino Burgundiæ, in præſentia noſtra conſtitutis, hanc inter eos ordinauimus compoſitionem, quod recognitum eſt, quod Matiſcon et Polegium cum ſuis ſunt de feudo Ducis Diuionenſis, et quod iam dictus frater noſter hoc tenebit, quamdiu vixerit, et quicumque poſt eundem fratrem noſtrum, ſiue heres ſuus fuerit, ſiue alio, prænominata feuda cum ſuis pertinentijs poſſidebit, tenebit ea de Duce Diuionenſi, vel eius ſucceſſore legitimo: inſuper ex vtraque parte duo prudentes viri ad hoc electi ſunt, vt inter ſe diligenter conſiderent, & attendant, ſi præmemoratus frater noſter aliquid amplius præter prædicta teneat, quod ſit de feudo Ducis Diuionenſis; & ſi quid fuerit amplius, ſæpe dicti fratris noſtri heres, &c. ſalua in omnibus poteſtate noſtra Imperiali & ſucceſſorum noſtrorum. Ab vtraque autem parte iuratum eſt, quod huic ſtare debeant compoſitioni. Cuius rei teſtes ſunt.

Vvilhelmus Comes Vienenſis,
Chonradus Præpoſitus Spyrenſis,
Marchardus Dapifer de Anneuuilre,
Hugo Dominus Vergij,
Philippus de Mulens,
Pontius de Roca,
Pontius de Brance,
Hugo de Mulens.

Acta ſunt hæc Frankemort; Anno Domini MCCXIII. Indict. X. quinta Kalend. Maij. — Fränckenfort. numerus eſt & corruptus, reſcribe MCCXIII.

EXPEDITIO HENRICI VI. IN SICVLOS. Ann. 1194.

XXXIII SOluta pecunia, quam regij quæſtores ex aris etiam congeſſerant, *Richardus* poſt quinque ſupra decem menſes, quod in carcerem coniectus fuerat, dimittitur; & magnis itineribus, ac illis quidem deuijs, in Angliam contendit. *Polydorus Virgilius* Henrici recenſet ſuſpectam fuiſſe fidem *Richardo*, vnde conſultò quàm celerrimè potuit, de eius finibus deceſſit. Imperator enim, Gallo inſtigante Rege, Inſidias meditabatur, vt eum, quem iam pœnituerat miſſum feciſſe, in perpetuàm traderet cuſtodiam. Coloniam cum perueniſſet, ab Archiepiſcopo Colonienſi dignè exceptus eſt, & præ gaudio iuſſit ille Miſſam illam de vinculis Petri celebrari, cuius eſt introi-

Liberatur Rex Anglorum.

XXXIV tus. *Nunc ſcio verè, quia miſit Dominus Angelum ſuum, & liberauit me de manu Herodis.* Incolumis receptus in Angliam, inuiſo D. Thomæ Mauſoleo, Londinum, cum magno populi plauſu, omni multitudine obuiam effuſa, ingreſſus eſt.

Obijt hoc anno *Rogerius Tancredi* Regis filius, poſtquàm *Irenem*, Iſacij Imperatoris filiam duxerat in vxorem. Filij mortem adeò acerbè tulit pater, vt non multis poſt diebus & ipſe finem viuendi fecerit, *Gulielmo* puero relicto, quem mox *Sibilla* mater Regem Siciliæ coronandum Panormi curauit. Horum funeribus perceptis, *Henricus* occaſionem repetendi Regnum amplexus, expeditionem parauit. Legato itaque Truſſardo committit, vt Lombardorum componeret diſcordias; Marcoaldo Dapifero ſuo, vt Piſanos & Ianuenſes rem naualem expedire curaret. Interim *Henricus* omnibus, quæ opportuna videbantur, paratis, in Italiam venit, ac liberatis Sicardi Epiſcopi Cremonenſium rogatus captiuis, menſe Iunio Liguriam, emenſus Appeninum peruenit. Ibi Ianuenſes blandis appellati verbis, & promiſſis ampliſſimis onerati, ſi eorum tenuiſſet ope Siciliam, claſſem ornare omni ſtudio, præſente Cæſare incubuerunt. Circa

XXXV *Tancredi obitus.*

Gulielmus coronatur.

XXXVI *Hēricus Imper. Ianuēſes allicit.*

Sal. An. 1194. itaque Idus Auguſti cum Ianuenſium ornatiſſima claſſe è portu ſoluens, aſſumptis in xxxvii itinere Piſanorum triremibus, vento ſecundo Caietam appulit. Qua ſine certamine dedita, Neapolim x.Kal.Septemb.proceſſũ.

Neapolis deditur.

Neapolitani vbi claſſem terræ admoueri, atque in ea *Henricum* ſtare audierunt, ſtatim claues obtulerũt. Neapolim omnes ſunt imitati vicini. Kalend. inde Septemb. in Siciliam prouectus, Meſſanam tenuit. Vbi Piſani

Per errorem hic hæ ponuntur Imagines, quæ collocandæ erant ſupra, ſub n. x.



cum Ianuenſibus, vetere ſtimulante odio, ad manus venerunt verùm ſubitò opera *Marcoaldi* cõpoſiti. Catana inde & Syracuſæ petitæ, ac demum admoto exercitu, expugnatæ. *Sibilla* Regina, cum ſe viribus im-
xviii parem ad reſiſtendum videret, vnà cum filijs ſe in caſtellum natura, arteq; munitum recepit; Legatis ad *Henricum* miſſis, Regnũ obtulit, ſi *Gulielmum* filium Principem Tarenti relinqueret. Accepit conditionem *Henricus*, & in Panormos exercitum duxit: quam expugnatam, dedit victoribus præmium. Ea recepta, *Conſtantia* Imperatrix dicitur liberata, & cum ea *Henricus* vtriuſq; Siciliæ Rex coronatus pridie Kal. Decembr. Hoc tempore creditur exarata epiſtola illa Conradi Ep. Hildeſemenſis Siciliæ Legati ad Præpoſitum Eccleſiæ Aldeſemenſis, quæ legitur *in Chron. Slauorum. c. 19 lib. 4.*

Quomodo virtuoſa Domini dextera sereniſſimi Domini noſtri Henrici, glorioſiſſimi Romanorum Imperatoris ſemper Auguſti, & regis Siciliæ, imperium vſque adeò in ore gladij dilatauit, vt ea, quæ olim apud vos in ſcholis poſiti in ænigmate, quaſi in ſpeculo aure tenus percepimus, facie ad faciem oculata nunc fide cognouerimus, vobis de his ſcribere non duximus ſuperfluum, vt omnem de his, quæ vobis friuola fortè vel incredibilia videntur, de corde veſtro dubietatis ſcrupulum auferentes, ad ea videnda quæ auditis, veſtrum accendamus deſiderium, vt ea quæ nunc demiſſa tantùm per aurem vobis ſunt dubia, fide plena conſtent, & pateant occulta.

Nec

Sal. An. 1194. *Nec id vobis videatur difficile: terminos Imperij non oportet egredi, Teutonici orbem dominij non ducatis tranſeundum, vt ea videatis, circa qua Poetæ multa conſumpſerunt ſcribendo tempora. Inter hæc autem Alpium niuibus laborioſo curſu ſuperatis primùm occurrit nobis Mantua, væ miſeræ nimium vicina Cremonæ. Quas ciuitates celeri curſu prætereuntes, Mutinæque labores, non ſine admiratione aſtitimus parui Rubiconis ad vndas. Cuius paruitatem ſtupido intuentes obtutu, diſertiſſimi illius Poetæ Lucani admirati ſumus facundiam, qui de re tam humili, tam grandiloquo intumuit eloquio. Nec minùs admirati fuiſſemus, quòd tam minimus non fluuius, ſed riuulus tanti Ducis, Iulij Cæſaris ſcilicet, animo, nullis vnquam fracto periculis, timorem incutere potuit, vel tranſitus præbere difficultatem, niſi indigenarum didiciſſemus aſſertione, eundem Rubiconem inſtar perennis fluminis imbrium & torrentium auxilijs ſæpius intumeſcere mendicatis. Quo ſine difficultate tranſito, quod Iulio contingere non potuit, tranſeuntes Piſaurum, quod à penſando aurum ab antiquis dictum eſt, eo quòd Romanis militibus, ad debellationem exterarum nationum proficiſcentibus, ibi aurum ponderaretur & diſtribueretur, ſolidi ſcilicet, ciuitatem Fanum acceſſimus, vbi milites proficiſcentes, apud fana idolorum, quorum veſtigia adhuc ibi ſunt, orauerunt, & votiuas pro ſalubri reditu Dijs fecerunt promiſſiones, quas à debellatis victorioſi redeuntes hoſtibus ibidem cum gratiarum actionibus perſoluerunt. Deinde montem non ſine difficultate calcantes Apenninum, Sulmonem ad illius Ouidij patriam peruenimus, magis ex tanti Poetæ natione, quàm de ſua vbertatis laude famoſum, cùm ipſum nullis diuitijs adeò copioſum quàm gelidis inuenimus vndis. Vnde idem Ouidius:*

Sulmo mihi patria eſt, gelidis vberrimus vndis.

Nec nos ipſum, vt verum fateamur, gelidis minus inuenimus niuibus copioſum. Occurrerunt circiter eundem locum nobis arbores miraculoſæ, de quibus ſi quis, vt aiunt, ramum decerpit, aut eodem anno in fata concedit, aut longa & acutiſſimæ febris non euadit inſultum. In quas aſſerunt (ſi credere eſt dignum) ſorores Phaetontis poſt lachrymoſas fratris exequias miſeratione ſuperum transformatas. Deinde Thetin ciuitatem, vbi Thetis, mater Achillis, habitabat, prætereuntes Nympham à dextris reliquimus: vbi pro fontium amœnitate, nympha fingebatur eſſe, & ibidem colebantur. Cannas etiam aſpeximus, vbi tot nobilium Romanorum millia ab Annibale interfecti ſunt, vt anulis occiſorum duo modij implerentur, cùm anulis tunc temporis tantùm nobiles vterentur. Præterijmus deindè Iouianum ciuitatem, quæ quaſi Iouis natio nuncupatur, eò quòd ibi Iupiter natus fuerit. Sub ſilentio etiam tranſire noluimus, quòd Pegaſeum fontem, Muſarum præterijmus domicilium, de quo nunc ſine difficultate potare poſſetis & haurire, ſi vobis placeret, ad cuius guſtum Poetæ longis quondam ſtudijs & laboribus peruenerunt. Nunc ergo ad illum fontem guſtandum vltra Sauromatas & ad extremos Indos non oportet peregrinari. Fons iſte eſt in noſtro Imperio. Ibidem non longè Parnaſſus mons occurrit, in quo Deucalion cum ſua coniuge damnum humani generis iactu lapidum poſt diluuium reparauit. Ibidem eſt Olympus mons, tantæ celſitudinis, vt cæteros montes ſublimes quidem ſub pede longè relinquere videatur. Ibidem Caianum, quæ caſa iam fuit, & ideò Caianum dicitur, prærerinimus, & locum, qui caput Mineruæ vocatur, eò quòd ibi Minerua coleretur, littus maris ſcopuloſi prætereuntes, quòd Palinurus dicitur, eò quòd ibidem

Nudus in externa iacuit Palinurus arena,

Æneæ adhuc refricans infamiam, quòd ibidē emeritum peregrinis demerſit in fluctibus Palinurum. Vidimus etiam operoſum opus Virgilij Neapolin, de qua nobis mirabilitèr Parcarum penſa diſpenſauerunt, vt muros ciuitatis eiuſdem, quos cantus fundauit & erexit Philoſophorum, imperialis iuſſionis mandato deſtruere deberemus. Non profuit ciuibus illis ciuitatis eiuſdem imago, in ampulla vitrea magica arte ab eodem Virgilio incluſa, arctiſſimum habente orificium, in cuius integritate tantam habebant fiduciam, vt eadem ampulla integra permanente, nullum pati poſſet ciuitas detrimentum. Quam ampullam ſicut & ciuitatem in noſtra habemus poteſtate; & muros deſtruximus, ampulla integra permanente. Sed fortè quia ampulla modicum fiſſa eſt, ciuitati nocuit. In eadem ciuitate eſt equus areus, magicis incantationibus à Virgilio ſic compoſitus, vt ipſo integro permanente,

Sal. An. 1194. *manente, nullus equus poſſit redorſari, cùm tamen de vitio naturali ſit illi terræ proprium, vt ante equi illius compoſitionem, & poſt eiuſdem equi quantulamcunq; corruptionem, nullus equus ſine dorſi fractura poſſit equitem aliquandiù vehere. Ibidem eſt porta firmiſſima, inſtar caſtelli ædificata, valuas habens æreas, quas nunc ſatellites tenent imperiales, in qua conſtituerat Virgilius muſcam æream, qua integra permanente, nec vna muſca ciuitatem potuit introire. Sunt ibidem in caſtro vicino in ſupercilio ciuitatis, vndique mari incluſo, oſſa Virgilij, quæ ſi libertati exponuntur aeris, totius facies aeris obſcuratur, mare funditus euertitur, & tumidis æſtuat procellis, inſperatèque conſurgit ſtrepitus tempeſtatis, quod nos vidimus & probauimus. Sunt in vicino loco Baiæ, quarum meminerunt auctores, apud quas ſunt balneæ Virgilij, ſingulis paſſionibus corporis vtiles. Inter quas balneas vnum eſt principale & maximum, in quo ſunt imagines hodierno tempore vetuſtate conſumptæ, ſingulas ſingularum partium corporis paſſiones demonſtrantes. Sunt & aliæ imagines gypſeæ ſingulæ ſingulas balneas demonſtrantes ſingulis paſſionibus profuturas. Ibidem eſt palatium Sibyllæ, operoſis conſtructum ædificijs, in quo eſt balneum, quod hodiernis diebus balneum Sibyllæ nuncupatur. Eſt ibidem palatium, de quo Helena à Paride rapta perhibetur. Præteriuimus etiam Scyron inſulam, in qua Thetis filium ſuum Achillem depoſuit, dum fatorum minas & Græcorum inſidias formidaret. Demum aſperrima Calabriæ inuia cum labore tranſeuntes, Siciliam adituri, Scyllam & Charybdin non ſine timore nauigio tranſiuimus, quem nunquam alicui contigit ſani corporis homini ſine formidine locum pertranſire. In principio ergò Siciliæ vidimus domum Dædali in vertice montis conſtructam, in quo Minotaurus incluſus matris infamiam vita tenebris redemit. Vnde adhuc locus Taurominium vocatur, à Minotauro, vel quaſi Tauri mœnia, à cuius ſemine Paſiphae genuit Minotaurum. Vbi radices & reliquiæ murorum domus illius intricata veſtigia reliquerunt plurima, vt vidimus, intricata. Et mare adiacens Icarium mare nuncupatur, eò quòd Icarus ibidem alarum remigio aereas contra naturam hominis carpens vias, neglecto patris mandato, vitæ ſuæ diem lachrymabiliter conſummauit extremum. Acceſſimus demum Æ tnam montem, in quo Iouis faber Vulcanus cum ſuis conſeruis Gigantibus Iouis fulmina fabricauit. In eodem ſiquidem caminus ingentiſſimus ignisque exhalans horrendiſſimus pro ſcintillis ſaxa vomunt ingentiſſima in modum ſcoriæ ferri, quæ arbuſta hodierna die & totam faciem terræ ad diætæ longitudinem circumquaque tegunt, vt tota illa prouincia nec dum cultoribus ſit idonea, ſed ſua multitudine prædicta ſaxa viatoribus tranſitum penitùs negauerunt. Talibus ſiquidem eguit durus ille fulminum faber carbonibus, qui immanibus non poſſent follium de facili flatibus exufflari. Eſt in latere prædictæ Ætnæ locus munitus & amœnus, cui dea Ceres de vnica prole ſolicita, vnicam non ſine lachrymis filiam Proſerpinam commendauit. Eſt ibidem ſciſſura terræ non minima, quam horrendarum occupat obſcuritas tenebrarum. Vbi Pluto rapturus Proſerpinam, fingitur erupiſſe. Prædictus autem caminus Ætnæ vſque ad tempora Agathæ virginis durauit, & dum ſolitò fortiùs erumperet, vt vniuerſæ terræ faciem occuparet, & multa hominum millia violentia flammarum interimerentur, Sarraceni, qui multa miracula viderant, quæ Dominus per merita B. Agathæ virginis operari dignatus eſt, velum eiuſdem virginis prædictis flammis oppoſuerunt, & ipſa flamma tanquam ventorum impetum fugiens, in terræ viſcera ſe recepit, nec vltra in Sicilia comparuit, ſed ipſe ignis ſe ad quendam ſcopulum in mari poſitum tranſtulit: Vbi hodiernis temporibus indeſinenter glomeratus, flammarum & cineris turbo exhalat. Vnde idem ſcopulus vulgo Vulcanus appellatur, eo quòd faber Iouis, Vulcanus credatur à ſimplicibus ſe ab Ætna ad eundem ſcopulum contuliſſe. Eſt circiter eundem locum Syracuſa ciuitas, de qua dicit Virgilius:*

Prima Syracuſio dignata eſt ludere verſu
Muſa, &c.

Iuxta hanc ciuitatem oritur in littore maris fons Arethuſa, quæ primò raptum Proſerpinæ matri ſolicitæ per ordinem reſerauit. Ad hunc fontem Arethuſam vicinus præterlabitur Alpheus, ſurgens in Arcadia, & per medium maris vſquè ad Siciliam defluit, & ibidem aquis Arethuſæ nititur immiſceri, priſtinum ſeruans amorem: & quam viuam dile-

Sal. An. 1194. dilexerat, eiuſdem aquis admiſceri nititur poſt eiuſdem transformationem. Vidimus ibidem thermas, quarum ſæpius meminerunt auctores, vidimus Pelorum, Pachynum, & Lilybæum, tria promontoria Siciliæ. Vidimus ibidem Sarracenos, qui ſolo ſputo venenoſa interficiunt animalia, quæ virtus quomodo ipſis ſit inſita, breuiter tangemus. Paulus Apoſtolus naufragium, paſſus apud Capreas inſulam applicuit, quæ in actibus Apoſtolorum Mitylena nuncupatur, & cum multis alijs euadens, ab indigenis terræ benignè acceptatus eſt. Et cùm prædictis naufragis ignis de ſarmentis ab indigenis strueretur, ſerpens, qui in ſarmentis latuerat, ignis calorem fugiens, exilijt, & manum Pauli morſu vulnerans venenoſo radicatu adhæſit dentibus. Quod videntes indigenæ, dicebant: Verè hic homo peccator eſt, & facinoroſus, nec vita dignus, quem de naufragij periculo vix extractum Deus in grauioris mortis pœnam poſuit. Paulus autem manum intrepidus excuſſit, & continuò manus ſanata eſt. Quod admirantes Sarraceni, Paulum venerari cœperunt. Vnde Pauli meritis in humanitatis ſuæ præmium hoſpiti Pauli, & ſuis filijs, & nepotibus vſque nuc collatum eſt, vt ſolo ſputo venenoſa interficiant animalia. Et quemcunque locum ſolo ambitu gyrauerunt, eum de cætero non introit venenoſum: nec aliquis ſerpens eos audet tangere. Vnde cùm generatur aliquis, filium ipſum ſolum cum ſerpente ponit in nauicula, & ſic diu nauiculam permittit fluctuare. Quod ſi poſtea puerum recipit illæſum, ſe patrem eſſe cognoſcit, & puerum prauæ dilectionis viſceribus amplexatur. Si autem ipſum inuenerit vulneratum, continuò per membra fruſtratim diſcindit, & vxorem ſuam adulterij pœna condemnat. Cæterùm ad mentem reducimus, quòd apud Neapolin eſt quædam porta, quæ ferrea nuncupatur, in qua Virgilius omnes ſerpentes illius regionis incluſit, qui propter ædificia ſubterranea & cryptas, quæ ibi plurimæ ſunt, abundant, quam ſolam inter cæteras portas deſtruere timebamus, ne ſerpentes incluſi de carcere egredientes terram & indigenas moleſtarent. Eſt in eadem ciuitate macellum, ſic à Virgilio conſtructum, vt caro animalis occiſi in ipſo per ſex hebdomadas maneat recens & incorrupta, ſi exportetur, fœtet & apparet putrida. Eſt ante ciuitatem Veſeuus mons, ex quo ignis multos inuoluens cineres fœtidos intra decennium ſemel ſolet exhalare. Cui Virgilius oppoſuerat hominem æreum, tenentem baliſtam tenſam, & ſagittam neruo applicatam. Quem quidam ruſticus admirans, eò quòd ſemper baliſta tenſa nunquam percuteret, impulit neruum. Sagitta proſiliens percuſſit os montis, & continuò flamma proſilijt, nec ad huc certis vicibus cohibetur. Eſt ante eandem ciuitatem inſula, quæ vulgo Iſchya dicitur, in qua ignis cum fumo ſulphureo euomitur continuus, ita vt quoddam caſtrum adiacens ita paulatim, etiam ipſa ſaxa, & ipſum ſcopulum conſumpſerit, vt ibi veſtigia caſtri non appareant. Ibi firmiſſimè aſſeritur os eſſe inferni, & ibi eſſe loca pœnalia referuntur. Ibi etiam Æneas fingitur ad inferos deſcendiſſe. Videntur circa eundem locum qualibet die ſabbathi circa horam nonam volucres in quadam valle nigræ, & ſulphureo fumo deturpatæ, quæ ibi quieſcunt per totum diem dominicum, & in veſpere cum maximo dolore & planctu recedunt, nunquam niſi in ſequenti ſabbatho reuerſuræ, & deſcēdunt in lacum feruentem. Quas quidem afflictas animas arbitrantur, vel dæmones. Eſt ibidem mons barbarus, ad quem per viam ſubterraneam per medium maximi montis acceſſimus per tenebras infernales, tanquam ad inferos deſcenſuri. In quo monte in ipſius montis viſceribus maxima ſunt palatia & vici quaſi maximæ ciuitates, ſubterranei, & fluuij fluentibus aquæ ſubterranei, quos quidam ex noſtris viderunt, & ſub terra quaſi per ſpatium duorum milliarium proceſſerunt. Ibidem theſauri ſeptem regum aſſeruntur repoſiti, quos dæmones cuſtodiunt in æreis imaginibus incluſi, diuerſas terribiles imagines prætendentes, quidam arcu tenſo, quidam gladijs, quidam alijs comminantes. Hæc & alia plura vidimus, quorum non poſſumus per ſingula meminiſſe.

Victoriam tam inſignem nimia etiam ſæuitia, ac perfidia deformauit. Nam Ianuenſibus, quorum ope Siciliam erat adeptus, promiſſa non præſtitit, imò priuilegia à patre ſuo illis indulta obliterauit. Sibillam cum filio & filiabus, & Archiepiſcopo, ac fratribus iij. Kal. Ian. cōprehendit. Tancredi, & Rogerij effoſſa cadauera regijs nudauit coronis, quas eis iniuria dicebat impoſitas. Interfuit huic expeditioni Henricus Henrici Leonis filius, quem pater iuſſerat ad caſtra

XXXIX Henrici VI. perfidia in Iannenses.

pro-

Sal. An. 1195. xxxx proficiſci, & Cæſaris lateri cum fide adhæ-
rere, ratus, ſe eo genere officij, Tranſalpi-
Hēricus Leonis filius. nas prouincias, & auitos recuperaturum
honores. Aucupatus eſt filius (qua erat amę-
nitate morum) Cæſaris familiaritatem; ve-
rùm cum ſterilibus promiſſis protraheretur,
captus aulæ faſtidio, eaq; deſerta, ad
Conradum Rheni Palatinum diſceſſit, Cæ-
ſaris patruum, apud quem, eum gratiæ lo-
xxxxi cum obtinuit, vt *Conradus* Agnetem vnicā
filiam ei deſponſaret. Grauiter quidem eas
nuptias Cæſar accepit; ſed cum nequirent
diſſolui, anno ſequenti, quo *Conradus* fato
conceſſit, *Leoni* Palatinatum Rheni in de-
mortui ſoceri, & neptis gratiam, fecit clien-
Moritur Hēricus Leo. telarem. *Henricus* verò ſenior vitæ pauxil-
lum, quod ipſi erat reliquum, rebus ſanctio-
ribus, & publicæ impendit tranquillitati,
Brunſuici baſilicas, & Ducum Regiam ex-
ornans. In Eccleſia S. Blaſij tumulatur; In
eius ſepulcro Leonem fuſilem conſtituerũt,
vt eius cognomiui reſponderet. Hæc in
xxxxii Germania, dum in Oriente *Iſaaci Commeni* Imper. Conſtantinopol. exercitus infę-
liciter contra VValachos pugnaſſet, ipſe
A.C. 1195. Vere ineunte contra eos profe-
ctus, quendam Eremitam acceſſit; qui fu-
tura prædicere ſolebat. Is nihil ipſi reſpon-
dit, ſed imagini eius, quæ forte aderat,
oculos effodit. Id quod factum eſt paucis
diebus poſt, die videlicet x. Aprilis, cum
ab *Alexio Comneno* fratre ſuo exueretur
Imperio, & oculis priuaretur. *Alexius* fra-
ter cum coronaretur, equus eum ſeſſorem
capere noluit. Cum tandem Imperator in
eum inſiluiſſet, adeo ferociuit, vt coronam
eius deijceret primùm, deinde ipſum Impe-
ratorem. Corona ita fracta Imperatori re-
xxxxiii poſita, & alius equus adductus eſt. *Henri-
cus* verò Imperator, qui in Sicilia erat, tur-
bas Conſtantinopolitanas audiens, Legatos
ad Alexium miſit, iuſſitque vt annuum tri-
butum ſibi ſolueret, aut bellum expectaret
prò iniurijs *Conrado* & parenti *Friderico* in
xxxxiv Palæſtinam tranſeuntibus illatis; & prò ci-
uitatibus & caſtellis, quas in Oriente Rex
Siciliæ *Vuillelmus* ab Epidauro, vſque ad
Theſſalonicam ciuitatem occupauerat. *Ale-
xius* imparatus ad bellum, cum pecuniam
non à ſubditis expilare poſſet, Templa ſpo-
liauit, Imperatorum aperuit ſepulcra, ex
quibus ad ſeptuaginta talenta conflauit, &
ab eis, qui ſoluebant *Alemannicum tributum*
eſt appellatum. Malè tamen collectum au- xxxxv
rum videre non meruit, qui colligendum *Anno 1195.*
imperauerat *Henricus*, ab humanis exem- *Henrici Imper. crudelitas.*
ptus; cuius interitu *Alexius* reſpirauit.

Henricus interim Imperator occaſionem
quærens in Siculos ſæuiendi, conſpirationes
aliquot aduerſus ſe populorum cauſatus,
quaſi iuſtam crudelitatis nactus eſſet mate-
riam, duriſſimè in omnes *Tancredi* amicos
conſuluit. Nam *Sibillam*, & Archiepiſcopũ
perpetuo carceri deſtinauit: *Gulielmo* viri-
lia ad ſpem ſtirpis adimendam exemit: obſi-
des nonnullos luminibus exuit: reliquis in
vincula traditis, multis Siculis bona eripuit:
Eccleſias grauiſſimis tributis, aut direptio-
nibus lacerauit, clericos Epiſcopos vſque
ad mortem excruciauit. Eccleſiæ Romanæ
rupto fœdere, fratrem Philippum, cui *Ire-
nem* Imper. Conſtantinop. filiam, *Rogerij*
vxorem collocauit, Ducem Thuſciæ, ac
terræ Mathildis; *Marcoaldum* Ducem Ra-
uennæ & *Marchionem* Anconæ; *Conradum*
verò Spoleti Ducem conſtituit; Apuliæ
Diepoldum præpoſuit, *Conradum* Siciliæ:
ipſe in Germaniam cum *Sibilla*, filio, filia-
bus, Archiepiſcopo, Siculiſque obſidibus
deceſſit. Ex gaza regia vim auri immen-
ſam, cæterę q; ſupellectilis centum quinqua-
ginta clitellariorum onus auexit. Coniugem xxxxvi *Theſauri à cõſtantia reperti.*
in regno reliquerat, vt nutantes retinèret in
fide. Ipſa verò per anum quandam, quæ
occultorum in aula fuerat ſagaciſſima ſpe-
culatrix, *Rogerij* Regis theſauros inuenit;
de quibus quid agendum conſulenti? Im-
perator reſpondit, *de theſauris ad libitum
diſpone, modò regno conſulas, & in fide pro-
ceres ſerues.* xxxxvii

Porrò antequam è Sicilia ſolueret, litte- *Expeditio Sacra.*
ras in Germaniam dederat, quibus referens
ſub vexillis inſignem armatorum tenere
numerum, inuitabat Antiſtites, vt quiſq;
in ſua Diæceſi, populos ad Crucem ſuſci-
piendam exhortarent: promittens ſingulis
viritim triginta auri vncias, & quantum an-
nonæ ſatis foret, ſi anno ſequenti ſacrum xlviii
aggrederentur iter. Mortuo namque *Sala-
dino*, magnas de recuperatione Aſiæ ſpes
conceperat. An. Sal. 1193. die xvj Feb. de-
ceſſerat domitor ille Orientis, ac Chriſtia-
norum terror *Saladinus* Egypti Sultanus,
relictis nouem filijs, quos omnes *Saphadinus*

pa-

Sal. An. 1195. patruus, præter vnum, amicorum virtute tectum, libidine regnandi necauit. *Humanæ* memor conditionis *Saladinus*, teſtamento ſuo omnem funeris abdicauerat pompam, iuſſitque tantam in lancea præferri atri coloris obſoletùm tunicam, ad populum præcinente ſacrificulo, huius ſententiæ carmen.

Vixi diuitijs, regno, tumiduſq; trophæis,
Sed pannū heu nigrum nil niſi morte tuli.

Huius expeditionis aliam Hiſtrici referunt cauſam. In Germania *Henricus* cum ſe omnium concidi maledictis ſentiret, quod *Richardum* à ſacrâ redeuntem expeditione habuiſſet captiuum, neq; niſi grandi multatum dimiſiſſet pecuniâ, vt maculam dilueret, ſtatuit, afflictis Syriæ rebus auxilium ferre. Verba edicti fuere

DE INDICENDIS MILITIÆ SACRÆ PRIVILEGIIS.

Henricus Dei gratia Romanorum Imperator, Rex Siciliæ & ſemper Auguſtus, dilectis ac fidelibus ſuis Archiepiſcopis, Abbatibus, Eccleſiarum Prælatis, gratiam ſuam & omne bonum.

VNiuerſitati veſtræ duximus ſignificandum, quòd per gratiam Dei regno Siciliæ nobis ſubiugato, & in bonum ſtatum redacto, ad honorem eius, qui brachia ſua extendit in crucem pro nobis immolatus, recolentes miſeriam & anguſtias, quas Terra promiſſionis, peccatis exigentibus, feritate Paganorum intolerabiliter oppreſſa ſuſtinet, in ſolemni Curia apud Barum in feſto Reſurrectionis Domini celebrata pro redemptione eiuſdem terræ mille quingentos milites, & totidem ſargantos in expenſis noſtris à Martio vſque ad annum tranſmittere decreuimus, & hoc manifeſtè ſpopondimus, vniuiq; militi triginta vncias auri, & tantum annonæ, quæ ei ad annum ſufficiet, daturi. Pecuniam verò, vbicumq; naues aſcendent, eis dabimus: annonam autem traduci faciemus, & ex illa parte maris, vbi applicuerint, eis præſentabimus.

Milites itaq; & ſarganti iurabunt obedire illi, quem Magiſtrum eis ac Ducem conſtituemus: & per annum ſtare in ſeruitio Dei.

Et ſi aliquem eorum ex hoc mundo migrare contigerit, quidquid de pecunia vel annona ei data reliquerit, nulli aſſignare poterit, ſed pro conſilio Magiſtrorum ac Ducum exercitus alij, qui vicem eius complexæ & pro ipſo ſeruiat, aſſignabitur.

Mandamus ergo vniuerſitati veſtræ rogantes, vt hanc volūtatem noſtram militibus & bonis hominibus in diœceſi veſtra cōſtitutis inſinuare curetis: vt ſi qui eorum ad propulſandas iniurias Chriſto & Chriſtianitati illatas inſtinctu diuino ire voluerint, infrà terminum prædictum ad iter ſe præparent.

Datum apud Tranum, 11. Idus Aprilis.

XLIX Dilata tamen eſt expeditio, quia neceſſarij deficerent apparatus, de quibus habenda fuerunt Geilenhuſij & VVormatiæ comitia, & expectanda auxilia, quæ *Cæleſtinus* Pontifex, miſſis in Orbem Chriſtianū legatis, popoſcerat à Principibus. Nomina dedere è Proceribus Germanis, viginti cum flore totius iuuentutis. Sexaginta pugnatorū millia ſub ſignis habuit, quos Cæſar claſſe in Aſiâ volebat trāſmitti maiore ſecuritate, & compendio, quàm in expeditione præterita, ne Græcorum obijcerentur inſidijs; Volebat ipſe *Henricus* claſſis regere imperium, à principibus tamen prohibitus, veritis, nè turbas in Imperio malè affectorum ſuſcitarent ingenia ob eius abſentiam. Copijs itaque omnibus Lotharingiæ Ducem præfecit (vt habet *Godefridus Monachus*) quem, credibile eſt, fuiſſe *Simonem II.* Præficiunt alij *Henricum Leonem* Rheni Palatinum, eique addunt Legatos, duos *Conrados, Vvitelſpachium Moguntinum, & Herbipolenſem Epiſcopum*, qui Cæſaris ab epiſtolis fuerat; *Henricus* verò *Leo* fatis conceſſerat.

SIMVLTAS INTER HENR. & CONSTANTIAM IMPER. Ann. 1196.

L CÆſar itaque in Apuliam properans, vt ſacram expeditionem dirigeret, cunčta turbata offendit, ſiue ex vero, ſiue ex ſuſpicione & delatorum maleuolentia, quæ circa Principum aures deambulare ſolet; *Conſtantia* Imperatrix, quam maritus moderandæ Siciliæ impoſuerat, inſimulabatur, tametſi iam anus, capta *Iordani* inter Siculos nobiliſſimi amoribus, de eo coronando, tollendoque marito, cæpiſſe conſilia; eo maximè, quòd maritus in regiam Siciliæ Stirpem, *Conſtantia* ſupplicatione neglectâ prò *Cōſtantia accuſatur adulterij.*

co-

Sal. An. 1197. cognatis intercedentis, iuſto ſeueriùs animaduertiſſet. Nimius iræ Cæſar etiam ſecundà vice excanduit. Nam Iordanum ſuſpicione reum, ignito ſolio affixum, & candenti diademate coronatum, comburi iuſſit: *Richardum* verò Cerranum Comitem, conſpirationis & veneni in Cæſaris necèm temperati delatum, equi caudæ alligatum, raptatum per compita, & ſupinis pedibus, pronoque in terram capite, è patibulo ſuſpenſum necari: alium viuum ebulliri, ſuffocatumque mitti in caniſtro ad amicos; Quæ ſupplicia in dubijs criminibus eò ſunt viſa duciora; quod inferrentur rigore pluſquàm Siculo, ijſque Cæſar frueretur.

HENRICI VI. IMPER. MORS. Ann. 1197.

ii CHriſtianorum claſſis cum proſpera nauigatione Ptolemaidem appuliſſet, triſtem de *Henrici* Campaniæ Comitis, Regis Hieroſolymitani nuntium accepit. Is noctu captans auras, incautiùs cum ambularet, è ſublimi corruens, ſibi animam eliſerat. Chriſtiani occupata Tyro & Sidone, *Saphatinum Saladini* hæredem, qui cum Babylonis & Damaſci tettatchis, ingentique Sar-
[illegible] racenorum multitudine à tergo infeſtabant magna eorum clade fugarunt. Caſtris ad Sidonem flumen locatis, cum naues crucibus inſignes apparuiſſent, Sidonij terrore dilapſi, vrbem; arcem verò munitiſſimam Berytenſes deſeruerunt, quà noſtri potiti, tantum armorum & annonæ repererunt, quantum quingentorum præſidio ſatis eſſet in ſeptennium. Eadem fuit ſors caſtri Gibeli & Liedenſis. Vaſtata latè regio, Sara-
iii cenis nuſquàm auſis ſigna conferre. Omnia patent ex litteris Ducis Lotharingiæ ad Colonienſem Archiepiſcopum.

Quoniam de honoris noſtri promotione ac totius Chriſtianitatis proſperitate plurimum vos ſcimus lætari diſcretionis veſtræ prudentiæ ſignificamus, quod cum à Principibus Romani Imperij, & Baronibus terræ Iheroſolymitanæ, & communi populo in magiſtrum totius exercitus fuiſſem electus, cum conſilio Principum & totius exercitus iter verſus Beritum arripuimus: & cum in nocte B. Seuerini intra Tyrum & Sidonem ordinati decentiſſimè incederemus, Saphatinus, & omnes ammirati Babyloniæ atq; Damaſci cum magna multitudine Saracenorum à latere montis ſe nobis oſtendentes, & à tergo vſque ad mare exercitum noſtrum circumdantes, in acies noſtras graues & continuos fecerunt inſultus, omneſq; vires ſuas ordinatis omnibus, quos habere potuit, exercuit contra nos gens iniqua. Propoſitum ſiquidem eorum fuit omnes vires ſuas contra nos effundere, omnes vires noſtras attentare. Sed protector in ſe ſperantium Deus, qui liberat pauperem à potente, non ſine multa impiorum damnificatione, pauperes eripuit de manibus impiorum. Dominum quippe Sidonis & alios quamplures Sarracenos ibidem mortuos reliquerunt, & poſtmodũ nuſquã nobis occurrere auſi fuerunt. Sicq; eodẽ die ſuper flumen Sidonis cum gaudio tentoria fiximus. Cum autẽ naues noſtræ exercitus præcederẽt, & Sarraceni exiſtẽtes in caſtro Beriti naues venientes viderent, metu perterriti caſtrũ Beriti munitiſſimum reliquerunt, & altera die exercitum ſubſequẽtes caſtrum ibidẽ quod erat muntiſſimũ, abſq; omni difficultate cepimus, & tot arma alebaſtrariorum & ſagittariorum in illo caſtro inuenimus, quod vix XX. plauſtra ferre poſſent, & tot victualia, quot quingentis hominibus vel VII. annis ſufficerent. Cum autem ibi XX. diebus moram faceremus, alij Sarraceni aduentum noſtrum metuentes, caſtrum quod dicitur Gibel, & aliud caſtrum firmiſſimum quod Lieche dicitur, reliquerunt. Hoc audito & cognito, quod omnia caſtra marina vſque tu Antiochiam eſſent ſub poteſtate Chriſtianorum, verſus Sidonem reuertentes terram circumquaque quam tenuerunt Sarraceni, vaſtauimus: & ſic per auxilium Regis ſuperni fugatis Sarracenis, qui nuſquam comparere audent, ſanctã ciuitatem Iheruſalem in breui capiendam eſſe ſperamus. Sarraceni enim exercitum noſtrum vnanimem eſſe audientes & fortem, nuſquã audent apparere. Inde eſt quod veſtram obnixè exoramus reuerentiam, quatenus pro noſtra ac totius Chriſtianitatis proſperitate per totum Archiepiſcopatum veſtrum memoriam noſtri haberi faciatis, & vt ſignatos in veſtro Archiepiſcopatu ad perſoluendum vota ſua & ſuccurrendum Chriſtianitatis compellatis. Si qui etiam in terra promiſſionis manere voluerint, reditus eis ſufficientes in eadem terra aſſignari faciemus. Valete.

Iam

Sal. An. 1197. Iam ſpes non dubia prodebat recuperan-
dam Solymiam, cum *Henrici* Cæſaris renun-
tiata mors omnem noſtris alacritatem ade-
LIII mit. Cæpit omnes non vulgaris trepidatio,
quum alius patrimonio, alius beneficio ſuo
timèret. Nonnulli de æmulis, alij de ami-
cis cogitabant; nec quieuit tumultus, donec
congregatis principibus ſacramenta præſta-
rent, omnes ſe Imperatoris filio parituros.
Placuit in commune Principi Tyri regnum
deferre. Ille accepto honore, relictam
Henrici Reginam ſibi matrimonio iunxit.
Non diu tamen ſtetit concordia, præſertim
cum Imperatore mortuo nemo ſupereſſet,
qui ſuppetias mitteret: & in rebus domeſti-
cis perturbatio (quæ ſolet cum nouis ſur-
gere princibus) timebatur. Solus Mogunti-
nus, & Verdenſis præſules remansère, qui
iamdudum ex Imperatoris decreto ibant
coronare Regem Armeniæ, qui dudùm
hoc ab Imperatore (à Pontifice dicunt alij)
efflagitauerat. Perègit ergo Moguntinus in
Rege Armeniæ, quod ante *Conradus* Epiſ-
LIIII copus in Rege Cypri imperium Græculi ab-
Rex Armeniæ, & Cypri coronatur. horrente Conſtantinopolitani: compoſuitq;
pace ſequeſtrà, res inter nouum Regem, &
principem Antiochiæ.

In Syriam, mutato propoſito, cogitanti
Cæſaris Mors. Cæſari, mors iniecit manus Meſſanæ III.
Kal. Octob. medio veneno, quod propter
adulteria coniugem propinaſſe ferunt: ſeu,
vt alij volunt, ex venationis labore frigida
intempeſtiuè pota, lethalem ſibi febrim
accerſijſſe. Succeſſorem iam *Fridericum* ex
Conſtantia ſuſceptum non ſolùm declarari
à Principibus interceſſerat, ſed etiam legem
tulerat, ne amplius Imperium electione, ſed
Imperiū non electione, ſed ſucceſſione. ſanguinis ſucceſſione procederet, vnde
proximior in gradu Imperatori, hæredita-
rio iure fieret Imperator. Vt autem à *Fride-
rico* filio exordium ſumeret, Regnum Siciliæ,
& Calabriæ, & Ducatum Apuliæ, Princi-
patum Capuæ, quæ filius eius ab auis hæres
acceperat, Romano vniuit Imperio, vt
perpetuò ciuitatum earum vnus dominus
eſſet. Ordinauit etiam *vt mulieres, maſcu-
lis deficientibus, in hæreditatem ſuccederent.*
II. *nè Imperator mortuas manus eccleſiaſti-
carum perſonarum vltra expoſtularet.* Cui
conſtitutioni Curia conſenſit Romana, &
Principes LII. qui Imperatorem eligere
conſueuerunt, quorum ſigilla literis ſuper
hoc confectis appenſa ſunt. Ita ex *Io: Mo-* LV
*nacho refert auctor Magni Chronici Belgici
p. 205.* Fridericus porrò cum impubes eſ-
ſet, ei *Philippum* patruum abſentem tuto-
rem dedit; atq; in Feſto S. Michaelis cum
deceſſiſſet; cadauer Panormum deuectum,
Neapolim ſcribit *Godefridus* Monachus,
ibiq; honorificè cum multis inſignibus ſe-
pultum. Quod negat *Baronius* ex *Rogerio* LVI
in Annal. Excomunicatum deceſſiſse vo- *Henrico ſepultura negatur.*
lunt, vetitam propterea ei ſepulturam, quia
Richardum Angliæ Regem ex ſacra re-
deuntem expeditione, captiuum fecisset.
Inde ad *Cæleſtinum* Papam tribus de cauſis
Archiepiſcopus Meſsanæ venit. I. vt cor-
pus *Henrici* ſepeliretur. II. vt *Marcouualdus*
Imperatoris vicarius liberaretur à Roma-
norum obſidione, qui eum in Marcha
Guarneri obſederant. III. vt *Fridericus* Im-
peratoris *Henrici VI.* filius diademate coro-
naretur Siciliæ. Negauit Pontifex ſepeliri
cadauer, ni prius pecuniâ vi ablatâ Regi
reſtitueretur Anglorum. *Marcouualdum*
nonniſi Romanorum poſſe liberari conſen-
ſu. *Fridericum* coronari non poſse, niſi
conſentientibus Cardinalibus. Præuenerat
tamen *Henricus* decretum Pontificis, & pe-
nitentiâ ductus, vt ſcribit *Innocentius lib. 1.
ep. 230.* omnia reſtitui mandauerat, quod
extorſerat ab Anglorum Rege. Quod niſi
exequeretur filius hæres, à Romanâ coge- LVII
retur Eccleſia. Fragmentum teſtamenti in- *Henrici teſtamentum.*
uentum eſt in quodam ſcrinio *Marcouualdi*
aurea bulla ſignatum, quum fugitiuus omnē
ſuam amiſit ſuppellectilem. In eo legebatur.

*Imperatrix cōſors noſtra, & filius noſter Fri-
dericus Domino Papæ, & Eccleſiæ Rom. exi-
beant omnia iura, quæ à Regibus Siciliæ con-
ſueuerunt habere, & Domino Papæ ſecurita-
tem faciant, ſicuti Reges Siciliæ S. Pontifici,
& R. E. facere conſueuerunt. Si vero prædi-
cta conſors noſtra præmoriatur: filius noſter ſe-
cundum ordinationem noſtram remaneat; & ſi
filius noſter ſine herede deceſſerit, Regnum
Siciliæ ad R. Eccleſiā deueniat. Si verò filius
noſter præmoriatur: dilecta conſors noſtra Re-
gnum in vita ſua retineat; & poſt mortem ſuā
Regnum Siciliæ ad R. Eccleſiam deueniat.*

*De Imperiō ordinamus, quod Dominus
Papa, & Eccleſia Romana illud filio noſtro
confirmet. Et pro hac confirmatione Imperij,
& Regni volumus, quod tota terra Comitiſ-*

ſa Mathildis reſtituatur Domino Papæ, & Romana Eccleſia, præter Mediſinam, & Angelatam cum eorum pertinentijs. Et inſuper ordinamus, & volumus, vt tota terra de Pontepayli, cum Monteforitno, liberè dimittatur Domino Papæ vſque ad Ceperanum; & quod Eccleſia Romana habeat Montem Flaſconem cum omnibus pertinentijs ſuis. Inſuper præcipimus Marcoualdo Seneſcallo noſtro, vt Ducatum Rauennatem, terram Brictinori, Marchiam Anconæ recipiat à Domino Papa, & Romana Eccleſia, & recognoſcat etiam ab eis Mediſinam, & Angelatam cum eorum pertinentijs. De quibus omnibus bonis ſecuritatē ei iuret, & fidelitatem faciat, ſicut Domino ſuo. In morte vero, ſi ſine herede deceſſerit, Ducatus Rauennæ, & terra Brictinorij, & Marchia Anchonæ, Mediſina, Angelata, cum earū pertinētijs, in dominio Ecc. remaneant..

LVIII Addit Mathęus Paris Imperatorem legaſſe *Capitulo Ciſtercienſium tria millia marcharum argenti de redemptione Regis Richardi, ad thuribula per totum ordinem facienda ar-*
LIX *Seueritas Monachorū. Auaritia.* *gentea. Sed Abbates tam ipſum Imper. quàm donum eius deteſtātes, renuerūt de turpi quæſtu adquiſitū donum eius recipere, Quod cum Richardus audiuiſſet dictū & factum Abbatum, quod ſolita caruit auaritiâ commēdauit.*

Symbol. Henrici VI. fuit. *Qui neſcit tacere, neſcit loqui.* LX

EPITAPHIUM. Ex Sabino.

Triſtia ſubmerſi natus poſt fata parentis,
Regia concordi ſceptra fauore tulit.
Obſidione premens Vbiorum mœnia cinxit,
Vltus & eſt capta præſulis vrbe fidem,
Qui Burgundiacæ confiſus robore gentis:
Imperij lapſas deſpiciebat opes.
Edomuit victor Calabras, & Lapygis oras,
Pulſaq; Sicanio Trinacra regna mari.
Sunt vbi Cyclopū fumantibus antra caminis,
Vrget & Encelati molibus Ætna caput.
Cuius anhelanti prorumpunt ore fauillæ
Brachia cum ſæuo fulmine tacta mouet.
Funeris ante diem nato commiſit habenas,
Imperium certo ne ſine Rege foret.

Aliud ex Nicolao Reuſnero.

Magnanimi ſoboles ſextus generoſa parentis
Virtutes patrias, patria regnaſequor.
Integer & iuſtus populos ſine crimine rexi
Sed belli ſtudijs aſper atroxq; fui
Apulos, Calabros, Siculos, & Iapygas armis
Edomui: domitis iura, ducesq; dedi,
Occido Meßana tumulatus in Vrbe: venenū
Leopoldo feruens vxor amore dedit..

Obijt hoc Anno *Bela III.* Rex Hungarorum, & *Emericum* filium habuit ſucceſſorem. LXII



Huic, ante *Belæ* patris obitum, *Conſtantia* (non Aragoniæ Regis filia, vt ſcribit *Bonfinius*

auctor

Sel.An. auctor alioquin acuratiſſimus, ſed *Rogerij*
1197. *Siculi* vnica filia deſponſata fuerat, quæ
poſtea nupſit *Henrico VI.* Imperatori, &
præter omnium opinionem nimis annoſa
peperit *Fridericum II.* Is ille *Emericus*, qui
ſola Maieſtate Regali, fratrem & nouatores
exarmauit, quùm in eum regni irruerent
illecti cupidine. Nec ferro, ſed ſceptro for-
midabilis, in ſuis adorationem & Regum
omnium ipſos hoſtes coegit. Filium reliquit LXIII
Ladislaum III. & in eo ſeipſum, vt in filio
patrem inueniret patria. Non tamen diu
ſuperſtes, locum dedit *Andreæ II.* Poſt
hunc regnauit *Bela IV.* de quo in vita *Fri-
derici II.* Imperatoris infra vide *lib.26.c.2.
n.103.*

MONETAM, & SIGNVM HENRICI VI. *vide in pag.VI.*

CAPVT TERTIVM.

Occaſione Hieroglyphici *Henrici VI.* vbi Cæſar ſpetie ſonori cantus corripitur, & ad meliorem frugem prouocatur, de regia correctione ſermo inſtituitur, ſub titulo,

OMNIS HOMO CVRRIT.

1 *Pontifex homo eſt.* 11.*grandi tenetur crimine.*
1 *Homo plus beſtiæ habet, quàm hominis.*
2 *Nullus immunis à labe.* 7.
3 *Regem corrigere eſt in deſerto clamare.* 4.13.15.17.*quomodo corrigendus.* 7. *cur Reges procidant ante Deum, nõ paſtores.* 87.*maiori labe tenetur, quàm populus.*
5 *Iuſti quàm pauci.*
5 *Noe ſymbolum humanitatis.*
6 *Correctio quomodo facienda.* 13. 14.*ſit dulcis.*15.*figuratè faciẽda.*17.*vbi quãdo.*
7 *Nemo ſua vitia cognoſcit.* 21.
7 *Diogenes Platonem carpit, & carpitur.*
7 *Seneca non egit, quæ docuit.*
7 *Dignitas grauat pondus malitiæ.*
9 *Senum vitia.*
10 *Sacerdotes quàm graui labe teneantur.*
12 *Veritas non ſemper dicenda.* 14. *verbis aureis exornanda.* 13. *ab ipſo Chriſto parabolis inuoluitur.*
15 *Concionator an poſſit veritatem exornare.*
17 *Populus quomodò corrigendus.*
20 *Principes cadunt, quia corrigentem audire reſpuunt.* 19.*audiunt, dulcè loquentem.*

CIuem, Regem, Pontificem ipſum miſe-
I rum ſi neges hominem, redarguit
Cap.2. Ioel. *Canite tuba in Syon: congregate popu-
lum: coadunate ſenes: ſanctificate Eccleſiam*
Vocem auditum, *Memento homo*. Exornet
Petrum Pontificia thiara, Gentilium adhuc
in aula, amore vel ancillæ timore cum
Deum periurat, nemo nobis, præter eum,
ſine quo factum eſt *nihil* peccati, innocens
innoteſcit. Homines ſi vt metalla in ſtatera
librares (aiebat *Diogenes*) inuenires, eos mi-
nus habere hominum, plus beſtiarum. Tu-
ba itaque *canite*, Principes congregate &
Memento homo clangente buccina ſacerdo-
tali, diademata proijcientes reſonent, *De
Babylone egreſſa eſt iniquitas à ſenioribus.*
Tubà canite, coadunantes populum, &
homo vociferante *memento*, thurificaſſe vi-
tulis, & in litore Rubri maris, rotante ad-
huc Ægyptiorum curru, Babylonem bene-
dixiſſe; Ægyptum ſanctificaſſe. Populus,
itaque, Senatus, Concilium hominem audi-
te, qui Perſarum more vobis inſonet, *me-
mento homo*. Si dixerimus, clamat *Ioannes*
quùm Aſiæ animarum director, Deum ge-
reret, *quoniam peccatum non habemus, ipſi* Io.Epiſ.
nos ſeducimus. Vna clangit tuba populo, 1. c. 1. n. 8.
principi, ſacerdoti. Haud enim legatos à
latere miſit Deus, quibus eſſet principem, II
non populum corrigere. Vniſſonus videtur
clamor, *memento homo*; vt ex identitate ſpe-
ciei, pœnarum arguatur æqualitas, ſed in
modulamine vocis annuitur correctionis
diſcretio. Propheta namque correcturus
principes, à longè clamet, vt ad Herodem III
miſſus Ioannes, in deſerto clamat, vel quia
Principum aures nullo circumſcribuntur
termino, & populorum vox in penetralibus
pulſata Regni, coram Rege reſultat. Vel
quia coram Rege ſit, in deſerto clamare. Vn- *Regem corrigere, eſt in deſerto clamare.*
de coram Herode Ioannes clamans, *cla-
mantis vox* dicitur *in deſerto*. Quid itaque
in deſerto clamabo? non aliundè ad Prin-
cipes ſermo dirigitur; Deus ipſe, vt Apo-

ſtolos redargueret, in arborem ſe conuerterit, brumali tempore areſcentem, maledicens ficulneam, quæ ſui innocentiâ Chriſti redarguit iudicium; cur in infideles diſcipulos haud maledictionis contorqueret fulmi-
IV *Quomodò corrigēdus.* na? Verumtamen ſi Apoſtolos, Eccleſiæ non ſubterfugias principes; ob principatus venerationem dices, non aliter arguendos Apoſtolos. Argue itaque, obſecra, increpa.
2. ad Thim.c. 4.n.3. *Argue* Principem, Pontificem *obſecra, increpa* populum. Vel omnes increpa, ſed *in patientia, & doctrina*. Primùm in *patientia*; Præcurſoris enim aduersùs Regem aſperam diſcrepare vocem, carcer docet Herodis. Voci ſuæ Deus ipſe cauet; nam & eam homines auerent includere. *In doctrina* hoc eſt in veritate, ſed arcanis, & hieroglyphicis inuoluta. Erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coaceruabunt ſibi magiſtros prurientes auribus; & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur. Deus ipſe ne homines duriori ſermone terrèret, quomodò Symbolis & miſterijs humanitatis annuat miſeriam; attende. Deum cum pœnituiſſet hominem in terra feciſſe;
Gen.6. quia corruperat omnis caro viam ſuam, dixit ad Noe. *Finis vniuerſæ carnis venit coram me*. Repleta eſt terra iniquitate: & ego diſperdam eos cum terra. Fac tibi Arcam.
V *Arca Noe quomodo distributa.* *Trecentorum cubitorum erit longitudo Arcæ, quinquaginta cubitorum latitudo, & triginta cubitorum altitudo illius. Feneſtram in Arca facies, & in cubito conſumabis ſummitatem eius*. Hoc in cubito habitaſſe cum volatilibus homines nemo dubitat: in inferioribus ordinibus verò bruta. Sed vndè Noe terrarum Dominus, & qui in corrupto ſeculo ſolus poterat à communi genus humanum ſeruare naufragio, vno ſtabulatur in cubitu, quùm bruta in viginti nouem ſpatiantur? Ex hac naui non exeat, qui ad veritatem velificat.

Diuinæ voluntatis illam præmebat anchora nauem, quæ mortales omnes nouum traiecit in orbem. Arcam ſcande, iubet Noacho Dominus, *Adhuc enim & poſt dies ſeptem ego pluam ſuper terram quadraginta*
Gen. 7. *diebus, & quadraginta noctibus*. Hac bucina clangente mortis, gregatim lupus, & pecudes, Aquila inter columbas vnam coiere in caulam. Solus Noes tumidus Arcam dedignatus ingredi, ſecurus in montibus deambulabat Armeniæ. Inundabant aquæ, ipſe verò veluti Xerſes ſperans mari catenas inijcere, luſtrabat vndas, quaſi ſolo eſſet cohibiturus aſpectu. Sed vndique excreſcentibus fluctibus, & cacumen quatientibus montis, vbi ſidebat Noes aquarum irridère fluctus, ſeptimo die rupti ſunt omnes fontes abyſſi magnæ, & cataractæ Cœli apertæ ſunt: cum adhuc peruicax montis reptaret ad apicem *in articulo diei illius*, cum ſcilicet nocti cederet dies: vſq; eò namque Patriarchæ inſanam ſuperbiam paſſa erat Diuina Iuſtitia; en fluctus mixtus grandine fremēs, & furens Aquilo ventorum ſoluta cohorte, impulit, proſternit, inieitque in nauem; eoque gurgitantes aquæ, & excißis fluctus pulſantes tonabant montibus, *memento homo* tu, qui totam Orbis progeniē vnâ ſuſtines trabe. Spumabant vndæ, expuentes & lutum proijcientes in faciem, natalium renouabant exordia, ex puluere in puluerem reuerſurum. Inter hoſce conflictus ſuperbiæ potiùs, quàm maris iactata fluctibus, naufraga cecidiſſet humani generis arca, ni Omnipotens miſerta Iuſtitia, ſuis manibus de foris incluſiſſet, & aquas præcluſiſſet. *Et incluſit eum Dominus deforis*. Nunc habes, cur arca vno conſumaretur in cubitu, *Geneſ. n.17.&.7* in quo volatilia vnà diuerſabantur & homines: pro brutorum cellulis, cubitis viginti nouem diſtributis. Arca eſt Eccleſia. Bruta ſunt animæ ſceleribus deformatæ, quæ propagarunt adeò, vt omnes cubitus, vno dempto occupent arcæ. Noachi familia, Iuſtorum paruus eſt numerus, vt vno aſſocientur in cubitu. Imò vnus cubitus ſit illis ſpatioſa domus, vt in ea volatilia omnia comodè diuerſentur. Felix Orbis, ſi innocentiæ cubitale palatium facinoroſos occluderet. Sed ibidem crocitat coruus: genitorem vituperat Cham filius: ipſe Pontifex cum vineam plantat, vinea ſuo non parcit auctori, & nudus Noes inebriatus iacet in tabernaculo ſuo. *Iam Arca iuxta cubitum ducitur* (Gregorius homil. 16. Ezechiel.) *vbi homines & volatilia continentur: ſed quia nullus ſine peccato eſt, niſi ille, qui ſine peccato eſt conceptus, in vno cubitu arca conſumatur*. Peccat nam- VI
que populus, cadit Princeps, declinat Sacerdos: vndè in Apocalypſi ab Angelo percutitur *tertia pars Solis*, in quo Pontificem venera-

neramur: *tertia pars Lunæ*, in ea Regem colimus: *tertia pars Stellarum*, in quibus populum figuramus. Hieroglyphicis tamen

Correctio quomodo faciẽda. eſt ſemper inuoluta correctio; & floribus veritas exornata, vt *dum ad paleas currunt, frumentum inueniant. Heſiod. hom. 2. de Deip.*

Congregate itaque populum, nec prætermittite ſenes, hoc eſt Principes vocem humanitatis auditum. Nemo immunis à ſorde, nec infans, cuius eſt vnius diei vita ſuper terram. Nemo tamen ſua eſſe intelligit vitia, ſed rerum putat. Nemo ſe auarum intelligit; nemo cupidum. Quædam locis adſcribimus, & temporibus, quamuis ſecutura non ſint, quocunque tranſierimus. Similis ei eſt noſtra conditio, qui repentè orbatus, ſe cæcum neſciens, ſocios rogat, vt migrent domum inquiens eſſe tenebroſam. Imò peior (*ait Seneca ep. 50.*) eſt noſtra conditio; nam Cæci ducem quærunt: nos ſine duce erramus, & dicimus: Non ego ambitioſus ſum, ſed nemo aliter Romæ viuere poteſt. Non ego ſumptuoſus, ſed vrbs ipſa magnas exigit expẽſas. Quid nos decipimus? non eſt extrinſecum malum noſtrum: intra nos eſt, in viſceribus ipſis ſedet. Et ideo dificulter ad ſanitatem peruenimus, quia nos ægrotare neſcimus. Interrogatus *Diogenes*, vbi nam Græciæ viros vidiſſet bonos?

Apud Laertiũ. *Viros quidem*, ait, *nuſquàm, ſed Lacedemone pueros vidi*. Propterea Grammaticos admirabatur, quòd cum Vlyſſis mala nequirerent, ſua ignorarent. Muſicos in ius vocabat, quòd cum lyræ chordas congruè aptarent, animi mores inconcinnos haberent. Mathematicos carpebat, quòd Solem & Lunam, & ſidera intuentes, quæ ante pedes eſſent, negligerent. Tu ipſum reprehende

Diogenes carpit, & carpitur. Diogenem, qui cum Solem, & Lunam, hoc eſt, Supernas Mundi poteſtates carpere audet, ſeipſum ignoret. Vndè meritò calcans quondàm lotis pedibus pretioſum Platonis ſtratum, præſentibus Dionyſij amicis, quos ille inuitarat; interrogatus quid ageret? *calco* (cum diceret) *Platonis faſtum*, Plato reſpondit, *At faſtu maiori*. Idem *Seneca*, qui ciuiũ Romanorum medicum agebat, cum diuitias damnaret, quod ex multis paupertatibus fiant, quarum falſus verberat ſplendor, & pueris ſimillimi, quibus omne ludicrum in pretio eſt, decipi gaudeamus; omnium ſolicitior, tantùm triennio regiæ amicitiæ, diuitiarum congeſſit, vt in ſpetiem virtutis, ſimulata doctrina adoleſcentes inſtruere viſus fuerit. Inter ea, quæ in tanti philoſophi laudem concinnantur, hoc vnum longè ab adulatione reperio, quod de ſeipſo in *ep. 50* ſcribit, ac de meipſo agnoſco; *Si quando fatuo delectari volo, non eſt mihi longè quærendus: me rideo*. Speculum hoc eſt, in quo cuiuſque ſortis homines, etiam Dij, Reges intelligo, ſe non diſſimiles inſpicere poſſunt. Paulus Apoſtolus cum ſe huic aptaret ſpeculo, *Omnis homo mendax, 3. Rom.* pronuntiauit. Si *omnis*, ergo ſeipſum non excludit; *Paulum* intelligas, non *Apoſtolum*. Dignitatis & perſonæ nomina ne confundas, Similis ea eſt auro, quod luto non ſordeſcit, nec lutum illuſtrat. Manet dignitas impolluta; perſona polluta Aſſociantur nomina, non vitia. Purpura dat ſplendorem, non innocentiam. Illuſtrat dignitas, non ſanctificat; Grauat potiùs pondus malitiæ.

Principes, paſtores, boues, iumẽta primi ab VII *Reges non Paſtores procidũt.*
Angelo, ſecundi ab aſtro, tertij à natura euocati, en coram Verbo, vnum audituri Verbum, *prò omnibus Crucifixum* (Cum Principe nè iumenta & boues prætereas, quum enim in Deum tumeſcit, iumentis comparatur inſipientibus) Reges itaque Sydera trahere aſſueti, à Sydere tracti, vſquè in terram procidunt, *procidentes adorauerunt*, quem hominum deliciæ de Cœlo traxerant. *Lucæ cap. 2.* Hos imitantes, ſi Regis ad exemplum totus componitur orbis, & vos procidentes paſtores, deuotionis tributum ſoluite? Veniſſe paſtores, cognouiſſe de Verbo lego, *procidiſſe* non lego. Procidiſſe non legis paſtores, qui primi agnum inter eos natum nutriunt, & agnoſcunt? Si cognoſcitis de Verbo, quod Virgo Dei Mater credere, ſed non agnoſcere proteſtatur, *quomodo fiet iſtud?* cur non veneramini procidentes? dùm Gentilium Reges ab Oriente adoraturi veniunt? veniſſe Paſtores lego, procidiſſe non lego. Sed vnde? dicat Chriſtus, quùm Scribæ & Phariſæi de adulteræ pœna conſulunt, vt eum pietati iniurium arguant vel legi, *Magiſter* (Iudæus interrogat) *hæc mulier modò deprehenſa eſt in adulterio, in lege Moyſes mandauit nobis huiuſmodi lapidare: Tu ergo quid dicis*? *Io. 8.* Oh parietes dealbati (reſpondet Chriſtus) quorum proſpectus ſpecioſus fulget, intùs verò pleni ſunt cinere, Zelo zelaſtis

non

non pro lege Dei, ſed ad vindictam humanam; & iuſtitiæ ſpetie Rempublicam concidiſtis. Veteratorios veſtrum operiam queſtus, & doloſam accuſationem redarguam. Adulteram lapidari, placet. Sacroſancta, & immaculata ſit lex Moſaica; nec vllo concutiatur abuſu, *Qui ſine peccato eſt veſtrum, primus lapidem mittat*; Cum audiſſent hunc ſermonem, vnus poſt alium exierunt, incipientes à ſenioribus. Qui verò inter accuſantes ſtarent? perpende; Stabat populus, ſtabant principes, ſtabant ſeniores principum. Sed ei, audientes, legis executionem dari, *qui ſine peccato* eſſet, licet principes, imo ſeniores principum; quanto maiori dignitate præfulgent, tanto magis criminum rubore ſuffuſi, receptui canunt, & iuſto timore correpti, recedunt, quia maioribus irretiti criminibus, Gloſſat *Lyranus*.

Nunc habes cur tumidi paſtores ante natum Ieſum ſtent, quùm timidi procidunt

hom. 9. de Epiphan. Reges, *procidentes adorauerunt*. Abſit, Auguſtinus ſoluit, elatio à paſtoribus ſanctis. Haud procidunt, ſed exultant coram Chriſto nato, quia leuioribus, quàm Principes onerũ ſarcinis grauãtur. Reges Imperij pon-

IX *Senum vitia.* dere fatigati, coronas ponunt, ſuccollant humeros, genua flectunt, & cecidentes in faciem gementes clamant, *auctoritatem habemus ſenum, ſed vitia puerorum*. Senum imo Deorum auctoritas noſtra: verbi enim ſemine vitam & mortem inferimus ſubditotum. Puerorum noſtra ſunt vitia, iuſtum namque gloriantes, dicimus ſed non facimus. Nabotho vſurpamus vineam, coniugij temeramus thorum, & poſtquàm in laniena voluptatis, Venenis carne eſt ſaturata libido; etiam inter clauſtra columbas inſequimur Chriſti. *Illi ergo paſtores* (Auguſtinus inquit) *minus rei de ſalute alacriùs exultabant. Iſti autem Magi magis onerati peccatis, ſubmiſſiùs idulgentiam requirebant.* Poſt Principes ad Sacerdotes venio minùs

X *Sacerdotes quam graui labe teneãtur.* forſan de ſalute ſollicitos, licet plus oneratos peccati grauamine.

Diuinabat Synagoga, quomodo fabri filius ſcripturarum malleo Legislatores con-

Matth. 14. funderet. *Mirabantur dicentes: nonnè hic eſt fabri filius?* ſoluit Chriſtus: ne miremini Hebræi; nam Ioſeph à fratribus venditur, ab aduenis adoratur: nemo Propheta in patria. Euangelium non recipite, vt meum, ſed eius qui miſit me, patris. *Mea* namque *doctrina non eſt mea*: Dei licet filio minimè *Io. 1.*

credite, quia in proptia cauſa nemo iudex, vel teſtis. *Si ego teſtimonium perhibeo de me ipſo, teſtimonium meum non eſt verum.* Quid dicis? attende Chriſte? teſtimonium tuum non eſt verum? iure ergo Synagoga hypocritam inſequitur, nec Deum periurat; ſi Romanorum inhiaret accuſat imperio? Si teſtimonium tuum non eſt verum, dum crucifixus cruciaris, delitiabor ego Babylonis in horto? Fallitur (Ambroſius ſoluit) mens humana, altitudine exuberante myſterij; Sacra in hippoſtaſi diuinæ naturam ſi ſubiaceas humanam, & veritatẽ conſideres, haud Verbi eſt verbum, cum dicit, *teſtimonium meum non eſt verbum*. Humanam ſi ſegreges à diuina, en in horto Getſemani claudicat, & mortem formidat. *Trãſeat à me calix iſte*, vt Chriſti humanitatem impeccabilem habeas, quia ſanctificatam, & ſuppoſitatam à Verbo, non quà humanam nec catenatam hypoſtaſi. Quà vnita, via, veritas, eſt & vita, quæ in ſeipſa ab ipſa, & per ipſam, alibi inſonat. *Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, verum eſt teſtimonim meum*. Quod ſi humanam diuina deſtituat; quod ab ore procedit humano ſuſpectum eſt teſtimonium. *Teſtimonium meum non eſt verum ſecundum hominum fragilitatem. Omnis enim homo mendax. Verum eſt autem teſtimonium ſecun-*

dum diuinitatem. Quis noſtrum itaque ſine XI *Zacchar.*

crimine? Vos forſam Pontifices? Vtinam? *3.*

ſed coram Angelo cur Demon redarguit? Quùm Ieſum vidit indutum *veſtibus ſordidis*, quia culpam incurrerat, Gloſſat Lyranus: hæc fruſtà conſciſſa purpura, obſita mitra, ſunt templa polluta, leges corruptæ, altaria dirupta. Latronibus reſerata eccleſia, in Apoſtolico ſenatu haud tuba reſonat euangelij, ſed bucina clangit Atheiſmi. Si quis enim non in iuriſdictionis contemptum, ſed in morum abuſum conſurgat, & in ædificationem non in deſtructionem clamet claues relictas; deportatur, igni & aqua interdicitur, quaſi veritatis deerraret in ſemite. Ecquando viuum hominem ſanctificauit eccleſia? quæ vna in Petri petra conſolidata, cecidiſſet; ni Chriſti petra ſtetiſſet. Hinc ad Petri pedes Centurio procidens, vt Chriſti vicarium adora-

ret,

ret, vitæ mortiſque tenentem claues; Petrus eleuauit eum dicens: *Surge, & ego ipſe homo ſum*. Homo ſum ſicut & tu. [*Act. 10. n. 26.*] Quem enim non adoraſti ignorans: haud ego defendi periurans. Et licet quondàm Chriſti gloriarer commilito; canente cecidi gallo, vt iam prædixerat medicus, non quomodò ægrotus præſumpſerat. Vbi itaque iſti inflati vtres, ſpiritu elationis pleni (clamat *Auguſtinus*) [*Sermone 29. de Verb. Apoſt.*] non magnitudine ingentes, ſed ſuperbiæ morbo tumentes, vt dicere audeant inueniri homines abſque peccato? *Partius iſta viris tamen obijcienda memento*. Virgilianum eſt dogma. Forſam fugère pudor, verumquè, fideſquè? Haud in honore veritas.

XII [*Veritas non ſemper & quomodo dicenda.*] Non audeat bos calcare hominem, non priùs induat ſimilitudinem Angeli. Hinc *Bos* in Ezechielis curru, quem iuxta fluuium Chobar Propheta viderat, *Ezech. c. x.* [*Ezech. 10.*] vt ſuperbis exprobraret hominibus, ex luto fecis exorditam humanitatem; vbi quarto ſtabat in loco, *facies hominis; facies leonis; facies bouis; & facies aquilæ c. 1.* Poſtea mutato gradu, in *cherubim* vertitur, primatum tenet; nec aliter poterat bos Apoſtolicus hominis manum effugere, cum eum argueret, niſi verteretur in Cherubim. *Dicendum* itaque *ſi eum fructu*, habet *Dion*. Sicuti namquè non vno ferro, nec vna die putantur arbores; ita nec vnius in omnes eſt vna correctio.

XIII [*Rex quomodò corrigendus.*] Cum ad principes ſermo dirigitur, linguam cohibe, veritatem manuducas laruatam. Ieſus enim qui via eſt, *veritas*, & vita, *ſine parabolis non loquebatur eis*. [*Matth. 14.*] Vel à laudibus correctionem deducas, vt roſarum ſertis ſpinas obuoluas. Epheſinum Epiſcopum obiurgaturus Dominus, elogio primùm demulcet, & blanditijs auditorem conciliat. *Scio opera tua* (inchoat Dominus) *& laborem, & patientiam, & quia non potes ſuſtinère malos*. [*Apoc. c. 2.*] Sed protinùs arguit, *ſed habeo aduersùs te, quia charitatem tuam primam reliquiſti*. At iterum rigore correpto, eiuſdem Epiſcopi reſonat laudes: *Sed hoc habes, quia odiſti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi*. Cur vnica obiurgatio gemino circumligatur encomio? *Notanda diſpoſitio ſermonis* (ſoluit Rupertus lib. 2. in Apocal.) *quàm artificioſa ſit. Et priuſquàm emitteret auctoritatem reprehenſionis, quæ laudanda erant, collaudauit. Et poſt, vbi corripuit, atq; minas intentauit; rurſus quod laudandum erat, laudauit: ita reprehenſionis amaritudinem, ne nimis offenderet, atquè exterrèret collaudationis dulcedine circumliniuit*. En principiũ & finis orationis in Epiſcopi reſoluitur laudem: licèt in medio obiurgatio feriat; quæ laudibus emollita, non eneruata deluditur, ſed attentiùs auditur. Cum Samaritana parem nè prætereas querelam. *Benedixiſti* (inquit Ieſus) *quia non habeo virum. Quinque enim viros habuiſti, & nunc quem habes, non eſt tuus vir. Hoc verè dixiſti*. [*Io. 4.*] Bis meretricis hùc verba probantur, & Dominus laſciuam mulierem duplicata laude commendat.

XIV [*Correctio ſit dulcis.*] Sed vnde? forſam ius datum ſceleri canimus? Si eiùs mirabantur diſcipuli, quia cum muliere loqueretur: quid ſi perſoluentem audiſſent elogia? Obiecturus erat mulieris turpitudinem, *quinque viros habuiſti, & nunc quem habes, non eſt tuus vir*. Propterea ab eius incipit laudibus, vt inter correctionem, & laudes nec correctus refugeret; nec mulcèret corrector. Ioannem illum conſule, qui vox erat pœnitentiæ, cur melle veſceretur? [*Matt. 3.*] prædicanti in deſerto, non erat ſcripturas gutture mulcère mellifluo; vel dulci modulari carmina lingua; ſed clangore obſtrepere buccinæ, ita vt raucę fierent fauces prædicantis. Cur itaquè melle veſceris? dicas Ioannes? vt dulcis reſonàret correctio, & aſpera non exterrèret loquutio. Miſcuit vtile dulci, ne in deſerto clamarem: & in dulcedinis poculo collyrium correctionis ſorbèrent.

XV [*Concionator an poſſit veritatem exornare.*] Sed cuius eſt ingrata querela, quam audio? quis ſacri oratoris compoſitam orationem vituperat? quia non in ſapientia verbi, vt non euacuetur crux Chriſti? nec in ſublimitate ſermonis; non in perſuaſibilibus humanæ ſapientiæ verbis ſacrum ſit [*1. Cor. n. 1.*] exarandum eloquium; nec ſecularium literarum inſerenda exempla candorem eccleſiæ ethnicorum ſordibus polluendo? Romani oratoris eſt quæſtio, quem in Hieronymum ſubornauit Ruffinus. *Numquam hoc quæreres, niſi te totum Tullius poſſidèret*. (reſpondet Hieronymus) [*Epiſtol. 84. Magno Oratori Romano.*] *ſi ſcripturas ſanctas legeres, ſi intepretes earum, omiſſo Volcatio, euolueres. Quis enim neſciat, & in Moyſe, & in Prophetarum voluminibus quædam aſſumpta de gentilium libris, & Salomonem* [*Prou. 1.*] *philoſophis Tyri & nonnulla propoſuiße & ali.*

*aliqua reſpondiſſe? vnde exordio Prouerbio-
rum commonet, vt intelligamus ſermones pru-
dentiæ, verſutiaſque verborum, parabolas,
obſcurum ſermonem, dicta ſapientum, &
enigmata, quæ propriè dialecticorum, &
philoſophorum ſunt. Sed & Paulus Apoſto-
lus* non bis Poetarum repetens carmina,
nonne & *inſcriptionem fortuitam arte torquet
in argumentum fidei. Didicerat enim à vero
Dauid, extorquere de manibus hoſtiũ gladiis,
& Goliæ ſuperbiſſimi caput proprio mucrone
truncare.* Sacram Doctorum phalangem,
& eruditos Theologorum choros, vltra
Chryſologum, Cyrillum, Chryſoſtomum,
quibus eruditionis lepòre Sacra fuit expone-
re myſteria, ſi legere aues, in Hieronymo ha-
bes. Sacro in eloquio, (Docet Thomas) ne
Opuſc. dubites à ſapientibus ſæculi trahere ſermo-
19.c.12 nem: Sicut in eo prò hominis vtilitate ipſe
hominum conditor Deus vocem in ſe paſ-
ſionis ſumpſit humanæ; quando ad audien-
tium vtilitatem, correctionem accomodes;
vel fidei in obſequium reſones elegantiam;
non ad vanitatem ſermonis; vel admiratio-
nem dicentis, & non dictorum. Si nudam
veritatem Verbum amabat Æternum, &
concionem impetrauit deſertam: Cur ſe-
ipſum carne inuoluit humana; & fidem im-
Correctio plicat arcanis occultis? Cur principes redar-
figuratè guens Eccleſiæ, quia incredulos, arbori
faciẽda. maledicit innocuæ? Ad arborem (dic) ſe con-
uertit, vt hominem erudiret ſine decla-
mationis ſtrepitu, & rubore correcti. Phari-
Io. 8. ſeorum cum inſimulat Principes, *Scribit in
puluere, qui ſine peccato eſt veſtrum, primus
lapidem mittat*, ne in reos criminis ſuperex-
taret memoria: & vocis terminus famam
XVI Magiſtratus correctionis conſumeret: vel quia palàm
non daretur ſeniores corrigere; ne magiſtra-
quomodò corrigẽdus. tus venerandus populis, publica inſimula-
tione vileſceret. Hoc pacto inſimulaturus
ex præcepto Domini Samuel Saulem, *Sine*
(inquit) *me, & indicabo tibi, quæ loquutus ſit
ad me Dominus nocte.* Vbi Procopius: *Quan-
1. Reg. c.15. n. 16. quàm Propheta ſit, tamen Regem alloquutu-
rus liberè loquendi copiam petit.* Si enim in
terris ſuperiorem non recognoſcit, vt Re-
gius proteſtatur Pſalmiſta, aiendo: *Domine
tibi ſoli peccaui.* Vbi Ambroſius. *Tibi ſoli di-
xit, quia Rex erat, & alium non timebat.* Imò
& Chriſtus Dominus Phariſæum, à quo fue-
rat conuiuio exceptus, non niſi venia præ-
habita alloquitur, *Simon habeo tibi aliquid
dicere?* illoquè annuente, *Magiſter dic*, rem Luc. 7.
expoſuit. In quem locum rectè Ianſenius: n. 40.
Reprehenſurus (inquit) *Dominus Phariſæum,* Cap. 48.
qui ipſum inuitarat, non mox in illum inue- ſuæ
hitur, ſed hoſpiti ſuo ciuiliter deferens; priùs concor.
*dicendi facultatem poſtulans, paradigma
deindè proponit. Quæ in re exemplum ciuili-
tatis etiam viris eccleſiaſticis non negligendæ
reliquit.* Regum reuolue libros, ibique
edocearis, quomodò Regem corripias. Præ-
cidit Dauid Sauli oram chlamidis, ſed ſilen- 3. Reg.
ter: hoc eſt extrema quædam atque exterio- c. 20.
ra mala, & licet extrema, nullique ignota n. 35.
ferro ſecat latenti; ne populus Regem con- 1. Reg.
temneret. In parabolis Dauidi Nathan cri- c. 24.
mina obijcit. Suo in vulnere Achabo Regi n. 5.
medicamenta exhibet, quùm Rex Iſrael
contra legem Dei fędus pepigiſſet cum Ido-
latris; *Tunc vir quidam de filijs Propheta-
rum dixit ad ſocium ſuum in ſermone Domi-
ni. Qui percuſſit eum & vulnerauit: Abijt
ergo Propheta, & occurrit Regi in via, &
mutauit aſperſione pulueris os, & oculos ſuos.
Cumque Rex tranſiſſet, clamauit ad Regem,
& ait: Seruus tuus egreſſus eſt ad prelìandũ
cominus. Cumque fugiſſet vir vnus, addu-
xit eum quidam ad me, & ait: Cuſtodi virũ
iſtum. Qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua
prò anima eius; aut talentum argenti appen-
des. Dum autem ego turbatus huc, illucque
me verterem, ſubitò non comparuit. Et ait
Rex Iſrael ad eum: Hoc eſt iudicium tuum,
quod ipſe decreuiſti. At ille ſtatim abſterſit
puluerem de facie ſua, & cognouit eum Rex
Iſrael, quod eſſet de prophetis. Qui ait ad
eum: Hæc dicit Dominus: Quia dimiſiſti vi-
rum dignum morte de manu tua, erit anima
tua pro anima eius.* Regem modò corrigere
non prohibèris, dumodò modum adhibeas
prophetarum. Auidas cum teneat aures
Princeps, vno percipit verbo, quæ prolixo
orationis munere non intelligit populi tur-
ba. Hinc Paſtores multitudine obſtrepente XVII
Angelorum ad præſepium vocantur, vt Populus
Verbum agnoſcerent Incarnatum: Reges quomodò
verò ab Oriente muto ducuntur aſtro: quia corrigẽdus.
ruſticana familia verborum ducitur mur-
mure, & viſibilibus manuducitur ſignis;
vnde non ſatis reſonans ſymphonia Cælo-
rum, datum illis eſt ſignum, *Hoc vobis ſignũ:
inuenietis infantem pannis inuolutum, &*

poſi-

poſitum in præſepio. Reges verò ſtella muta
Luca 2. ducit, & nutus ſuperabundat, vt ſpreto imperio, non ſine vitæ diſcrimine, tanquàm aduenę, & peregrini in terra aliena ab oriente Hieroſolymam veniant. *Eccè Magi ab Oriente venerunt Hieroſolymam: dicentes, Vbi eſt, qui natus eſt Rex Iudæorum? Matth. 2. Vidimus enim ſtellam eius in Oriente, & venimus cum muneribus adorare eum.* Sed vndè ad idem Verbum, propter eundem finem, vna iubente cauſa Ruſticis vocatis & Regibus, non vnus vocationis eſt modus? Conditioni perſonarum legatus ſe accomodat. Accedens ad Principem, regali vtitur idiomate: pauca loquitur, ſigla vtitur, arbitrarios characteres pingit, vt ipſe ſolus intelligat; Aggrediens autem populum, varijs loquitur linguis, vt vnuſquiſquè intelligat, & vbi ſermo non ſuadet, clamor impellit, ſigna cogunt, violentia perficit. Ad Reges facturus verba, *Paryſatis* matris Cyri, & Artaxerſis monitum ne prætereas; *Cum Regem admoniturus es, byſſinis vtere verbis.* Plutar. *in apoph.*

XVIII *Vbi, quādo facienda correctio.* Dulci eloquio tempus non diſcrepet opportunum: Loco enim ſtare nequit occaſio. Vt in caſtris, armorum ſtrepente murmure legum non reſonat concentus; ita in aula Sacerdotum diſſonat chorus. Faciliùs namq; in pretorio Petrus negat Chriſtum, quàm Prętor confiteatur Petrum. Cœlum expecta Serenum, Abigail veſtigia ſequens. Temulentum non corripuit Nabal, nec iram da-
1. Reg. c. 25. uidis indicauit *vſquè mane. Diluculò autem cum digeſſiſſet vinum Nabal, indicauit ei vxor ſua verba hæc &c.* Et ſi inter te, & ipſum ſolum fraterna imperatur correctio; Regiam inuolue figuris; muta reſonet lingua; correctionem legat, corrigentem non audiat. Exemplum exhibet Angelus, in Baldaſſarum ſcribit in pariete; nube tamen celat caput, licet de Cœlo miniſter veniat. Et ni tu, quàm Angelus maiora præſumis, XIX
abſquè larua ne ad Regē correcturus accedas. Audiet, ſed inter Symphonias, & choros. Sermo tuus ſpecialiter neminem lędat; de vitijs generalis ſit diſputatio. Nemo tibi iraſci potuerit, niſi velit ſeipſum accuſare. Quòd ſi non audiant? Sibi imputent. Cauſā regiæ poteſtatis cum è regalibus ſedibus venerit, ſupernis eſt applicanda iudicibus. Si quidem è cœlo petita, ſoli Deo debet innocentiam. Cæſar ciuili cecidit mucrone confoſſus, quia li- XX
bellum inſidiarum indicem ab obuio quodam porrectum, legere recuſauit. *Sueton. in Caſ.* Hoc eſt vitium vitij. *Erubeſcimus diſcere bonam mentem.* Vel vt ait Plinius *lib. 13. c. 3.* Quòd qui odorem gerit, ipſe non XXI
ſentiat. Vel quod vitia in naturam venerint. Malitia nos teneat; & diù in poſſeſſione noſtri ſit. Facilè quiſquis aliena cognoſcit; quemadmodùm tranſeunte fœmina, odor inuitat etiam aliud agentes. Non eſt tamen tanti amanda aliena correctio, vt dum alium quæris, teipſum perdas. Satis, ſi cum Diogene, inter tenebras lucernam accendas. Namque dum hominem quæris, ſaltem plurimas beſtias offendes. Has ne lædas, caue. Feras, manſuetas facies, blandiendo, mulciendo, ca- XXII *Muſicæ vis.*
nendo. Harmonia, quæ eſt angui nocentior, cantu ſerpentes excantat; & Sarcinas veritatis de longè affert, quæ ſolùm dulci peſte Regum afficit aures.

L I B E R X X I V.

C A P V T P R I M V M.

PHILIPPVS PRIMVS

OCCIDENTIS IMPERATOR XXIV.

1 Philippus tutor datus à fratre filiò & imperio 3. fidus ſeruat imperium nepoti. 4. hieroglyphicum. 7. geneſis. 8. abſolutus ab excomunicatione per Epiſcopos, iterum excomunicatur à Papà 9. Brunſuicum obſidens à S. Authore repellitur. 10. placat Papam data Maria filia in coniugem nepoti Pontificis. 11. filia. 13. occiditur.

2 Imperij primum eſt, ſibi imperare.

1 Henricus VI. moriturus imperium, & filium ſuum *Fridericum* II. quinque annorum puerum, fidei *Philippi* fratris ſui commendauit. Hi fratres mutuo ſe inuicem amore, ac fide proſequentes, nec morte ſunt ſeparati: Fato enim, ſublato *Henrico* poſtquàm iuſta *Philippus* Panormi in Sicilia perſoluit, adducto ſecum teſtamento *Henrici*, & *Friderico* nepote ſuo, in Germaniam profectus, Imperij proceres ſuæ promiſſionis admonuit, ſibiq; dum puer adoleuiſſet, imperij adminiſtrationes ſuſcepit, ac ius maieſtatis diligentiſſimè tutatus, grauiſſimum Romani Pontificis odium ſuſtinuit, vt fidem fratri ſeruaret. Cumque filiarum filijs imperium transmittere poſſet, vnam prætulit fidem; in eo ducens ſtare Maieſtatem imperij, vt

II ſibi primùm imperaret. Hinc videre eſt in Hieroglyphico, *Philippū* pedibus illecebras calcare *Senſus*, & libidinem præmere voluptatis humanæ, quę in proauis ſeneſcentibus gliſcit, vt glorioſè reuireſcant in poſteris. Ab hiſce affectibus ſi quem immunem inueneris, non hominem dicas; Pſalmiſta iubet. *Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero*. Pſal. 18.

Fides Philippi erga nepotem.

Amor erga ſuos quantus ſit

ALLVSIO AD HIEROGLYPHICVM.

I.

III *RAra auis in terris, albaq; ſimillima coruo*
Cum queat impunis frangere nolle fidē.
Quod ſi cui potius ſit Ius, quàm dira cupido
Regnandi, non eſt rarior vlla fides.
Fortior hic ſeſe, generoſo, more Philippi,
Illecebras calcat, deliciaſque pede.

II. Io: Franc. Franz. S. Th. D.

IMperij ſi ſceptra tibi ſunt regia Cæſar,
Alterius culpa pax tibi cara deeſt.
Hoc fatum cōmune tamen, propriumq; regentū,
Qui gentis ſordes, & ſcelus omne luunt.
Nec tibi ſit dirum Cæſar, ducaſque moleſtum,
Si alternas maculas diluis innocuus.
Omnis enim Princeps, vt Bos, fert tergore cōcā,
Quā tabe gens vitiat, crimina cūcta lauās.
Nunc merito exultet priuatæ tempora vitæ,
Qui ducit, regni nam graue neſcit onus.

III.

CVr tot bella ſtruit cōtrà, Bellona, Philippū?
Obruere Imperiū tot vel in Arma, cupit?
Moribus, & Studijs, Virtutes colligit omnes;
Strenuus, & Sapiens, Iuſtus & ipſe Pius.
Culpa nempè caret ſi Rex, Quæ cauſa malorū?
Alter ſi peccat, num Reus Alter erit?
Dedita flagitijs Gens toto ſubdita Regnò,
Excitat in Regem, quæ ſibi damna meret.
Plenū geſtat aquis humero duodena Lebetem
Turba Boū: Hoc Quiſquis Rex quoq; ſumit onus.
Sumit, & inficitur Populorum ſordibus; Illi,
Cūq; lauātur aquis, Rex maculatur aquis.
Dat Deus haſce vices: Populi Rex Crimina portat;
Dauidis, & Culpas, Natio tota tulit.

M. Ant. Moles Neap.
S. Th. D.



PHILIPPVS PRIMVS.

OCCIDENTIS IMPERATOR XXIV.

Sal. An. 1198.

Huc Reges etiam peſſimi.
vt recedatis Optimi, inſpecto *Friderico*.
Trimo in infante *Ænobarbi* vagit ambitio,
cui Europa minor.

VI. *Philippus tutor datus ab Henrico VI filio, & imperio.*

Sons vel infans tutorem accipit & curatorem,
Philippum patruum,& patrem:
Quo meliorem toto in Orbe Reſpublica non inuènit,
cui committeret patrem Orbis.
Tutela,quæ debet eſſe in capite libero,
Omnes inuenit ſeruos, præter *Philippum*,
Eum natura ſeruauerat, vt ſeruaret homines.
Volente itaque Cœlo, Cœleſtino nolente,

VII. *Philippus hoc vno delicto tenebatur quod eſſet ex ſtirpe Aenobarbi.*

Contra *Clauem* clauum tenuit Imperij.
Alienam in eo cum carperent nequitiam,
portauit filius iniquitatem patris.

VIII. *Abſolutus ab excommunicatione, per Epiſcopos, à Papa denuò alligatur.*

Bis ſolutus ab Epiſcopis, bis à Pontifice religatus,
Othonem proximum procum habuit Imperij.
Cumquè duo contenderent, neutrius fuit.

IX. *Brunſuicum obſidens à S. Anthore repellitur.*

Sancti pugnare potuerunt aduersùs Philippum,
non *Othoni* tradere imperium.
Vna procunctis fuiſſet concordia fratrum. 1200.
Quot hoſtes fuerint Philippo? Si quæris 1207.
Cœlum ſuſpice, Eccleſiam reſpice.
In qua *Innocentium* nequijt placare innocentia
Niſi cum in mari Piſcatoris *Mariam* proiecit.
Maris Domina fuit hæc Venus,
cum annulum a Piſcatore recepit,
& arrham recepit ab ara.
Auſpex, pronuba, filia, vxor

X. *Oblata filia Maria in coniugem nepoti Pontificis ſ placatus eſt Innocentius, nec amplius repetijt Petri patrimonium.*

Adduxit marito pacem, imperium patri,virum ſibi.
Dedit paraphrenalia Petrus,
& ſine patrimonio relictus,
quùm Cęſar,& Pontifex diuiſerunt veſtimenta eius.
Nouum pugnæ genus
Bellis obijcere bellas
& Martem exarmare Venere.

XI. *Quatuor filias habuit Philippus, quarum coniugijs hoſtes placauit, & amicos fecit.*

Verè pater Orbis,
cum ab hoſte, filiarum victimis pacem redemit.
Nunquàm extinxit Bellonæ faces,
quin Hymenęo tedas accenderet.
Illex animorum,lex bellorum
Pugnas non tam in laboribus,quàm in delicijs numerauit.

XII. *Othoni filiã ſponſam dat, cum promiſſione futura ſucceſſionis in imperium.*

Iurgia omnia ſopiuit coniugio;
Pius aulicus impios aulicorum canones
ad ſanam doctrinam vertens,
diuidendo,imperauit,

XIII. *Othonis fratrẽ ſibi amicum fecerat.*

priùs hoſtes, ponè inter hoſtes imperium.
Vnaquè in ſede amicè locantur

Odium

Sal. Ann. 1198: 1208.

Odium; Maieſtas, & Amor.
Familiæ decoctor, poſtquàm & imperium liguriuit
vt *Othonem* placaret: alteri *Othoni*
quia thalamum non petijt, petitus ad tumulum
vitam humo, vindictam æmulo
dignitatis potiùs, quàm perſonæ reliquit.

XIII. *Occiditur ab Othone Vnitelſpachio, quia filiam Ducis Poloniæ in vxorē ei impetrare noluit.*

CATENA HISTORICA. CAPVT SECVNDVM.

1 *Philippi Imperatoris natalia. 2. vxor. liberi. 3. tutorio nomine Friderici. II. Imperium ſuſcipit. 5. odioſus Innocentio III. Papæ. 6. abſoluitur ab Epiſcopo Sutrino, reprobante Papa. 7. eligitur Imperator à principibus Papa reclamante. 10. Aquiſgranum munit. 13. vincitur ab Othone. 14. curat Luipoldum VVormatienſem eligi Epiſcopum Moguntiæ. 16. filiarum nuptijs regnū firmat. Brunſuicum obſidens, obſidionem ſoluit timore Sanctorum. 17. diminuitur eius factio ob Boemorum tumultum. 20. mouet in Thuringos. 13. Ducem Bohemiæ Regem creat. 17. Theobaldum puerum, depoſito Odoacro, Regem creat Bohemiæ. 22. legem fert de diffidamentis. 28. Othonem vincit. 30. abſoluitur à legatis Papæ contra Papæ mandatum. 31. Brunonem laxat: iterum carceri tradit. 32. ad Papam remittit. 38. filiam dat ſponſam Richardo nepoti Innocentij III. Papæ. 39. filiam dat ſponſam Othoni æmulo ſuo. 40. mouere in Canutum Regem Daniæ decernit. occiditur. 43. vbi ſepultus. 44. epitaphia, ſimbol. 45. cauſa ſupera eius necis, quia primus Eccleſias tradidit in manibus tyrannorum.*

2 *Irenes Alexij Imper. filia, vxor Philippi Imperatoris. 43. moritur audita morte Philippi.*

4 *Innocentius III. Papa Longobardorum fœdus improbat. 5. odio habet Philippum Imper. 6. Ep. Sutrinum deponit, quia eius exceſſit mandata. 12. Othonem confirmat: 13. neminem conſecrat, ni prius pro Othone iuret. 14. improbat electionem Ep. Moguntini in odium Philippi. 15. mandat deponi Adulphum Ep. quia Philippum coronaſſet. 27. ſcribit ad Othonem, vt deponatur Adolphus Colon. 30. legatos mittit in Germaniā ad componendam pacem. 36. docet Balduinum Regem Imperatorem de præcellentia ſacerdotij. 38. acquieſcit coronationi Philippi Imper. quia nepoti ſuo Richardo filia daretur Imperatoris. 38. Petri non repetit patrimonium, vt nepotis acquirat.*

4 *Præfectus Romanæ vrbis poculo aureo donatus, quia iurauit præfecturam accipere de manu Papæ.*

6 *Pena legati excedentis mandata.*

7 *Bertoldus Laringenſis eligitur Imperator: renunciat electioni: auarus.*

8 *Conradus & Bertoldus Eginonis de Vrach vouent clauſtrum ingredi, & cur?*

9 *Otto filius Henrici Leonis dum in Anglia degit, Imperator eligitur. 10. Aquiſgranum capit. coronatur. 11. ad Pontificem ſcribit. 12. confirmatur à Papa. eius factio augetur. 28. vulneratur, & vincitur. 30. legatos Papæ improperat, quia contra mandatum Pontificis egiſſent. 39. filiam ducit Philippi Imper. cum pacto de futura imperij ſucceſſione.*

9 *Curia Romana fouet diſſidia inter Philippum, & Ottonem Imperatores.*

10 *Adolphus Colon. Archiep. Ottonem coronat. 24. deficit ad Philippum, eumque coronat. deponitur. 32. aliquibus prædijs donatur.*

17 *Virga vim patiens, non inquinatur.*

17 *Hermannus Landgrauius Thuringiæ Othoni adheret. 20. Philippo Imper. reconciliatur.*

17 *Odoacer Rex Bohemiæ diuortit ab vxore. Imper. Philippo rebellat. 20. fingit ſe reconciliari cum Imper. vt fugiat. 21. expoliatur à Theobaldo.*

17 *Lippoldus Moguntinus Thuringiam vaſtat.*

18 *Henricus Palatinus frater Othonis ad Philippum deficit. 43. occidit Othonem VVitelſpachium.*

20 Otto

20 *Otto Palatinus de VVittelſpach Bohemos inſequitur. 40. innocentem occidit: ei negãtur nuptiæ filiæ Philippi Imper. 41. poſcit filiam Regis Poloniæ. 42. cur occiderit Philippum Imper.*

23 *VVillelmus comes Iuliaci deficit ab Othone ad Philippum. trahit ſecum Adolphum Archiep. Colon. 24. deponitur.*

26 *Bruno Brunenſis eligitur Archiep. Colon. 29. capitur, carceri traditur. 32. liberatur, Eccleſiæ remittitur ſuæ.*

33 *Venetorum victoriæ in Syria.*

34 *Balduinus Imperator humilis. 35. ſuperbus iubet Patriarcham iuxta pedes ſedere in ſiniſtra. 36. tumidus reſpondet, & ſe præfert Romano Pontifici.*

37 *VVolfgerus Patriarca Aquileien. legatus ad Pontif. pro pace Germaniæ.*

37 *Geboardus Magdeburg. legatus ad Papam.*

P H I L I P P I O R T V S.

I EX *Friderico* Ænobarbo Imperatore, & coniuge *Beatrice* naſcitur Philippus germanus frater *Henrici. VI.* Imperat.

Vxor, & Liberi.

Vna illi fuit *Irenes* filia *Alexij* Imperat. Conſtantinopolitani, (alij dicunt, ſororem, & filiam *Iſaacij* Imper.) cum quà nuptias celebrauit An. Sal. 1197. Auguſtæ Vindelicorum. Erat Vidua *Rogerij* filij *Tancredi* Regis Siciliæ. Ex qua natæ ſunt Philippo quatuor filiæ. I. *Chunigunda*, quam Vvenceslao Ottocari Bohemiæ Regis filio vxorem dedit. II. Ethiſſa, quam *Henrico* duci Brabantiæ, poſtea ad Regiam in Hiſpania dignitatem euecto, in vxorem dedit. III. *Maria*, Innocentij Papæ ex fratre nepoti, *Ricardo* Comiti Thuſciæ. IV. *Beatrix* Ottoni Saxonum Principi, qui poſt *Philippum* imperauit, elocata.

II

Imperium.

III *Henrico* fratri cum iuſta peregiſſet *Philippus*, adducto ſecum *Henrici* teſtamento, & *Friderico* nepote (quem in tutelam moriens dederat Imperator) in Germaniam profectus eſt, atq; proceres Imperij, promiſſis, & iuramenti præſtiti erga *Fridericum* Henrici ſucceſſorem & filium admonuit, ſibique interim, dum puer adoleuiſſet, vt erat teſtamento diſpoſitum, adminiſtrationem imperij concederent, cum & penès ſe imperij teneret inſignia. Itaque Natalitia domini Haganoæ celebrantem multi Epiſcopi, ac Principes adierunt; & Argentinæ Epiſcopo moderante conſilia Rex declaratur; Sexto inde Idus Ianuarij Cæleſtinus Pontifex migrauit è vita. Cui *Lotharius* Anagninus Canonicus regularis doctrina, ac prudentia præſtans ſufficitur nomine *Innocentij III.* Is miſſis litteris ad Chriſtianos Principes de electione Sua; Epiſcoporum & Conſulum ciuitatum Etruriæ (qui audita *Henrici* morte aduersùs *Philippum* tuendæ libertatis gratia fędus percuſſerant) ſocietatem improbauit, quia nec vtile, nec honeſtum eccleſiæ eſſet. *Immo (inquit) cum ducatus Thuſciæ ad ius, & dominium Eccleſiæ Rom. pertineat, vt priuilegijs contineri perſpeximus, nullam eos inter ſe ſocietatis nomine fœderis facere pactionem oportuit, niſi ſaluo per omnia iure, atque auctoritate Romanæ Eccleſiæ.* Conſecratus inde viij. Kal. Martias *Petrum* Vrbis Præfectum aureo donauit poculo in teſtimonium amoris, quia is publicè iuraſſet ſe ei, & ſucceſſoribus eius, & Romanæ Eccleſiæ fidelem contra omnes homines fore, & inueſtituram ab eo præfecturæ per manum recepiſſet; atque in manibus eius ligium hominium feciſſet. Miſſis poſtea in Germaniam legatis aduerſus *Philippum*, parum gratus erat iſte Pontifici, ob veteres ſimultates *Friderici Ænobarbi* cum Pontifice, ne *Philippum* eligerent; improperans ei, quæ *Henricus* frater, & parentes crudeliter peregerant in Eccleſiam. Excommunicationis ei obijciebat ſententiam. Nam cum in Tuſcia gereret principatum, dicebatur à *Cæleſtino* excomunicatus fuiſſe. Miſit etiam Epiſcopum Sutrinum repetitum vades Apulos, quos olim frater ipſius *Henricus* Imperator iuſſerat exoculari. Remiſit eos protinùs *Philippus*: quos Papa vt magis odioſum *Philippum* redderet, comites illos cæcos, & viros nobiles Romana expoſuit in curia, vt crudelitatis Germanicæ exprobraret exemplum. Anathematis etiam abſolutionem quam humilis *Philippus* expoſcerat, in odium pœnitentis retorſit; quem publicauit abſolutum, vt argueret excommunicatum. Imo Sutrinum Epiſcopum, quia excedens fines mandati, *Philippum* abſoluerat, epiſcopatu priuatum in quandam inſu-

Papa iura Eccleſiæ tuetur.

IV *Cæleſtini Papæ mors. Fœdus Lõbard. dãnatur à Papa Innocentio.*

V *Diſſidiã Innocentij cum Philippo.*

VI *Papa Sutrinũ deponit.*

Sal. An. 1198. inſulam maris relegauit, vbi incluſus monaſterio feliciter vitam finiuit. Principibus tandem Germaniæ per legatos impoſuit

VII Mandat eligi aliū Cæſarem. nouum eligere Regem, quia ſe & Pontificiam dignitatem potiùs vel cum Italiæ clade in diſcrimen poſiturum, quàm *Philippo* Imperium conceſſurum. Qua voce perculſi nonnulli Principes ſententias à

Bertoldus Laringia Imper. *Philippo* inflexerunt in *Bertoldum* Laringiæ Ducem, Principem prædiuitem, ſed ſordide auarum, & flagitioſum; eumque die 1. Martij. Anno 1198. Coloniæ Imperatorem declararunt. Ex aduerſo *Philippus*, eos, qui ſibi ſtudebant (videlicet ducem Saxoniæ Bernhardum, Albertum Marchionem Miſniæ, Bohemiæ Regem, & Ludouicum Bauarum) conuenire Mulhuſij in Thuringia; die 8. Martij iuſſit, vbi etiam Imperator electus eſt. *Laringenſis* cum ſe imparem fore *Philippo*, ſi res veniret ad arma, intelligeret, ſua ſponte oblatum repudiauit imperium, & ad *Philippum* veniens, ei fidelitatem iurauit, nè honoris libidine diuitiarum ageret iacturam. Nepotes autem ſuos, quos vades Colonienſibus pro expenſis obligauerat, non abſoluit. Vnde plurimi ne perirent in vinculis, ſeipſos redimerunt: vt Conradus & Bertoldus filij Egenonis comitis de *Vrach*. Quo-

VIII rum *Conradus* fuit poſtea Abbas Ciſtercienſis, & Romam translatus Cardinalis S. Ruffinæ. Alter verò *Bertoldus* fuit Abbas in *Luzirach*, nam in periculo conſtituti ambo Deo repromiſerant clauſtrum ingredi, ſi libertati donarentur.

Cum autem Colonienſes, & Argentinenſes viderunt fruſtrari deſiderio ſuo, miſerunt nuncios *Albertum* videlicet *de Tagisburg*, & *Deliuingen* comites in Angliam,

IX vt indè aduocarent *Ottonem* Filium *Henrici Leonis*, qui viribus fortis, ſtaturà procerus, & amicorum ac conſanguineorum tutela validus præcipuè *Richardi* Anglorum Regis, qui erat auunculus eius, imperium ſumeret aduersùs *Philippum*. Fa-

Otto IV. Imper. uebat *Ottoni* Pontifex *Innocentius III.* & Curia Romana non modicum exigebat prouentum. Vix enim Epiſcopatus, ſiue dignitas Eccleſiaſtica (*verba ſunt continuatoris ad Vſpergen.*) vel etiam parochialis Eccleſia, quæ litigioſa non fieret, & Romam deduceretur cauſa, ſed non manu vacua, quaſi hominum iniquitas, & Principum diſcordia curiæ non diſpliceret Romanæ, ſed precium eſſet, & immenſi vectigalis diligentiſſimus quæſtor.

Electi Reges properarunt vterq; , vt ſedem occcupet Aquiſgrani. Sane *Philippus* prior oppidum illud obtinuit, & locato præſidio ſub imperio *VValrani* filij Ducis de Limbur; & H. Dapiferi de VValburg abſceſſit. Superuenit poſtea *Otto* cum Colonienſibus, & obſederunt ciuitatem. Cumq; concluſi reſiſtere non potuiſſent, acceptâ perſonarum ſecuritate, ciuitatem dederunt. Vbi *Adulfus* Archiep. Colonienſis auctoritate Pontificia Ottonem coronauit in regem: & Coronatione peractâ ad Innocentium Rom. Pontificem ita ſcripſerunt.

Ann. 1199. X Aquiſgranum obſidetur.

XI

Sanctiſſimo Patri ac Domino Innocentio, ſacroſanctæ Romanæ Sedis Summo Pontifici, Principes & Barones Alemanniæ, Clerici & Laici, debitam in Chriſto reuerentiam & ſinceritatem obſequij.

CVm placuiſſet ei, qui aufert ſpiritū Principum, & magnus & terribilis eſt ſuper Reges terræ, Dominum Henricum Imperatorem de medio auferre, neceſſarium nobis fuit viſum, de ſubſtituendo Rege tractatum & colloquium habere. Conuenimus ergò ſæpiùs, & miſerias & oppreſſiones, quas hactenus ſuſtinueramus, recenſentes, per vniuerſos regni ..... animos noſtros erexiimus, & quid honori Eccleſiæ Dei, & paci ac quieti ſubiectorum expediret, deliberantes, nunc vnum, nunc alium quaſi finaliter eligere putábamus. Verùm quia non eſt prudentia, non eſt potentia, non eſt conſilium, niſi per Deum, placuit ei, qui Abrahæ filium immolare volenti victimam prouidit, & Dauid fratribus iuniorem de poſt fœtantes accepit, atque Matthiam ex diſcipulorum numero ad ſortem Apoſtolatus elegit, Sereniſſimum Dominum noſtrum Ottonem, quondam Henrici Ducis Saxoniæ filium, ad regimen Romani Imperij de terra peregrinationis ſuæ ex inopinato offerre nobis. Inuocata itaque Sancti Spiritus gratia, prædictum Dominum Ottonem, Chriſtianæ fidei cultorem deuotiſſimum atq; ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Aduocatum & defenſorem fideliſſimum, & iudiciariæ poteſtatis obſeruatorem iuſtiſſimum, de longa & antiqua Regum proſapia ex vtraq;

linea

Sal. An. 1198. *linea ſpecialiter editum ; ad Romani Regni faſtigium iuſtè & rationabiliter elegimus; & ſicut debuimus, ipſius electioni conſenſimus ipſumq; in Auguſtorum ſede à Carolo Magno apud Aquiſgranum huic dignitati deputata locauimus, & corona, & regni diademate per manum Domini Adolphi Colonienſis Archiep. ea qua decuit, ſolemnitate feliciter coronauimus.*

Nos autem Principes, qui iam dictum Dominum in Regem elegimus, fœuda noſtra quæ ab Imperio tenemus, à manu ipſius recipientes hominum ſibi fecimus, & fidelitatem iurauimus. Tanta igitur dignitatis munus excellentiſſimus Princeps diuina potiùs gratiæ, quàm ſuis meritis, adſcribens, primitias huius honoris afferens Domino, propria voluntate iuramento firmauit, in primis ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, deinde omnia Eccleſiarum iura bona fide ſeruare & manu tenere, & ſubiectos Imperij, exhæredatos maximè & à ſuis poſſeſſionibus violenter eiectos, in ſua iuſtitia pro poſſe iuuare & conſeruare. Prauam illam conſuetudinem inſuper, quam Imperatores anteceſſores ſui in occupandis rebus mobilibus vel ſe mouentibus decedentium Epiſcoporum vel Abbatum Principum hucuſque ſeruauerunt, penitùs extirpans, nos Eccleſiaſticos Principes ex hac indebita vexatione Regali beneuolentia liberos dimiſit, & decedentium bona ſuis ſucceſſoribus ſeruanda liberaliter ſtatuit.

Paternitati ergo veſtræ dignum ſupplicare duximus, quatenus fidem & deuotionem Domini noſtri Regis attendentes; merita quoque Illuſtriſſimi patris ſui Henrici Ducis Saxoniæ, qui ab obſequio ſanctæ Romanæ Eccleſiæ nunquam receſſit, memoriter tenentes, paci & quieti noſtræ & veſtræ, intuitu Dei & noſtri obſequij, prouidentes, ipſius electionem & conſecrationem auctoritate veſtra confirmare, & Imperiali coronatione armare, paterna pietate dignemini. Sanctitatem inſuper veſtram obnixè rogamus, quatenus Principes & barones, à iam rationabili electione diſcordes, Eccleſiaſtica cenſura ad concordiam reuocetis, & ab illicita fidelitate partis aduerſæ clauo ſancti Petri reſolutos, ad præſtandam Regi Domino noſtro fidelitatem & ſubiectionem, auctoritate veſtra compellatis. Vt autem à Domino Rege noſtro iura Romanæ Eccleſiæ (vt prædictum eſt) integra & illibata ſeruentur, nos in bona fide ſpondemus, & pro Domino Rege noſtro fide iubemus.

Ego Adolphus Colonienſis Archiepiſcopus elegi & ſubſcripſi.

Ego Berardus Paderbornenſis Epiſcopus elegi & ſubſcripſi.

Ego Thietmarus Mindenſis Epiſcopus elegi & ſubſcripſi.

Ego VVitichindus Condeienſis Abbas elegi & ſubſcripſi.

Ego Gerardus Tudenſis Abbas elegi & ſubſcripſi.

Ego Eribertus VVerdenſis Abbas elegi & ſubſcripſi.

Ego Henricus Dux Lotharingiæ, qui & Brabantiæ, Marchio Romani Imperij, elegi & ſubſcripſi.

Ego Henricus Comes de Kuke conſenſi & ſubſcripſi.

Quid reſcripſerit Innocentius ? legitur xii
in c. 34. *Venerabilem. de electione.*

INNOCENTIVS DVCI CARINGIÆ.

V*Enerabilem:* & infrà. *Inter cætera verò quidam principes hac præcipuè obiectione ſunt vſi, dicentes quæ Apoſtolicæ ſedis legatus aut electoris geſſit, aut cognitoris perſonam. Si electoris, in meſſem alienam miſerat falcem ſuam: & electioni ſe ingerens, principum derogauerat dignitati. Si cognitoris, abſente altera partium, videtur perperam proceſſiſſe, cum citata non fuerit, & ideo non debuit contumax iudicari:* & infrà. *Verum illis principibus ius & poteſtatem eligendi regem in imperatorem, poſtmodum promouendum recognoſcimus (vt debemus) ad quos de iure ac antiqua conſuetudine, noſcitur pertinere, præſertim cùm ad eos ius, & poteſtas huiuſmodi ab Apoſtolica ſede peruenit, quæ Romanum Imperium in perſonam magnifici Caroli à Græcis tranſtulit in Germanos. Sed & principes recognoſcere debent & vtique recognoſcunt, ſicut ijdem in noſtra recognouere præſentia quòd ius & authoritas examinandi perſonam electam in regem, & promouendum ad Imperium, ad nos ſpectat qui eum inungimus, conſecramus, & coronamus. Eſt enim regulariter & generaliter obſeruatum, vt ad eum examinatio perſonæ pertineat, ad quem impoſitio manus ſpectat. Nunquid enim ſi principes non ſolùm in diſcordia, ſed etiam*

in

Sal. An. 1200.

in concordia ſacrilegum quemcunque, vel excommunicatum in regem tyrannum, vel fatuum, hæreticum eligerent, aut paganum: nos inungere, conſecrare, ac coronare hominem huiuſmodi deberemus? abſit omnino. Obiectioni ergo principum reſpondentes aſſerimus, quòd legatus noſter approbando regem, & reprobando ducem, nec electoris geſſit perſonam, vtpote qui nec fecit aliquem eligi, nec elegit, nec cognitoris, cũ neutrius electionem quo ad factum eligentium confirmandam duxerit, aut etiam infirmandam. Exercuit autem denunciatoris officium, quia perſonam ducis eiuſdem indignam, & perſonam regis denunciauit idoneam, quo ad imperium obtinendum, non tam propter ſtudia eligentium, quã propter merita electorum: quamuis plures ex illis qui eligendi regem in imperatorem promouendum de iure ac de conſuetudine obtinent poteſtatem: conſenſiſſe perhibeantur in ipſum regem, & ex eo quòd fautores ducis abſentibus alijs & contemptis ipſum eligere præſumpſerunt, pateat eos perperam proceſſiſſe, cum electioni plus contemptus vnius, quàm contradictio multorum obſiſtat: & infra. Nos vtique non ducem, ſed reliquum reputamus & nominamus regem, iuſtitia exigente: & infrà. Quod autem cùm in electione vota principum diuiduntur poſt admonitionem & expectationem alteri partium fauere poſſimus, maximè poſtquam à nobis vnctio, conſecratio, & coronatio poſtulantur: iure patet, pariter & exemplo. Nunquid enim ſi principes admoniti & expectati vel non potuerunt vel noluerunt in vnum propoſitum conuenire, ſedes Apoſtolica aduocato & defenſore carebit: eorumque culpa ipſi redundabit in pœnam? Sciunt autem principes quòd cùm Lotarius & Corradus in diſcordia fuißent electi: Roman. Pontif. Lotarium coronauit, & ipſe Imperium obtinuit coronatus, eodem Corrado, tunc demũ ad eius gratiam redeunte. Eos igitur duximus commonendos, vt à præfato duce iuſto quidem à nobis iudicio reprobato recedant: & præfato regi non abnuant adhærere: niſi tunc demum contra perſonam vel factum legitimum quid ab his obiectum fuerit & oſtenſum: & infrà. Sunt enim notoria impedimenta ducis, ſcilicet excommunicatio publica, periurium manifeſtum, & perſecutio diuulgata, quam progenitores eius & ipſe præſumpſerunt in Apoſtolicam Sedem & alias Eccleſias exercere. Fuit quoq; à prædeceſſore noſtro excõmunicationis vinculo innodatus, quod poſtmodum recognouit, cum per nuntium ſuum abſolutionis beneficium poſtulauit. Vnde patet, quòd ipſe fuit excommunicatus electus: & infrà. Idem etiam contra proprium iuramentum, ſuper quo nec conſilium à ſede Apoſtolica requiſiuit ambitionis vitio regnum ſibi vſurpare præſumpſit, cum ſuper illo iuramẽto prius Romana Eccleſia conſuli debuiſſet. Nec valet ad plenam excuſationem ipſius, ſi iuramentum illud dicatur illicitum, cùm nihilominus ſuper eo nos priùs conſulere debuiſſet, quàm contra ipſum propria temeritate venire: preſertim illo exemplo quòd Gabaonitæ à filijs Iſrael per fraudem ſurripuerint iuramenta, ipſi tamen cognita fraude contra illud venire temerè noluerunt. Vtrum verò dictũ iuramentum ſit licitum vel illicitum, & ideo ſeruandum, an non ſeruandum extiterit, nemo ſanæ mentis ignorat ad noſtrum iudicium pertinere: & infrà. Inſuper ſi prædictus Dux Imperium obtineret, libertas Principum in electione periret, & Imperium obtinendi de cætero cæteris fiducia tolleretur: nam ſicut olim frater dicti ducis patri eorum, ſic dux ipſe fratri ſuo ſuccederet, videtur Imperium non ex electione, ſed ex ſucceſſione deberi, & in præiudicium principum redundaret, ſi nonniſi de domo ducis prædicti, videretur aliquis ad Imperium aſſumendus: & infrà. *Nobilitatẽ ergo tuam monentes, per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus à præfato duce recedas omnino, non obſtante iuramento, ſi quod ei ratione regni feciſti, cùm eo quantum ad obtinendum Imperium reprobato) iuramentum huiuſmodi non debeat obſeruari.*

Pontifex itaque conſtanter pro *Othone* vigilans, nullum Archiepiſcoporum pallio pontificali induebat, niſi prius prò *Othone* iuraret. Hinc Clerus paſtoris ſequutus veſtigia, *Othoni* fauebat. *Philippus* ſeculari ſublimatus faſtu, in temporalibus præualebat. Nec defuère etiam nonnulli Pontificum, qui neglecto Apoſtolici mandato, etiam palam *Othoni* contradicerent, & vſque ad vitæ periodum perſeuerare non timèrent. Quum verò *Philippus* copias ſuas cis Rhenum deduceret, ad Moſellam ei occurrit *Otto*, traiectum prohibens. Cecidere vtrinque multi, ſed ex Bohemis plurimi: præualuerunt Ottoniani, & tranſitũ interclusère. Fruſtratus ea XIII

Pro Othone Papa laborat.

Sal. An. 1200.

vice *Philippus* petentem Regem Bohemiæ (is cum Dux eſſet, regio titulo à *Philippo* ſublimatus eſt, vt coronatus procederet, & imperialem feret gladium) in ſua dimiſit.

xiv *Conteſtio de electione Moguntini.*

Conradus interea Moguntinus Archiep. Antiochià reuerſus mortem obijt. *Philippus* Moguntiam accurrit, vt *Luipoldum VVormatienſem* ſufficeret: factumque eſt, vt pro eo electores omnes vnà conuenirent, tribus tantum exceptis, qui arreptà occaſione ex Regis præſentia inſimulandi electionem, tanquã violentam, conuenerunt hi tres ſoli in oppido *Bingen*, vnum ex ſe eligentes, *Sifridum* nomine, *Albertum* dicit Krantzius, qui ad ſedem Apoſtolicam confugiens, in ſpiritualibus eſt confirmatus; *Luipoldus* verò imperialia militari manu tenebat.

xv *Adulphus deponitur.*

Præneſtinum Epiſcopum Papa delegerat, qui Coloniam veniens, Sifridum prætulit; & in *Philippi* iniuriam *Adulphum* Epiſcopum, prò eo quod *Philippum* coronauerat, depoſuit, ſubrogato *Brunone* Bunnæ præpoſito; qui tamen viuente *Philippo*, regalia non habuerunt.

xvi *Philippi filiæ.*

Quatuor filias cum ex coniuge ſua *Philippus* ſuſcepiſſet, quarum vnam deſponſauit filio Regis Bohemorum, alterã filio Ducis Brabantiæ, Regno præualuit.

Brunſuicum obſidet.

Contracto itaque exercitu Brunſuuicum (vbi *Henricus* Palatinus *Othonis* frater degebat) arctare cœpit ſed fruſtra *Henricũ* Cœlo propugnãte. Colunt in ea vrbe ciues *S. Authorem* Treuerenſem quondàm Archiepiſcopum, quem *Gertrudis Egberti* nouiſſimi Saxoniæ Marchionis ſoror, quùm monaſterium inſtrueret, multis vix precibus à Treuerenſibus impetrauit: ibique precioſo ſarcophago cum Thebæis martyribus collocauit. Hic Pontifex Treuerim ab Hunnis tutatus dũ vi viueret, ſuis precibus apud Deũ creditur vrbem, in qua nunc requieſcit, magnis meritis nunc quoque tueri. Vnde mos, quoties vrbs hoſtili vrgetur timore, circumferre reliquias, hymnis, orationibus, ieiunijs, & eleemoſinis eius ſuffragia depoſcere.

Soluit perterritus: xvii

In hac oppugnatione viſus eſt ſacrà veſte indutus in mænibus gladium vibrare nudatum; vnde Rex miraculo territus obſidionẽ ſoluit. Creuit interim *Othonis* factio; quùm *Odoacer* Rex Bohemiæ legitimà repudiatà coniuge, aliam de Hungaria duxit. Vnde commotus repudiatæ frater, *Theodoricus* Marchio Myſnenſis, vnà cum Duce *Bernhardo*, qui Regis *Philippi* familiares erant, ab eo impetrarunt, vt *Odoacro* adultero Regnum adẽptum, traderetur *Theobaldo* puero, *Theobaldi* filio qui Magdeburgi litteris incumbebat. Eam rem tulit Bohemus indigniſſimè, & *Hermanno* Thuringiæ Landgrauio fœderatus, in *Philippum* pariter verſi, ad *Ottonem* tranſierunt, à quo Northuſen, & Molhuſen idem *Hermannus* in beneficium accepit, immemor conſanguinitatis & iuriſiurandi, nam filius ſororis *Friderici* Imperatoris erat. *Philippus* autem armis *Lippoldi* Mogũtini Turingiam populatus, dum incendio, rapinà cuncta profanat; Bohemi non longè militantes, quod ſupererat, euerterunt. Sexdecim Eccleſiæ conuentuales tàm virorum, quàm mulierum, cum parochijs CCCL. à Bohemis deſtructæ ſunt, & cum cæteris mobilibus ipſa Eccleſiarum ornamenta à ſceleratis inquinata fuere. Vidères illic peſſimum quenque pro ſubucula albam, pro cingulo ſtolam, pro chlamyde caſulam geſtare: pallas altaris equis pro velamento induere. Et quod ſine gemitu dici non poteſt, religioſas & Deo nobiles dicatas fœminas, ad ſtrepas equorum ligatas, captiuas trahere, templa Dei non manu facta polluere. Inter quas nonnullæ hoc tormenti genere ad mortem vſq; vexatæ. Quid iſtas niſi inter martyres deputare poſſumus? Abſit enim à Chriſti fidelibus, vt eas ſponte à tam turpibus (dicam canibus) credant voluiſſe inquinari? Caro vim paſſa, proculdubio ſperamus, quod ſpiritu reluctante, anima Deo dicata inuiolata permanſerit. *Arnoldus in Chron. Slauorum. Krantzius Saxon. 7.*

xvii. *Hẽricus Palatinus Rheni deficit ad Philippum.*

Quieuit paululum *Philippus*, nam iterum collectis copijs in Brunſuuicum mouet. Accurrit *Otto*, cuius in caſtris erat *Henricus* Palatinus Rheni, in quem indignatus *Philippus* minatur, ni relicto *Ottone* ſe ſequatur, Palatini dignitatem ſe in alium collaturum: non diutiùs paſſurum, vt ſuis ab illo viribus oppugnetur. Mouit *Henricum* tantæ rei comminata iactura, vnde ad fratrem verſus ita alloquitur. *Frater, ego quidem tibi ſeruire dupliciter teneor, iure ſanguinis, & Maieſtatis. Vt verò tibi ſincera fide ſeruire poſſim, equum eſt grate rependas. Parum eſt quod ex te volo, vt quoniam vniuerſum Imperium iam prope tibi paret, exile fuerit, ſi*

cum

Sal. An. 1200. *cum Brunſuuico vrbe arcem mihi liqueris Lichtemberg, vt his munitionibus roboratus, omnibus aduerſarijs tuis circumquaque reſiſtam*. His auditis *Otho* non ſine indignatione reſpondit: *Sine frater, ne res difficiles in turbam voces: cernis quibus implicer laboribus, ac diffidijs. Fauerit Deus, non ſolùm quod poſcis, ſed grandiora dabo, modo quod inſtat, agamus. Hoſtis adeſt, cunctis armis occurramus: victores æquius iſta partiemur.* *Henricus* iam animo auerſus à fratre, niſi quod poſceret, illico permitteret, ex fratre hoſtem expectaret. Non potuit ea comminatio Regem flectere. *Henricus* cum copijs, xix Goslaria capta. multis collacrymantibus, ad *Philippum* tranſijt, *Otho* in Brunſuuicum redijt. Interim Goslarienſes multa à Brunſuuickcenſibus incommoda pertulere. Capiuntur mercatores, ſubuertuntur argentinæ caſellæ; cum & *Philippi* milites de arce Lichtenberg erumpentes in Othonianos excurrerent. Aberat *Otho*, cuius dapifer Guncelinus, domini abſentis partes adiuuare ſolicitus, coactis copijs arcem Lichtenberg obſedit, ſed quia munito caſtro, inutilis erat obſidio, exercitum in Goslariam vertit. Ea ſuis fiſa propugnaculis, cũ minus vigilaret, repẽtino capta eſt incurſu. Direpta ciuitas, exportata prẽda, ædificia, templa ſubuerſa, vſq; dum ciues datis obſidibus, vrbem ſeruarunt aduentui Regis. Veniens is collaudauit victoriam, ſed vt pietate populum deuinciret, ciues reſtituit, prædam multam reuehi iuſſit, ſic fidelem in poſterum habuit ciuitatem.

Parabat interea *Philippus* ſecundam expeditionem in Thuringos, & obſeſſo oppi- xx Philippus in Thuringos.
do VVizzenſe in vmbilico terræ, coarctauit *Hermannum*. In ſuppetias confœderatus venit Bohemus. Sed cum eſſet Orlemunde, cognitis *Philippi* viribus, non auſus conferre manum, doloſè contulit cum *Conrado* Marchione Landeſpergenſi, vt Regi reconciliaretur, verè autem vt eluderet arma *Philippi*. Non abnuit iſte: ſed quùm in expectatione res eſſet, Bohemus ſublatis ſignis, relictis caſtris, exceptà ferulà, quà Bohemi vti ſolent, fugam inijt: eum cum quadringentis viris *Othone* Palatino de VVittelſpach, vſque ad ſyluam perſequente, quæ *Behemer VVald* dicitur. *Hermannus* deſertum ſe cernens à Rege fœderato, in gratiam *Philippi* ſe per amicos retulit: veniensque in conſpectum, ſe ad pedes orans proiecit: Rex exprobratà illi perfidia, diù paſſus eſt iacère ſupinum: quùm à circumſtantibus rogaretur, leuabat, & in oſculum admiſit. Rex autem Bohemiæ ita ab æmulo, quem ei *Philippus* obiecit, afflictus eſt, vt vix illi dimi- xxi
dium Regni reliquerit. Interim ad vrbana conuerſus *Philippus* inter leges ab eo editas, clara illa eſt.

D E D I F F I D A M E N T I S. Anno 1201.

EOs, qui de cætero aduerſus aliquos iuſtam diffidationis cauſam ſe habere fingentes,
xxii *ipſos in locis, vbi domicilia non obtinent, aut ea communiter non habitant, intempeſtiue diffidant, declaramus, damna quæcunque per incendia, ſpolia vel rapinas diffidatis ipſis cum honore ſuo inferre non poſſe. Et quia patrocinari non debet alicui fraus & dolus, in præſenti conſtitutione in perpetuum valitura ſancimus, diffidationes huiuſmodi quibuſcunque dominis aut perſonis, cum quibus aliqui fuerunt in ſocietate, & familiaritate, vel honeſtate, quamuis amicitia conſeruati, ſic factas vel fiendas in poſterum non valere, nec licere prætextu diffidationis cuiuslibet quempiam inuadere per incendia, ſpolia vel rapinas, niſi diffidatio per tres dies naturales ipſi diffidando perſonaliter, vel in loco, in quo habitare conſueuit, publice fuerit intimata, poſſitque de intimatione huiuſmodi per teſtes idoneos fieri plena fides. Quiſquis ſecus quempiam diffidare & inuadere, modo præmiſſo non ſeruato, præſumpſerit, infamiam eo ipſo incurrat, & ſic nulla facta eſſet; quem etiam tanquam proditorem per quoſcunque Iudices pœnis legalibus ſtatuimus caſtigari.*

Inhibemus etiam & damnamus vniuerſas & ſingulas guerras, & lites iniuſtas, cuncta quoque iniuſta incendia, ſpolia & rapinas, indebita & inconſueta thelonia, & conductus, & exactiones pro ipſis conductoribus extorqueri conſuetas, ſub pœnis, quibus ſacræ leges præmiſſa, & eorum qualibet, faciunt puniendá.

Reuerſus ad arma, quanquàm impar viribus *Otho* videretur, exitu tamen prælij par ſæpè eſt inuentus, aliquot vulneribus exceptis, quùm ipſe manu promptus ſe ſe-

Sal. An. pugnantibus immiſcèret. Declinare viſa
1201. eſt fortuna, quùm *Otto* VVitelſpachius Bo-
XXIII hemum fugauit. VVilhelmus Comes Iu-
VVilhelmus Comes deficit ad Philippum. liaci, quùm partes diu fouiſſet *Ottonis*, auerſus cœpit litteris apud *Philippum* agere, & Colonienſem exhibere amicum, ſi ipſe reſtitueretur. Annuit Philippus, imò promiſit (ſi quod polliceretur *VVilhelmus* efficeret) ſexcentas argenti marchas annuatìm. Hiſce pactis *Adolphum* Colonienſem conuenit *VVilhelmus*. *Vides* (inquit) *quò res vergat: quid nitimur in flumen aduerſum? Philippo totus Orbis conſentit, nobilitas generis, morum probitas, rerum magnificentia prò eo reſonant. Ne reluctemus, quo fata tra-*
XXIV *hunt. Placeat tibi conſilium meum, vt Ottone relicto Philippum ſequamur.*
Philippus coronatur ab Adolpho Colon. Mouet *Adolphum* ſermo, & miſſis nuncijs, *Philippum Adolphus* Aquiſgrani conſecrat. Diſplicuit res plurimum Colonienſi capitulo & populo, vt exprobrarent Archiepiſcopo ſuo, *cur variaret?* Ipſum eſſe, qui *Ottonem* Summo Pontifici commendaſſet, nunc verſa ſententia ſine cauſa reprobaret. Eum itaque apud Pontificem accuſarunt; à quo Romam vocatus, vt infra menſem & dimidium obiectis ſatisfaceret, citationem neglexit;
Adolphus deponitur. excomunicationem irriſit. Deponitur tandem, & noua mandatur electio, vt ex Bulla ſequenti.

Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Venerabilibus fratribus Archiepiſcopo
XXV *Maguntino, & Epiſcopo Cameracenſi, & dilecto filio Scholaſtico ſancti Gereonis, Salutem & Apoſtolicam benedictionem.*

V*T Adolphus Colonienſis Archiepiſcopus incidat in foueam quam parauat, & intret impius gladius in cor eius, pertinax ipſius inobedientia, periurium iteratum & proditio vulgata depoſcunt. Ipſe enim nec Deum timens, nec reueritus hominem, nec Colonienſis Eccleſiæ dignitatem attendens, in offenſam Dei, Eccleſiæ Romanæ contemptum, & ſuæ ſedis diſpendium, à ſe iugum obedientiæ excuſſit, iuramentum ſemel ac iterum præſtitum violauit, & eum prodidit quem crearat. Sanè quum olim chariſſimum in Chriſto filium noſtrum illuſtrem Ottonem in Romanum Imperatorem electum coronaſſet in Regem, & fidelitatis ei præſtitiſſet iuramentum: apud nos multipliciter inſtitit, vt eidem Regi fauorem Apoſtolicum impendentes, ratum quod ipſe fecerat haberemus. Quumque multiplicatis interceſſionibus obtinuiſſet à nobis, vt in honorem ipſius Eccleſiæ Colonienſis Regis deferremus honori, cœpit in eiuſdem deuotione tepeſcere, ac manum ſuam ab aratro retrahens, occaſiones friuolas inuenire à nobis, nè quod plantarat irrigaret, quatenus citò areſceret planta eius, quum ſolicitudinem ſubtraheret manus plantatoris. Verùm quia neque qui plantat, neque qui rigat, eſt aliquid, ſed qui incrementum dat Deus: inualuit nihilominus per gratiam nouus palmes: & quum extenderet iam ramos ſuos & pullularet, vidit plantator inuidus, & inuidit, & non potuit diutius occultare virus ſuum: quia nequam mentem iniqua operatio reuelauit, & arbor agnita eſt in fructu. Commonitus igitur & conuentus iterum præſtitit iuramentū, quòd eundem regem nunquam deſereret, nec in partem alteram declinaret, ſed iuramentū ſtabilire non potuit mentem illam, quæ innata leuitatis vitio fluctuabat. Nos autem ſicut non de facili crederemus quòd vir præditus tanta dignitate ſic eſſet aduerſarius ſibi ipſi, vt quod fecerat, intenderet annullare: ne quid tamen noſtræ deeſſet ſolicitudinis, ad conſtantiam eum excitare volentes, & monitis & minis inſtitimus apud ipſum, & ſub quanta potuimus ei diſtrictione præcepimus, vt eidē Regi aſſiſteret, & ad promotionem eius efficaciter aſpiraret, cauens ſolicitè ne maledictionem pro benedictione acciperet, ſi illuſiſſe nobis tam turpiter probaretur. Ipſe verò non attendens, quòd ſicut obedientia victimis antefertur, ſic inobedientia idolatriæ comparatur, lora derumpens, in vitium inobedientiæ incidit: & contra præceptum noſtrum & proprium iuramentum, corruptus pecunia (ſicut fertur) dominum ſuum temerarius prodidit: & conuerſus in arcum peruerſum, nobili viro Philippo Duci Sueuiæ contra eum impudenter adhæſit. Et ne quid eius præſumptioni deeſſet, & ne culpa eius aliquo velamine poſſet palliari, nuper Aquiſgrani (vbi præfatum Regem antea ſolemniter coronauerat) memoratum ducem publicè coronauit: quamuis excommunicationis ſententiam incurriſſet, quam in Eccleſia Colonienſi coram multitudine copioſa, ipſo præſente ac gerente ſtolam ſacerdotalem in collo, & candelam in manu accenſam tenente, frater noſter G. Remenſis Archiepiſc. nunc Epiſcopus Præneſtinus Apoſtolicæ Sedis lega-*

Sal. An. 1201. *legatus, promulgauit in eos qui à præfato rege diſcederent, & parti alteri adhærerent. Vt igitur Colonienſes, qui noluerunt in malo caput languidum imitari, ſed in eiuſdem Regis fidelitate perſtiterunt firmius & perſiſtunt, expurgato fermento veteri (quod voluit tantam maſſam corrumpere) ſint noua conſperſio, ſicus ſunt azimi, nihil corrupsionis habentes, quum iuxta canonicas ſanctiones accuſatione non egeant manifeſta. Vnde nos, eius exemplo qui abſens corpore, præſens aut ſpiritu Corinthium damnarat abſentem, potuiſſemus in eum ſententiam promulgare: ad maiorem tamen cautelam, conſilio fratrum noſtrorum & tam Epiſcoporum quàm Prælatorum pluriū, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus, diſtrictè præcipientes, quatenus quum apud vos ſint iſta luce clarius manifeſta, dictum Archiepiſcopum, pulſatis campanis & accenſis candelis, ſingulis dominicis diebus & feſtiuis excommunicatum publicè nuncietis, & faciatis per omnes Eccleſias Colonienſes & vicinas diœceſes ſub ſolemnitate ſimili nunciari, ſuffraganeos & omnes vaſallos Colonienſis Eccleſiæ, tam clericos quàm laicos, abſolutos ab eius obedientia nunciantes. Quia verò ſi tantum ſcelus maneret inultum, quis de cætero poſſet impune obedientiæ vitium, periurij crimen ac proditionis facinus perpetrare: ſub eadem diſtrictione vobis præcipimus, quatenus (quum hæc nulla poſſint apud vos tergiuerſatione celari) vos eum authoritate noſtra ſuffulti, à Ponſificali officio ſublatum, cuiuslibet contradictionis aut appellationis obſtaculo remoto deponatis (niſi forſan infra menſem poſt factam à vobis denunciationem ad Sedem Apoſtolicam acceſſerit iudicandus) ijs ad quos electionis ius noueritis pertinere, Apoſtolica authoritate iniungentes, vt perſonam idoneam, quæ tanto congruat oneri & honori, ſibi eligant in paſtorem. Quòd ſi electionem contigerit aliqua fortè (quod abſit) conditione differri, ne bona Colonienſis Eccleſiæ poſſint interim deperire, alicui perſonæ honeſtæ ac prouidæ & potenti committatis adminiſtrationem illius. Quia verò illius Eccleſiæ tanto amplius zelamus honorem, quanto Clerum & populum eius deuotiores & firmiores ſumus experti, ne vnitatem eius aliqua ſciſſura corrumpat, ſi forſan ij ad quos electio ſpectat, non potuerint conuenire, præcipiatis eiſdem vt in aliquos viros idoneos conferant vota ſua, ad Sedem Apoſtolicam accedentes, cum conſilio noſtro: qui ad eorum concordiam, faciente Domino, dabimus operam efficacem, vt perſonam idoneam ſibi eligans in Prælatū.*

Eiecto Adolpho, *Bruno* Bunnenſis præpoſitus eius ſubrogatus eſt (vt ſupra diximus) & à Pontifice inſignia ſuſcepit. XXVI *Adolphus* autem vir nobilis magni generis, quæ foris erant, occupata tenuit. Pertentarunt multi animum *Innocentij*, vt ad *Adolphum* denuò inclinaret, minimè tamen præualuerunt. Decreta ille ſua conſeruabat, ſcribens Ottoni Regi ſequentia.

Innocensius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, XXVII
Chariſſimo in Chriſto filio, illuſtri Regi Ottoni, in Romanum Imperatorem electo,
Salutem & Apoſtolicam benedictionem.

SInceræ intentionis affectum, quem circa promotionem Regiam habuimus hactenus, & habemus, explicare nos literis non oportet, quum plenius hunc exponat effectus, & fidelius interpretentur mentem noſtram opera quàm ſcriptura. Sanè præter opinionem plurium & multorum conſilia, ſuſcepimus ab initio cauſam tuam, de cuius promotione omnes penè penitus deſperabant, & ſtuduimus efficaciter promoueri: nec te in articulo illo reliquimus, quo per obitum inclytæ recordationis Richardi Regis Anglorum auunculi tui videbaris ab omnibus derelictus. Licet enim non defuerant qui multipliciter nos tentarint, vt muneribus & promiſſis nos à propoſito tui fauoris auocarent, nec prece tamen, nec pretio, nec minis, nec alijs rebus poterant inflectere mentem noſtram, quin de die in diem amplius in tua dilectione ferueret, & ad tuam exaltationem propenſius aſpiraret. Quamuis autem neque qui plantat, neque qui irrigat ſit aliquid, ſed qui incrementum dat Deus, gaudemus tamen in eo qui dat omnibus affluenter: quia ei quod plantauimus & irrigauimus, incrementum benignus indulſit: ita vt granum ſinapis, quod mulier in horto ſuo legitur ſeminaſſe, planta noſtra in arborem magnam iam creuerit, in cuius ramis volucres cæli dante Domino in breui ſedebunt, & ſub cuius vmbra beſtiæ terræ quieſcent. Quum igitur Dominus dirigat greſſus tuos, & firmet de die in diem amplius regnum tuum: monemus ſerenitatem regiam, & exhortamur in Domino, quatenus quum tempus iam acceperis opportunum, opportunè ac importunè, vigilāter

& in-

Sal. An. 1204 *& inceßanter inſiſtas, vt bonum principium*
finis optimus ſubſequatur, & optatum com-
mune deſiderium noſtrum ſortiatur effectum.
Foueas in dilectione ac deuotione tua princi-
pes qui te fouent, vt alios melius ad tuæ ſe-
renitatis fauorem inducas: & dum tibi fauor
arridet, ad tuæ promotionis prouectionem in-
tendas: nec negligas in aliquo factum tuum,
ſed omni diligentia ſtudeas promouere. Sanè
ſperamus in eo qui eſt in ſe ſperantium forti-
tudo, quod ſi denuo profeceris, ſicut hoc anno
diceris profeciſſe, non erit qui tuo profectui ſe
opponat, vel diuinæ diſpoſitioni reſiſtat. Da-
tum Anagniæ xvij. Kal. Ian. anno Pontificatus
noſtri vj.

Poſt *Adolphum* paulatim alij Principes
XXVIII ab *Othone* ad *Philippum* defecerunt: inter
Otto quos Brabantiæ, & Lotharingiæ Duces, qui
victus. ſub D. Marci feſtum Confluentiæ *Philippo*
ſacramenta dixère. Poſt in Colonienſes
ductis copijs, obuium habuit *Othonem* cum
filio Ducis de Linburg, & *Brunone* Archie-
piſcopo. Acerrima pugna conſeritur: ipſo
tamen Duce ſegnius adminiſtrante prælium,
cecidere ex parte *Othonis* viri quadringenti,
multi capti: *Otho* ipſe vulneratus elabitur
cum Archiepiſcopo & Ducis filio, in Vaſ-
ſenberg ſe recipiens. Sed quum ibi ferendę
obſidionis locus non eſſet, noctu clam cum
Ducis filio ſe ſubduxit, Archiepiſcopo ibi
ſubſiſtente. Adſunt hoſtes poſtera die, &
hoſtem concluſiſſe rati alacrius obſident,
XXIX oppugnant, arcem expugnant. Captum
Bruno Archiepiſcopum in Herbipolim diuturnà
captus. captiuitate perducunt. Pontifex verò miſ-
ſis duobus Cardinalibus in Germaniam
Papæ componendæ rei causà, in Quedelenborg
Legati. conuentus agebatur Imperij. Priuſquàm
Krãtzius tamen Reges conuenirent, Cardinales apud
lib. 7. *Philippum* (penes quem difficiliores partes
Saxon. ſunt rati ſe reperturos) agebant, oſtenden-
tes ad pacem, pronam Pontificis voluntatẽ.
Satagenti ei mandatorum ſcrutari fines, di-
xere: ſi *Bruno* captus vinculis laxaretur, tum
XXX ipſum quoque *Philippum* excomunicatione
Philip- ſoluendum. Rex captiuum laxare nullo
pus ab- modo poſſe oſtendit, niſi Principum acce-
ſoluitur. deret conſenſus, præſertim *Adolphi*, qui
propter ſe ſuæ dignitatis patiebatur detri-
mentum. Cardinales tum, quo pacto in-
certum, metu an fauore, vel munere &
promiſſis flexi, *Philippum* abſoluerunt, non
laxato *Brunone*. Poſtea ad *Othonem* ſe con-
tulere. Sciſcitatur ille *quid apud Philippum*
inuenerint? Reſpondent, opus fuiſſe vt eum
vinculo excõmunicationis abſoluerent; Ex-
canduit *Otho*, & literis Innocentij, quas clan-
culò ſuper mandato Cardinalium recepe-
rat, prolatis, dixit: *Hæ oſtendent ſi mandati*
fines impleueritis. Erat enim ſententia Pon-
tificis, ſine libertate *Brunonis*, non laxandũ
Philippum. Erubuere Cardinales, & benè
eum ſperare iubentes, ad *Philippum* redeũt, XXXI *Bruno*
clamantes *Brunonem* omni pacto laxan- *laxatur.*
dum, alioquin oblatam euaneſcere abſolu-
tionem. Laxauit Rex *Brunonem* inuitus: &
paucis adhibitis, Reges deſcenderunt in
colloquium: ibi multis vltro, citroq; dictis,
cum ſine fine diſceſſiſſent, *Philippus Bru-*
nonem iterum captum, in Rodenburg iuſſit
obſeruari. Papa verò mandauit, vel laxa- XXXII
ret protinus, vel grauiora expectaret vin- *iterũ in*
cula. Soluit *Philippus*, & ad Pontificem *vinculis.*
Brunonem remiſit, vt ibi remaneret, donec
Adolpho prouiſio fieret: diſpenſatumque
tantiſper cum *Adolpho*, vt ducentas annuas
de teloneo Bunnenſi, tantumdem de Colo-
nienſi, & octo ſtipendia in ipſa ciuitate per-
ciperet. Quibus perfectis *Bruno* ad ſuam
eſt reuerſus Eccleſiam. Quieuit exinde Ger-
mania, belli potius oppreſſa pondere, quàm
pacis amore.

Circa idem tempus Veneti vnà & *Bal-* XXXIII
duinus Comes Flandriæ, Orientale expe- *Veneto-*
ditione ſuſceptà, mirabilia, Domino coope- *rum ex-* *peditio*
rante, edidere facinora. Quæ fuerint ex ſe- *in Oriẽ-*
quenti collige epiſtolà, quam Comes de *tem.*
S. Paulo miſit Bràbantiæ Duci.

Præcordiali amico ſuo H. Duci de Louanio,
viro nobili H. Comes S. Pauli, ſtatum pau-
perrimi exercitus Ieſu Chriſti nobilitati
veſtræ declarare deſidero.

NOuerit igitur Serenitas Veſtra, quod Ale-
xius filius Tirſaci quondam Impera-* * *Iſacij.*
toris Conſtantinopolitani, quem frater eius
propter ambitionem Imperij excæcauit, venit
ad nos apud Corfaut: ibique genibus flexis,
profuſis lacrymis, vniuerſitatem noſtram
exorans, quatenus Conſtantinopolim venien-
tes cum ipſo ei in auxilium præſtaremus, vt
ipſe auunculum ſuum, qui erga patrem ſuum
tantum ſcelus perpetrauerat, à regno per au-
xilium noſtrum expelleret, quod per ambitio-
nem ſibi vſurpauerat & iniuſtè poſſederat.

Super

Sal. An. 1204. *Super hoc autem fuit inter nos maxima diſſenſio & ingens tumultus. Omnes enim clamabant ire Accaron: pauci fuerunt pluſquam XX. qui Conſtantinopolim collaudaſſent, quorum fuit vnus Marchio, Comes Flandrenſis Comes Ludeuuicus, & alij quorum nomina ad præſens reticentur. Qui omnes toti exercitui oſtendentes manifeſte, quod via Ieroſolimitana erat omnibus inutilis & damnoſa, cũ ipſi eſſent inopes & victualibus imminuti, nec eſſet aliquis inter eos, qui milites ad ſtipendia & ſariantos ad ſolidum detineret, vel qui petrarios faceret protrahi, nec alia inſtrumenta bellica produci. Tandem vero vix nobis acquieuerunt, tali tamen conditione, quod apud Conſtantinopolim moram nullatenus facerent vltra menſem, niſi voluntate ſua propria morarentur. Reſponſum eſt eis, quod breuis manſio publicata non erat nobis neceſſaria, quia Græci nos minus formidarẽt, ſi breuis moræ ſpacium præſcirent: attamen impetrauerunt à nobis, vt de mora ſolius menſis eis ſecuritas præſtaretur in palam, & ita factum eſt. Quo facto iuuenis Imperator nobis promiſit, quod toti exercitui noſtro per annum victualia largiretur integrum, & quod X. millia militum ad annum S. terræ ſuccurſum adſumptus ſuos haberet. Promiſit enim quamdiu viueret, ad ſtipendia ſua ſe in terra ſancta D. milites habiturum, & quod Duci Veneti C millia marcarum argenti & totidẽ exercitui noſtro erogaret. Quibus compoſitis & communi vtilitate conceſſis, naues noſtras conſcendimus, dehinc ad portum Bucceania octauo die applicantes; ab eo loco C. leuea Conſtantinopolim vſque numerantur, à portu vero iſto vſque ad Conſtantinopolim per ſtrictum mare & velociter currens tranſitur. Inde per illud fretum nauigantes tranſiuimus Brachium S. Georgij, & per portum cœpimus ad firmam terram verſus Iconium, qui portus diſtat à Conſtantinopoli vna leuca. Ibidem ſtupuimus valde admirantes ſuper hoc, quod nemo amicorum, nemo parentum iuuenis Imperatoris, qui nobiſcum erat, ſeu aliquis nuncius eorum venit ad eum, qui ei ſtatum Conſtantinopolis declararet. Non mora, Imperator imperium tenens Duci Veneto, Marchioni, Comiti Flandrenſi, Comiti Ludeuuico, & nobis, nuncios ſuos deſtinauit. Nos vero ſecretum inter nos ineuntes conſilium diximus, quod Imperatoris nuncios nullatenus audiremus, niſi prius ſe ab Imperialis cathedra deponeret maieſtatis: aliter ipſum vel eius nuntios nequaquam auſcultaremus, nolebamus enim quod Græci muneribus attentarent, vel mollirent. Interim Imperatoris exercitus in littore nobis oppoſito paratus erat nobis tranſitum inhibere, oſtendens animoſitatis imaginem nobiſcum præliandi. Quod videntes, ad peccatorum noſtrorum cucurrimus confeſſionem, in Dei ſolum miſericordia confidentes: poſtea noſtras ordinauimus pugnas, deinde nos omnes armati intrauimus naues vſarias & galeidas, quæ vaſa nauigio apta CC. numero fuerunt, præter nauiculas & bargas. Cum vero Deo ducente vltra fuimus applicati, omnes Græci qui conuenerant, vt tranſitum nobis impedirent, ita Dei gratia à nobis elongarunt, quod aliquem eorum etiam volatu ſagittæ vix potuimus attingere. Inde perreximus ad quandam turrim fortiſſimam, quæ Galatha nuncupabatur, in qua firmabatur catena ferrea groſſa nimis, quæ poſita ſuper ligna tranſuerſa mare tranſnatabat, attingens vſq; ad muros ciuitatis. Catena illa portum ſeruabat, iuxta quam naues & galeidæ ciuitatis cum bargis erant, latere ad latus coniuncta, nobis introitum prohibentes. In turri ſiquidem ſæpedicta erant ſarianti Anglici, Piſani, Leueniani, Dachi, ad eam protegendam conſtituti, qui exibant turrim & introibant, ſicut & quando volebant, ad ſagittandum noſtros. Super turri autem illa locuti fuimus cum Duce Veneto viro prudentiſſimo & diſcreto, dicentes ei quod nullo modo poſſet capi, niſi per minitores & petrarias caperetur. Reſpondit nobis, quod iuxta catenam antedictam faceret naues ſuas protrahi, ſuas erigens petrarias cum inſtrumentis varijs ſuper naues: nos quoque noſtra faceremus ingenia erigi ſuper terram: ſic vndique turris obſeſſa Dei noſtroque auxilio de facili caperetur. Dum autem hæc proponerentur, ſarianti in turri latitantes noſtris gentibus ſagittando importunos faciebant aſſultus. Verum nonnulla vice in nos fecerunt ſalinationes,* quaſi forent acriter retromiſſi, & ſuorum damna multimode ſuſtinerent. Tertia vero die poſt tentoria noſtra ibidem confixa illi deinde exeuntes noſtris quibuſdam militibus & peditibus præter nos fecerunt inſultus. Petrus vero de Braieleul cum quibuſdam militibus & ſariantis armatus ſuperueniens, hic eos cum feſtino impetu*

* l. ſimulaciones.

atro-

Sal. An. 1204. *atrociter inuaſit, quod ei non potuerunt reſiſtere, nec ad turris refugium remeare: imo oportuit quoſdam eorum noſtris inſtantibus proſilire in mare, & ibi ſubmerſi fuerunt, quidam truncati, quidam vero retenti. Statim Deo mirabiliter operante turris abſque bellico inſtrumento capta, & catena rupta fuit. Mox ſiquidem nauibus ciuitatis retro abeuntibus, naues noſtra liberum portum habuerunt, & quoſdam eorum ſimul cum galeidis, nauiculis, & bargis ceperunt. Tunc vero noſtris nauibus & nobis ordinatis ad pugnam, proceſſimus iuxta littus ad quendam pontem lapideum diſtantem à turre pranominata vna leuca. Pons vero ille protenſior erat paruo ponte Pariſienſi, & erat adeo ſtrictus, vt tres equites iuncti lateribus ſimul vix per illum poſſent tranſire, vadis profundis exiſtentibus non poteramus alias tranſire, niſi multam faceremus torſuram. Si vero à noſtro nauigio longe diſtaremus, fortaſſe periculum magnum incuriſſemus & damnum. Cum perueniſſemus ad pontem ipſum (Dei patientia) nullo obſtante tranſiuimus, & procedentes tentoria noſtra fiximus inter palatium Imperatoris & palatium Boimond, & ſic propinquauimus palatium quod Placherna dicitur, quod ſagittæ noſtra cadebant ſuper palatium & infra palatium per feneſtras, & ſagittæ Græcorum ſuper tentoria noſtra. Hoc facto exercitum noſtrum concluſimus groſſis palis, & circumcinximus litijs, deinde inſtrumenta noſtra bellica & petrarias ereximus ante muros. Dux Veneti vero ſuper quamlibet nauim conſtruxit de antemnis pontem altiſſimum in altitudine C. pedes habentem, & ſuper quemlibet pontem poterant ire quatuor milites de fronte. Præterea quilibet vſarius mogonellum ſuum habebat erectum. Dum autem hæc fierent, Græci nobis pede & equo plures inſtanter fecerunt inſultus: verum ſuper hoc, quam nos, deterius habuerunt. Quadam die maxima militum multitudo de quadam porta cateruatim egrediens, quæ porta patet à dextera parte palatij, ſuperius exilijt, & nos prouocauit ad arma: quos noſtri cum ingenti impetu & forti audacter repulerunt, quod multi eorum altero alterum inculcante corruerunt in foſſas. Inter quos filius Ducis de Ducato, qui inter Conſtantinopolitanos fortior & pulchrior dicebatur, cum alijs quibuſdam peremptus eſt. Craſtina quoque die quædam cohors militum ciuitatis per portam Blacherna exiuit ea parte, qua ingenia noſtra bellica erigi feceramus: ſed Deo iuuante retromiſſi ſunt turpiter & potenter. Tunc quidem retentus eſt vir nobiliſſimus, potentior & in militia melior omnibus Conſtantinopolitanis, qui conſiliarius Imperatoris erat. Die Mercurij poſt ordinationem fuit propoſitum, quod in craſtino fieret aſſultus ad ciuitatem, videlicet Dux Veneti per Mare, Comes Flandrenſis & Comes Ludeuuicus per terram aſſilirent, & Marchio cum illis: Ego ſiquidem & M. de Montmorenſi, & Marſcalcus Campanico de ſancto Tyrone, dum aſſultus fieret, cuſtodiremus exercitum forinſecus inter vallum & campum, & ſic fecimus. Facta autem ordinatione & propoſito terminato, Dux & Veneti cum quibuſdam de noſtris, qui nauigio potenter inſtabant, prope muros nauibus applicatis, ſcalas muris acclinantes, intrauerunt cum virtuoſo impetu ciuitatem, XXX. turribus lucrifactis iuxta quantitatem atturbati, & de ciuitate non modicum combuſſerunt. Noſtri quoque ſuos per terram facientes inſultus, ſcalis ſimiliter muro appoſitis ſuas ſuper muro poſuerunt banerias & vexilla. Minitores vero muros inferius ſubcauantes vnam turrim ſtrauerunt. Tunc Imperator ciuitatis incendio & noſtris inſidijs vndique coartatus conſtituit ad portas ſingulas, quæ ad campos exitum faciebant, turmas militum non paucorum, vt nos circumquaque aſſilirent, & inuaſos inuoluerent & truncarent. Econtra nos ſimiliter noſtras ordinauimus pugnas. Comes Flandrenſis cum ſuis, ego quoque cum meis, vterque in ſuo cuneo conſiſtens. Fecimus autem cuſtodiam, & equitauimus ordinatè & coniuncti contra prælium nobis contrarium, eos adeo appropinquantes, quod eorum ſagittarij & baliſtarij trahebant in nos, noſtrique in ipſos. Cum ipſi viderent nos magnanimos eſſe & conſtantes, ordinatè procedere & ſeriatim, & nos non poſſe faciliter expugnari vel corrumpi, ipſi valde perterriti & confuſi cedentes nobis non auſi fuerunt (Dei gratia) dimicare nobiſcum. Ee ſciatis, quod non fuimus in toto exercitu plures quam quingenti milites, & totidem equites, ſariantes non habuimus plures quam duo millia peditũ: maior enim pars ſtatuebatur ad ingenia noſtra conſeruanda. Videntes autem eos fugere & abire, noluimus inſequi: ne forte per eorum*

dolos

Sal. An. 1204 dolos & inſidias exercitui noſtro, & bellicis machinis noſtris, vel turribus, quas Veneti ceperant, damnum inferrent. Imperator vero nocte rediens ad palatium ſuum, aſſeruit ſe in craſtinum pugnaturum nobiſcum: eadem autē nocte media Imperator latenter aufugit. Die vero Iouis, ſicut Imperator promiſerat, debuimus pariter dimicare. In craſtino (Deo cooperante) fuit ciuitas reddita nobis, & tunc fuerunt octo dies completi à ciuitatis obſidione. Tunc vero Tirſacus Imperator & Imperatrix vxor eius videlicet ſoror Regis Vngariæ, qui diu in horrore carceris detenti fuerant & incluſi, nobis gratias multimodas referentes mandauerunt, quod per Dei gratiam & noſtrum auxilium fuerant à carcere liberati, & quod decus Imperij rehabebant, & nos in craſtino veniremus in palatium tanquam in noſtrum cum filio ſuo diu deſiderato: & ita fecimus, & manducauimus cum eis cum magnis exultationibus & honore ſolemni. Hoc equidem vos ſcire volo, quod eo vſque in negotium Saluatoris proceſſimus, quod Orientalis Eccleſia, cuius olim metropolis erat Conſtantinopolis, cum Imperatore & vniuerſo Imperio eius capiti ſuo Romano Pontifici ſicut fuit antiquitus, renodata Romanæ Eccleſiæ ſeſe eſſe filiam recognoſcit, & vult de cætero eidem more ſolito humiliato capite deuotius obedire. Ipſe etiam eiuſdem Eccleſiæ Patriarcha huic aſpirans operi & applaudens, ſuæ dignitatis pallium à ſummo Pontifice recepturus Romanam ſedem vlterius adibit, & ipſe ſuper hoc cum Imperatore iuramenti præſtitit cautionem. His igitur tot & tantis vtilitatibus prouocati, & ſpe ſancta bonorum futurorum detenti, apud ciuitatem præſcriptam propoſuimus hyemare: & hoc ideo fratribus noſtris, qui in tranſmarinis partibus noſtrum præſtolantur aduentum, curauimus nunciare, vt ipſi auditis noſtrorum rumoribus gaudiorum, quorum eos eſſe participes præoptamus, adminiculo ſanctæ ſpei ſuffulti nos Conſtātinopolim expectēt. Noueritis & quod accepimus tornamentum contra Soldanum Babyloniæ ante Alexandriam. Si quis ergo Deo vult ſeruire, cui ſeruire eſt regnare, & nomen habere militiæ conſpicuum & clarum, tollat crucem, & ſequatur Dominum, & veniat ad tornamentum Domini, ad quod ab ipſo Domino inuitatur. Valete.

Alia Balduini Com. Flandriæ.

Excellentiſſimo Dn. Othoni, Dei gratia Romanorum Regi & ſemper Auguſto, Balduinus, Flandrenſis & Henneg. Ludouicus, Blezenſis & Clar. & Henricus S. Pauli Comites, cæterique Barones & milites exercitus ſignatorum in Stolio Venetorum cum amoris plenitudine & honoris, paratum ſemper obſequium.

QVanta fecerit nobis Dominus, imò non nobis ſed nomini ſuo quantam gloriam dederit his diebus, quanta poſſumus breuitate perſtringamus, ipſo prænotantes initio, quòd ex quo vrbem tranſgreſſionis exiuimus (ſic enim Iaderam nominamus, cuius excidium vidimus, dolentes quidem & neceſſitate compulſi) nihil inter nos ordinatum eſſe meminimus, quod communiter ad vtilitatem pertineret exercitus, quin illud in melius prouidentia diuina mutauerit: ſibique totum vendicans, ſtultam fecit ſapientiam noſtram. Hinc eſt, quòd eorum, quæ facta ſunt apud nos glorioſè, omnem à nobis gloriam iure repellimus: quippe qui operis adhibuimus parum, conſilij nihil. Vnde neceſſe eſt, vt, ſi quis ex nobis voluerit gloriari, in domino glorietur, non in ſe vel in altero. Fœdere igitur Iadera confirmato cum illuſtri Conſtantinopolitano quondam Imp. Iſaaci filio, Alexio, cùm victualibus omnibus & rebus egentes, terra ſancta videremur grauamen potius allaturi, ſicut alij ex nobis, qui nos præceſſerant, quàm leuamen aliquod allaturi, nec terra Sarracenorum in tanta egeſtate nos crederemus applicare poſſe, veriſimilibus omnino rumoribus & argumentis inducti, quòd dicti Alexij ſuſpiraret aduentum regiæ ciuitatis pars potior & pondus Imperij, quem electione concordi cum ſolemnitate debita imperiali diademate ſublimaſſet, contra conſuetum ordinem temporis, aura fauente, obedientibus Domino ventis & mari, ad vrbem regiam præter omnem ſpem proſperè applicuimus. Sed nec aduentauimus improuiſi, qui vſque ad ſexaginta millia equitum, præter pedites in vrbe reperimus. Et tranſilientes loca tutiſſima, pontes, turres & flumina ſine damno noſtrorum, terra marique obſedimus ciuitatem, & Tyrannum pariter, qui commiſſo in fratrem parricidio, faſces imperij diutina incubatione polluerat. Contra omnium ergo opinionem, vniuerſorum ciuium mentes contra nos inuenimus obfirmatas, nec aliter

Sal. An. 1204 *contra Dominum ſuum ciuitatem muris & machinis obſeratam, quàm ſi aduentaſſet populus infidelis, qui loca ſancta polluere, & religionem Chriſtianam inexorabiliter euellere proponeret. Imperij ſiquidem crudeliſſimus maculator, Domini & fratris ſui proditor & orbator, quiq; eundem carcere perpetuo ſine crimine condemnaſſet, idem filio eius illuſtri Alexio facturus, ſi non eundem à manibus eius felix eripuiſſet exilium, præhabita in populo deteſtabili concione, potentes ſimul & plebem ſermonibus adeò infecerat venenatis, vt ad ſubuerſionem libertatis antiquæ Latinos aſſereret aduentare, qui Romano Pontifici locum & gentem reſtituere, & Latinorum legibus Imperium ſubiugare properarent. Hæc profectò res ſic omnes contra nos animauit pariter & armauit, vt contra nos & exulem noſtrũ viderẽtur omnes pariter coniuraſſe. Sæpius ergo per nuncios, imò per exulẽ noſtrũ & Barones noſtros, ſeu etiam noſmetipſos, à ciuibus poſtulantes audiri, nec aduentus noſtri cauſam nec petitionis modum explicare potuimus, ſed quoties terra vel mari ſtantibus in muro ſermones obtulimus, toties retulimus tela pro verbis. Conſiderantes igitur, quòd præter ſpem noſtram cuncta contingerent, in eum ſtatum neceſſitatis impacti, vt ſtatim neceſſe haberemus aut perire aut vincere, cùm obſidionem ipſam nulla ratione in quindecim dies protelare poßemus, quos victualium omnium incredibilis vrgeret anguſtia, non ex deſperatione quidem, ſed inſpirata quadam ſecuritate diuinitus ſuſpirare cœpimus ad bella promptiſſimi, periculis nos audacter opponere, & incredibiliter in omnibus obtinere. Ad conflictum etiam campeſtrem ſæpius ordinati, inæſtimabilem multitudinem fuga ignominioſa in vrbem concluſimus. Aptatis igitur interim terra mariq; bellicis inſtrumentis, die obſidionis octaua violenter ciuitas introitur, graſſatur incendium, diſponit in campo contra nos aciem Imperator, & paratis nobis excipere venientes, conſtantiã noſtram cum paucitate miratus, ignominioſè frena reflectit, & in vrbem retrogreſſus ardentem, ipſa nocte fugam cum paucis aggreditur, ſuamq; in vrbe reliquit vxorem & paruulam prolem. Ea re comperta, Græcorum proceres in palatio congregantur, & exulis noſtri ſolemnis celebratur electio, ſeu potius reſtitutio declaratur, inſperatamque lætitiam copioſa in palatio luminaria proteſtantur. Mane facto, procedit in caſtra inermis Græcorum procerum multitudo, ſuumque cum gaudio quærit electum, reſtitutam ciuitati aſſerit libertatem, & regredienti filio ad faſces Imperij cum gaudio inæſtimabili ſubleuatum de carcere caput patris Iſaaci, quondam Imperatoris, oſtendũt. Præordinatis itaque quæ neceſſaria videbantur, ad Eccleſiam S. Sophiæ nouus Imperator cum ſolemni proceſſione deducitur, & exuli noſtro ſine contradictione imperiale reſtituitur diadema cum plenitudine poteſtatis. His peractis, ad ſolutionem promiſſorũ proſilit Imperator, & promiſſa rebus accumulat, victualia ſeruitio Domini profutura nobis omnibus præbet in annum, ducenta marcarum millia nobis ſoluere pergit, & Venetis ſuiſq; ſumptibus ſtolium nobis in annum: ſeq; iuramento obſtringit, quod exire nobiſcum debeat regale vexillum, & in paſſagio Martij nobiſcũ ad ſeruitium Domini proficiſci cum quantis potuerit millibus armatorũ: & ſub eadẽ promiſſione cõcludit, quod eam reuerentiam præſtare debeat Romano Pontifici, quam anteceſſores ſui Imperatores catholici prædeceſſoribus ſuis pontificibus quidem impendiſſe noſcuntur, & Eccleſiam orientalem ad hoc idem pro viribus inclinare. Tantis igitur vtilitatibus prouocati, ne ſalutem, quam dederat Dominus in manibus noſtris, ſpernere videremur, & vertere in opprobrium ſempiternum, quod ad honorem nobis incõparabilem ceſſiſſe videbatur, prompta deuotione conſenſimus, & ibidem hyemem, Deo dante, facturi, ad partes Ægypti proximo paſſagio tranſmeare tam certo propoſito quàm irreuocabili, quantum in nobis eſt, prõpta voluntate ſumus adſtricti. Et nunc ſi quid ex his, quæ acta ſũt vel agenda, meriti vel gratiæ vel etiã gloriæ præſtolamur, ſerenitatẽ veſtrã in Domino deſideramus eße participẽ, imò & principem. Nos interim Soldano Babiloniæ, terræ ſanctæ impio detentori, præmiſimus nuncios noſtros, qui ex parte regis ſũmi Ieſu Chriſti Nazareni, & ſeruorũ eius, dicti videlicet Imperat. & noſtra regaliter debeãt intimare, quòd deuotionem Populi Chriſtiani, incredulæ genti ſuæ, Deo donante, in proximo proponamus oſtendere, & ad contritionem infidelitatis de cœlo nos expectare virtutem. Hæc autem fecimus de veſtra potius ſub Domino, & aliorũ Chriſtiani nominis zelatorũ, quàm de noſtra virtute confiſi, qui conſeruos noſtros eo deuotius ac vehementius nobis deſidera-*

Sal. An. 1204. *deramus adiungi, quo meliores & plures regis noſtri miniſtros nobiſcum viderimus decertare; ne Iudæis pridem traditus, ſed iam aſſumptus in gloria, illudendus de cætero gentibus relinquatur.*

Hæc de Latinorum introitu, nunc de triumpho.

Balduinus, Dei gratia fideliſſimus Imperator Conſtantinopolitanus, à Deo coronatus, Romanus moderator & ſemper Aug. Flandrenſis, & Hennegouienſis Comes: Vniuerſis Chriſti fidelibus, Archiep. Epiſcopis & Abbatibus, Primoribus, Præpoſitis, Decanis, cæteriſq; Eccleſiarum Prælatis, eccleſiaſticiſque perſonis: Baronibus, militibus, Sarziantis, omniq; populo Chriſtiano, ad quos præſens pagina peruenerit, in vero ſalutari gratiam & ſalutem.

AVdite, qui longè eſtis, & qui propè admiramini, & laudate Dominum, qui magnificè fecit, qui antiqua miracula noſtris dignatus eſt renouare temporibus, & non nobis quidem, ſed nomini ſuo dedit gloriam, omnibus ſeculis admirandam. Nam mirabilibus eius circa nos ſemper mirabiliora ſuccedunt, vt etiam infidelibus dubium eſſe non debeat, quin manus Domini operetur hæc omnia, cùm nihil à nobis ſperatum aut prouiſum antè contigerit, ſed tunc demum noua nobis dominus procurauit auxilia, cum nihil humani videretur ſupereſſe conſilij. Et quidem, ſi bene meminimus, per litteras, vniuerſitati noſtræ tranſmiſſas, noſtri progreſſus & ſtatus narrationẽ eo vſq; deduximus, vt vrbe populoſa capta violenter à paucis, Tyranno fugato, & Alexio coronato, mora noſtra promiſſa fuerit, & ordinata per hyemem, vt potenter obtinerentur; ſi qui reſiſtere valerent Alexio. Sed nos, ne diſcordia inter nos & Græcos fomitem miniſtraret moribus noſtris aduerſa barbaries, de ciuitate exeuntes, ex aduerſo ciuitatis, interiacente Ponto, ad preces Imperatoris caſtra poſuimus: Verùm ſicut non hominum opera fuerunt, ſed Dei, quæ Græcis intulimus, ita non hominum, ſed dæmonum, quæ cum Imperatore nouo Græcia nobis ex perfidia conſueta retribuit. Imperator ſiquidem ex inſperato Græcorum ſeductus perfidia, à nobis receſſit animo, cui tanta beneficia contuleramus, & in omnibus cum patre Patriarcha & mole nobilium nobis promiſſis periurus & mendax tot incurrit periuria, quot nobis præſtitit ſacramenta. Vnde noſtro tandẽ deſtitutus auxilio, prælia contra nos meditatur in caſſum, & nauigij, quod ipſum adduxerat & ſublimauerat ad coronam, procurat incendia. Sed voto tam crudeli fraudatur, Domino nos protegente. Fit pars ſua per cuncta deterior, & hominum ſuorum cædes, incendia & rapinæ. Imminente foris pugna, intus timoribus coarctatur. Æmulum ei eleuãt Græci Imperatorem, ea occaſione captata, quia ad auxilium noſtrum tunc nullum ſanguine ſibi propinquum poſſit habere refugium. Cumq; euadendi ſpes vnica reſtaret in nobis, iuratum ſibi quendam Murzuflum nomine, de quo ſuper alios omnes pro impenſis ei beneficijs confidebat, mittit ad exercitum noſtrum: imperiale palatium, Blacherna dictum, nobis ſub Imperatoris & ſuo iuramento promittit in obſidium, donec cuncta nobis promiſſa reddantur. Accedit ad accipiendum palatium nobis Marchio Montisferrati cum militibus noſtris. Sed Græci noſtris illudunt, &, quos ſuper hoc promiſſo iam nobis dederant, ſumptis obſidibus, conſueta periuria non verentur. Nocte inſecuta Murzuflus, Domino ſuo & nobis periurus, reddendi nobis palatij reuelat arcana, & ex hoc perpetuam ipſis eripi libertatem, & contra hoc veniendum modis omnibus eſſe, declarat, ſi deijciatur Alexius. Huius itaque proditionis merito Imperator à Græcis acclamatur. In Dominum ergo ſuum dormientem, & rei neſcium, ſacrilegas mittit manus, & in carcerem vnà cum Nicolao quodam, quem inſcium, proditione Imperatorem traditum, vi populus apud S. Sophiam, ſimul deiecit, ſibiq; coronam imperialem vſurpauit. Modicumq; poſt hæc Dn. Iſaacius, pater Alexij, diem clauſit extremum, qui animum filij ſui à nobis præ omnibus, vt dicebatur, auerterat. Græcis autẽ ſanguinem noſtrum tantùm ſitientibus, acclamante præcipuè Clero & populo vniuerſo, vt de terra in breui toleremur; prælia contra nos proditor iam dictus inſtaurat, vrbem machinis in propugnaculis munit, quorum ſimilia nemo vidit vnquam. Cumque murus miræ latitudinis in altum valde conſurgens turres haberet ampliſſimas, pedibus circiter quinquagenis paulo minùsue diſtantes, inter quaſlibet duas ex parte maris, qua noſter timebatur aſſultus, turris lignea erigitur, ſuper murum ſtationibus tribus aut quatuor, multitudinem continens armatorum. Nec minus inter duas turres qualibet ſeu paterca*

* Locus eſt mendoſus. Vide Nicetã.

Sa'.An. 1204. ſeu magnellus erigitur. Turribus autem ſupererig untur ligneæ turres altiſſimæ ſtationum ſex, ſuperque ſupremam ſtationem aduerſum nos porriguntur ſcalæ, appoditiones ex vtraq; parte & propugnacula continentes, paulo minus excelſis ſcalarum capitibus, quantum iacere poſſit in alcum arcus à terra. Murum etiam ipſum murus circumcingit inferior. Duxitque foſſatum, ne muris vlla applicare poſſent ingenia, ſub quibus poſſint latitare foſſores. Interim terra marique nos tentat perfidus Imperator, ſemper nos Domino protegente, ſuoſque fruſtrante conatus. Nam præter ordinationem noſtram ad prædam victualium procul exeuntibus noſtris vſque ad mille animas pugnatorum, Imperator occurrit in multitudine graui. Sed primo congreſſu diſſipatur omnino, cæſis captiſque non paucis ſine damno noſtrorum: & fuga ignominioſa conſulens ſibi, clypeum abycit, arma deponit, & vexillum imperiale dimittit, ſimulque nobilem, quam ſibi præferri faciebat, iconem, quam Ciſtercienſium ordini dedicauere victores. Poſt hæc naues noſtras flammis aggreditur, intempeſtaque noctis ſilentio quindecim naues ſuas incenſis velis ſuis in altum colligatis, & inferius ad proram, flante fortiter auſtro noſtras mittit in naues. Sed Domino fauente, cum multo labore noſtrorum cuſtodimur indemnes, & ardentibus nauibus clauis infixis, catenas habentibus, noſtrorum remigio trahuntur in pelagus, & ſic ab imminentis mortis periculo à Domino liberamur. Nos quoque terreſtrem eum prouocamus ad pugnam, & ponte atque amne tranſmiſſo, qui exercitum noſtrum ſeparabat à Græcis, cuneis ordinatis ante portam diu ſtetimus regiæ ciuitatis, præcedente cruce viuifica, in nomine Domini agminum Iſrael parati ad prælium Græcos excipere, ſi eis placuiſſet exire. Sed vnus tantùm nobilis quiſpiam pro militia exercitio egreſſus eſt, quē noſtri pedites membratim dilaniauerunt, ſicq; in caſtra reuerſi ſunt. Terra marique ſæpius prouocamur: ſed dante Domino ſemper triumphaliter obtinemus. Mittit ergo ad nos pacis fictæ legatos perfidus occupator Imperij, poſtulat & obtinet cum Duce Venetorum colloquium. Cumque eidem Dux obieciſſet, quòd nulla cum eo poſſit eſſe ſecuritas, qui Dominū ſuum carcere concluſiſſet, poſtpoſita iuriſiurandi religione & fidei ac fœderis, & ipſi præripuiſſet Imperium: & bona fide conſuleret, vt Dominum ſuum reſtitueret, & humiliter veniam poſtularet, noſtras etiam pro ſe mittens preces, & quòd cum eodem Domino ſuo miſericordiam agere, ſi vellet, deberemus, & quicquid egerat contra nos venenosè, ſi rediret ad animum, imputare vellemus ætati lapſuìve conſilij. Ille vana verba ſubintulit: quia quæ reſponderet rationabiliter, non habuit. Obœdientiam Romani Pontifieis & ſubuentionem terræ ſanctæ, quam iuramento & ſcripto confirmarat Alexius imperiali, adeo refutat, vt vitam amittere præeligeret, Græciamque ſubuerti, quàm quòd Latinis Pontifieibus orientalis Ecelefia ſubderetur. Nocte igitur inſequenti Dominum ſuum latenter ſuffocat in carcere, cum quo ipſa die prandium ſumpſerat. Inde & claua ferrea, quam tenebat in manu, latera morientis & coſtas inaudita crudelitate confringit, caſuque vitam, quam laqueo extorſerat, confringit exemptam. Propalatum omnibus ſcelus funeris honore diſſimulat. Sic nobis hyems tota perficitur, donec manibus noſtris ſtabiliter aptatis, & inſtrumentis bellicis præparatis, nos & noſtra recipientes in nauibus, V. Idus April. hoc eſt ſexta feria ante paſſionē Domini, vnanimiter pro honore S. Romanæ Eccleſiæ, & ſub veneratione terræ ſanctæ, nauali prælio inuadimus ciuitatem. Et eo die, ſine multo tamen noſtrorum ſanguine, ſumus tanta perpeſſi, vt inimicis noſtris in opprobrium verteremur, quorum eo die pars fuit per cuncta deterior, adeò vt tracta in terram bellica noſtra machinamenta Græcis compelleremur relinquere, & infecto negotio ad ripam cogeremur redire aduerſam, ea die, vt videbatur, inutiliter fatigati. Conturbati ergo plurimum & contriti, & demum in Domino corroborati, definito conſilio rurſum inſtauramur ad pugnam, & quarto die, prid. Id. April. hoc eſt, ſecunda feria poſt paſſionem Domini, flante Borea, rurſum applicamur ad muros, ſcalis nauium trium applicatis, cum multo labore noſtrorum, & permultum reſiſtentibus Græcis. Sed ex quo cominus gladios ſenſere noſtrorum, belli durat anceps euentus. Duæ ſiquidem naues colligatæ, quæ pariter noſtros Epiſcopos, Sueſſionenſem ac Trecenſem deferebant, quarum erant inſignia paradiſus & peregrina, primæ ſcalis ſcalas turrium attigerunt, & felici auſpicio peregrinos pro paradiſo certantes hoſtibus admouerunt. Primæ

Sal. An. 1204. *muros obtinent vexilla Pontificum, miniſtriſque ſecretorum cœleſtium prima conceditur de cœlo victoria. Irruentibus igitur noſtris, Domino iubente, cedit multitudo infinita perpaucis, & propugnacula relinquentibus Græcis, noſtri audacter militibus portas aperiunt. Quorum cùm Imperator, qui non procul a muris in tentorijs ſtabat armatus, conſpicaretur ingreſſum, ſtatim tentoria dereliquit & fugit. Noſtri cædibus occupantur, capitur ciuitas populoſa, recipiuntur in palatijs imperialibus, qui noſtrorum enſes effugerunt, multaq; cæde facta Græcorum, noſtri ſeſe recolligunt, adueſperaſcente iam die, arma feſſi deponunt. De aſſultu craſtino tractaturus ſuos recolligit Imperator, & craſtinam hortatur ad pugnā, aſſerens, quòd noſtros in poteſtate nunc habeat, intra murorum ſepta concluſos. Sed noctu latenter dat terga deuictus. Quo comperto, Græcorum plebs attonita, de ſubſtituendo Imperatore pertractat. Et dum mane facto ad denominationem cuiuſdam Conſtantini procedunt, pedites noſtri non expectata deliberatione maiorum, ad arma proſiliunt, & terga dantibus Græcis, fortiſſima & munitiſſima relinquuntur palatia, totaque in momento ciuitas obtinetur, diripitur equorum innumera multitudo, auri, argenti, ſericearum precioſarumque veſtium atque gemmarum, & omnium eorum quæ ab hominibus inter diuitias computantur, tam inæſtimabilis abundantia reperitur, vt tantùm tutò latitans non videretur poſſidere. Et qui pauca antè negauerant, cuncta nobis diuino iudicio reliquerunt: Vt ſecurè dicamus, quòd maiora his mirabilia circa bellorum caſus nulla vnquam narret hiſtoria: vt impleta prophetia manifeſtè videatur in nobis, quæ dicit: Perſequetur vnus ex vobis centum alienos. Quia ſi inter ſingulos victoriam partiamur, quilibet ex noſtris non pauciores quàm centum obſedit & vicit. Nunc autem non nobis victoriam vſurpamus: quia ſuper omnia mirabilia ſaluati ſumus dextera Domini, & brachium virtutis eius reuelatum eſt in nobis. A Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Ordinatis igitur diligenter, quæ diſponendarum rerum poſcebat euentus, ad electionem Imperatoris vnanimiter & deuotè procedimus, & omni ambitione ſecluſa, cum ſex Baronibus Venetorum venerabiles viros, Epiſcopos noſtros, Sueſſionenſem, Halberſtadenſem, Dominum quoque Bethlemitanum, qui à partibus tranſmarinis auctoritate Apoſtolica nobis fuerat delegatus, Acconenſem electum, Abbatemque Lucedij, Imperatoris noſtri ſub Domino conſtituimus Electores. Qui oratione præmiſſa, vt decuit, Dominica miſericordias Domini perſonam noſtram, quod à noſtris meritis erat procul, vnanimiter ac ſolemniter elegerunt, diuinis laudibus Clero ac populo acclamante. Sequentique Dominica, quæ Iubilate cantatur, præcipiente Petro Apoſtolo regem honorificari, eique obædire, & Euangelio nunciante, quod gaudium veſtrū nemo tollet à vobis, cum ingenti honore atque tripudio, more etiam ſuo applaudentibus Græcis, ad honorem Dei, ſanctæq; Romanæ Eccleſiæ, glorioſè ad Imperij faſtigia & coronam, Deo & hominibus amabiles Patres, memorati pontifices, cum vniuerſorum applauſu & pijs lachrymis, nos ſublimarunt. Aderant incolæ terræ ſanctæ, Eccleſiaſticæ militareſque perſonæ, quorum præ omnibus inæſtimabilis erat & gratulabunda lætitia. Exhibitumque Deo gratius officium aſſerebant, quàm ſi ciuitas ſancta Chriſtianis cultibus eſſet reſtituta: cùm ad confuſionem perpetuam inimicorum crucis, S. Romanæ Eccleſiæ, terræque ſanctæ, ſeſe regia ciuitas deuoueret, quæ tam diu, tā potenter, aduerſaria ſtetit, & contradixit vtrique. Hæc eſt quæ ſpurciſſima gentilium * Infeſta. Bizāt.
pro fraterna ſocietate alternis ebibitis, cum infidelibus eſt auſa ſæpius amicitias firmare ferales, & eaſdem mamma diu lactauit vberrima, & extulit in ſuperbiam ſeculorū, arma, naues & victualia miniſtrando: quæ econtrario fecerunt peregrinis, magis edocere ſufficiunt in omni Latinorum gente exempla quàm verba. Hæc eſt enim quæ in odium Summi Pontificis Apoſtolorum principis nomē audire vix poterat, nec vnam eidem inter tot Græcas Eccleſiam concedebat, qui omnium Eccleſiarum accepit ab ipſo Domino principatum: &, ſicut eorum memoria recens recolit qui viderunt, legatum Apoſtolicum morte tam turpiſſima condemnauit, vt nec inter martyres legatur vlla conſimilis, licet pœnas eorum incredibiles inuenerit ingenioſa crudelitas. Hæc eſt, quæ Chriſtum didicerat ſolis honorare picturis, & inter ritus nefandos, quos ſibi, ſpreta ſcripturarum auctoritate, confinxerat, etiam lauacri ſalutaris plerumque facere præſumebat iterando iacturam. Hæc eſt,*

quæ

Sal. An. 1204. *quæ Latinos omnes non hominum nomine dignabatur ſed eanum, quorum ſanguinem effundere penè inter merita reputabatur: nec vlla pœnitentiæ ſatisfactione ſatisfaciebant laici Monachi, penes quos, ſacerdotibus ſummotis, tota l gandi atque ſoluendi conſiſtebat auctoritas. Hæc & huiuſcemodi deliramenta, quæ epiſtolaris non valet explicare anguſtia, impletis iniquitatibus eorum, qui Chriſtum Dominum ad nauſeam prouocabant, diuina iuſtitia noſtro miniſterio digna vltione percuſſit, & expulſis hominibus Deum odientibus, nobis ſeſe amantibus terram dedit omnium bonorum copijs affluentem, frumento, vino & oleo ſtabilitam, fructibus opulentam, nemoribus, aquis & paſcuis ſpatioſam, ad manendum ſpecioſam, & cui ſimilem non continet orbis, aere temperatam. Sed nec in his deſideria noſtra ſubſiſtunt, nec ab humeris ſuſtinebimus vexillum regale deponi, donec terra incolatu ſtabilita noſtrorum, partes inuiſerimus tranſmarina, & Deo donante propoſitum peregrinationis expleamus. Speramus enim in Domino Ieſu, qui quod cœpit in nobis opus bonum, ad laudem & gloriam nominis ſui, inimicorum videlicet crucis depreſſionem perpetuam, perficiet, confirmabit ſolidabitq;. Vniuerſitatem igitur veſtram propenſius oramus in Domino, vt gloriæ huius atq; victoriæ & ſpei, cuius oſtium nobis magnum apertum eſt, dignemini eße participes: quia abſq; vlla dubitatione vobis continget, ſi nobiles & ignobiles cuiuſlibet conditionis aut ſexus eiſdem deſiderijs accenſi, ad veras immenſaſq; diuitias capeſſendas, temporales pariter & æternas vnanimiter acquiratis. Vniuerſis enim, Deo donante, ſufficimus, quos nobis Chriſtianæ religionis zelus adduxeris: vniuerſos volumus ſimul & poſſumus, ſecundum ſtatus ſuos, varietatemque natalium, & augere diuitijs, & honoribus ampliare. Spiritualiter autem Deo amabiles eccleſiaſticos viros, cuiuſque religionis aut ritus, in Domino poſtulamus, vt ad idem populum ſuum potentibus verbis accendant, & exemplis edoceant, cateruatimque & ipſi venire feſtinent, in locis amœniſſimis & vberrimis non tam in ſanguine, ſed cum multa libertate & pace, omniumque bonorum affluentia, eccleſiam plantari, ſalua ſemper, vt decet, obœdientia Prælatorum.*

Hanc reuerentiam temeraſſe videtur, quùm Patriarcham Conſtantinopolitanum iuxta pedes ſuos in parte ſiniſtra ſedere volebat. Quod cum Romano innotuiſſet Pontifici, grauiter quæſtus eſt literis ſuis ad Balduinum datis; quibus ſuccenſus Imperator nimis audax & contumelioſus reſpondit, vt ex ſequentibus.

BALDVINI I. FLANDRI IMP. AVG. RESCRIPTVM.
De Præcellentia Imperij, & Obedientia Sacerdotij.

xxxv *Balduinus Dei gratia fideliſſimus Imperator Conſtantinopolitanus à Deo Coronatus, Romanorum Moderator & ſemper Auguſtus, Innocentio III. Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Summo Pontifici & vniuerſali Papæ.*

Miratur noſtra Imperialis Sublimitas, quod nos tua Sanctitas auſa fuit in ſuis litteris increpare, cum meminiſſe debueris, quod non dominus Imperatoris ſed ſubditus ſis, & Imperium Sacerdotio dignitate ac poteſtate præferendum eſſe, juxta id quod beatus Petrus Apoſtolorum Princeps ſcripſit, præcipiens; Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, Siue Regi tanqam præcellenti, ſiue Ducibus tanquam ab eo miſſis, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. *Ex qua auctoritate Apoſtolica triplex patet argumentum. Primum ex eo quod legitur,* Subditi eſtote: *ſecundum ex eo quod ſequitur,* Regi tanquam præcellenti: *Tertium ex eo quod eſt ſubſequenter adiunctum,* ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. *Per primum probatur, atque conſtat, ſubeſſe Sarcedotium: per ſecundum, Imperium præminere: per tertium, Imperatorem tam in Sacerdotes quam in Laicos iuriſdictionem, imo etiam gladij poteſtatem accepiſſe. Cum enim & boni quidam ſint Sacerdotes, & quidam eorum malefactores exiſtant, is qui ſecundum Apoſtolum gladium portat ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum, imo malefacientes Presbyteros & eorum exceſſus præſumptos poteſt vltore gladio vindicare; cum inter Præsbyteros & alios Apoſtolus non diſtinguat.*

Innocentius porrò ſequentia reſcripſit; quæ

Sal. An. 1204. quæ leguntur in *c.Solita 7.de Maioritate, & Obedientia.*

Solitæ benignitatis affectu & infrà. *Mirata imperialis ſublimitas, quòd te niſi fuimus in noſtris literis increpare. Huic autem tuæ admirationi non cauſam ſed occaſionem præbuit quod legiſti B. Petrum Apoſtolorum principem ſic ſcripſiſſe: Subditi eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum, ſiue regi tanquam præcellenti, ſiue ducibus, tanquam ab eo miſsis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, & infrà. Verùm ſi perſonam loquentis, & eorum ad quos loquebatur ac vim locutionis diligentiùs attendiſſes, ſcribentis non expreſsiſſes taliter intellectum. Scribebat enim Apoſtolus ſubditis ſuis, & eos ad humilitatis meritum prouocabat; nam ſi per hoc quòd dixit, ſubditi eſtote, ſacerdotibus voluit imponere iugum ſubiectionis, & eis prælationis authoritatem auferre quibus eos ſubiectos eſſe monebat: ſequeretur ex hoc etiam quòd ſeruus quilibet in ſacerdotes imperiū accepiſſet, cū dicatur omni humanæ creaturæ: Quod autem ſequitur regi tanquam præcellenti: non negamus quando præcellat Imperator in temporalibus illos duntaxat, qui ab eo ſuſcipiunt temporalia, ſed Pontifex in ſpiritualibus antecellit, quæ tanto ſunt temporalibus digniora, quantò anima præfertur corpori: & licet non ſimpliciter dictum fuerit, ſubditi eſtote, ſed additum fuit propter Deum: nec purè ſit ſubſcriptum regi præcellenti, ſed interpoſitum forſitan fuit non ſine cauſa tanquam. Quòd autem ſequitur, ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, intelligendum non eſt, quòd Rex vel imperator ſuper bonos & malos gladij acceperit poteſtatem, ſed in eos ſolummodo qui vtentes gladio, eius ſunt iuriſdictioni commiſsi & infrà. Potuiſſes autem prærogatiuam ſacerdotij ex eo potius intelligere, quod dictum eſt, non à quolibet, ſed à Deo, non regi, ſed ſacerdoti, non de regia ſtirpe, ſed de ſacerdotali proſapia deſcendenti de ſacerdotibus videlicet qui erant in Anathot: Ecce conſtitui te ſuper gentes & regna, vt euellas, diſsipes, & ædifices, & plantes, & infra.*

Præterea noſſe debueras, quòd fecit Deus duo magna luminaria in firmamento cæli, luminare maius, vt præeſſet diei & luminare minus, vt præeſſet nocti: vtrunque magnum, ſed alterum maius. Ad firmamentum igitur cæli hoc eſt vniuerſalis Eccleſiæ, fecit Deus duo magna luminaria ideſt duas inſtituit dignitates: quæ ſunt pontificalis authoritas & regalis poteſtas. Sed illa quæ præeſt diebus, ideſt, ſpiritualibus, maior eſt: quæ vero carnalibus, minor vt quanta eſt inter ſolem & lunam tanta inter pontifices & reges differentia cognoſcatur. Hæc autem ſi prudenter attenderet imperatoria celſitudo, non faceret, aut permitteret Conſtantinopolitanum patriarcham, magnum quidem & honorabile membrum Eccleſiæ, iuxta ſcabellum pedum ſuorum in ſiniſtra parte ſedere: cum alij reges & principes archiepiſcopis & epiſcopis ſuis (ſicut debent) reuerenter aſsurgant, & eis iuxta ſe venerabilem ſedem aſsignent: & infrà. Nos tamen & ſi non increpando ſcripſerimus, potuiſſemus tamen rationabiliter increpare: & infrà. Nobis enim in beato Petro ſunt oues Chriſti commiſſæ: dicente Domino: Paſce oues meas. non diſtinguens inter has oues & alias vt alienum à ſuo demonſtraret ouili, qui Petrum & ſucceſſores ipſius magiſtros non recognoſceret & paſtores: vt illud tanquam notiſsimum omittamus, quod Dominus dixit ad Petrum, & in Petro dixit ad ſucceſsores ipſius: Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis &c. nihil excipiens qui dixit, quodcunque: & infrà.

Vtrum autē imperatoriam excellentiam, ad bonum & vtile per literas noſtras duxerimus inuitandam, vtrum tibi iuſta ſuggeſſerimus & honeſta: tua ſolicitudo diſcernat: cùm non niſi ad vtilitatem Eccleſiæ & terræ Hieroſolymitanæ ſubſidium nos te meminerimus inuitaſſe.

PAX INTER PHILIPPVM, & OTHONEM ATQVE PONTIFICEM.

xxxvii Diuturnis bellis fatigati Principes, decreuerunt ad concordiam reuocare Reges. Grande impedimentum Pontifex erat, propterea ad eum mittuntur legati *VVolfgerus* Patriarcha Aquileienſis, *Geboardus* Burgrauius Magdeburgenſis cum quibuſdam aulicis *Philippi*, & Iuriſperitis Cremonenſibus; qui vt Imperium *Philippo* Pontifex confirmaret, filiam Regis obtulerunt in vxorem filio *Richardi* fratris Pontificis. xxxviii

Legati ad Papam.

An-

Sal. An. 1208. Annuit Papa, nec amplius Petri petijt pa-
trimonium, quod multoties ipſe & anteceſ-
ſores ſui repetere conſueuerant, ſperans
Acquiescit Philippo. nuptiarum titulo Tuſciam, Spoletum, Mar-
chiam Anconam nepoti ſuo acquirere poſ-
ſe. Mittuntur itaq; legati Sedis Apoſtolicæ
in Alemanniam ad reformandam pacem,
Hugolinus Hoſtienſis, & *Leo* tit. S. Crucis in
Hieruſalem Diaconus Cardinalis. Ante hos
venerat Patriarcha Aquileienſis, nuncians
aduentum iſtorum, quibus Rex obuiam
miſit, & conductum præſtauit Spiram vſq;
vbi Rex erat. Plurimi habiti ſunt conuentus XXXIX
ſed fruſtra. Tandem concepto fœdere, illud *Pax inter Reges.*
inter cætera pactum, vt *Otho* filiam *Philippi*
in vxorem acciperet; & quia quarto con-
ſanguinitatis gradu iungebantur, pro bono
pacis Apoſtolica diſpenſaret Eccleſia. *Phi-
lippus* verò Imperij faſces retineret, quoad
viueret, poſt mortem eius *Otho* ſuccederet.

PHILIPPI IMPERATORIS CÆDES. Ann. 1208.

XL **P***Hilippus* Imp. ciuili ſedato tumultu,
dum hoſtem Philippus cogitat petere
externum, *Canutum* Daniæ Regem, qui
Hamburgum, & Lubeccam interceperat,
ab *Othone VVitelſpachio* Comite Palatino
ferro petitus, Ann. 1208. die Iulij 22. parri-
cidæ ſuccubuit. Ei olim Imperator filiam
deſponderat, ſed quia *Otho* familiarē quen-
dā Ducis Bauariæ præter cauſam occidiſſet,
XLI *Ottonis VVitelſpachij crudelitas.* tanquàm homicidio & perfidià notatus, re-
pudiatus fuerat, rogauit Regem, vt literas
daret ad Ducem Polonorum, vt eius filiam
conſequeretur vxorem, quæ materno gene-
re Regem etiam contingebat. Cui Rex: *id
quàm deuotus faciam*. Protulit ilicò exem-
plar *Otho*. Rex verbo aſſenſus, animo aliud
agebat, quod feroci viro vt filiam, ſic co-
gnatam putabat eſſe negandam: exaratæ
literæ traduntur poſcenti. Ille vbi accepit,
vel ſigno depræhendit, vel animo coniecit
immutatas. Itaq; ſeuocans ſcribam, aper-
tas recitari iuſſit; nam vir militaris literas
non agnoſcebat. Vbi ille vidit literas Vriæ,
expauit, obſecrans, ne cogeret literas inter-
pretari: eſſe ſibi vitæ apertum diſcrimen,
vbi apud Regem pateret ſe literas comiti re-
citaſſe. Pepercit præcanti, & animo magis
efferatus, alium reperit qui literas interpre-
taretur. Infremuit, vbi audiuit, & proti-
nùs aſſumptis militibus Epiſcopi *Eggiberti*,
& Marchionis de Andehſe *Henrici* fratris
præfati Epiſcopi, venit in palatium. Ac-
cedit ad oſtium cameræ, vbi Rex quieſce-
bat in lectulo poſt venæ ſectionem, pul-
ſat; quem intromitti Rex iubet nihil mali
XLII ſuſpicatus. Nudo gladio quaſi ludens *Otho*
incedebat. Cui Rex, *depone* (ait) *gladium
quia non eſt his locus modo*. At ille. *Imo eſt
locus, vt tu perfidiam luas*. Et ſtatim vno
ictu ceruicem eius tetigit. Cumque qui ade-
rant *Cancellarius*, & *N. Dapiferus* eum im-
petere vellent, & Dapiſer exitum ianuæ in-
tercludere voluiſſet, maxillam ipſius eodem
gladio, vulnerauit, quam laudabilem cica-
tricem vſque ad mortem habuit. Non diu
ſuperuixit Imperator. Ad prædictum
Epiſcopum, & Marchionem regicida XLIII
confugit. Corpus primùm Bambergæ ſe-
pultum: poſtea *Friderico II.* moderante ha-
benas Imperij, Spiram translatum eſt in ſe-
pulcro progenitorum ſuorum. Parricida
non multo poſt ab *Henrico* Palatino Rheni,
Mareſcalco *Philippi* interemptus, ſui tulit
præmium facinoris. Regina autem audito
tàm triſti nuncio, contabuit, & quia præ-
gnans erat, gemino dolore ad mortem vſq;
afflicta eſt.

Morte viri preſſa, nimioq; grauamine torta
Prolis, ſicq; duo vita priuentur in vno.

EPITAPHIVM EX CRVSIO.

Inclytus hic primi Friderici natus humatur
Illuſtri Rex Romanus virtute Philippus. XLIV
Cuius Bamberga ſcelerata cæde perempti
Corpus Spira tegit, mens aurea poſſidet aſtra.

ALIVD EX REVSNERO.

Patruus hæredi tutatus ſceptra nepoti,
Imperium pulſo Cæſar Othone gero.
Fraude Palatini tandem iugulatus Othonis
Securus venam dum ſeco, fata ſequor.

SYMBOL.

Satius recurrere, quàm malè currere.

Cauſam mortis moralem ſi inquiras, ty-
rannis fuit Eccleſiarum, ait *continuator Vſ-
pergenſis* in elogio quod *Philippo* concinit. XLV
Erat Philippus (inquit) *animo lenis, mente
mitis, eloquio affabilis, erga homines beni-
gnus, largus ſatis & diſcretus, debilis qui-
dem corpore, ſed ſatis virilis, inquantum
confidere poterat de viribus ſuorum, facie
venuſta & decota, capillo flauo, ſtatura me-
diocri,*

Sal. An. 1208. *dioeri, magis tenui quam groſſa. Hic cum non haberet pecunias, quibus ſalaria ſiue ſolda præberet militibus, primùs cœpit diſtrahere prædia, quæ pater ſuus Fridericus Imperator latè acquiſierat in Alemannia: ita, vt cuilibet Baroni, ſiue miniſteriali villas, ſeu prædia ruſticana, vel Eccleſias ſibi contiguas obligaret. Sicque factum eſt, vt nihil ſibi remaneret præter inane nomen dominij terræ, & ciuitates ſeu villas, in quibus fora habentur, & pauca caſtella terræ. Ea tempeſtate, idem Philippus Eccleſiam Vrſpergenſem obligauit titulo pignoris, nobili viro Bertholdo de Niſen & filio eius Heinrico, quam poſtea Præpoſitus, qui tunc fuit, & fratres de poteſtate eorundem tyrannorum liberauerunt, cum tantam cæpiſſent ibidem exercere tyrannidem, vt nequaquam poſſet Eccleſia conuentualis exiſtere. Pro liberatione vero ſoluerunt 200. marcas argenti. Hic modus obligationis & ſolutionis Eccleſiarum, maxime Ciſtercienſis & Pramonſtratięſis ordinis hactenus inuſitatus fuit, & libertatibus priuilegiorum ipſorum valde contrarius. Cum conſtet, quod priores Imperatores nullum tale ius ſibi vendicabant in Eccleſijs prædictorum ordinum. Occaſio autem huius rei dicitur fuiſſe, & narratur, quod olim præſidente Grimone præpoſito in Eccleſia Vrſpergenſi, regnante Cunrado Rege, & ſibi ſuccedente nepote ſuo Imperatore Friderico, propter reuerentiam & auctoritatem præfati Grimonis, ipſi Imperatores nihil huiuſmodi iuris præſumpſerunt ſibi vendicare, præterquam illud quod pertinet ad dominium totius terræ, vt ſub protectione ſua eas ſuſciperent, & priuilegijs ſuis munirent, & fideliter defenderent. Contigit autem quod mortuo prædicto Grimone, Canonici Vrſpergenſes elegerunt ſibi in rectorem quendam de fratribus ſuis hominem nullius intelligentiæ aut valentiæ, & adeo hebetis eloquentiæ, vt nec verbum de ore ipſius, niſi cum difficultate poſſet intelligi. Cumque talis Prælatus coram inclytæ recordationis Imperatore Friderico comparuiſſet, ipſe cum tota curia ſpreuit eundem, odioque ſui, nobili viro Degenhardo de Hellinſteyn, procuratori ſuo per omnia regalia prædia Sueuiæ iniunxit, quatenus perſonaliter accederet ad Eccleſiam Vrſpergenſem, & de voluntate fratrum in prædijs ipſorum ſtatueret extra abbatiam, & gragias ſtatutis apponeret, annuum quod ſibi pro aduocatia & defenſione ſolueretur vt videlicet quilibet manſus ruſticanorum prædiorum ſolueret maltare vnum auenæ, vt officiales ſui equis ipſorum ex hoc haberent annonam, & ipſa Eccleſia ſine præiudicio omnis grauaminis, imperialem haberet defenſionem. Hinc nacta occaſione, cum præfati tyrannide Niſen tantillam penſionem ab Imperatoribus petere viderentur, ipſam Eccleſiam omnino ſubegerunt, & deſtruere ſtuduerunt. Cæterum Deus vltionum Dominus in primum huius ſceleris autorem, præfatum videlicet Philippum, vindictā exercuit, vt ſub gladio tyranni caderet, qui primus Eccleſias in poteſtatem tyrannorū contradidit.*

CAPVT TERTIVM.

PRINCIPATVS IN HVMERIS

Philippi Imperatoris imperium tot caſibus, ac rerum diſcrimine agitatum, non ſua, ſed aliena culpa, præſentem excitat titulum *Principatus in humeris* explanandum.

1.6.8.10.13. *Rex delicta fert populi, & è contra. 9. prò alijs iugum fert. 11. genius dicitur ciuitatis, vnde bonum, & malum. 15. regni ſymbola, mons, candelabrum, nauis; ſcutum; aratrū; mons. 18.24. mare fuſile; bos. 25. ſi peccat, offert hircū & cur? 9. fert populū in humeris. 34. cōſolat populo, nō ſibi.*

2 *Populus quomodò dicatur peccare cum principe. 3.25. grauius peccat quàm Rex. 25. ſi peccat, offert hircū, & vitulū; & cur?*

4 *Mexicanorum Regum iuramentum.*

6 *Diluuij diſcrimen Iudæus irridet.*

8 *Æneo ſerpente cur Chriſtus figuretur?*

9 *Honor onus eſt.*

9 *Aquila figura Imperij.*

13 *Nicodemus licet innocens arguitur.*

14 *Moyſes portat populi peccatum.*

18 *Mare fuſile Hebreorum ſuper duodecim boues quid figuret?*

19 *Sacerdos cur ſemel in anno ſanctuarium ingrederetur. 20. fert populi crimina. 30. totum orbē deſcriptum habebat in veſte.*

21 *Ob crimina militum Iosues amittit victoriam.*
23 *Samaria cur ſub Oſea periret.*
27 *Diadema plenum periculis. 28. humi proiectum, eſt qui nõ releuet. 30. turritum antiqui formabant. 32. ſine requie. 9. cur ex auro conflетur.*
31 *Regnum in pœnam datur. 32. grande onus, & aſinis ſubiectum. 9. ſeruitus eſt.*
32 *Eliſabetha Anglorum Regina ſymbolum de regni incomodo.*
33 *Chriſtus cognoſcitur Rex ex cruce. 35. ſitit nobis, non ſibi.*
36 *Serpẽs dipſas morſu hominẽ ſiti conſumat.*

I AN Principes ſubditorum teneantur delictis, vel ſubditi crimini ſint obnoxij alieno? mutui ſunt queſtus populorum & principum. Sunt ita (teſte Gregorio *lib. 6. ep. 7.*) rectorum merita & plebium connexa, *vt ſæpè ex culpà præſidentium, deterior fiat vita ſubditorum; vt ſæpè ex merito plebium, delinquat vita Paſtorum.* Par referunt paribus, & delictis certant alternis, vnde conſolantur adinuicem ſi pœnam quandoquè luant de culpa aliena. Nemo glorietur innocuus, quia Iuſtitia ſuperna innocentiam reuocat vel ad noxias præteritas, vel ad culpam communem. Ciuile corpus Reipublicæ ſequitur naturam humani, in quo vnus ſenſus & reliquos inficit. Cibus, alimonia

Connexa ſunt delicta Regis & ſubditorum.

II ſunt guſtus obiectum; ſed comitanter fruuntur & reliqui, viſus, & auditus. Si alter delinquat, peccant & cæteri ſaltem in toto; pars enim vel inuita trahitur ad conſuetudinem totius; & pede deerrante in præceps ruit ipſum caput. Princeps & populus in ciuitate eo funguntur officio, ac riſibile & rationale in homine. Inuiti concordant; demerita non ſecernuntur vel merita. Mutuo participant, & veluti coniuges nil habent diuiſum. Aduerſa caſuum non benè populus Rectoribus imputat; quaſi Regio ſacri-

Quomodo populus dicatur peccare cũ Principe.

III legio nonniſi annus exareat. Peccat Princeps, nec ſanctus eſt populus; imò in eo tanquàm in ventre purgamenta aceruantur. Mexanicorum Regum inde, quòd verius eſt periurium, quàm iuramentum, quo ſubditi ſibi obſtringere ſolent. Scilicet *eum iu-*

Populus grauiùs peccat quàm Rex.

IV *ſtitiam ſe adminiſtraturum: nullum è ſubditis oppreßum: bello fortem futurum: effecturum, vt Sol curſum ſplendoremq; ſuum teneat, nubes pluant, riui currant, & terra genus omne frugum producat:* Lopeſius [a] Gomara. Ipſi verò choreas ducant, & veluti bruta geſtiant, ac ludant impunè. *Quare*

Iuramẽtũ Mexicanorum Regum.
[a] *Hiſtoriã Mexicana.*

V *percuſſit nos Dominus hodie coram Philiſtijm?* cæcus ſciſcitatur Hebræus, qui Deo inconſulto in hoſtes exierat: qui Pontificis ſectando filios, legem tranſgreſſus diuinam, Principem fuerat æmulatus in vitijs, non in virtutibus. Cladis quærentes cauſam, propria vel ignorabant ſcelera, vel tantæ calamitatis cauſas eſſe neſciebant. Eandem peruerſitatem admiratur Hieronymus in Romanis. *Romanus* [b] (inquit) *Orbis ruit, & tamen ceruix noſtra erecta non flectitur:* quaſi aduerſis hominum malitia prouocetur, ſic creſcit quotidiè, quod puniatur. Quereris claudi imbribus Cœlum; cum ſic horrea claudantur in terris? Peſtem & luem criminaris? cum peſte ipſa, & lue vel detecta ſint, vel aucta crimina ſingulorum? dum nec infimis exhiberur miſericordia; & defunctis inhiat auaritia, ac rapina *S. Cyprianus.* [c] Arcam

Cæcitas Hebræorum.
[b] *Ep. 3. ad Heliodor.*

fabricat Noes, quæ totius Orbis eſſet ſepulchrum, cui eam pudicitia erat deformitatis argumentum. Fruſtra tamen vindictæ præco prouocat ad pœnitentiam, & malè feria-

[c] *tractat. in Demet.*

VI tos populos diù terruit. Viſa namque Arca, cauillationis materiam attulit, & in riſus occaſionem vertit res plena timoris. Loth Sodomis incendia præludit, ſed viſus eſt eis quaſi ludens loqui. Triumphant Philiſtini, præmunt Perſæ, ingruunt Aſſirij, ſed vnum accuſant Saulem, & in Dauidem reboant queſtus, vel in Pontificem ſtrepunt Hebræi. Eo ſordeſcerat rellus, vt dilui non poſſet ſine diluuio: vno tamen in corrupto ſæculo inuentus eſt Noes, qui in carina innocentiæ mortales omnes in nouum traijceret Orbẽ. Non peccauerat Patriarcha, & tamen ſupra annum iactatur in pelago. Innocens Loth, ſed vnà cum Sodomis prædia eius cremantur, & exul crimina luit aliena. Verbum fit caro, coram quo Reges procidunt Æthiopes, non quia cogant aſtra, ſed quia volunt

Diſcrimen diluuij Hebræus irridet. Geneſ.
Luit Princeps crimina aliena.

VII Reges. Cum ruſtici paſtores oues non deſerunt, vt ad paſtorem veniant animarum, quàm tonitru Angelorum perterriti. Sanctã ciuitatem ingrediente Domino, Zachæus Princeps Publicanorum Sicomorum conſcendit, vt adoraret eum, cui Geraſeni præ-

tule-

tulerant ſues. Deſcendit de Cœlo Dominus, fit homo Deus, Iordanem abluit, vt aliorum ſordes eluat, eius in nomine genu flectunt Inferi, Superi, & Regem dicunt Regum ac Dominantium Dominum, qui fert princi-
VIII patum in humeris. Æneo Redemptor præfiguratur ſerpente, & inter animalia illud deligitur, in ſymbolum innocentiæ, quod ſolum Deus anathemate ferijt, vt inde populos erudiret, eorum maledictione ſimul Principem percuti innocentem; & ad obſequium reuocaret, ne iurgijs & contumelijs laceſſerent Principem, cum Cœlum clauditur, vel hoſtes ingruunt, caritas vrget, aut
IX lues depaſcitur. Si laboribus & moleſtijs ſtatus ſeruitutis abundat; non ab his eſt immune diadema. *An ignoras ô fili* (Aiebat Antigonus ſuperbienti filio) *regnum noſtrum non eſſe aliud, niſi ſplendidam ſeruitutem. Ælianus lib. 2. Var. Hiſt. c. 2.* Honorata ſeruitus regnum, & illuſtris ſubiectio principatus. Ex auro metallorum omnium grauiſſimo corona conflatur, quia eodem tempore onerat, & honorat. *Sumes duos lapides* (mandat Summo Pontifici Deus) *& ſculpes in eis nomina filiorum Iſrael.* Cur verò hæc nomina in lapidibus exarentur? Scriptura reſpondet; *Et portabit Aaron nomina eorum coram Domino ſuper vtrumq; humerum*, quia à dominationis honore, portandi ſubditos ſuper humeros onus non ſeiungitur. Micant gemmæ, ſed in ipſo ſplendore ſubditorum nomina ſculpta, & in humeris collocata, grauiſſimum imperij onus oſtendunt. Non patet templum Honoris, niſi per ſemitam gradiaris virtutis, quam magno poſuere dij ſudore parandam. Clauum Eccleſiæ Petro daturus Redemptor, prius Petrum *petram* reſonat, *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. Matth. 16.* Vbi Auguſtinus *Ser. 29. de Sanctis. Dignus certè, qui ædificandi in domo Dei populi lapis eſſet ad fundamentum; columna ad ſuſtentaculum; clauis ad regnum.* Nec tibi impropria videatur proportio columnæ cũ ſceptro; & fulcri cum claue. Quia vbi agitur de principatu, iuncta pergunt ſplendor, & onus: columnæ officium, & imperij beneficium; vel maleficium, ſi eius eſt, molem ſuſtinère alienam, & populi occultare delicta. Hebræos cum liberaſſet Dominus de manu Pharaonis, Moyſen vocat, hæc fi-

lijs Iacob annuntiare præcipit. *Vos ipſi vidiſtis, quæ fecerim Ægyptijs, quomodò portauerim vos ſuper alas aquilarum, & aſſumpſerim mihi. Exod. 19.* Quod eſt dicere; ſicut ſolet Aquila pullos ſuos, quando in ſuperiora tollitur, & pendet per aerem, ſuper alas portare: ſic Deus deferre dicitur filios Iſrael. In *Aquilæ* ſymbolo recognoſce myſterium, quæ Regum ſolet præſignare diadema: vndè in ortu Magni Alexandri duæ Aquilæ tota ea die præpetes ſupra culmen domus inſederunt, omen duplicis Imperij, Aſiæ, & Europæ præſeferentes. Sic cum Octauianus in loco arboribus conſito comederet, ſubitò Aquila è manu panem rapuit, vnde omen non dubitauit deſumere Imperij. Sic Deus Aquilæ comparari non reſpuit, cum è dura Pharaonis ſeruitute gentem liberat Iſraeliticam, & eam velut Aquila ſuper humeros portat; quia regiam oſtentat dignitatem, Reges docens, non in vnguibus inſtar aliarum auium ſubditos portare, ſed ſuper alas, vt Aquila regia. Perbellè Lippomanus, *Commemorat ſe portaſſe, quaſi in humeris populum, & baiulaſſe ex Ægypto more Aquilarum geſtantium dorſo, & alis pullos ſuos, præter morem aliarum auium, quæ illos vnguibus, quò volunt, portant.* Grandis honor eſt regimen, ſed graue pondus. Vnde *Honor onus eſt.*
Bernardus quid eſt honor? niſi onus. Quid eſt potentia? niſi calamitas. Quid ſublimitas, niſi tempeſtas? Quis in honore, ſine dolore? Quis in prælatione, ſine tribulatione? Quis in dignitate, ſine vanitate? Nihil laborioſius, nihil difficilius, nihil periculoſius, quàm præeſſe. *Nobile* (aiebat Rex ille, cum ei imponeretur diadema) *ſertum magis, quàm felix, quantis ſollicitudinibus, & periculis plenum* Apis is eſt Virgiliana, quæ aliis mellificat; & bos ruſtico aratrum ferens ingrato. Flumen licet ſit limpidum, mixtione terræ ſordidatur conterminæ; & minori quandoquè fuit gloria, quia in eo lapides coaceruantur. Herodis in regno peſtilentia graſſante, Regem protinùs adortus populus, X
calamitatis accuſauit auctorem, *quod ferè ſoleat* (ait Ioſephus *lib. 15. Antiq. c. 12.*) *calamitatum culpa in eos reijci, penes quos eſt regimen Reipublicæ.* Genios Ciuitatum dicit populus Principes, in quibus Fata reſideant. *Princeps Genius Ciuitatis.*
Audi Dionem Chryſoſtomum, *Genios ciuitatum ac prouinciarum nihil eſſe aliud,* XI
quàm

quàm Principes earundem ac Rectores: ipſiſque ciuitatibus ac prouincijs modò benè, modò malè ſuccedere, tum publica tum priuata, prout illi vitam inſtituerint bonam, malamq; Ita *vt ſi non in ſolidum, eatenùs certè, publi-*
xii *ca felicitas infelicitaſue ſit in manu Principum, quatenùs ipſa vita moreſq;* Cum enim ſit caput Reipublicæ, ei corporis imputantur delicta, vel quia indulgentia criminis alieni participem fecerit; vel ſic velit Deus cohibère ſuperbiam, cum Regis ſanguinem exigit ad Subditos expiandos.

Ad Ieſum venerat Nicodemus Princeps
Io. 3. Iudæorum, de ſua ſalute ſolicitus, cum Iu-
Nicodemus licet ianoceas arguitur. daicam detineretur infirmitate, vt de eius doctrina cognoſceret. Laudandus oppidò, quia cum Princeps eſſet & potens, non vocauit Ieſum, ſed ad ipſum diuertit, vt in
xiii nocte lucem quæreret. Quid itaque à Domino reprehenditur? *Amen, amen dico tibi, quia quod ſcimus, loquimur? quod vidimus, teſtamur: & teſtimonium noſtrum non accipitis.* Et ſi reprehenſibilis, cur numero plurali vtitur Chriſtus? *non recipitis* teſtimonium noſtrum: ſi terrena dixi vobis, & non *creditis*; quum ſoli loqueretur ſolus. Nicodemi dignitas myſterium aperit. *Princeps* erat Iudæorum. In eo reliqui arguuntur Iudæi: Populus namque delinquens, eſt Regis ſæpè delictum. Hinc Nicodemus quamuis de ſua ſalute ſolicitus, ob Iudæorum duritiem, quia eorum Princeps obiurgatur. *Poteſtas quippe magna* (ait Saluianus *lib. 7. de Prou.*) *& potentiſſima, quæ inhibere ſcelus maximum poteſt, quaſi probat, debere fieri, ſi ſciens patitur*
xiv *perpetrari. Iubet, ſi non prohibet, admitti.* Quid
Moyſis facies cur non reſplendeat. ſi inſcio Rege, populus declinet à recto? Lege Exodum, & innocens trepidabis. Bis de monte, vbi cum Deo ſermonem familiariter habuerat, ſicut ſolet amicus cum amico, deſcendit Moyſes. Sed in ſecundo deſcenſu tanta radiorum lucis copia ex Moyſis facie oriebatur, vt vix ad eum aſpicere auderent
Exo. 32. Iſraelitæ. *Cumque deſcenderet Moyſes de monte Sinai tenebat duas tabulas teſtimonij, & ignorabat, quòd cornuta eſſet facies ſua ex conſortio ſermonis Domini.* Cur verò facies Moyſis non in primo fulget, ſed in ſecundo deſcenſu. Si ex conſortio ſermonis Dei? vtraq; vice fuerat cum Deo familiariter conuerſatus, nec tamen vtrobique glorificatus refulget, quia populus in primo deſcenſu nefarium illud idololatriæ ſcelus commiſerat: in ſecundo autem iam populus Deo fuerat reconciliatus; vnde Moyſis glorificatur aſpectus. Cuius in curia licet minimè populus flagitium commiſerat; tamen quia Prætulerat, non quia pollutus, ſed quia ſontium gereret ducatum. Sic enim populorum delicta inficiunt Principem, vt ad ſimilitudinē eius, qui manus ſanguine abluit, ſordidetur. Huc reſpicit Regius Pſalmiſta, cum ca-
nit *Ab occultis meis munda me, & ab alienis* *Pſal. 18.*
parce ſeruo tuo. Ab *alienis* quia Rex erat, & xv *Aliena fert Rex.*
ſarcinas ferebat ſubditorum. Ab *alienis* quia ſi nauis eſt Principatus, vnius Ionæ *Nauis eſt regnum.*
culpa ponto mergitur nautæ peritia. Ab *alienis*, ſi regnum aſſimilatur aratro, cuius
labores eludit ſterilitas agri, & terra inaquo- xvi
ſa. Ab *alienis*, candelabrum eſt enim ſu- xvii *eſt candelabrū.*
pra montem poſitum, quod dum aliorum vtilitati deſeruit, ipſum ſenſim abſumitur. *Embl. 12. Solorzanus.*

Non ſibi fax, alijs flammato vertice fulget
Luceat vt cunctis, vritur atque perit.
Eſto tibi atque alijs lucens, ardenſque lucerna
Rex; alijs lucens, ardeat illa tibi.
Totus in extremas ſolui meditare fauillas,
Quæ te flamma vrit, cætera luſtrat, alit.

Ab *alienis*, quia mos erat antiquis parmà, & caſſide Principem coronare, vt coronatum erudirent, ſcutum eſſe ſubditorum, in quo non tam hominum quàm Cœli quieſcerent fulmina. Ab *alienis* quia Montibus aſſimilantur Reges, quorum in culmine dum ſæuit grando, & lædunt frigore brumæ, ad radices ludant populi, dum aduerſus elementorum intemperiem, & hoſtium inſidias ſurgit Princeps, *vt vmbraculum diei ab æſtu, in abſconſionem & ſecuritatem à turbine & pluuia*. Sub Mari illo fuſili, quod xviii
fecerat Salomon, duodecim erāt boues ænei.
Fuit quoque mare fuſile, & ſtabat ſuper duodecim boues. Mare dicitur vas illud propter capacitatem Hebraico more: nam Hebræi congregationem aquarum *mare* appellant. *Quid ſint boues ſub pelui.*
Hoc in vaſe Sacerdotes lauabant manus, & pedes, vt dignè ſacrificia ad populi offerent expiationem: populares namque non lauabantur, quando pro eis offerebantur ſacrificia, ſed ſolus ſacerdos; & eo in vaſe manebant ſordes. Cur verò illi vaſi Salomon boues ſubſterneret? S. Nilus reſpondet *libro Aſcetico* per boues, ſuper quos peluis firmabatur, Rectores intelligi, quo-

rum

rum in humeris, onus ſubditorum conquieſcit. *Boues ſub pelui declarant eos, qui ſubeunt onus* regendi, *nihil reſpuere, aut auerſari debere, ſed & onera, & ſordes inferiorum perferre*, vnde & Sacerdotes ex peccatis ſubditorum ſordes contraxerant. *Qui enim aliorum actiones puras eſt effecturus, is quin aliquam ipſe ſordem contrahat, vix fieri poteſt. Si quidem & peluis emundans, eorum qui lauantur manus, ſordes illorum ſuſcepit.* Hoc itaque mari, in quo ſordes populi ſeruabantur, & maculæ, Principes excitat Salomon, vt aduertant quod ſi in populo ſcelera committantur, ſuper ipſos ſunt imponenda. Populum etiam redarguit, vt ſua agnoſcat facinora, Rectores non incuſet, nec ſuo crimine Principes premat; nam integri vitæ, ſcelerisq; puri ſcelera luunt ſubditorum; vnde in eos veluti boues gementes ſub iugo illud adaptatur Maronis.

Embl. 13.

Sic vos non vobis fertis aratra boues.

Rex quia caput eſt populi

Guſtat prò cunctis, inſpicit, audit, olet.

Solorzanus.

Sacerdos ſemel in anno Sãctuariũ ingreditur.

XIX

Semel in anno Sanctuarium ingrediebatur ſacerdos ad populos expiãdos. *Leuit.* 16. nec ſine mortis periculo, vndè iuſſerat illi Deus, vt thuribulum ſumeret impletum de prunis altaris: *Vt poſitis ſuper ignem aromatibus, nebula eorum, & vapor operiat oraculum, quod eſt ſupra teſtimonium, & non moriatur.* Quotidie thymiamata offerebat in altari ſacerdos, nec ei mortis imminebat diſcrimen. Cum verò ſemel in anno ingrediebatur in ſancta, indiget aromatum fumo obumbrari, vt non moriatur; & cur? Quia miniſtraret indignè? Sanctitas ſacrificij, & puritas holocauſti non ſemel Sacerdotis exigit innocentiam. Quid itaque ſemel in anno vrget mortis diſcrimen? *In quotidiano vſu* (ait Caietanus) *ſacerdotes adolentes thymiamata non ingrediebantur in templum abſolutè, ſed in primam partem templi, & ideo non imminebat eis mortis timor moriendi. Sed in feſto expiationis ingrediebatur ſummus ſacerdos in templum abſolutè ad expiandum totum templum ab iniquitatibus filiorum Iſrael, & propterea imminebat ei periculum mortis.*

in c. 1. Lucæ.

Licet populorum peccatis non conſenſiſſet ſacerdos, ſi tamen in populo ſcelera graſſabantur, Sacerdoti imputabantur; ideo vaporibus aromatum indigebat obumbrari, nè forte ſub pondere criminis alieni decederet. Hoc enim formidabile eſt dominantium onus; hoc Regum periculum.

Sacerdos fert populi crimina.

Cum in pugnam conueniſſent Philiſtini aduersùs Iſrael, inito certamine, terga verterunt Hebræi, & ad quatuor circiter virorum millia occiſi ſunt. Vocatis propterea comitijs, decreuerunt reintegrare militem, & Arcæ præſidio bellum repetere. *Afferamus ad nos de Silo arcam fœderis Domini, & veniat in medium noſtri, vt ſaluet nos de manu inimicorum noſtrorum.*

XX

Reſtitit Pontifex Heli, cumque cor eius pauèret pro arca Dei, nolebat à Sanctuario ſubtrahi; vt ait Abulenſis.

1. Reg. c. 4. c.

Importunis tandem populi precibus, & obſecrationibus ceſſit, ſed infelici ſucceſſu: nam & populus partim fugit, partim ad triginta millia peditum occubuit; Arca fœderis capta in terram eſt exportata alienam: Ophni & Phinees filij Pontificis ceciderunt in prælio. Tandem triſtis è bello nuncius in vrbem delatus, & ciues in lacrymas ſoluit; & ſacerdotes Heli dedit in interitum repentinum; & vxorem Phinees in partum impulit immaturum. Cladis cauſam quærenti, ſatisfacit *Abulenſis*: quia non niſi ſpeciali Dei mandato, poterat arca loco moueri, vt in populum declamauerat Pontifex, & ſacrilegij ſe fuerat proteſtatus immunem. Quod ſi innocens, cur filiorum culpa redundat in patrem, & reus punitur in iudice? In vulnere alieno corripitur populus, vt de ſua ſalute ſolicitus, cum flagellatur, ad pænitentiam confugiat, non ad calumniam. Eccleſiæ typus eſt Arca, quam ſi infidelium triumphis populus oſtendit, pollutam, non in Sacerdotes, vel Principes debet contorquere ruinam, ſed in ſeipſum; nam potiùs in pluribus, quàm in vno eſt inuenire, quod quæris. Quod ſi *Heli* particeps & ipſe dicatur fuiſſe piaculi; Ioſuem profero, Hierichonte ſubactà, diuino armatus præſidio, fortium bellatorum agminibus circundatus, oraculo de Cælo admonitus, ne quid formidaret: nihilominus oppidum *Hai* expugnaturus, terga vertit, bellatores amiſit, victoriam omiſit. Contremuit cor populi, & inſtar aquæ liquefactum eſt. Ioſues verò ſcidit veſtimenta, induit cilicio, cinere aſperſit caput, dicens, *heu Domine, quid voluiſti traducere populum iſtum, Iordanem fluuium, vt traderes nos in manus*

XXI

Ioſu. 4. fert peccata militũ.

Amor-

Amorrhæi? Ioſues 7.

Si tu Omnipotens ille, qui mihi elementa centuriauit, vt & Cœli reuoluerem cardines, cur victor, exſibillor victus, & iuxta Arcam barbari inſtruunt triumphos, victoriam celebrant? *Heu Domine* à Libano ad Euphratem ſignaſti terminos meos, nunc concidor in Silo, & veteranos tuos hoſtis in fruſta perſequitur? *Heu Domine* vim patior, confodior innocens, & iure de Iuſtitia diſſentio. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. *Surge* (reſpondit Dominus) *cur iaces pronus in terra?* En plaudit gementi innocentiæ. *Peccauit populus tuus.* Quid populus cum Duce? quid pecudes cũ paſtore? quod peccatores cum Deo. Fert populum Princeps, non Principem populus. Tulit de anathemate iſte, ſoluit de pœnitentia ille. Congerit pater, dilapidat filius; & in filio torquetur parens; imò cum amor deſcendat, non aſcendat, ſeipſum tradit pro noxa aliena: ſi aliena dici poteſt inter eos, qui ſunt vna caro. Fortiori namque vinculo ſtringitur cum Populo Princeps, ac cum vxore maritus. Ab hac ſi adultera cum diuortiat, ab eo non diuertit. Fidelitatis iuramentum cum infidelitas Principis non diſſoluat; cur populi crimen Principem ſoluet, vt amicam rumpat ſocietatem, quia

xxii infelicitas vrget? Peccat populus, inſcio Principe, legem profanat; Princeps verò prouocat ad pœnitentiam, & primus non excuſat, ſed ſeipſum incuſat. Principem æmuletur populus, dum corripitur, vltionis non quærat cauſam, nec Hebræorum more

1. Reg. 4. Deum redarguat, clamantium, *quare percuſſit nos Dominus?* ſed mediatorem imploret, & à pœnitentia exordiatur querelam. Quid enim abſurdius, quàm peccare ſubditos, & ſe ob Principum ſcelera, à proprijs reatibus ſe excuſare? Hac ne vanitate ſub-

xxiii diti decipiantur, prius à Deo ſubditi ſunt puniti Hebreorum, quàm ipſi Principes Heli, eiuſque filij Ophni & Phinees. Idem

4. Reg. 17. xxiv paſſa eſt Samaria. Nam vltimus eius Rex *Oſea* fuit, qui licet improbus fuerit, tamen priores Reges nequitia ſua non exæquauit; *Regnauit Oſea, fecit malum coram Domino: ſed non ſicut Reges Iſrael, qui ante eum fuerant.* Nihilominùs ſub hoc Rege maior calamitas inflicta fuit regno Iſraelis, quàm ſub alijs Regibus, ſub quibus attritus, iterum inſtaurabatur populus. At ſub Oſea ad Aſſyrios translatus, nunquàm in priorem ſtatum remigrauit *Non addam vltra miſereri Domui Iſrael, ſed obliuione obliuiſcar eorum.* Oſee. 1. n. 6.

Cuius myſterium Rabbini explicant, vt ſcribit *Lyranus*, ne populus ſuperbiret, & in ſolos Reges culpam reffunderet; propterea Samaria euertitur eo ſub Rege, qui comparatione deterrima præceſſorum, innocens dici meruit. Mare dicas Principem, in quẽ redundant flumina populorum, ſine quibus non tumeſceret. Dulces ſint lymphæ; cum aſſociantur, ſalſedinem imbuunt; & participatione facinoris, vel plauſu ſceleris, quod paruum erat, & exiguum, dilatant in magnum. Ex pœna libra culpam, ſi illa eſt menſura delicti. Peccat Princeps, & ad expiationem delicti ingreſſus templum, hircũ oferre tenetur pro ſacrificio. *Si peccauerit Princeps, feret hircum. Leuit. 4.* Subſequitur populus, qui ſi peccauerit, offerre tenetur hircum & vitulos; vt ex *Leuit. 4.* deducit Menochius *c. 14. de Hebræorum Republica.* Sed vndè hircum tantummodò ſoluit Princeps, populus verò cum hirco etiam duos vitulos? Delicias Regum, & epulas magnatum ſuo redimet ſanguine populus? Si paſtoris eſt tondère non deglubere pecudes; cur onus victimarum totum in populo? Quod vectigalia, pedagia, decimæ, non dynaſtas excorirent, ſed populum, in legem vertit abuſus, poſtquàm in tyrannidem verſa ſunt regna. Cum in humeris Regum eſſet principatus; præerant iſti in laboribus, non in delicijs; in oneribus ſi in honoribus. Modo etiam cum imolandæ ſunt victimæ, hircum offert Princeps: hircum & vitulos populus. Et quod mirum, quando cum Deo non cum homine agimus. Propterea (dicas) Deus populi redarguit ſuperbiam, & vanam innocentiæ ſecuritatem. Non excedit pœna delictum. Iuſtitia potiùs quàm Pietas patitur. Quantum debeat populus ex eo, quod numerat, ſupputet. Peccat Princeps, à quo Rex Regum (qui perſonas non reſpicit, nec munera) *hircum* exigit, quòd ſatis. Peccat populus, ad cuius expiationem hircus non ſufficit, vitulus non æquat, ſed duo vituli exiguntur & hircus; quaſi greges non ſufficiant. Et de victima gloriaris? qui potens es in iniquitate? Infelix Princeps, ſi hoſtiũ, elementorum, deorum, debet ſtare populo xxvi

ſide-

fideiuſſor. Si in calamitatibus arrogans
Prouidentiam inſimulat populus; credimus
à vulgi calumnia fore Regem immunem?
Ab hac ſeruitute nequit Rex aberrare, niſi
diadema proijciat. Hoc habet commune
XXVII cum Dijs, vt quos poteſt punire, & ad mor-
tem cogere, nequeat ad ſilentium. Ex quo
Rex ſe regno dedicauit, ſibi eripuit: &
ſyderum more, quæ irrequieta ſemper
curſus ſuos explicant, licet numquàm ſub-
ſiſtat, nec quicquam ſuum faciat, omnium
oculos in ſe conuertit: eiq; non magis, quàm
Soli latère contingit. Multa in eum lux eſt,
omnium in iſtam conuerſi oculi ſunt.

Tantæ molis ineſt Regi diadema coruſcum.
XXVIII Hoc ſi quis penitùs cognoſceret (aiebat
Va er. Max. lib. 7. c. 2. Antigonus) ne humi quidem iacens, tolle-
re vellet. Quod occaſionem fecit adagio:
Tollat te, qui non nouit.

——— *O fallax bonum*
XXIX *Quantũ malum fronte quàm blandà tegis;*
Seneca in Oedipo. *Vt alta ventos ſemper excipiunt iuga*
Imperia ſic excelſa fortunæ ſubiacent.

Nec immeritò (ait Spinas.) *Regum coro-
nas aculeatas, & ſpinoſas effingunt. Eſt enim*
Polit. 1. c. vlt. *Principatus cum ſummi laboris, & periculi,
tum magnæ cautionis, & ſeruitutis.* Tur-
ritæ olim à Regibus ferri ſolebant coronæ,
quia totis humeris, toto vertice, Regni ſui
vrbes ac molem ſuſtinere tenentur. Vnde
XXX *c. 18.* in libro Sapientiæ dicitur, *in Veſte pode-*
n. 24. *ris, quam habebat ſacerdos ſummus, totus
erat Orbis terrarum.* Vnde & Reges *Porta-
tores Orbis* Iob appellauit. *Deus cuius iræ
nemo reſiſtere poteſt, & ſub quo curuantur,*
c. 9. n. 13. *qui portant Orbem.* Sic Moyſes electus Dux
Hebræorum, tanto oneri ſe imparem apud
Deum queritur: *cur afflixiſti ſeruum tuum?
cur impoſuiſti pondus vniuerſi populi huius
ſuper me? Numquid ego concepi omnem hanc
multitudinem, aut genui eam, vt dicas*
XXXI *mihi, Porta eos.* Quid peccaui, quaſi dice-
Regnum in pœnã datur. ret, vt regimine ſeruum affligas fidelem?
quod nullà grauius pœnà, vt apud Senecam
in Thebaid. canunt Pollynices, & Iocaſta.

Pollyn. ——— *Sceleris & fraudis ſuæ
pœnas nefandas frater & nullas ferat?*

Iocaſt. *Ne timeas, pœnas ſoluet, & quidẽ graues,
regnabit, hæc eſt pœna.*

XXXII *Regnum irrequietum.* à qua moriens quieſcet. Hinc *Eliſabeth* An-
gliæ Regina, ſeipſam ſtantem ſceptro, ac
diademate ornatam, columnæ hærentem
pingi fecit ſub lemmate: *Stanco ripoſo, e ri-
poſato affanno.* Philippus Rex Macedonum a
cum in amœnis campis caſtra locaret, eiq; *lib. num. Seni ſit geren. Reſp.*
nunciaretur fęnum deeſſe iumentis: *O Dij*
(exclamauit) *qualis eſt hæc vita noſtra, quam
etiam ad aſinorum commoditatem inſtituere* XXXIII
cogimur. Plutar.[a] Imò Alfonſus Aragonum *Regis vita.*
Rex, peiorem vitam Regum iudicauit, vitâ
aſinorum. Ei namque cœnanti, cum ſenex
quidam importunus, & garrulus ſuis ob-
ſtreperet petitionibus, prorupit Alfonſus: *Panormit. de dictis Alfon.*
*Melioris eſſe conditionis iumenta, quàm
Reges: Illis enim parcunt domini, cum paſ-
cuntur, his nemo.* Mendax Regum eſt ſplen-
dor, mille dolores, milleq; ſub aurato mu-
rice damna tegit. Hoc eſt, de quo tam ſo- *Num. 18.*
liciti homines, vt curam ſalutis alienæ, &
extraneam ferant iniquitatem. *Tu & filij
tui* (ait Dominus ad Aaronem) *portabitis
iniquitatem ſanctuarij*, pœnas dabitis, ſi *Chriſtus Rex cognoſcitur ex cruce.*
quidpiam à populo peccatum fuerit. Prin-
cipes eritis, ſed ſtabit in humeris principa-
tus. Mementote Rectoris officium, ſub-
ditorum potiùs, quàm proprię incolumitati
conſulere. *Si Rex Iſrael eſt, deſcendat nunc
de cruce, & credimus ei:* Chriſto in ligno
pendenti irridere credebant Hebræi,
Matth. 22. ſed in petitione falluntur, quia XXXIV
Rex Iſrael creditur, quia crucem non de- *Populo, non ſibi Rex cõſulat.*
ſeruit, in qua glorioſum Regis oſtentabat
inſigne. Noluit deſcendere, ne imperium
amitteret. *Noluit deſcendere* (inquit Am-
broſius) *nè ſibi deſcenderet, ſed mereretur mi-
hi.* Hoc ipſum confirmat felix ille latro, cum
in cruce pendens, ſermones hos cum Chri-
ſto Domino, ſimili patibulo, ſed diſſimili
cauſa, confert affixo: *Domine memento mei,
cum veneris in regnum tuum. Lucæ 23.* Sed
mihi dicito latro? (Auguſtinus interrogat)
*regnum petens, quid in eo tale vides, ex quo
petis? Crux eſt* (reſpondet) *ipſa Regni inſi-
gne eſt, & propter eam, Ieſum Regem appel-
lo, quia video crucifixum. Opus enim Regis
eſt, vitam ſuam, pro quibus regnat, ponere.*
Tot cruciatibus obrutum, ſitientem ſuſpi-
ce, atque clamantem, *Sitio. Quid ſitis Do-
mine? Ergo ne plus cruciat ſitis, quàm crux?
de cruce ſiles*, de ſiti *clamans? Sitio.* Quid?
interrogat Drogo Hoſtienſis; *Veſtram fidem*
(reſpondet) *veſtram ſalutem, veſtrum gau-* XXXV
*dium, plus animarum veſtrarum, quàm cor-
poris mei cruciatus me tenet.* Stagnantes illi

in

in corde aquas attende, & ſuis diſces illum ſitire, non ſibi. Sitim manifeſtat coram impijs militibus, à quibus tam longè abeſt pietas, vt ab eis non aquam, ſed myrratum vinum propinandum aſpicimus: & quod mirabile dictu; in pectore vberem, & affluentem fontem habet, & ſitis anſietatem oſtentat. Nonne mucrone diro lanceæ ſæuus ille miles, qui eius vulnerauit latus, aquæ & ſanguinis fontem aperuit? Quomodò ergo aquæ fluenta habebat in pectore, & ſitit in ore? Profectò quia his vndis homo erat lauandus, ſitim Dominus patitur, ex pectore aquas non haurit; ne ſi vel minimam potaret guttam, videretur aquam vſurpare, quæ hominum deſeruiret lauacro. Sitim in cruce patitur Tantalus alter, quamuis latices haberet in pectore, putans dedecori vertendum maieſtati, qua in cruce fulgebat, ſi aquam humanæ deſtinatam ſaluti, in propriam conuerteret vtilitatem. xxxv r
Ob hoc de ariditate cauſatur, mundum irrigans, & fœcundans, quaſi de genere Dipſadum ſerpens momorderit: qui quos affecerit; vel ſi illis flumina de ventre fluxerat, ſiti necat. *Natura dipſadis.* Momorderat eum amor humanæ ſalutis, vt non ſitiret, præter commoda noſtra. Hæc vobis Reges proponimus in exemplum.

LIBER XXV.

CAPVT PRIMVM.

OTHO QVARTVS OCCIDENTIS IMPERATOR XXV.

1 Amiſſi Imperij memoria quàm grauis.
2 Othonis IV. Imper. Imperio exauctorati hieroglyphicum. 5-16. amiſſo Imperio pænitentiam agit. 6. à Papa inuitatur ad Imperium. 8. quando imperauerit. 9. VVitelſpachium damnat. filiam Philippi veneno tollit. 10. inuadit patrimonium Petri. 11. excommunicatur. Siculos vincit. 13. deponitur. 14. militem locat Anglis. 15. victus à Gallo.

1 QVàm grauis ſit amiſſæ dominationis memoria; quàmq; dulcis ſpes imperij futuri, hieroglyphicum edocet *Othonis IV.*, qui exauthoratus imperio, iuxta ſedem vacantem iacet exanimis, ſomno ſepultus. Mortis enim frater ſomnus dicitur; neque diſcrimen agnoſcimus inter mortuum, & regno priuatum. In hoc mortali diſcrimine luctant inter ſe recordatio imperij præteriti (quam per laruas in aere volitantes annuimus) & ſpes futuri, vnde inter amplexus, & ſpei in ſinu quieſcit. Hoc enim homini imperare aſſueto ſolatium, de imperio ſperare futuro. Hæc vna alimonia ægrotum reficit: nec expirat, quia ſperat. Hiſtoriā recole Dionyſij Tyrāni; poſtquàm is imperium perdidit, gymnaſium aperuit.

ALLVSIO AD HIEROGLYPHICVM.

I.

QVi ſueuit dubijs melius confidere rebus
Sōno haud abſimiles tranſigit ille dies.
Nam quæ ſopiti deludunt ſomnia mentem,
Somnia ſperanti ſpes eadem ſubicit.
Hinc vigil ergo Otho,*dū ſperat, sōniat, & dū*
Somniat, inſomni lumine ſpectra videt.
Aſt heu fallacis, fallax ſpes luditur arte
Fortunæ, Othonis *credula ſpes nimium!*
Imperium ponat, ſpecie qui gaudet inani
Rerum, ait, Imperij ſufficiat ſpecies.
Io:Franc.Franz.S.Th.D.

II.

IMperium deponis Otho, ſurſuſque verenda
Regali dextra ſtringere ſceptra putas?
Falleris heu: conceſſa tibi cum regna fuere;
Fundare in tuto fas erat illa loco.
Spes tibi promittiſq; thronū? fuge sōnia vana.
Haud potis eſt orbis ſpes tibi ſceptra dare.
Cum ſpe pergrato declinas lumina ſomno?
Decipis hæc varijs pectora mæſta dolis.
Sceptra vides, lauruſq; ducis, faſceſq; regētis?
Te in fraudē ſenſus falſa chimæra trahit?
Vis Otho nunc meritū miſero tibi ferre ſolamē?
Nil ſpera, ſemper fronte ſerenus eris.

III.

CÆſar, & infelix! Solio quia pulſus ab Alto;
Eſt Sphæra Imperij, vix vbi dormit, Humus.
Dormit, & in Somno, vigilantia Somnia Laruas
Concipiunt, pariunt; Partaque ſpectra volant.
Nil, niſi poſt Nihilum, Nihil hæc Inſomnia fingunt;
Sopitum illiciat Spes, malè fida, licèt.
Expers nempè Spei, Spes ipſa videtur, & Expes;
Spondet, namque Alijs, Quod Sibi quærit, Inops.
Vrget Somnus adhuc: Nā Morti Proximus extat;
Imperio Caſſus, Qui modò Cæſar erat:
Mors Soror, & Frater Somnus, ſociabile Damnū,
Iro æquant Crœſum; Regna ſuperba, Caſæ.
Eſt Mors ſi præſſo; ſi tranſit Gloria Mundi:
Imperij eſt Species, Somnus, & Vmbra, Nihil.
M.Ant.Moles Neap.S.Th.D.



OTHO QVARTVS.

OCCIDENTIS IMPERATOR XXV.

Sal. An. 1208. Siſte Viator V. *Amiſſo imperio pænitentiam deliſtorum egit.*
tyránnum Sanctum audies:
Si audire non pigeat, quæ ſpectare pudeat,
Infanda facta Regis exRegis
ab aula remiſſi in caulam.
Is *Otho* Quartus. VI. [a] *Apud Anglos erat, cum à Papa inuitatus eſt ad Imperium contra Philippum.*
Extra [a] Orbem cum eſſet, Orbem rapuit;
& penè diuiſos toto Orbe Britannos deſeruit,
cum nauis Piſcatoris vexit Cæſarem,
vexauit Cæſaris fortunam.
In portu naufragus, [b] *Aquis* demerſit, VII. [b] *Aquiſgrani præuenitur à Philippo.*
qui fœlix tranauetat Ponto.
Imperator dictus, [c] decennium poſt imperauit. VIII. [c] *Imperauit mortuo Philippo.*
1209. *Non priùs matureſcere poterat pomum aureum.*
Parricida, Parricidij [d] vindex IX. [d] *Damnat Vitelſpachium. Vxorem filiam Philippi veneno tollit.*
Patrem vindicat, vxorem viru iudicat.
Ferro coronatus & auro,
Pontificem conuiuio excipit,
Sed pro demenſo [e] ſacram arripit menſam. X. [e] *Coronatus Pontifice, inuadit Petri patrimoniū.*
Iura cum Eccleſiæ iuraſſet immunia,
Extra Eccleſiam periurauit.
1210. Et quo trepidum firmaret militem, XI. [f] *Excommunicatur ab Innocentio Papa. Siculos vincit*
Primum oppugnauit, primus pugnauit.
Cœlo teſte, Deo vindice, *Innocentia* iudice,
Siculis iuratà concordiâ, diſcordiam intulit.
Cœlum fremuit, cum tumuit *Othonis* perfidia;
Et Sacra de Capitolio [f] contorſit fulmina Papa. XII. [g] *Germaniam repetit.*
Optimus pater nil euicit à peſſimo filio.
Senior factus *Otho* non ſanior, XIII. [h] *Deponitur, & Fridericus eligitur Imperator.*
Sauciari potuit non ſanari.
Incredulus & Crudelis
1211. In *Saxo* non in *Petra* credens erigi Maieſtatem XIV. [i] *Militem ducit in auxilium Anglorum contra Gallos.*
Saxoniam [g] ſe recipiens, Siciliam in vinculis remulcauit.
Immiſſus *Fridericus* [h]
vt tyrannus tyrannum plecteret,
tam citò *Othonem* depreſſit, & oppreſſit, XV. [k] *Philippus Auguſtus Rex Gallorum vincit Othonē Regem Anglorum, & Flandros, eoſq; ſuis catenat vinculis.*
1215 vt Aquilas [i] cogeretur locare Britannis.
Flandri, Angli, Germanni coeuntes in [k] Gallum
vtrinque tantâ concurrerant acie,
vt terra contecta, montes depreſſi, flumina epota;
Triſte prælium, Anceps Fortuna
donec Aquila & Draco obruta Lilijs, XVI. [l] *Amiſſum imperium Otho ægre ferens, tandem ad meliorem frugem vocatus, miram edidit pœnitentiā.*
Cæſaris ſanguine chlamydem cruentauit *Auguſti*.
Iniecta parantibus vincula;
& inter trophæa victus de ſuo habuit, catenas.
Vittâ amiſsâ *Otho*, incœpit [l] viuere
hoc eſt præteriti pœnitère.

Sal. Ann, 1215.

Anni non à Fato, ſed numerantur à factis,
Longa eſt vita, cum plena;
quam animus implet non annus.
Omnia perdidit, & omnia ſecum portauit,
cum purpuram proiecit.
Hoſtis victoriam vicit, æquè, non ægrè ferendo.
Laus ſi in fine canitur,
Tyrannum reſona Sanctum.

CATENA HISTORICA. CAP. II.

1 *Othonis IV. Imper. natalia. 2. vxores. 3. militiæ rudimenta apud Regem Anglorũ profitetur. 4. Colonia Rex ſalutatur: Aquis coronatur. 6. Othonem VVitelſpachium proſcribit, bona publicat. 7. ſubsãnatur à Rege Gallorum. 8. nuptiæ cum Beatrice. 9. ferrea corona redimitur. 10. aurea Romæ. Strepã tenet Pontificis. 11. hæreditatem Mathildis repetit. 12. mouet in Fridericũ Regẽ Siciliæ: excommunicatur. 13. vaſtat ducatũ Sueuiæ, 14. denuò excommunicatur. 17. Azonẽ Aeſtinum proſcribit: Comitem S. Floræ ob ſuſpicionẽ iniuſtè iubet ſuffocari. 18. à Comitijs Norimbergẽſibus extorquet conſensũ de bello agendo in Papam. 20. fugit in Saxoniam. 21. fœdus init cum Anglorum Rege in Philippum Gallorum Regem. 22. decretum de bonis Eccleſiæ in publicam neceſſitatem erogandis. 23. ad pontem Bouinum vincitur à Philippo Francorũ Rege. 25. pænitet in Eccleſiam Romanam arma tuliſſe: vitam agit priuatã; 26. mira pænitentia, inſignia mittit Hẽrico fratri ſuo. 27. vbi ſepultus, epitaphia. 28. Symb. Moneta.*

2 *Maria Brabantina vxor Othonis IV repudiatur.*

2 *Beatricis vxoris Othonis Imp. effigies.*

3 *Mathildes vxor Othonis IV. Imp.*

5 *Henricus Spirenſis Ep. obſtat electioni Othonis IV. Imp.*

6 *Beatrix filia Philippi Imp. vindictam petit de nece patris.*

6 *Otho VVitelſpachius occiditur.*

6 *Othobonus Ortenburgicus Bauariæ Palat.*

12 *Fridericus Rex Siciliæ. 13. Imperator. 15. à Papa confirmatur. 19. Germaniam petit. 20. Aquis coronatur.*

14 *Henricus Othonis Imp. frater Moguntinos inuadit.*

16 *Conſtantia filia Regis Aragoniæ, vxor Frider. II. obſtat ne maritus pergat in Germaniam. 23. Philippi Francorum Regis effigies. 24. Othonem Imper. vincit. 24. Ferdinandus Comes Flãdriæ à Gallis captus.*

1 EX *Henrico Leone* Bauariæ quondam & Saxoniæ Duce; Duce poſtea Brunſuicenſi & Luneburgenſi; & *Methilde* filia *Henrici* Regis Angliæ, ſorore *Richardi*, qui cum *Friderico Ahenobarba* Imper. ſacram expeditionem in Palęſtinam ſuſceperat, naſcitur *Otho IV.* Dux Saxoniæ.



Vxores

Tres habuit; *Mariam* Ducis brabantiæ filiam, quam ex conſanguinitate repudiare coactus eſt, nulla ſuſcepta prole. Alteram *Beatricem* 2
Philippi Imperatoris filiã, quæ quarta à nuptijs die morbo correpta (conſcio plurimi dicũt marito) paulò poſt viuere deſijt. Sepulta eſt Brunſuigæ in templo S. Blaſij, & Io: Baptiſtæ, cuius ſepulcro aureis literis hæc in inſcripta leguntur.

Filia formoſa, iam cinis, ante roſa.

Sal. An. 1209.

III. *Mathildem* filiam *Ioannis Brande-*
burgici. Cruſius.

Imperij occupatio.

Prima militiæ fundamenta apud *Richar-*
dum, cognomento *Cor Leonis* Anglorum
Regem auunculum ſuum poſuit. Illic dum
ageret, abſens electus eſt; honeſtiſſimâ ad
ipſum Legatione adornatâ, cuius Princeps
Albertus Dagſpurgius & *Enricho Leiningen-*
ſis, Comites fuere. Mox à *Richardo* anima-
tus, cum egregio comitatu & magnis opibus
in Germaniam profectus, Coloniæ Rex ſa-
IV lutatur. Aquis, vbi *Caroli Magni* ſolium,
& regia fuit, ab Archiep. Colonienſi, *Inno-*
centio adprobante Pontifice coronatur. Cer-
tatum diu prò imperio cum Æmulo *Philip-*
po, fortuna non minus varia, quàm Princi-
pum fauore, qui pro vſu quiſque ſuo & vti-
litate nunc *Othoni*, mox *Philippo* inclinabat,
donec de pace, ageretur, & *Beatrix* filia
Philippi deſponſaretur *Othoni*. Tollitur in-
terim *Philippus*, ab *Othone VVitelſpachio* in-
terremptus; cumque data opportunitate,
Otho æmulos ſuos bello cogitaret impetere,
Archiep. Magdeb. vnà cum Duce *Bernhardo*
ſuaſit, vt armis poſitis, curialem potiùs Prin-
cipum euocaret conuentum, vt ibi de ele-
ctione Regis vnanimes conſentirent. Con-
gregati Principes, in vnum *Othonem* oculos
conuerterunt; ſolus *Henricus de Scharphin-*
berc Spirenſis Epiſcopus, qui fuerat proto-
notarius in curia *Philippi*, cum in caſtro
V Triuelis coronam, crucem, & regalia inſi-
gnia in poteſtate haberet, reſtituere noluit,
niſi fieret cancellarius aulæ Imperialis; & in
eo perſeuerauit officio, dum viueret. Nouus
poſtea accitus eſt conuentus ad Franckene-
uorde in feſto B. Martini, vbi Regi occurre-
VI runt Franconiæ, Bauariæ, Sueuiæ Principes.
Aderat *Beatrix* filia *Philippi* Regis ſub cu-
ſtodia Spirenſis Epiſcopi. Gemitu hæc &
ſuſpirijs Regi & Principibus querebatur, &
in commune toti Orbi Romano de impia
morte patris ſui. Cum hæc dicerentur, fa-
cta eſt præſſura magna coram Rege condo-
lentium Reginæ querimonijs. Clamabant,
ſi ſcelus manèret inultum, nullum Principū
fore ſecurum. Suſpicio erat, coniuratos ab
Othone impunitatem ſperaſſe & præmium
ob ſublatum regni æmulum. Amant tamen
proditionem non proditorem Reges. Om-
nibus itaque exigentibus, homicida proſcri-
bitur, bona percuſſoris, & coniurati Ade-
cenſis publicantur. Boiariæ Palatinatus *Ra-*
toboni Ottenburgico donatur. Natale parrici-
dæ ſolum à fundamentis euertitur. *VVitelſ-*
pachius exinde vagus, obſcuro vico ſupra
Ratisbonam ab *Henrico Pappenheimio*,
quem *Arnoldus* Caletinum nominat, occiſus
eſt. Occiſi caput in Danubium proiecit.
Rex poſtea Reginam adoleſcentulam in
vxorem ſuſcepit cum patrimonijs, & diuitijs
multis, & tercentis & quinquaginta caſtris.
Diſplicuit Regi Franciæ, Germanorum
concordia: Cùm enim *Otho* à Pictauienſi-
bus vocaretur ad regnum, & per Gallias
tranſiret, ſalutatus eſt à Rege, imò ſubſan- VII
natus. In hæc enim proruperat Rex Galliæ.
Intelleximus (ait) *quod ad Imperium Roma-*
num vocemini: Adhæc ille: *Verum eſt, quod*
audiſtis: ſed in Deo ſit iter meum. Cui Rex:
Non credatis, quod tanta vobis proueniat di-
gnitas. Quod ſi vel ſola Saxonia in perſonam
veſtram conſenſerit, detis mihi nunc dextra-
rium, quem peto, & cum creatus fueritis,
dabo vobis tres ciuitates meliores Regni mei,
Pariſium, Stampes, Aurelianum.. Cumque
Otho plurima Regis Angliæ tenèret munera,
& centum quinquaginta millia marcha-
rum, *quæ in ſomarijs* (verba ſunt Arnoldi)
ferebant quinquaginta dextrarij. Inter quos
erat vnus nominatior, quem Rex petebat.
Dominus ergo, dato dextrario, ibat via,
quæ cœperat. Coronatus tandem cogitabat
Otho repetere, quæ Rex Gallorum promi-
ſerat.

Otho ſubſannatur à Rege Gallorū.

OTHONIS EXPEDITIO ITALICA. Ann. 1209.

AVguſtanis accerſitis comitijs, conſi-
VIII lium Romam adeundi *Otho* Princi-
pibus aperuit. Quatuordecim Præſules ſe
itineris comites obtulerunt, in quibus
VVolfgerus Batauenſis. Nomina dederunt
alij, *Ludouicus* Dux Boiariæ, Dynaſtæ &
Tetrarchæ complures. Antequam profe-
ctionem iniret *Otho*, de *Beatricis* egit Ha-
genoe connubio. Conſanguinitatis gradum
remiſerat *Innocentius*: vnde Sponſalia in
octaua Pentecoſtes Herbipoli celebrata,
Ludouico Boiariæ Duce, & *Leopoldo Auſtrio*
paranymphis. Rex progreſſus Auguſtam
tranſmiſſis Alpibus, ante Virginis in Cœlum
aſſum-

Nuptiæ cum Beatrice.

Sal. An. 1209. aſſumptæ ferias, caſtra poſuit ad lacum Benacum decima quarta Septembris. A Veronenſibus comiter acceptus, Mediolani

IX *Mediolani coronatur.* ferrea corona ab Huberto Archiep. ſolenni pompa ornatus eſt. A cæteris Italiæ ciuitatibus, magnis paſſim eſt honoribus cultus. Viterbij *Innocentium* obuium habuit. Ab eodem in æde Principis Apoſtolorum coronatur. die dominica, qua concinit Eccleſia, *Da pacem Domine*. Expleto of-

X ficio Papa vocat Imperatorem ad conuiuium: ſed maiori inſtantia vrget Imperator, vt ſecum ducat ad epulas Pontificem. Aſcendente iumentum Pontifice, non immemor Imperator Apoſtolicæ reuerentiæ, ſtrepam apprehendit, vnà pergens ad Lateranum, vbi ſimul diuiti & pauperi parata ab Imperatore ſumma cura manebat refectio. Hucuſque inter Pontificem & Imperarem integra durabat affectiō. Publicam lætitiam turbauit ortus in vrbe tumultus, in quo Ceſariani non pauci, multì occubuere Romani.

XI *Diſſidiū Imperatoris cum Papa.* *Otho* egreſſus vrbe, mox correptis in Pontificem armis, plurima Pontificiæ ditionis oppida occupauit. Vendicabat ille *Mathildis* potentis per Italiam fœminæ locupletem hæreditatem, quam illa legaſſe diceretur eccleſiæ: Imperatore reclamante, quod duplici iure ad eum pertinèret. Nam legitimus hæres videbatur amitæ ſuæ, quæ nata fuit (vt oſtendimus) ex Marchionibus Saxoniæ; quo etiā non extante iure, vacantis feudi ad imperium redibat directum Dominium. Miſſis itaque Papa nuncijs, admonuit, vt ſibi temperaret, memor eſſet longęui in perſonam eius fauoris ab eccleſia, & quod nouiſſimè paternam accepiſſet benedictionem. Valuit ampliùs apud Imperatorem indignatio, quàm admonitio.

In Siciliam mouet. In Apuliam agmina vertit, quam *Fridericus* Filius *Henrici*. VI. Imperatoris, ſub Eccleſiæ tutela, iure maternæ hereditatis tenebat, quùm ſibi eccleſia directum vindicaret dominium.

XII *Otho excommunicatur.* Cum ergo Imperator ab iniurijs eccleſiæ nil tēperaret, Papa eum anathematis mucrone percuſſit; ſubditos ſoluit, ipſum verò exutum declarauit Imperio. Receſſerūt ab eo tunc plurimi principes, inter quos *Sigefridus Moguntinus*, *Io: Treuirenſis*, Archiepiſcopi Dux Bauariæ *Ludouicus*, *Leopoldus Auſtrius*, *Hermannus Turingus*, Bohemiæ Rex *Ottocarus*, *Otho* princeps Meraniæ, *Conradus* Spirenſis epiſcopus Imperij cancellarius, qui ad *Fridericum* Siciliæ Regem *Ahenobarbi* nepotem faſces de-

XIII *Fridericus. II. ad Imperium vocatur.* tulerunt Imperij. *Otho* tamen minimè territus præter Romandiolam, Thuſciam, ac Marchiam Anconitanam, occupauit etiam Apuliam & Calabriam, quas ad Imperium aſſereret pertinère. Miſit etiam in Germaniam, qui *Friderici* Sueui Regis Siciliæ ducatum vaſtarent; Inde cum in Gallias expeditionem cogitaret, quia Rex Galliæ Normanniam occupaſſet, quæ Angliæ Regis erat, Papa iterum *Othonem* excomunicauit, & formulam excomunicationis miſit in Germaniam ad *Sigefridum* Epi-

Anno 1211. ſcopum Moguntinum; qui An. MCCXI. vocatis Bambergam comitijs, impetrare tamen nequijt, vt *Othoni* abrogaretur Impe-

XIV rium. Excōmunicationem iterum cum renouaſſet, arma *Henrici Palatini* fratris Imperatoris in ſe concitauit. Aſſociatis Palatinus Brabantiæ Duce cum Lotharienſi nobilitate ſub exeuntē Septembrem Moguntinos fines rapinis & incendio fædè vaſtauit. *Sigefridus* ſibi timens ad *Hermannum* confugit Turingiæ Principem. Miſerant interea Rex Bohemiæ, Duces Auſtriæ, & Bauariæ, Lantgrauius Thuringiæ nuncios,

XV *Legati ad Frider. II.* qui, *Fridericum* Siciliæ Regem in Alemaniam perducerent. Fuerunt *Henricus de Nifen*, & *Anſelmus de Iuſtingen*; promiſſæ ſunt eis pro expenſis & cōmeatu, *quindecies centenna marchæ, de reddisibus Imperij ſoluendæ*. Veronam cum veniſſent, ſubſtitit *Henricus*, vt *Friderico* Lombardos conciliaret. *Anſelmus* non ſine periculo Romam peruenit, vbi adiuuante Pontifice & confirmante Populo Rom. *Fridericus* plauditur Imperator. Inde Siciliam venit *Anſel-*

XVI *mus* vixq; obtinuit, vt in Germaniam pergeret Fridericus, Vxor namq; ipſius *Conſtantia* filia Regis Aragoniæ (quam prius vxorem habuerat Rex Hungariæ, enixè obſtabat) cum Siciliæ Principibus, timentes Alemannorum fraudem. At ille, cum paruulum iam ex coniuge haberet filium, *Henricum* videlicet, poſtmodum Regem factum, relictis vxore & filio iter arripuit ad occupandum imperium, & Romam applicuit primùm. His motibus *Otho* ex Italiā retractus relicta Apulia, Bononiam venit, inde Mediolanum. Plures egit conuentus,

in qui-

Sal. An. 1211.

in quibus rebelles proſcripſit, inter quos *Azo Atteſtinus*. Erat hyems aſperrima, quæ inſolita vi frigoris Padum ipſum ita con-

XVII *comitia Norimbergæ.*

ſtrinxerat, vt hominum & iumentotum itinera toleraret. cum autem ad Alpes tutò peruenire ſtuderet, Ducem itineris Comitem. S. Floræ aſciuit. Is cum Padum ita ſtramentis contexiſſet, vt ſubeſſe glaciem, flumenque animaduerti non poſſet, *Othonem* traduxit. Quod vbi ille reſciuit, in ſuſpicionem inſidiarum adductus, aquis illum ſuffocari præcipiti elatus iuſſit iracundià; atq; inde ſuperatis Alpibus in Germaniam tranſijt; Conuentum agens Norimbergæ in Paſchate Anno Sal. 1212. vbi turbatæ pacis inſimulato Pontifice, principes pro

XVIII re non contemnenda admonuit, ne paterentur Pontificem pro arbitrio Cæſares de culmine Imperij deturbare, ſeq; proprio iure exuere: Paucis perſuaſis decretum extorſit de bello in Pontificem reparando. Vnde ſoluto conuentu, bello grauiſſimo Turingiæ principem, Pontifici addictum vexauit; Celebrauit poſtea nuptias, quas mors *Beatricis* quarto die accelerata abrupit maritum conſcium, neſcio an ſcriptorum reſonet facundia, vel imperij Zelotypia. Interea *Fridericus*, quem Pontifex fidei *Azonis Atteſtini* crediderat, vt validis

XIX *Fridericus Germaniam petit.*

eum copijs Aquas perduceret, Genuam, hinc Papiam, ad Vallem Tridentinam euaſit, haud ignarus, Germaniæ clauſtra ab Othonianis inſideri. Quare obliquis itineribus cum in Rhetiam Curienſem veniſſet, ab Epiſcopo & Præſule Sangallenſi Conſtantiam deductus eſt. *Otho* contra, de *Friderici* profectione certiorè Thuringia Vberlingam aduolat cum delectis militibus, eo quod eius copiæ, ne diris Pontificijs, quas denuò Barenſis Epiſcopus vulgauerat, impiarentur, à ſignis abierant. Cum verò nouis in dies viribus augeretur *Fridericus*, Comitis in primis Quiburgici, vltra quingentos galeatos, quos *Henricus* Veringenſis Epiſcopus Argentoratenſis ſubmiſerat; *Otho* euileſcere cœpit, diffiſuſque ſuis, nuſquàm auſus tentare Rheni traiectum, ſeſe in ripa Germanica cum paucis continuit, dum *Fridericus* per aduerſam oram, XX *Fridericus Imper. coronatur.*

ciuitates ſubigeret. Tãto erat *Otho* contemptui, vt Briſaci milites excitato tumultu, præſidiarios inuaderent, Imperatorem depoſcentes ad necem. Quare ſuo, ſuorumq; periculo trepidus, in Saxoniam profugit. *Fridericus* verò Moguntiæ celebri euocato conuentu, pridie Kal. Decemb. plurimi Principes in eius verba iurarunt. Anno poſtea decimo tertio ſupra MCC. poſtridie Kal. Feb. Aquiſgrani per *Sigefridum Moguntinum* ſolemni ritu inauguratur; *Theodoricus* Archiep. Agrippinenſis, qui palam ſpreto anathemate fauebat *Othoni*, ab eodem *Sigefrido* piorum ſubmouetur conſortio; vt & Colonienſes eadem labe contacti diuinis prohibentur intereſſe.

PVGNA OTHONIS & GALLORVM REGIS CVM PHILIPPO GALLORVM REX. Ann. 1215.

XXI MOnaſticam cũ crederetur *Otho* vitam profeſſus, vrgente vndiq. Friderici Fortuna, Anglorum Regis erectus auxilijs, fœdus inijt cum *Ferdinando* Flandriæ, cumque *Reginaldo* comite Bononienſi, qui in *Philippum II.* Galliarum Regem acres gerebant inimicitias. Apud Valentiam conuenère, vbi poſtquam *Otho* verba feciſſet, ſequens decretum promeruit. XXII

OTHONIS IV. IMPER. DECRETVM

De bonis Eccleſiaſticis in neceſſitatem publicam erogandis; de perſonarum Eccleſiaſticarum reformatione, & de bello Papæ ac Regi Francorum inferendo. Facta in Comitijs Valentianis Anno Domini MCCXII.

SI Rex Francorum non eſſet, tuti à quolibet hoſte in toto mundo haberi poſſemus, & totum mundum gladijs noſtris ſupponere. Sed hoc ſolo contra nos fauorem impendente, & Cleri cauſam ſemper quaſi propriam habente, Papa Romanus nos ita præſumit anathemate ferire, atq; noſtros Proceres fide noſtra abſoluere. Qui dum Sicamoiſti Regi ſe amicum præſtat, audet is vires in noſtrum Imperium extendere, qui ſemper graſ-

ſatus

Sal. An. 1215. *ſatus eſt in genus noſtrum, & ipſum Regem JOHANNEM, qui tam largus opes & denaria nobis pluit, exhæredare præſumit. Contra hunc igitur ſolum toto conatu expedit inſiſtero, hic primus coerceatur & dometur oportet, qui ſolus impedit noſtros prouectus, & ſe nobis opponit, & in omni hoſte, qui ſe contra nos leuat, ipſe quoq; hoſtis ſit. Quo ſuperato & domito, reliquos vincere facile poterimus, Regnumq; Francorum iugo Imperij noſtri ſupponere, & ad libitum vobis partiri.*

Clerum autem & Monacos, quos Rex Francorum PHILIPPVS ſic exaltat, amat, protegit, & vigili corde defendit, aut deponamus, aut deportemus oportet, ſic tamen vt pauci maneant, quibus ſatis ſit arcta facultas, & qui oblata tantummodo ſtipe viuant, villas autem & decimas maiores Miles recipiat, illique habeant, quibus Reſpublica curæ eſt, qui pugnando faciunt populos & Clerum in pace quieſcere. Illo quippe die, quo nos Papa Romanus primum Imperiali diademate inſigne reddidit, hanc promulgauimus legem, & in ſcriptis redactam per totum
ᵃ Anno 1210. *orbem firmiter ſeruari iuſſimus:* [a] Eccleſiæ decimas tantum & oblata munera poſſideant, villas autē & prędia nobis relinquāt, vt hinc populus viuat, & milites habeant ſtipendia.

Nunc quia mihi Clerus in iſta lege non paret, nūquid non debemus grauare manus, & illis magnas decimas cum villis licenter auferre? Nunquid non poſſumus legem ſuperaddere legi? KAROLVS [b] *TVDITES, etiam ſi voluit illis villas tollere, quia tamē decimas ipſi tulit, nobis non licebit eiſdem*
ᵇ al. Marcellus nomicatur. *villas cum decimis auferre? Qui poſſumus leges condere & iura nouare, qui ſeli tenemus totius orbes Imperium, non licebit nobis Clerum hac lege ligare, vt primitijs rebuſque oblatis contenti, iam diſcant eſſe magis humiles, & minus ſuperbi? Quantò ſatiùs, quanto commodiùs, nobis iura nouantibus, hæc tā culta noualia, & villas tot delitijs opibuſq; fluentes, impiger Miles habebit, quàm genus hoc pigrum & fugiens conſumere natū, quod otia ducit, quodq; ſub tecto marcet, & umbra, qui fruſtra viuunt, quorum omnis labor in hoc eſt, vt Baccho Venerique vacent, quibus crapula obeſis poris colla inflat, ventreſque abdomine onerat? Vnde nos, quamprimùm Papa nobis in dicta lege rebellis fuit, Montem flaſconis, Aquam pendentem, Bitral, Radichofonem, Arduam, Sancti Quirci caſtrum, Biſterbium, Biccum, vicoſque innumeros & plurima caſtella, quibus diues Roma circumuallatur, protinus ipſi eripuimus, quæ fortiter potenterque armis adhuc ipſo nolente tenemus, diuque tenebimus: quamuis nobis Imperium ſupplantare laboret, & ius noſtrum præſumat FRIDERICO Regi Siciliæ promittere.*

Tunc Proceres vno ore legem confirmantes, bellum fore promittunt, omneſque fideliter iurant, obſeruaturos ſe quicquid Imperator dixerat..... Subſcripſerunt Otho Rom. Imp. Ioh. Rex Angliæ, Franciæ & Hiberniæ per Guillermum Comitē Salesbertenſem, Henricus Dux Lothar. & Brabant. Marchio Rom. Imp. Otho Comes Palat. Burgund. Ferrādus Comes Flādriæ & Henoniæ Reginaldus Comes Boloniæ, VVillelmus Comes Holandiæ, N. Comes de Limburg, N. Comes Barrēſis, Herueus Comes Niuernēſis, Petrus Comes Altiſiodorēſis, Henricus Comes de Kuke, Hugo Baro de Beues, multique alij Proceres, & Comites. Actum in oppido Valenciena in Comitatu Henoniæ, 1215. ann. Imperij Othonis *Imp.* xv.

Cauſæ porrò, quas habuiſſe crederem *Othonem* arma ſuſcipiendi contra potentiſſimum Regem *Philippum II.* (fuit is pater *Ludouici* VIII. cognomento *Leonis*, qui fuit pater *Ludouici Sancti*) fuere: Vetus Antipatia *Philippi* aduersùs *Othonem*, quem redeuntem ex Anglia ad ſuſcipiendam Imperij coronam ſubſannauerat, & immiſerat. Fœdus, quod *Philippus* habebat cum *Friderico*, cuius conſilio ad Coronam vocatus, iſte Siciliā in Germaniam venerat. Conſanguinitas *Othonis* cum *Iohanne* Anglorum Rege, aduersùs quem *Philippus* arma gerebat. Spes tandem ſibi demerendi fœderatorum auxilia, quibus, bello in Francia confecto, Imperium repeteret. Fuère in *Othonis* ſociorumq; copijs centum quinquaginta millia peditum cum ingenti equitatu. *Fridericus* adhuc quietus expectabat exitum prælij, quod parabatur vtrinq; Rex Franciæ tantâ & ipſe mole bellum agebat, vt omnem iuuentutis in regno ſuo florem in agmine duceret. Tornacum Franci petūnt. Accedunt hoſtes; ſed quum eſſent anguſtiora loca, retrocedere placuit in patentiores campos, tribus inde milliaribus ad pontem *Bouinum*. Sequutus cum agmine inſtructo

ade-

aderat Imperator. Iam in alterno conſpectu agmina erant hoſtilia. Explicitis copijs, Rex Franciæ ad ſuos conuerſus regia corona depoſita, ait. *Commilitones ſperate: aduersùs Othonē Eccleſiæ cōtumacē arma gerimus. Rex ego pro regno vitā expono, ſi quis me dignior, & fortior præſumit hodie defendere patriam, huic cedam lubens diadema. Dei & patriæ cauſam tractamus: etſi peccatores Eccleſiæ, tamen paremus. Auxilium itaq; ab alto benè ſperantes, præſtolamur, in cuius nomine prodeat D. Dionyſij fœlix ſignum.* Ab altera parte Romanæ fulgebant Aquilæ; volabant per nubila, ſigna Draconum. Stabat *Otho* in ſolem aduerſum, quùm Rex illum pateretur à tergo. Siniſtro autem Regis ac dextro Flandrenſium cornu prima pugnabat acies. Flandrenſium comes memor tam magnum in ſua ditione iniri prælium, vt fortem decebat, fortia agebat, ita certus victoriæ, vt captiuis vinciendis catenas ferreas circumferret. Sed dum audētiùs, quàm prudentius pugnat, capitur. Miſcentur pugiles, equitibus incurrunt equites, cædunt, validе perurgentes. Peruenerant aliquando perfringentes aciem, tam de propinquo pugnantes, vt Regem Franciæ equo deturbarent. Signifer inclinabat Lilia, vt auxilia vocaret. Imperator viciſſim à Gallis non ſegni pugna impetitur. Inuentus eſt, qui approperans frena eius iumenti arriperet; ſed facile ſua nece repellitur. Excepit vulnus in capite ſonipes Imperatoris, vnde inuitus auerteret aciem. Nouo tamen impoſitus iumēto redibat in pugnam. Percrebuit fama de Imperatoris fuga, eam Galli excitarunt, & clamoribus vulgarunt. Perurgebat vtrinq; cędes. Comes Boloniēſis inter nouiſſimos ex acie Imperatoris ſubſtitit, donec caperetur & ille. Gallis tandē cedit victoria, quam multis celebrant carminibus, gloriam ſuæ gentis efferentes. Comes Flandriæ tum captus, iniectaq; parantibus vincula; duodecim annos egit in carcere, *Iohanna* coniux interim Flandriam adminiſtrauit. Nec *Iohanni* Angliæ Regi melius, qui ab Anglis proceribus exautoratus eſt, arceſſito *Ludouico VIII. Philippi* filio. Ita plerumque

Krantzius Sax. lib. 7.

Gallorũ victoria.

XXIV *Othonis fuga.*



procurrunt victi, victoreſq; Germani qui cum Imperatore venerant, regiam aciem va- victoria ludit, & raró coeunt modeſtia & victoria.

OTHONIS MORS, Ann. Sal. 1218.

XXV *Vitam agit priuatam.*

EA clade rebus *Othonis* attritis, in Saxoniā ſe recepit, ſibi ſæpe indignatus, quod Romanam oppugnaſſet Eccleſiā; Brunſuigæ vitam priuatā agere inſtituit ſummo tamen animi dolore, cum recordaretur de imperio; ibiq; An. Sal. 1218. V. Kal. Maij,

fluxu alui dyſenterico rebus humanis exemptus. Moriturus ſui facti pœnitentiam egit. *Othonis pænitentia.* Ante obitum à *Sigefrido* Hildesheimenſi Epiſcopo Eccleſiæ redditus eſt, riteque xxvi expiatus; abſolutionem *Honorius* Papa ratificauit. Tanta fuit morituri pœnitentia, vt coquinarijs præciperet collum ſuum calcaneis præmere, & viliſſimam Dei creaturam omninò ſupplantare. Optima autem ſpes ſalutis in tanta contritione. Brunſuici xxvii ſepultus eſt in Eccleſia S Blaſij iuxta parentem ſuum *Henricum Leonem*. Priuſquam decederet, miſit ad *Henricum* fratrem Auguſtalem cultum, quem adhuc penes ſe habuerat, quique paulo poſt in *Friderici* Cæſaris manus venturus erat.

EPITAPHIVM.

Hic iacet Henricus quōdā Dux, cōditor huius
Eccleſiæ dignus, nobilitate Pius.
Moribus ornata ſibi coniux eſt ſociata
Pauperibus larga, ſimplicitate bona.
Inclyta Methildis Anglorum filia Regis,
Nutriat Angelicis hanc Deus ipſe cibis.
Adiacet optatus Rex horum ſanguine natus
Otho coronatus, vermibus eſca datus:
Huius erat ſponſa Philippi ſtirps generoſa,
Filia formoſa, nunc cinis, ante Roſa:
Qui legis hac metra, memor horū ſis, peto, pēſa
Quid caro? quid vita? quid res? niſi mors, cinis, vmbra.

Aliud ex Micyllo.

Hic Papæ inſtinctu cum regnū fraude pararet.
Sæpe dedit turpem, non ſine clade fugam.
Mox verus Cæſar, cum ſceptrum lege teneret,
Pro pretio diras retulit Auſonias.

Aliud ex Sabino.

Summus ad Imperiū præſul reuocauit Othonē.
Mox vbi ſublatus cæde Philippus erat.
At Deus exegit pœnam iuſtiſſimus vltor,
Cæſareas paruo tempore rexit opes.
Excidit imperio Romani fulminis ictu,
Læſus, vbi ſpreto numine, Præſul erat.
Hic quibus inceſſit dominandi praua cupido,
Exitus iniuſtis Regibus eſſe ſolet. xxviii

OTHONIS SYMBOL.

Anſer ſtrepit inter olores.

NVMISMATA, ET SIGNVM *OTHONIS IV.* IMP. VIDE PAG. VI.

CAPVT TERTIVM.

Occaſione *Othonis IV.* Imperio exauctorati, ac vitam priuatam miſerè degentis titulus proponitur diſcutiendus,

TÆDIVM VITÆ PRIVATÆ.

Aſſuetus Regnare, nequit parere.

1.40. *Vita beata quæ? omnes petunt; nemo habet 6.*
2 *Diadema quot malis implicitum.*
3 *Traianus imperium recuſat.*
2 & 4. *Imperare quàm graue pondus.* 7. 3. *Qui imperium depoſuerint.* 11. *Quantis artibus quæratur.* 12. 21. 41. *Imperij libido nulli parcit.* 13. 24. *Nec Deo parcit.* 15. *Vna imperij dies quanti facienda?* 35. *A natura eſt imperare.*
5 *Regum miſeria.* 17. *Regnandi poteſtas non niſi cum vita deponitur.* 20. *Vt Deus ita Rex neſcit exuere maieſtatem.* 35. *Nunquam obliuiſcitur imperium: Regem quo ſymbolo Plato deſignet.*
7 *Diocletianus renuit imperium reaſſumere.*
8 *Vita priuatæ comoda.*
14 *Iulij Mazarini impia regnandi ambitio.*
15 *Aulicorum labores.* 16. *Aula infelix.*
18 *Henricus IV. quàm moleſtè tulerit purpura exui.*
20. & 27. 38. *Amiſſi imperij memoria graue vulnus.*
20 *Diues cur Lazaro non ſibi legationem ambiret ad fratres.*
26 *Dionyſius mauult mori, quàm regnum deponere.* 27. *Gymnaſium aperit, amiſſo imperio.*
31 *Maximianus tentat imperium repetere ſponte depoſitum.*
35 *Imperare cui natura dederit.* 36. *omnis imperare deſiderat.*
36 *Iulij Cæſaris ambitio.* 40. *Arguit Syllam, quòd dictaturam depoſuiſſet.*
37 *Apoſtolos fatigauit ambitio.*
40 *Dæmon petit in principatum reſtitui.*
43 *Sorte ſua ſit quiſque contentus.*
46 *Ambitio eſt magni animi.*

Ep. 44. Omnes quærunt vitam beatam, ſed pauci habēt. QVidelt (quærit *Seneca*) quod omnes beatam vitam optant, ſed pauci vel nulli habeant? In hoc erratur; quòd inſtrumenta eius pro ipſà habent, & illā dum petunt,

tunt,ſugiunt. Nam cum ſumma beatæ vitæ
ſit ſolida ſecuritas, & eius inconcuſſa fidu-
cia; ſolicitudinis colligunt cauſas, & per in-
ſidioſum iter vitæ non tantùm ferunt ſarci-
nas,ſed trahunt. Ita longiùs ab effectu eius
quod petunt,ſemper abſcedunt, & quò plus
operæ impendunt,hoc ſe magis impediunt,
& feruntur retrò. Quod euenit in labyrin-
tho properantibus, ipſa illos velocitas im-
II *Diadema* plicat. Regum diadema reſpicimus ſed cu-
curis im- rarum tempeſtatem, quæ diadema circun-
plicitũ. dat, non aſpicimus. Quantis voluptatibus
orbatus fuerit *Hieron* tyrannus,factus prin-
ceps,quibus fruebatur priuatus,apud *Xeno-*
phontem narrat. Vnde non mirum, quòd
III *Traianus* *Traianus* tanquàm intolerabile onus impe-
imperiũ rium ſpreuerit, nec niſi coactus ſuſceperit.
recuſat. A Caio Cæſare, qui ſpectante Senatu conci-
dit, ad Carolum M. vſquè, triginta circiter
Imperatores legimus interfectos; quatuor
verò ſibi mortem conſciuerunt; quod ge-
nus mortis fœdiſſimum *Tacitus*; informe
IV *quàm* *Canones* appellant. Propterea Saturninus,te-
malum ſte *Vopiſco*, prudenter milites compellauit,
impera- quum ipſi inuito purpura induceretur Im-
re. peratoria. *Neſcitis amici,quid mali ſit impe-*
rare. Gladij & tela noſtris ceruicibus impen-
dent,imminent haſtæ vndique, vndique ſpi-
cula;ipſi cuſtodes timentur, ipſi comites formi-
dantur: non cibus prò voluptate, non iter prò
auctoritate, non bella prò iudicio, non arma
prò ſtudio. Adde, quod omnis ætas in imperio
reprehenditur. Senex eſt quiſpiam, inhabilis
videtur: Sin minus,ineſt furor. Namque quod
Imperatorem me cupitis, in neceſſitatem mor-
tis me trahitis. Cum vitæ ageret extremum
V *Iohannes* II. Ferdinandi filius,Siciliæ,& Ara-
goniæ Rex, mox reſpirans, & iam recluſis
oculis,omnes,qui aderant adſpiciens: *O va-*
Regum *miſeria.* *nas*, inquit, *hominum cogitationes; ò miſeros*
homines, qui ad Principatus aſpirant; qui di-
uitias,opes & nimios honores affectant: ò fe-
licem pauperum conditionem,& illorum ſecu-
ram vitam atque beatam, qui panem come-
dunt cum ſudore vultus ſui,qui viuunt labo-
re manuum ſuarum: nam mihi miſero quid
regnum,quid homines,quid obſequia plurimo-
rum contulerunt? Quid? labores ſcilicet ma-
gnos, & multa corporis & animæ pericula,
nec vnquàm ætate tàm longa potui mihi dies
aliquot videre bonos, ò me miſerum, & infe-
licem, qui tam ſerò fallacem mundum agno-
ſco; qui vitam certè vixiſſem multo melio-
rem,ſi non Rex, ſed pauperis agri cultor fuiſ-
ſem. Suum quiſque vitæ genus accuſat; & vi- VI
tæ mediocris atque priuatæ felicitatem, & *vita me-*
ſecuritatem æſtimat nullus. *diocris beata.*

Si Sapis,affectes mediocria: Summa periclis
Obuia: contemptum ſordida vita parit,

Ex Platone quidam poeta. Sanè *Diocletia-* *Diocle-*
nus poſt inſignem gloriam domi, foriſque *tianus*
partam,diuinoſque honores ſuſceptos, nihil *deponit imperiũ.*
firmum nec conſtans in rebus humanis per-
ſpiciens,vnà cum *Maximiano* collega impe-
rium depoſuit; ille *Nicodemiæ* in Bithynia;
iſte *Mediolani* Priuatorum habitu ſumpto,
vitam agere cœperunt priuatam *Maximia-*
nus in Lucaniam, *Diocletianus* Salonas in
patriam conceſſit, Cumque à *Maximiano* VII
poſt quadriennium admoneretur, vt impe- *reaſſu-*
rium vnà repeterent, contradixit: *Se peſte* *mere negat*
(inquit) *liberatum, nolle amplius venena im-*
bibere. Satis ſe pro Repub. elaboraſſe, & tem-
pus appetijſſe, vt ſibi viuat: & vixiſſe, non
poſſe teſtari,niſi poſtquàm in patria ſua olera
ſeuiſſet. Et addit: *Vtinam Salonæ viſere poſ-*
ſes olera noſtris manibus ſata: profectò nun-
quàm iſtud tentandum iudicares. Conſonat
Diocletiano *Suatocopius* Rex Bohemorum.
Victus ab *Arnulpho* Imperatore,clam ſe ſe VIII *Eneas*
pugnæ ſubtraxit, atque vt erat incognitus, *Syluius*
ſalutem fugà ſolus quæſiuit. Quumque ad *c. 83.*
montem veniſſet,cui *Sambri* nomen eſt; ab- *Bohem.*
iectis armis,equo dimiſſo,pedibus iter fecit,
& tanquàm viator inops, vaſtiſſimam in-
greſſus Erèmum, tamdiù pomis atque her-
barum radicibus vitam ſuſtentauit, donec
tres erèmi cultores obuios habuit, quibus ſe
ſe adiungens, vſquè ad extremum vitæ per-
ſeuerauit incognitus, patienter ac ſedato a-
nimo incommoda quæque ferens. Vbi vero
obitus adfuit, accerſitis eremitis. *Nondum*
(inquit) *quis fuerim noviſti. Rex ego Morauo-*
rum prælio victus ad vos confugi, & regiam
vitam & priuatam expertus morior. Nulla
regni fortuna eſt tranquillitati eremi præfe-
renda: hic ſecurus ſomnus, dulces herbarum
radices atque vndas efficit: ibi cura atque pe-
ricula,nullum cibum,nullum potum non ama-
rum reddunt. Quod vitæ mihi fata dederunt,
apud vos fælix peregi: in regno quicquid eius
tranſactum eſt,mors verius quàm vita fuit.
Sepelite me hic poſtquàm anima corpus reli-
querit. Morauiam deinde petentes filio meo,ſi

adhuc viuit, hæc nunciate. Atque his dictis vita exceſſit.

IX Si Regum ſtatus tantis eſt adſtrictus periculis, cur enixè concupimus, contemnenda miramur, circa cathedras, & thronum inſanimus, gaudentes mendacio? Gaudet mortalitas decipi: quàm multi ſic complectuntur, & tenent, quomodò qui à torrente rapiuntur, ſpinas & aſpera. (*Seneca ep. 4.*) Plerique inter mortis metum, & vitæ tormenta, miſeri fluctuant: & viuere nolunt, dum neſciunt mori. *Imbecilla eſt natura ad contemnendam potentiam*, ait Tullius. Eleganter hi aſſimilantur pue-
X ris, quum bullas, ſiue pompholygas artificioſas, in modum Iridis purpuraſcentes ſectantur atque comprehendere ſtudent, ſub lemmate. *Omnia poſſident & nihil habent*; Vertunt Itali, *Tutto abbraccio, e nulla ſtringo.* (*Reges cui aſſimilat.*)

XI Non porrò deſunt, qui omnem lapidem mouentes Cælum terramque reuoluant, vt Regnum aſſequantur inane. Cæſarem profero, cuius, teſte Lucano, (*lib. 1. Cæſaris artes ad regnum acquirẽdum.*)

Neſcia virtus
ſtare loco: ſoluſq; pudor non vincere bello.
Acer, & indomitus; quo ſpes, quoq; ira vocaſſet,
Ferre manũ, & nũquã temerãdo parcere ferro.
Succeſſus vrgère ſuos: inſtàre fauori
Numinis: impellens quicquid ſibi sũma petẽti
Obſtaret: gaudenſq. viam feciſſe ruina.
Qualiter expreſſum ventis per nubila fulmen
Ætheris impulſi ſonitu, mundique fragore
Emicuit, rupitque dies, populoſque pauentes
Terruit, obliqua præſtingens lumina flammà:
In ſua templa furit: nullaque exire vetante
Materia, magnamq; cadens, magnãq. reuertẽs
Dat ſtragem latè, ſparſoſque recolligit ignes.

XII Nullæ ſunt, inquit Ariſtoteles, vel naturæ, vel amicitiæ, vel beneficentiæ ſatis firma vincula, vbi Maieſtatis, vel imperandi furioſum deſiderium inualerit. (*in Ethic. libido regni nulli parcit lib. 36.*) Quod forſan tranſcripſit. Dion Caſſius: *quicunque potentiam affectant, cætera omnia cupiditati ſuæ poſtponunt, ita vt amiciſſimos, etiam genere proximos, inimiciſſimorum loco habeant.* Cum Maieſtatis ambitio vrget, fratrem, patrem, Deum inficiamur. Regni cauſa Saturnus patri virilia amputauit, vt vnus & ſolus hæres ſupereſſet. Filios deuorauit in vtero, ne ipſi vim inferrent. Nec dicas Poetarum commenta; nam *Poetica* (inquit Plutarchus) (*lib. de Muſica*) *non tantùm voluptati ſunt compoſita, ſed altior, profundiorque mens, & intellectus in ijs occulitur.* Recordare *Lotharium, Henricum*, qui throno exturbarunt parentem; imo Deũ
XIII ipſum ſpoliarunt, vt Maieſtatem induerent. (*Ambitio nec Deo parcit.*) Huiuſcemodi fuit Tartarorum ille Princeps, qui cum Polonorum ſceptrum acquirendi deſiderio flagraret, ſolaq; obſtaret religio, quia Polonia fidelis, hæreſiarcharum errores conſtans abhorret, venalem obtulit Religionem, dicens: *Si tuus Pontifex ò Polonia? meus & Pontifex: Si tuus Lutherus? meus eſto Lutherus.* Nec longè Iulius ipſe XIV
Mazarinus S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, quum ad captandos Hollandos, eoſque in fœdus alliciendos, permiſit atq; ſubſcripſit, Catholicorum euertenda templa, quatuor exceptis, quæ Antuerpiæ ſtabant, ſi ea potirentur fœderati. (*Siri. tom. 7. p 600.*)

Hi ſunt, quos adeo excæcauit ambitio, XV
quod vnum imperij diem æternæ præferant fælicitati. (*vna dies imperij quanti fiat?*) Apud Plutarchum *in Solone* quidam amici Solonis reprehendebant eum, quia tyrannidem ſpontè oblatam non acceptaſſet, illud inculcantes. *Si regno Athenarum vno tantum die potiri potuiſſet, nullum ſupplicij genus recuſare debuiſſe, patique æquo animo; vt acerbiſſimis cruciatibus poſtea afficeretur, omniſque ipſius familia, funditùs periret.* Tam præclarum bonum putabant, breuiſſimo etiam ſpatio frui poſſe omnibus voluptatibus, vel potiùs vlciſci ſemel grauiter inimicos

Hi ſunt, in quos Manlius exclamat (*aulicorũ labores.*)
Quid tam ſolicitis vitam conſumimus annis,
Torquemurq. metu, cæcàque cupidine regni?
Æterniſq. ſenes curis dum quærimus æuum
Perdimus! & nullo votorum fine beati,
Victuros agimus sẽper, nec viuimus vnquã?
Pauperiorq. bonis quiſq. eſt, quia plura requirit,
Nec quod habet, numerat tãtũ, quòd nõ habet, optat.

Ad idem Seneca: *Tulit te longe a conſpe-* XVI
ctu vitæ ſalubris rapida felicitas, prouincia, & procuratio, & quidquid ab iſtis promittitur: maiora deinde officia te excipient, & ex alijs alia. Quis exitus erit? quid expectas, donec deſinas? habere, quod cupias? Numquàm erit tempus. Qualem dicimus eſſe ſeriem cauſarum, ex quibus neſcitur fatum, talem & cupiditatũ: altera ex fine alterius naſcitur. In eã demiſſus es vitam, quæ nunquã tibi miſeriarum terminum ac ſeruitutis ipſa factura ſit. Subduc ceruicem iugo tritam. ſemel illam incidi, quàm ſemper premi, ſatius eſt. Si te ad (*ep. 19. infelix aula*)

pri-

*priuata retuleris, minora erunt omnia, ſed af-
fatim implebunt: at nunc plurima & vndi-
que ingeſta non ſatiant. Virùm autem mauis,
ex inopia ſaturitatem, an in copia famem? Et
auida felicitas eſt, & alienæ auiditati expo-
ſita. Quamdiu tibi ſatis nihil fuerit, ipſe alijs
non eris. Quomodo, inquis, exibo? vt cunque.
Cogita quàm multa temerè pro pecunia, quàm
multa laboriosè pro honore tentaueris: aliquid
& pro otio audendum eſt, aut in iſta ſollicitu-
dine procurationum, & deinde vrbanorum of-
ficiorum, ſeneſcendum in tumultu, ac ſemper
nouis fluctibus, quos effugere nulla modeſtia,
nulla vitæ quiete contingit. Quid enim ad
rem pertinet, an tu quieſcere velis? fortuna
tua non vult. Quid ſi illi etiam nunc permiſe-
ris creſcere? quantum ad ſucceſſum acceſſerit,
accedet ad metum. Volo tibi hoc loco referre di-
ctum Mecænatis. vera in ipſo eculeo docuit.
Ipſa enim altitudo attonat ſumma. Si quæris,
in quo libro dixerit, in eo qui Prometheus in-
ſcribitur. hoc voluit dicere, attonita habet ſum-
ma. Eſt ergo tanti vlla potentia, vt ſic tibi
tam ebrius ſermo? Ingenioſus vir ille fuit, ma-
gnum exemplum Romanæ eloquentiæ datu-
rus, niſi illum eneruaſſet felicitas, imò caſtraſ-
ſet. Hic te exitus manet, niſi iam contrahas
vela, niſi (quod ille ſerò voluit) terram leges.*

XVII Omnis tamen fruſtratur conatus, Æthio-
pemque lauas, cum aulicum ad priuatos re-
uocas parietes. Purpuram ſola mors repetit:
pellem potius quàm byſſum Principes ex-
uunt. Imperio deturbatum *Henricum* IV.
cum Electores, *Moguntinus*, *Colonienſis*, &
XVIII *Henricus IV recuſat inſignia exuere.* *VVormatienſis* acriter negotiũ faceſſerent,
ni inſignia deponeret, vimque minarentur,
ſi reſiſteret; vitæ adductus diſcrimine afferri
ad ſe inſignia, ac regiam veſtem iuſſit; ijſque
ornatus in ſellam aſcendit, & verba fecit ſe-
quentia. *Hæc Regiæ Maieſtatis inſignia, Æ-
terni Regis pietas, & principum regni conſors
voluntas mihi tribuit, quæ vi nulla tueri pa-
ratus ſum: nam, inteſtinum malum, vt ſuſpe-
ctum nunquàm habui, ſic nec etiam caui.
Quis enim tantum aut in amicis furoris, aut
in filijs impietatis hærere poſſe exiſtimaret?
Verum vnius Dei ope, & veſtro pudore de-
fendam. Quod ſi vos neque Dei, neque honoris
veſtri rationem habebitis, vim patiar, quam
propulſare non poſſum.* Hæſitantibus porrò
ſuper his verbis, cæteris, tum Moguntinus:
XIX *Quid dubitamus* (inquit) *ò ſocij? Nonne officij
noſtri eſt Regem conſecrare; & conſecratum* *violenter ſpoliatur.*
*inuadere? Cur igitur quem inducimus, non me-
ritò exuamus?* Statimque impetu facto, *Hen-
ricum* adorti, coronam ei de capite detra-
xerunt, ac de ſede remotum purpura, cæte-
riſque inſignibus ſpoliarunt. Paulò poſt
mœrore confectus, obijt. Memoria elapſæ
dignitatis carnifex fuit, qui *Henricum* ſuſtu- XX *memoria dignitatis amiſſa graue vulnus.*
lit. Torquendi ars eſſe poteſt, aliquem hono-
rare diuitijs, vt grauiùs poſtea adurgeatur
miſerijs. *Super flumina Babylonis* (aiebat a-
pud Pſaltem, *Pſal.* 136. Hebræus) *illic ſedi-
mus, & fleuimus, dum recordaremur tui
Sion*. Memoria elapſæ felicitatis durus erat
infelicitatis ſtimulus. *Manna de Cælo guſta-
ſti* (ait Zeno Veronen. ſer. 2. de Exodo) *vt
cum eſſes ad egeſtatem poſtmodum deuolu-
tus, præteritorum bonorum recordatione acrius
torquereris*. Diues ille, qui purpurã cõmuta-
uit in flãmas, cum vehementiſſima ſiti ad-
urgeretur, compulſus vel ſitulæ refrigerium
quærere, ſe vbi Lazarus degebat, adduci re-
nuit, & ad ſe Lazarum ſatis fraudulenter
deduci quæſiuit. Verùm cum illi denegare-
tur optatum, iterum inſtat, & ad paternam
domum Lazarum delegari obnixiùs rogat:
*Rogo te pater, vt mittas eum in domum pa-
tris mei*. Si diues fratrum ſalutem ad ſpe-
ciem ſuſpirat, cur ſibi legationem nõ am-
bit? Ita ſecuriùs poſſet fratrum correctio-
nem ſperare. Manere eligit flammis gehen-
nalibus cinctus, quàm paternam adire do-
mum, in qua epulę quotidianę, annoſa vina,
ſeruorum circumſtantia vanitatem, & ar-
rogantiam nutriebant. Ad hanc patris do-
mum ire ipſe recuſat, & Lazarum delegari
ſuſpirat. Cauſam quæris? hæc eſt. Veretur ſe
ibi diriùs torquendum, & recordatione du-
riùs diſcruciandum: quaſi duruis ipſa ge-
henna putarit tormentum in tam prædiuiti
patris domo indigère aquulæ refrigerio, ibi-
que extremis anguſtijs angi, vbi olim viſus
fuerat tot lautitijs exundare, & tot inſanis
ſumptibus innutriri. Eadem lucta nos tenet,
ſi animam, vel dignitatem amittamus. Vbi-
què morimur, ſed cum imperio ſpoliamur,
mors eſt ſuperuiuere; & vtinam daretur, ſe-
mel mori. Si Dij terræ ſunt Principes, ec-
quandò potuere Cœlites diuinitatem exue-
re? Nec iſti deitatem, nec illi maieſtatem.
Cadat pater, ruat patria, dum regnem.

Bello Macedonico *T. Quint. Flaminius* XXI

lega-

Plutar. in Flamin. legatis, quos *Philippus* Rex Romam mittebat, adiunxit ſuos: qui apud Senatum agerent, vt ſibi prorogaretur imperium: ſin minùs, pacem ipſe vt daret *Philippo*. Nam
Flamin. cupidus dominãdi. cum ſupra modum cupidus dominationis eſſet, verebatur ſi ſibi eo in bello daretur ſucceſſor, ne perpetrati gloria ſpoliaretur. Obtinuerunt eius amici, vt nec *Philippus*, quæ poſtulabat, obtineret, & ei prorogare-
xxii tur prouincia Noſtro ſæculo Anglorum ille tyrannus Cromuel, nè Maieſtatem deponeret, hoſtem quæſiuit. *Appius Claudius* Ro-
xxiii manus decemuir regnandi libidine incenſus, cenſuram quinquennio per vim contra legem Æmiliam, quæ ad menſes XIIX. illã reduxerat, tenuit, cum etiam eius Collega *En. Plautius* ſe abdicaſſet. Quapropter *P. Sempronius* Tribunus plebis contra eum in concione inuectus: *Hæc eſt* (inquit) *Quirites,*
Liuius lib. 9. *Appij progenies, qui Decemuir in annum creatus, altero anno ſeipſe creauit: tertio nec à ſe, neque ab vllo creatus, priuatus faſces, & imperium obtinuit: nec ante continuando abſtitit magiſtratu, quàm obruerent eum malè parta, male geſta, malè retenta imperia.* Et infra. *Ego te Appi Claudi, prò iſtius magiſtratus maieſtate, ac verecundià quem geſſiſti, non modò manu violatum, ſed ne verbo quidem inclementiori à me appellatum vellem: ſed & hæc, quæ adhuc egi, peruicacia tua & ſuperbia coegit me loqui: & niſi Æmiliæ legi parueris, te in vincula duci iubebo. Nec, quùm ita comparatum à maioribus ſit, vt comitijs cenſorijs, niſi duo confecerint legitima ſuffragia, non renunciato altero comitia differantur, ego te, qui ſolus cenſor creari non poſſis, ſolam cenſuram gerere patiar. Hæc taliaque quùm dixiſſet, prehendi cenſorem, & in vincula duci iuſſit. Approbantibus ſex Tribunis actionem collegæ, tres appellanti Appio auxilio fuere: Summaque inuidia omnium ordinum ſolus*
xxiv *cenſuram geſſit*. Genus picis Maieſtas eſt, qua oblinitum aquæ totius maris non purgant. Imperij libido gradatim velut ignis aſcendit, & ardet inextincta. A milite, ad Ducem; à Duce ad Regem; à Rege ad Cæſarem; à Cæſare ad Deum fumus aſcendit, quò cum perueneris, nonniſi præceps potes de-
xxv ſcendere. Caligula, quum obtruncatis deorum ſtatuis caput ſuum commodauit, percuſſus in pedibus, cecidit, qui obtorto collo non formidauit trahere Idolorum imagines. Hęc Mortis violentia nequijt tamen tyrannis iſtis modum imponere, quin ea ferociores mortem ſpernerent, vt imperarent.
Dionyſius ſenior Syracuſanorum tyrannus, xxvi *Dionyſius maluit mori quam regnum deponere*
initio tyrannidis cum oppugnaretur à ciuibus coitione factà, amicique hortarentur, vt dimitteret imperium potiùs, quàm captus necaretur: cernens bouem à coquo iugulari ac celeriter corruere, *Nonne* (inquit) *indignum eſt nos metu mortis tam breuis, tantum deſerere imperium?* Non minori libidine tenebatur filius eius *Dionyſius Iunior*: Is cum à *Plutar. in apophteg.* xxvii *ambitio Dionyſij Iunioris*
patre hæreditatis nomine, Syracuſanorum, ac penè totius Siciliæ tyrannidem accepiſſet: maximarum opum dominus, dux exercituum, rector claſſis, equitatu potens; nam quadringentas ſeremes, & quinqueremes poſſidebat, pedeſtres copias ad centum millia hominum, equitum nouem millia, paulò poſt labante fortuna, rerum omnium viciſſitudinem ſenſit: & ab *Icete* Leontinorum tyranno fugatus, Corinthum priuatus receſſit: vbi literas puerulos Corinthi docuit propter inopiam, dicunt aliqui; Vnde prouerbium, *Dionyſius Corinthi*: De quo Ouidius *L. 4. de Ponto. eleg. 3.*

Ille Syracuſia modo formidatus in vrbe
Vix humili duram repulit arte famem.

Vidiſſes eum in publico cum mulierculis altercantem, quæ formam quæſtui habebant, pſaltrias in cantibus docentem, & circa cantilenas theatricas cum ijs enixè de modorum digladiantem concentu. Quæ feciſſe Dionyſium dicunt alij, quo contemneretur, nec formidabilis Corinthijs foret, vel ſuſpectus; vnde magna affectaſſe, & ſimulaſſe prę ter ingenium ſuum, atque ad otium fallendum præ ſe tuliſſe ſtoliditatem. Verius eſt in ruſticana caſa, & pauperum taberna non minùs quàm in aula, imperij libidine excruciatum fuiſſe *Dionyſium*, & vt amiſſæ tyrannidis dolorem leniret; aperuiſſe gymnaſium, in quo pueros literas, mulierculas quandoq; cantum docendo, imperaret. Vnde adagium, *Imperium perdidit, gymnaſium aperuit*
vbi ferula erat illi pro ſceptro. Serpentes di- xxviii
cas principes; nam vti ſerpentibus virus ineſt in capite; & ſecto corpore, adhuc caput
mouet lacertos: ita cupido capiti ineſt, nec *Ser. 2.*
niſi morti cedit aduenienti. Phauorinus Phi- xxix
loſophus apud Stobæum, homines partim *tria hominum genera*
eſſe *ridiculos*, partim *odioſos*, partim *miſerabiles*

biles dixit. Ridiculos quidem, qui ambitioſè
ad maiora aſpirant; Odioſos, qui ea conſe-
quuntur. Miſerabiles autem; qui ſpe fallun-
xxx tur. Quæ maior miſeria, quàm Tantali mo-
re ſitire imperium, iam delibaſſe & inter
frondoſas Maieſtatis arbores, & ſuper aqua-
rum riuos famelicum ac ſitibundum peri-
xxxi re. Fallitur, qui ad animi moderationem re-
uocat receſſum aulæ, timori potiùs adſcri-
bendum, & animo puſillanimi; qui fortu-
nam timeat errantem. Cæterum Maieſtatis
ſtimulis vrgeri, ne recedat Dominans, vel re-
xxxii petat dominatum. Imperium ſponte Maxi-
Maxim. tentat imperiũ repetere. mianus vnà cum Diocletiano, vna die de-
poſuit, ſed *Maximianum* poſt quadrien-
nium pœnituit, & Diocletianum admonère
cœpit, vt imperium vnà repeterent. Purpura
xxxiii tyrannum tegit, vt vulpem pilus. Hunc ſi a-
mittant, dolos iſta; ille ambitionem ſeruat.
xxxiv Romam cum veniſſet Eumenes Rex, à Se-
natu honorificè exceptus, clariſſimorum
virorum frequentià ſtiparetur: *M. Cato* cen-
ſorius vitabat Regis conſuetudinem. Id qui-
buſdam admirantibus, atque dicentibus: Eu-
menem virum eſſe probum, ac amico in
Populum Romanum animo: *Sint iſta vera*
(inquit Cato) *attamen illa bellua natura fe-
rox eſt*. Sentiens omnes Reges, vtcumque
pro tempore ſimulent, natura tyrannos eſ-
ſe, ac Democratiæ infenſos. Quantò magis
ſimulare credas ſi in priuatã vitam incidant?
Animal ferum licet arte manſuetum, non
raro conſuetudinem perdit eundi, & reuer-
tendi: quandoque etiam equiſonem, & ſal-
xxxv tuatium perimit. Dedit Natura homini alta
ſperare, & ſuper cæteros principari. *Domina-
mini*, Hoc eſt primum & maximum in lege
naturæ mandatum. Quod ſi imperes, opus
ſit, alios eſſe, qui tibi ſeruiant. Dedit Natura
Ep. 90. prioribus deteriora ſubmittere, ait Seneca.
Et Ariſtoteles, *Natura* alios *Seruos* fecit,
alios *liberos*, hoc eſt Principes, & dominãtes,
quos præclaris Deus donauit virtutibus, vt
obedire non poſſint. Iaſon parere non poſſe
dicebat, quia ad imperandum natus eſſet;
vndè fame necari ſeriò quereretur, vbi non
xxxvi imperaret. Heſiodum imitatus Plato, tria
fecit hominum genera, quorũ primo Deus
aurum inſtillauit in ortu, cuius generis Prin-
cipes eſſe, vult. Secundo argentum, ſunt hi
adiutores, & conſiliarij. Tertio æs & ferrum
quos reliquos dicas ciues, & opifices.

Ingenium cæleste ſuis velocius annis
Surgit, & ingratæ fert mala damna moræ.
Canit *Ouidius* de Herculis heroica indole.

Ecquis eſt, qui liberè ſeruire patiatur?
præter ſtolidos non legitur. *Iulius Cæſar* xxxvii *Plutar.*
quùm Alpes iam tranſijſſet, & iuxta oppidu- *in Cæſar.*
lum quoddam barbaricum, paucis & miſe-
ris habitatum hominibus iter faceret; ami- *Cæſaris*
cis per iocum ex ipſo quærentibus, an & hic *ambitio.*
de magiſtratibus contentiones eſſent, ac de
principatu certamina & potentium emula-
tiones? ſeriò reſpondit: *malle ſe hic primum,* xxxviii
quàm Romæ eſſe ſecundum. Apoſtolos ipſos
cribrauit ambitio, quùm *facta eſt contentio
inter eos, quis eorum videretur eſſe maior.*

In Eremum, vel in clauſtra, & Xenodo- xxxix
chia legimus abijſſe Principes, Lotharium
Imperatorem, Pipinum, Carolomannum
Caroli M. Filiũ aliosq.; quorũ myriadẽ tran-
ſcriberem, ſi Supernæ pietatis opera, & mi-
racula ſcriberem; verùm cum hominum
ambitioſos mores adortus fuerim: quæ hu-
manitùs aulicos colaphizant, recenſeo. Poſt
vitam regalem hominem ſuperuiuere, idem
eſt, ac lapidibus enutriri; vt annuit Satan xl
quum à Chriſto peteret, vt in panem lapi- *Satan*
des conuerteret: *Dic, vt lapides iſti panes* *petit reſtitui in*
fiant. Quaſi diceret; Poſtquàm è ſummo *princi-*
Cœlo me deiceiſti, vt principatum perde- *patum*
rem Angelorum, hiſce enutrior lapidibus;
veluti rabidus canis ſaxa mordeo; *Dic vt la-
pides iſti panes fiant*, reſtitue me principatui,
Ordini Angelorum remitte, ſitibundo ma-
ieſtatis, famelico dominationis indulge pa-
nem, remoue lapidem offenſionis, & petram
ſcandali? Honeſta videtur oratio, & plena
obſequij, cur ergo Deus non exaudit? quia
tumidus Satan non rogabat, ſed tentabat *cur non*
Dominum Deum ſuum. Aſſuetus imperio, *exaudi-*
non patiebatur quieſcere, & obſequium præ- *tur.*
ſtare, vnde verſutus petit reſtitui, verba ſi-
mulat, ſed obſequium denegat; propterea *Matt. 4.*
redargutus à Domino; *Non in ſolo pane vi-
uit homo, ſed in omni verbo, quod procedit de
ore Dei*. Quale erat hoc verbum? *Dominum
Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies*,
quod in pectore reſeruabat Chriſtus, vt il-
lud eructaret in Dæmonem, quùm apertè
grandiori ſuperbia tentaret in monte Deũ,
quàm in Cœlo tentauerat. Similem enim ſe
Deo in Cœlo fecerat: *Exaltabo ſolium meũ,
ſimilis ero Altiſſimo*: Hic verò ſe Deo ſupe-
rio-

riorem expoſcit; *Hæc omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me*, quia ſuperbi quùm fortuna deſcendunt, arrogantia magis aſcendunt. Homo tanti non eſt, vt ambitionis vincula ſoluat. Vinciri gaudet, *ad alligandos Reges eorum in compedibus*, & vult throno non poſſe deſcendere. Proferentibus in me-
xli dium, quod Sylla dictaturam depoſuiſſet,
Silla depones dictaturam irridetur à Cæſare. cum Cœſar perpetuam gereret, quod minimum aberrat à tyrannide: reſpondit Cœſar, *Syllam neſciuiſſe literas, eoque dictaturam depoſuiſſe*. Quaſi ignaui hominis ſit, non peierare ad tyrannidem retinendam. Prin-
Principes filios odio habent. cipes minùs timent mortem quàm ſucceſſorem: vnde reclamante natura filios odent,
xlii quos generant. *Bocalinum Lege*: Primogenitum enixa Regina Epirotica, inquit, acurre-
Centur. I ragguag. 56. rant ciues magno exilientes gaudio, de partu cum Principe gratulaturi. Porrò Princeps aduentantes prohibuit, & per aulicum monuit, *lugerent interim, vſque dum ei filius naſceretur*. Forſan ex adulterio progenitus, qui iam natus? interroganti aulico reſpondit Princeps, *Arcana vos fugiunt maieſtatis, priuati*. Nonne duo de viginti mihi tantùm ſunt anni? *Verum* dixit Æconomus; *quot ergo*, inquit Princeps, *erunt filio meo, cum quadraginta annorum ero?* duo ſupra viginti habebit filius tuus. *Itaque* (replicauit Princeps) *erit mihi frater nõ filius. Priuati fratrem à filio natiuitate ſecernunt: Principes ab ætate. Illi annos ab ortu numerant: à viribus Principes. Mihi erit chariſſima proles, ſi quinquagennario euenerit: ne viuens cogar cedere principatu. Vt namque pater mori haud ſine purpura ſuffert: ſic filius impatiens ſenectutis paternæ, mauult Omphacem Iunio manducare, quàm vuas Septembri.*

xliii Plurima in aulicos adiungerem, ſi liceret *de plauſtro loqui*. Sed quia abijt *Bizeni libertas*, Obſequium renouo, & caſum *Othonis IV.* Imperatoris, cuius gratia verba fecimus *de tædio vitæ priuatæ*, doleo; ignoſco quùm abdicatum imperio reſpicio, priuatam vitam ſummo cum animi dolore agentem Brunſuigæ, ibiquè conſumptum. Alieno inſtructus periculo, ſit ſua quiſque ſorte cõtentus: moderata eligat: ad rationem viuat, non ad ſimilitudinem. Nulla nanque res nos maioribus malis implicat, quàm quod ad
rumorem componimur. Vitam dicas *Bea-* xliv
tam cum Seneca, *primùm ſi ſana mens eſt,* *Vita*
& in perpetua poſſeſſione ſanitatis. Deinde, ſi *beata.*
fortis ac vehemens, tum pulcherrima & pa- *Seneca c.3.*
tiens, apta temporibus, corporis ſui pertinentiumque ad id curioſa; non anxiè tamen: rerum quæ vitam inſtruunt, diligens ſine admiratione cuiuſquam: vſura fortunæ muneribus, non ſeruitura. Hoc cicadis rorem lam- xlv *Hadrian.*
bentibus, cantuque ſe oblectantibus, deſi- *Iunius.*
gnari ſolet ſub Italico lemmate. *Di queſto mi* *Emblem.*
contento, & meglio ſpero. Latinè 20.

Libat rauca roſas cicada hiantes.
Clauſas præterit vſui futuras:
Præſenti fruitur, ſuo beatus,
Et fatis melioribus parat ſe.

Magni animi dicitur Ambitio, quæ non xlvi
contenta honoribus annuis: ſi fieri poteſt, vno nomine occupare faſtos vult, per omnem orbem titulos diſponere. Habent tamen & corpora excelſa cicatrices ſuas. Imo magnitudinem animi ſæpè turba non ratio
demonſtrat. Rectius ſi cum Cleobulo ambi- *Plutar.*
tioſis fabulam illam diſtribuas. *Sapientibus* *in conui ſapient.*
(inquit) *quidem menſuram lex dedit*. Ambi- *ambitio*
tioſis autem fabulam dicam. Orauit quon- *eſt velut*
dam Luna matrem ſuam, vt ipſi tuniculam *Luna*
texeret conuenientem. Illa autem reſpondit: xlvii
Et quomodo conuenientem texam? nunc enim te video plenam luce, mox verò lunatam, interdum autem vndiquè tumentem? Sic aulici modò Ceſares, modò nihil. Gaudent tamen torqueri: ſæpè morientes, dum vitam quæ-
runt, quam non inuenient. Conſonat epita- *Dio in*
phium quod *Similis* præfectus militum ſub *vita A-*
Adriano Cœſare, ſepulchro ſuo inſcribi iuſ- *driani.*
ſit. Miſſionem obtinuerat, & reliquum vitæ ſpatium quietè ſeptem annis in agro exegerat

Similis hic iacet, *cuius ætas* quidem multorum annorum fuit. *Septem tamen duntaxat annis vixit.*

Aliud legi Venetijs in quodam ſarcophago, quem inter rudera fabri effoderant.

Antonius Quirinus Patauij Præfectura, functus obijt, cum cœpiſſet viuere.

LIBER XXVI.

CAPVT PRIMVM.

FRIDERICVS SECVNDVS
OCCIDENTIS IMPERATOR XXVI.

1.3 *Friderici II.Imper.ſymbolum.5.ſub magiſtro Salomone.6.ſcientias calet,8.Tuneti Regem baptizari diſſuadet. 9.gymnaſia erigit,leges edit,acres extruit. 10. Ariſtotelem in latinum traduci mandat. 11.Eccleſiæ immunitatem lege firmat. 12. aduerſus Romano Pontifici. 13. filium ſuum deſignat hoſtem in Romanum Pontificem. 15. negat in Syria Chriſtianis ſuccurrere, niſi prius corona Hieroſolymitana donetur. 16. adimit Bononiæ ius docendi: iubet ſtudentes migrare Pattauium. 17. uela facienti in Syriam Chriſtus apparet. 18. regreditur; nauigat in Syriam. Renuẽte Epiſcopo, coronatur. 19. Italiam aggreditur. 20. excomunicatur. 21. Pontifici reconciliatur. 22. filium rebellem vincit. 23. Iudeis Chriſtianos crucifigentibus indulget. 24. Victoriæ. 25. Magiſtratibus ſarracenos præficit. 26. oculos cruit Petro de Vineis. 27. Cardinales S.Rom.Eccleſiæ captiuos habet. 28. in ciuitate Victoriæ vincitur. 29. pœnitentiam agit. 30. monetæ ſignum.*

14 *Leopoldus Auſtrius ducit filiam Friderici II.Imp.*

20 *Icelinus Romanus.*

1 NOn falluntur Turcæ, cum prò Chriſtianorum diſcordia Deum rogant. Noſtris namque diſſidijs fortes barbari Romanam exibilant eccleſiam, Chriſtum irrident, noſtriſque in domibus, veluti in proprijs ſedibus honorantur. Totum habes in hieroglyphico *Friderici II.* Imperator. cuius diſſidia cum Eccleſia Romana fuère Chriſtianis orbem excidium, vbi dum Reges digladiantur Chriſtiani, Turca tacitus altercantium diademata ſurripit, de Chriſtianorum diſcordia triumphans, Macedonica Lege, inter duos litigantes tertius gaudens. Stat etiam Eccleſia gemens noſtris fatigata diſcordijs, quia noſtris peccatis barbari fortes Chriſtum exſibilant.

ALLVSIO AD HIEROGLYPHICVM.

I.

VAh bellũ crudele nimis lachrymabile bellũ!
Quo ſe Chriſticolæ mutua in arma cient;
Ludibrio Sortis pendent diademata, plorat
Relligio, Regum ſceptra ſuperba cadunt.
Sic vos nõ vobis, ſi debita præmia pugnæ (ces.
Turca rapit, fruſtra heu! prẽditis arma Du.

Io:Franc.Franz.S.Th.D.

II. *(ſar*

HOrrida Chriſtiadis infers cur prælia Cæ-
Hoſteque cũ Turca fœdera pacis inis?
Siccine conaris gentem proſtrare fidelem,
Vt Turca immenſo ſolus in vrbe regat?
Nec fallor: fletus nunc ecce Eccleſia mittit,
Et caſura tuos ingemit illa dolos.
A Turcis appenſa rapi diademata cernis,
Chriſtiadum frontem, quæ decorare ſolent.
Heu Cæſar, belli numeretur gloria: nonne
Plus eſt infidos perdomuiſſe viros?

Puginus.

III. *(Orbis;*

PRoh, Scelus, atq. Dolor. Nouus; & Vetus excidit
Et Mundi Finis, quàm properatus adeſt!
Chriſtiadum Mundus, iam torruit: Exerit Altum,
Turcaicus medio Mundus in Orbe, Caput.
Dimidium Lunæ, cum Plenum creſcit in Orbem;
Raptus Chriſticolis, Plenus hic Orbis erit.
Heu Mala quanta videns, ruitura Eccleſia deflet:
Conculcata gemit Relligione, Fides.
Deſeris in Scythia Geticos Federice, Triumphos;
Contra & non Hoſtes conciſus Arma moues?
Princeps, & Princeps, conuerſis Enſibus in ſe,
Pugnant; vt rapiat Stemmata Turca, Ducum.
Regna rapit, traditque Scythis Diſcordia Regum;
Et cum tradiderit Plurima, Plura rapit.

M.Ant.Moles Neap.
S.Th.D.



FRIDERICVS II.

OCCIDENTIS IMPERATOR XXVI.

Sal. An. 1193. Siculus iſte Coloſſus
aureo capite, pectore argenteo, corpore ferreo, pede fictili
Nabuchum putas? falleris. Eſt *Fridricus II.*
Salomonem magiſtrum habuit, V. *Magiſtrum habuit nomine Salomonem.*
Sed didaſcalum anteiuit diſcipulus.
Ille nihil didicit, & omnia ſciuit.
Iſte nihil ſciuit, & omnia didicit; VI. *Omnium Cæſarũ ſapientior fuit.*
quia ſeipſum neſciuit.
Vnâ linguâ omnia loquutus idiomata, VII. *Omnia calluit idiomata.*
omnes intellexit; ſed numquàm intellectus,
an vni Cæſari fuerit vnus Deus,
Agarenos & Alcoranum tanti fecit,
vt Tunetorum Regem ne diſcederet, ſuaderet. VIII. *Tunetorum Regem petentẽ baptizari diſſuadet.*
Credere modò *Fridericum* credis?
Sex vxores, plurimæ concubinæ vni non ſuffecère.
Alias non habuit, quia non inuenit.
Artes, Arces, Lycea, Leges IX. *Gymnaſia arces extruit, leges feudales edidit.*
inuênit, extruxit, aperuit, edidit
Cum ſine carnificinâ inualeſcerent homines,
nec ex horto, ſed è Cœlo quæreretur ſalus: X. *Ariſtotelem in latinum traduci mandat.*
Arabum ſarcimina Itala fecit,
Ariſtotelem Græcis ſurripuit:
(*Hoc ſolum Idòlum deerat in Pantheon*,)
& poſt fures, carnifices introduxit,
qui igne, ferro aurum foderent in oſſibus hominum.
Prima imperantis cura fuit Eccleſiæ libertas, XI. *Eccleſiæ immunitatem lege firmat.*
1213. Immunitatem templi exaratam calamo, firmauit capulo.
1219. Aſtræam profugam ex caulâ reuocauit in aulam.
Hæc *Fridericus*. Non meliora Pontifex.
Hiſce facibus ad faſces deſcendit imperij.
1220. Honorem dedit *Honorius* XII *aduerſus Romano Pontifici.*
Sed à Dorico *Fridericus* verſus ad Phrygium,
Nepam imitatus,
Beneficium vertit in maleficium. XIII. **Filius eius coronatur Rex Romanorum*
Faſcia legauit mores, non ligauit leges.
1232. In *Petram* poſuit petram
Filium in patrem,* XIV. ** dat vxorem filio filiam Leopoldi Auſtrij: cũ ex nimia populi frequentia multi ſuffocati.*
qui Pontificem cæderet, ſi Cæſar caderet.
Æternum quærens cum Eccleſiâ diſſidium
Liberos oppoſuit, nepotes diſpoſuit.
1233 Ab Auſtriâ euocata proles;*
populorum anguſtias ferè euaſit Auguſta.
Malum omen XV. ** cœco in Syria exercitu Chriſtianorum, negat accurrere, ni ſpe regni Hieroſolymitani donetur.*
Inter cadauera de progenie paciſci.
Et inter manes, nuptiales conſerere manus.
Imploratus Chriſto* ferre ſuppetias,
1225 quem viuum *Iſrael*, mortuum *Iſmael*

tenebat in vinculis. Sal. An.

Noluit Crucem ſuſcipere, 1225

niſi prò congiario ei Regnum daretur.

Sed arrhà inter aras receptà

promiſit, vt falleret.

Proſcriptis Longobardis,

XVI. *adempto Bononia iure docendi, iubet Pattauium migrare ſtudentes,*

Bononienſes docere prohibuit 1226

vt in Patauino gymnaſio diſcerent,

Sublimiori Poteſtati ſubditos eſſe.

XVII. *Velu faciente Friderico, apparuit Chriſtus cruore conſperſus, minimum nauigantibus faciens. regreditur Frideric,*

In Syriam Brunduſio ſoluens,

Chriſtum nauarchum habuit

qui Crucis labaro vela pandens,

nouo cruore canebat claſſicum.

Ego ſum clamante,

retrorſum cecidit *Fridericus*.

Stare haud poterat, qui prò regno nauigabat, non Chriſto.

Cedit itaque Chriſti ſepulchrum, 1228

vt ſibi regnum cederent.

XVIII. *rennente Antiſtite Hieroſolymitano eum coronari, per ſeipſum coronam accipit,*

Stitit Antiſtes, cum coronari Cæſar inſteti.

Sed mallens Deo prodito, infamià coronari

quàm ſaluo, abſque corona reuerti,

Rapuit, quod non mæruit.

Reſtitutus Italiæ non ingenio, 1229

XIX.

ciuitates ciuibus, regnum vrbibus ſpoliauit.

Malè parta non diù retinuit.

Romano fulmine priuatur regno, quod impiè geſſerat.

XX.

Inter ſatellites *Icelinum* habuit,

quem humani generis fuiſſe

negant adhuc viuentium ſepulchra.

Tales Regem ſtipabant furiæ,

quibus ſe quartam addidit Fridericus

XXI. *Pontifici reconciliatur*

Repertus tamen Pontifex, qui velle decipi;

Paſſus non eſt *Gregorius*,

maiorem ineſſe perfidiam Cæſari,

quàm Sacerdoti clementiam.

Sanum credidit,

qui occultam peſtem gerebat in Sinu.

Conuiuio excèpit

& Chriſti propinauit calicem,

in quo diſtillauerat Cœlum.

Vt ſaltem ebrius euomeret, quem vellet

Moſem, Chriſtum, vel Antichriſtum.

XXII. *Filium vincit rebellem,*

Bellator inuictus 1233

Victoriam habuit in partibus; Fortunam in poteſtate,

quoties in Eccleſiam non pugnauit.

Malus pater peſſimum debellauit filium.

Parricidam *Henricum*

Priùs pietate mulciuit, captiuitate multauit:

Vbi pudore & pædore contabuit.

XXIII. *Iudæis puerum crucifigentibus, placatus indulget*

Vindemiam ſanguinis 1236

cum à Chriſtianis pueris Hebræus exigeret;

Decumam ipſe in pecunia collegit.

Vt

Sal. An. 1250 Vt ſub ære ſacrilego
Sanguinem copioſius Chriſtus effunderet.
Inundans Italiam milite,
vt Pontificem ad veniam cogeret, vel ad vulnera,
1237 Flaminiam, Italiam, Inſubriam ouans ingreditur XXIV. *Victoria*
per mœnia non per portas.
Inſepulta iacebant cadauera,
quia tantis terra deeſſet.
Et plures occidit,
quia Captiuis Cremona non ſufficeret.
Italià ferè deletà;
vt eam in vrbibus quæreres, & in eà vrbes.
Quod in eà non fecerant barbari fecerunt Ænobarbi. XXV.
Ex tot manubijs quid Deo rependat? pandam.
1238 Sarracenos Magiſtratibus præficit,
Nec deficit Encomiaſtes,
Dum Petri ſuccidit vineam,
laudat *Petrus de Vineis*.
Dignus vt eo in Sole lumen amitteret, XXVI. *oculos eruit Petro de Vineis*
1240 cuius nebulas non cernebat.
Adeſte ſortes:
Rediuiuus eſt Sampſon
Cardinibus vel Cardinalibus labefactis Romanis XXVII. *Cardinales S. Rom. Eccleſiæ captiuos habet.*
impellit Eccleſiam.
Sed ſua inter trophæa moritur,
& animam viuo perdit in corpore.
Columnas vtrque ſuſtulit,
ille impietatis, iſte pietatis.
Ille prò Deo, iſte in Deum.
1248 Hinc cæcus Victoriam crinibus alligauit: XXVIII. *In ciuitate Victoriæ à ſe extructa, vincitur.*
Videns in arce *Victoria* amiſit triumphum.
Poſtquàm in Lugdunenſi Concilio
Soluta Aquila
à Cæſare in *Fridericum* contorſit fulmina:
qui Orbem amiſit, quia in Vrbem immiſit, & irriſit.
Regno liber & liberis
terrà extor, quo faciliùs enataret in Cœlum
1250 abiecit ſarcinas præter *malleum* ſed *Pænitentia* XXIX. *miram egit pænitentiam*
quo portà Cœli felici niſu reuulsà
nouus Enceladus per gradus confuſionis aſcendit.
Ne diffidite Reges.
Vſque in Cœlos graſſari poteſtis.
Deus ipſe cedet inter opima:
ſi optimos, in fine ſaltem inueniat.

NVMISMATA, ET SIGNVM *FRIDERICI II.* Vide pag. 6. XXX.

CATENA HISTORICA
CAPVT SECVNDVM.

1 Friderici II. natalia, eruditio, ſapientia quanti fecerit Saracenos. 2. uxores, liberi. 6. concubinæ 7. forma, virtutes; ædificia ab eo extructa; leges, ſtudia, Accademia, vitia. 8. eligitur Imperator: Othonem Imperatorem fugat. Crucem expeditionis ſacræ ſuſcipit. 10. legem edit pro libertate eccleſiaſtica. 11. iniuſta tollit telonia. 12. Norimbergenſes donat priuilegio. 13. Romæ coronatur. 14. leges eccleſiaſticæ libertatis renouat. 16. Bononienſes priuilegio donat. 17. rebelles Sarracenos vincit; cis loca tradit inhabitanda. 18. legem fert in Hæreticos. 20. filium coronari ſtudet, vt petram poneret aduerſus Papam. 22. Comites Haſpurgenſes proſcribit. 25. Iolantam Regis Hieruſalem filiam vxorem ducit. 27. iurat ſacram expeditionem. 32 Italos contumaces proſcribit. Bononiæ ius Gymnaſij adimit. 35. omnibus indulget. 36. fingit ire in Syriam. 38. excommunicatur. 40. epiſtola Friderici aduersùs Pontificem. 45. Romanos ſollicitat in Pontificem. 46. 49. in Syriam nauigat & cum Sultano paciſcitur. 48. eius inſignia inuiſa Venetis. 50. Rex Hieruſalem coronatur. in Siciliam redit. 52. reconciliatur Pontifici. 53. Othonem Bauarum conſolatur, cuius patrem proditoriè ſuſtulerat. 54. ludos exhibet 57. mouet in Lombardos. 58. priuilegium dat Plauenſibus. 60. filium vincit. 61. Iſabellam Anglam in vxorem ducit. 62. apud Papam queritur in Lombardos. 70. denuò excommunicatur. 71. Mantuam expugnat. 72. Mediolaneuſes vincit, 75. Viennenſi Schola dat priuilegium. Iudæorum protector. 78. crudelis 81. à Pattauinis ſplendidè excipitur. 82. excommunicatur à Gregorio IX. 83. laudatur à Petro de Vineis. 84. litteris carpitur à Gregorio IX. 89. Hetruriam occupat. conuitia in Pontificem 93. Fauentiam obſidet. 95. concilium Lugdunenſe impedire conatur. 96. potentia Friderici. 97. monetam coreaceam cudit. Fauentinis parcet. 98. Cardinales vinculis tradit. 102. duos Cardinales è vinculis dimittit. 108. Friderici inuectiua in Cardinales vt eligant Pontificem. 111. gratulatur Innocentio Pontifici de eius electiòne. 114. à Romanis fugatur. 115. venientes Romam intercepit. 116. tentat Pontifici reconciliari. Pontifici inſidiatur. 117. cogit Veronenſe Conciliabulum. 119. negat ſe Concilio credere: cò legatos mittit. Eius littera aduerſus Papam. 122. deponitur in Concilio Lugdunenſi. 122. illudit depoſitioni à Pontifice factæ. 123. litteras circulares ſcribit in Papam, ne poſſit deponere vel inſtituere Reges. 126. in eum conſpiratur. 132. Parmam obſidet. 133. Victoriam extruit. 134. à Parmenſibus victus ingenti clade. 135. à Cremonenſibus omni honore excipitur. 136. cladem acceptam celare ſatagit. 139. S. Miniati oppidum dolo expugnat. 142. Bononienſibus ſcribit, ne in ſuperbiam ſe eleuent ob filij ſui captiuitatem. 144. magnam auri quantitatem offert pro libertate filij. 143. moritur pænitens. 145. teſtamentum. 147. epitaphium. 148. ſymbolum. 149. leges.

2 Conſtantia vxor Friderici II.

2 Henricus ſenior filius Friderici II. parricida. 20. coronatur. 23. Margaritam Auſtriam vxorem ducit; & à patre comendatur Ludouico Bauaro. 59. molitur in patrem, carceri datur. moritur.

3 Iole filiam Regis Hieroſol. vxor Friderici II. 46. moritur

3. 25. Conradus filius Friderici II. Imper. & Iſabellæ Anglæ. 60. coronatur à patre. 129. vincit Henricum Landgrauium Imperatorem electum. Eliſabetham Othonis Bauari filiam ducit in vxorem. 130. VVilhelmo Hollando ſe opponit pro patre.

4 Agnes filia Ottonis Meraniæ repudiata à Friderico II. Imp. ducitur ab Vlrico Carinthiæ.

4 Rutina Bauara vxor Frider. II. Imp.

4 Iſabella filia Ludouici Bauari vxor Friderici II. Imp. 60.

4. Albertus Langrauius Agnetem ducit neptem Frider. II. Imp. vxori inſidiatur.

4 Frider. Marchio Miſniæ, patrem deturbat.

4 Agnes filia Iſabellæ vxor Alberti Landg. Thuringiæ. eius calamitas. amor in filios.

5 Me-

5 *Methildis uxor Friderici II.Imp.*

5 *Henricus iunior filius Frider. II. Imper.*

5 *Conſtantia filia Frider.II.Imp. uxor Ludouici Landgrauij.*

6 *Blanea Montisferrati concubina Frideric.II.*

6 *Manfredus nothus Friderici II. parricida.146.veneno patrem tollit.*

6 *Heinſius nothus Frider.II.Rex Sardinia captus à Bononienſibus. 80. creatur Rex Sardiniæ.98.Cardinales,& plurimos Epiſcopos victis Ianuenſibus capit. 128. 141. à Bononienſibus captus. 130. propinquum Papa ſuſpendio necat:excomunicatur. 135. Mantuanos vincit.*

8 *Andreas Rex Hungarorum bellum ſacrum ſuſcipit. 9. iuſtitia, conſtantia, Damiatam recuperat.19.amittit.*

8 *Banchanus Borus occidit Reginam Vngariæ;9.eius maritum implorat iudicem.*

8 *Gertrudes Andecenſis uxor Andreæ II.Regis Vngarorum. 9 lenocinium exercet pro fratre occiditur.*

8 *S.Eliſabeth.*

9 *Leopoldus Auſtrius ſacram gerit expeditionem.50.legatus ad Pontificem.*

13 *Mediolanenſes venienti Friderico II. portas claudunt.26. Friderico reconciliantur.*

19 *Damiata recuperata ab infidelibus.*

21 *Honorius III. Papa ad recuperationem Terræ S. prouocat principes 26. præcipue Fridericum II.Imp.*

21 *Philippus Regis Francorum legatum pro ſacra expeditione.109.Epiſtola ad Cardinales.*

23 *Margarita Auſtria uxor Henrici. II. 59. nubit Ottocao Bohemiæ.veneno ſublata*

23 *Ludouicus Bauarus curator Henrici VII.53.Friderico ſuus pectus occiditur.*

24 *Io:Breunus Rex Hieroſolymæ auxilia implorat contra infideles. Romam venit.*

37 *Ludouicus Thuringus veneno ſublatus.*

40 *Otho Bauarus Ludouici filius ducit Agnetem filiam Henrici Palatini. 53. iuſta patri ſoluit.*

40 *Bauariæ inſignia.*

35 *Gregor. IX. Papa hortatur Fridericum Imp.ad ſacram expeditionem.45.fuga 47. terras Friderici inuadit, dum iſte eſſet in Syria 87. fœdus init cum Venetis in Fridericum. 90. in Fridericum concionatur. 91.cruciatam vocat in Fridericum. preces recitandas imponit. 93. Concilium Lugdunenſe congregat. 101. ex animi dolore moritur.*

47 *Guelphi Ghibellini.*

48 *Iuſtinianæ familia gloria: cur Aquilam gerant.*

50 *Raynaldus Guelfus Palæſtinæ præfectus.*

51 *Icilini tyrannides natalia.64.67.*

54 *Azò Ateſtinus conſpirat in Fridericum II.Imper.92.Ferariam occupat.*

54 *Ricardus S. Bonifacius conſpirat in Frider.II.Imper.*

55 *Gebhardus Paßauienſis Eberhardum Lanſtorpium occidit:epiſcopatu priuatur.*

56 *Bononienſes excommunicati. 141. Hencium Regem Sardiniæ captiuum faciunt.*

61 *S.Ludouicus Gallorum Rex expeditionem Sacram ſumit.151.effigies, à Sarracenis captus.*

61 *Henricus Rex Anglorum ſacram expeditionem profitetur.*

62 *Fridericus Auſtriæ* Bellicoſus *proſcribitur.*

65 *Cæſarianos vincit. 68. delicta. 119. Cæſari reconciliatur.fit Archidux. 130. genus mortis. 103. vix elato hoſpitio Belam Regem Hungarorum tradit.*

66 *Othonis Bauari diſſidium cum Conrado Friſingenſi.85.fauet Legato Pontificis aduerſus Epiſcopos.*

69 *Iudæorum perfidia.*

85 *Albertus Bohemus legatus Papæ auſterus. 86.mendicus.*

90 *Petrus Theupulus laqueo donatur.*

91 *Ferraria dedita Pontificijs.*

91 Salue Regina *Oratio,quando compoſita.*

91 *Veneti cum Pontifice Ferrariam expugnant.*

91 *Hugo Rambertus.*

103 *Tartarorum irruptio in Hungariam.*

103 *Bela Rex Hungarorum profugus. proditus à Friderico Auſtrio. 104.Papam,& Cæſarem fruſtra implorat.131. occidit in certamine Fridericum Auſtrium.*

117 *Innocentius IV. fugit ab inſidijs Friderici II. Imp. 118. Lugduni à Ludouico Rege benignè exceptus, citat Fridericum ad Concilium. 119. Cardinalibus galerum rubrum imponit. 129. Soldanum Ægypti ſollicitat in Fridericum II.Imper.*

Au-

Sal. An. 1212.

119 *Auſtriæ Archiducatus.*

120 *Petrus de Vineis legatus Friderici II. in Conc. Lugdunenſi.* 138. *proditor Friderici II.* 140. *luminibus orbatur.*

120 *Thadæus Sueſſanus legatus Friderici II. Imp. in Conc. Lugdunenſi.*

122 *Henricus Landgrauius Thuringiæ in Cæſarem à Pontifice proponitur.* 127. 129. *victus moritur.* 127. *moneta.*

127 *S. Eliſabeth.*

129 *Conradinus Conradi IV. filius.*

130 *VVilhelmus Hollandus Imperator.*

138 *Caloiannes Battazius gener Friderici* II. *Imp. pecuniam Friderico mittit.*

138 *Richardus filius Friderici* II. *Imp. vincit Pontificios.*

N A T A L I A.

i E X patre *Henrico VI.* Imperatore & *Conſtantia* filia Regis Siciliæ naſcitur *Fridericus*, eius nominis *Secundus*, Panormi in Sicilia An. Sal. 1193. ſeptimo Kal. Ianuarij. ſub materna tutela tantum profecit, vt omnes ſui ſæculi homines ſapientia & prudentia ſuperaret. Græcam, Latinam, Italicam, Gallicam, Sarracenicam linguas, prçter Germanicam, non ſolum intellexit, ſed etiam diſertè locutus eſt. Sarracenicam tanti fecit, vt non tam Sarracenos, quàm eorum legem prædiligeret. Imo legitur Regis Tunetorum filium baptizari petentem *Fridericus* verbis diſſuaſiſſe. Io: Tarcagnota *lib.* 14.

Vxores & Liberi.

ii Sex *Friderico* fuere. I. dicta eſt *Conſtantia* Regina Aragoniæ: ex qua natus *Henricus ſenior*, quem pater decem annorum puerum Sueuiæ Ducem & Regem Romanorum fecit. Cum verò is ingratus, impiè viuo patre, affectaret imperium, nec poſt errati impetratam veniam; deſiſteret, à Germaniæ Proceribus carceri damnatus, Marturanum Calabriæ oppidum deductus, vitam finiuit in carcere.

iii II. Fuit *Iole* ſiue *Iolanta*, filia vnica Regis Hieroſolymitani *Iohannis de Bregna*. Ab ea Reges Siculi titulum regni Hieruſalem ſortiti ſunt. Moritur in partu Anno 1228. ex qua *Conradus* natus eſt Imper.

iv III. *Agnes* filia *Ottonis* Marchionis Meraniæ, quam repudiatam ab Imperatore duxit *Vlricus* dux Carinthiæ.

IV. *Rutina* filia *Ottonis* Comitis Bauarici.

V. Iſabella filia *Ludouici* Bauarici. Ex hac nata eſt *Agnes*, vel *Margareta*, nupta *Alberto* Landgrauio Thuringiæ. Nati ſunt ex ea *Fridericus* Marchio Miſniæ, & *Dietmannus*. Porrò cum aliam adamare cœpiſſet Landgrauius, vitæque coniugis inſidiriatetur per mulionem, qui quotidie aquam vehebat in arcem Iſenacenſem, is pietate victus, cuſtodi ac dominæ conſiliario rem aperuit: illa verò clam ſe fune per feneſtram demiſit in ſcopulum, vnde Francofurdium delata in Virginum aſceterio religioſè vitam, paucos poſt annos finiuit. Nocte illa, cum diſceſſura eſſet, aſcedens ad lectulum filiorum *Friderici*, & *Dietmanni*, ſuam deplorans calamitatem, tandem ijs vale dictura, *Fridericum* natu maiorem lacrymis, & eiulatu doloris materni magnitudinem oſtendens complectitur, ſæpè figens oſcula in genis & pectore filij. Poſtremò mirabili animi motu dentibus ita momordit, vt puer alta voce clamaret. Accurrit Præfectus, *Quid facis?* inquit, putans matrem præ dolore interfecturam infantem. *Ah*, reſpondit mater, *putas me adeò ferream, vt à pulcherrimis & chariſſimis filijs ſine ingenti dolore in exilium abire poſſim? Nullum vitæ periculum eſt meo filio ex hoc vulnere, ſed ipſi notam mei ſummi doloris impreſſi, vt in omni vita memor ſit & mei erga ipſum amoris, & calamitatis meæ.* Filij iſti cum adoleuiſſent, pater eos per ſeditionem ex Miſnia eijcere voluit: ſed patrem filij mutata fortuna expulerunt. Expulſus Eſphordiam venit, vbi miſerè obijt.

VI. Fuit *Mecthildis*, alij *Iſabellam* dicunt, filia Regis Angliæ, cum qua A.C. v
1235. VVormatiæ nuptias celebrauit. Nati ſunt ex ea *Henricus Iunior*, cui pater teſtamento Siciliam decreuerat, ſi perueniſſet ad iuſtam ætatem. & *Conſtantia* coniux *Ludouici* Landgrauij Haſſiæ. Adiungunt *Blancam*, & *Agnetem*.

Concubinæ.

Effœminato *Friderico* non vna concubina fuit. Ex *Blanca* Marchioniſſa Montisferrati tres ſuſtulit filios. I. *Manfredum* principem Tarenti, qui patrem plurimoſque fratres veneno ſuſtulit. II. *Heinſium* Regem, vel *Hencium* Sardiniæ, qui dum Mutinenſibus auxilium ferret, à Bononienſibus cum multis alijs captus, quorum tercenti ſuſpen- vi

dio

Sal. An. 1212. dio ſublati, poſt annos XXII. menſem 9. dies 16. in captiuitatem mortuus eſt; numquam enim Bononienſes ad liberandum eum potuerunt adduci.

Forma Corporis: Virtutes, Vitia.

VII Species. Forma egregia ac liberali, ſtatura iuſta, membris decoris, crinibus rubicundis, & oculis lætis fuit. A natura ingenio quàm maxime valuit: prudentià omnibus ſuæ ætatis *Virtutes* hominibus præcelluit: artium mechanicarum quibus animum applicaret, artifex peritiſſimus fuit. Egregiè literatus, & compluríum linguarum gnarus. Nam Italicè, Latinè, Germanicè; Gallicè, Græcè, & Sarracenicè loquebatur. Magnificus, liberalis, magnanimus, & inſignis beneficiorum remu- *Friderici ædificia* nerator. In omnibus potioribus Apuliæ & regni Siciliæ, ſplendida ædificia conſtruxit, inter quæ in Brutijs Aquilam arcem Capuanam Neapoli turrim & pontem Capuæ: arcem Tranenſem: in Tuſcia arcem Petri, & arcem S. Miniati: in Romania arcem Ceſennæ, Bertinori, Fauentiæ, Ceruiæ: palatia, templa hinc indè. Leges Complures, quæ Codi- *Leges Friderici.* ci Iuſtinianeo inſertæ ſunt. Feudorum libros in ordinem redegit, qui & ipſe in ſcholis receptus, dicitur Collatio X. Similiter librum, quo conſtitutiones regni continentur. Conuerſio Operum Ariſtotelis, medicorum Græcorum & Arabicorum, quæ in ſcholis legitur, eius cura facta eſt: eamque ſcholæ Bononienſi tranſmiſit examinandam, vt ex ſequenti epiſtola.

Magiſtris Bononienſibus.

IN extollendis regiæ præfecturæ faſtigijs, quibus congruenter officia, leges & arma communicant, neceſſaria fore credimus ſcientiæ condimenta: ne per huius mundi ſuaues & mulcebres ſemitas, nube ignorantiæ commiſcente, vires vltra licitos terminos effrenatè laſciuiant, & iuſtitia circa debiti regulas diminuta langueſcant. Hinc nos profectò, qui diuina largitione populis præſidemus, generali qua omnes homines naturaliter, ſcire deſiderant, & ſpeciali, qua gaudent aliqui vtilitate proficere, antè ſuſcepta noſtri regiminis onera, ſemper à iuuentute noſtra quæſiuimus, formam eius indeſinenter amauimus, & in odore vnguentorum ſuorum ſemper aſpirauimus indefeſsè. Poſt regni verò noſtri curas aſſumptas, quanquam operoſa frequenter negociorum turba nos diſtrahat, & ciuilis ſibi ratio vendicet, ſolicitudinis noſtræ partes, quidquid tamen temporis de rerum familiarium occupatione decerpimus, tranſire non patimur ocioſum: ſed totum in lectionis exercitatione gratuitè libenter expendimus, vt animæ clarius vigeat inſtrumentum in acquiſitione ſcientiæ, ſine qua mortalium vita non regitur liberaliter. Dum librorum ergo volumina, quorum multifariè multiſque modis diſtincta chirographa, noſtrarum armaria diuitiarum locupletant, ſedula meditatione reuoluimus, & accurata contemplatione penſamus, compilationes variæ ab Ariſtotele alijſque philoſophis, ſub Græcis Arabiciſque vocabulis antiquitùs editæ, in ſermocinalibus & mathematicis diſciplinis noſtris aliquando ſenſibus occurrerunt. Quas adhuc originalium dictionum ordinatione conſertas, & vetuſtarum veſtium, quas eis ætas prima conceſſerat, operimento contectas, vel hominis defectus aut operis, ad Latinæ linguæ notitiam non perduxit. Volentes igitur, vt veneranda tantorum operum ſimul authoritas, apud nos non abſque commodis communibus, vocis organo traducere innoteſcat: ea per viros electos & in vtriuſque linguæ prolatione peritos, inſtanter iuſſimus, verborum fideliter ſeruata virginitate transferri. Quia verò ſcientiarum generoſa poſſeſſio, in plures diſperſa non deperit, & diſtributa per partes minorationis detrimenta non ſentit: ſed eò diuturniùs perpetuata ſeneſcit, quò publicata fæcundiùs ſe diffundit: huiuſmodi celare laboris emolumenta nolumus, nec æſtimauimus nos eadem retinere iucundum, niſi tanti boni nobiſcum alios participes faceremus. Conſiderantes veruntamen, quorum conſpectibus, quorumque iudicijs operis cœpti primitiæ poſſent detentiùs deputari: ecce vobis potiſſimè, velut Philoſophiæ præclaris alumnis: de quorum pectoribus promptuaria plena fluunt: libros aliquos, quos curioſum ſtudium translatorum lingua non potuit fidelis inſtruere, conſultè prouidimus præſentandos vel deſtinandos. Vos igitur viri, qui de ciſternis veteribus aquas nouas prudenter educitis, qui fluenta melliflua ſitientibus labijs propinatis: libros ipſos tanquam exennium amici Cæſaris, gratanter accipite: & ipſos antiquis philoſophorum operibus, qui vocis veſtræ miniſterijs reuiuiſcunt, quorumque nutritis famam, dum dogmata ſternitis ſapienter, vt expedit aggregantes eos in auditorio veſtro, in-

Sal. An. 1212. *quo gratia virtutum fructificat, erroris rubigo conſumitur, & latentis ſcripturæ varietas aperitur, cùm mittentis fauore commoniti, tum clari tranſmiſſi operis meritis perſuaſi, ad communem vtilitatem ſtudentium & euidentis famæ noſtræ præconium, publicetis.*

Academiam etiam Neapolitanam fundauit, & priuilegijs ornauit; magnificis ſtipendijs doctores conuocando; vt ex ſequentibus.

Magiſtro Petro de Hybernia, de ſtudio Neapolitano.

NOſter inſtanter, quem in ſubditorum ſemper emolumenta dirigimus, ſollicitatur affectus, qualiter regni noſtri Siciliæ præclara poſſeſſio, ſicut rerum vbertate victualium ad diſpenſationem diuini nominis natura profluente tripudiat, ſic ad noſtræ prouiſionis edictum, virorum perfectione ſcientium, fortuna fauente, valeat fæcundari. Ad quod, etſi progenitorum noſtrorum nos memoranda prioritas inuitet exemplo dum diuerſarum ſcientiarum doctores, dudum in regno comperimus, & multos artium beneficio liberalium munimentis prouectos ad ardua, quos innata ruditas honoris & gloriæ reddidiſſet indignos, ſic nos ſuper his & priorum tempora reuiuiſcere volumus: vt quæ per interualla quantalibet quaſſata videntur, iam paſſa diſſidia ſub iuuentutis noſtræ primordijs ſeniliter iuueneſcant: ac dum fideles noſtri regnicolæ paratam ſibi menſam propoſitionis inſpexerint, non ſolum ſuperuacuum ſibi reputent aliena proinde flagitare ſuffragia, ſed glorioſum exiſtiment extraneos alios ad gratitudinis huiuſmodi participium euocare. Cumque ciuitatem Neapolitanam, antiquam vtique matrem & domum ſtudij, tam marinæ vicinitatis habilitas, quàm terrenæ fertilitatis fæcunditas reddant vtiliter tanto negotio congruentem, generale ſtudium in ciuitate ipſa mandauimus reformari: vt quam localis amænitas, plenitudine rerum gratificat docentibus, & addiſcentibus, vndique collecta commoditas efficiat gratioſam. Te igitur quem antiquæ fidei præſcripta ſynceritas, & præſtita dudum felicis recordationis domino patri noſtro grata ſeruitia nobis efficaciter recommendant: de cuius etiam experta ſcientia, probitate cognita, & doctrina probata, in conſpectu noſtro iam pluries multorum teſtimonia claruerunt: ad celebranda communis ſtudij eiuſdem feſtiua ſolemnia hilariter prouidimus inuitandum: fidelitati tuæ præcipiendo mandantes, quatenus de fauore & gratia noſtra ſecurus, ad ciuitatem ipſam, ob reuerentiam Maieſtatis noſtræ, perſonaliter recturus accedas. Et vt certam concipias de noſtra gratia liberalitate fiduciam, firmiter te tenere volumus, quòd in aduentu tuo, in ſignum ſecundioris auſpicij, de valore annuo 12. vnciarum auri tibi faciat noſtra munificentia prouideri.

Inuitat ſcholares ad ſtudium Neapolitanum.

DEo propitio, per quem viuimus & regnamus, cui omnes actus noſtros offerimus, cui omne quod agimus imputamus, in regnum noſtrum deſideramus multos prudenter & prouidos fieri per ſcientiarum hauſtum, & ſeminarium doctrinarum: qui facti diſcreti per ſtudium & per obſeruationem iuſti Deo ſeruiant, cui ſeruiunt omnia, & nobis placeant per cultum iuſtitiæ, cuius præceptis omnes præcipimus obedire. Diſponimus autem apud Neapolim, amæniſſimam ciuitatem, doceri artes cuiuſcunque profeſſionis, vigere ſtudia: vt ieiuni & famelici doctrinarum, in ipſo regno inueniant vnde ipſorum auiditati ſatisfiat, neque compellantur ad inueſtigandas ſcientias peregrinas nationes expetere, nec in alienis regionibus mendicare. Bonum autem hoc rei noſtræ publicæ profuturum intendimus, cum ſubiectorum commoda ſpeciali quadam affectionis gratia prouidemus, quos ſicut conuenit eruditos pulcherrima poterit ſpes fouere, & bona plurima promptis animis expectare: cùm ſterilis eſſe non poſſit acceſſio, quam nobilitas ſequitur. Cum tribunalia præparantur, ſequuntur lucra diuitiarum, fauor & gratia comparantur. Inſuper ſtudioſos viros ad ſeruitia noſtra, non ſine meritis & laudibus, conuocamus, ſecurè illis qui diſcreti fuerunt, per inſtantiam ſtudij iuris & iuſtitiæ regimina committentes. Hilares igitur & promptis ſatis ad profeſſiones, quas ſcholares deſiderant animentur, quibus ad inhabitandum eum locum concedimus, vbi rerum copia, vbi amplæ domus & ſpatioſæ ſatis, & vbi mores ciuium ſunt benigni: vbi etiam neceſſaria vitæ hominum per terras & maritimas facilè tranſuehuntur. quibus per nos ipſos vtilitates quærimus, conditiones diſponimus, magiſtros inueſtigamus, bona promittimus, & eis quos dignos viderimus donaria conferemus. Illos ſi-

qui-

Sal. An. 1212. *quidem in conſpectu parentum ſuorum ponimus à multis laboribus liberamus, à longis itineribus & quaſi peregrinis abſoluimus: illos tutos facimus ab inſidijs prædatorum: & qui ſpoliabantur fortunis ſuis & rebus, longa terrarum ſpatia peragrantes, ſcholas ſuas leuioribus ſumptibus, & breuioribus curſibus à liberalitate noſtra ſe gaudeant aſſecutos. De numero autem prælatorum, quos ibi duximus deſtinandos, mittimus magiſtrum R. de Varano iudicem & magiſtrum B. de Hybernia, fideles noſtros, ciuilis ſcientiæ profeſſores., viros magnæ ſcientiæ, notæ virtutis, & fidelis experientiæ, quam noſtræ ſemper exhibuerunt & exhibent Maieſtati: de quibus, ſicut de aliquibus regni noſtri fidelibus, fiduciam gerimus pleniorem. Mittimus quoque in ſcientia &c. Volumus igitur & mandamus vobis omnibus, qui prouincias regitis, quique adminiſtrationibus præſidetis, vt hæc omnia paſſim & publicè proponatis, & iniungatis ſub pœna perſonarum & rerum. vt nullus ſcholaris legendi cauſa exire audeat extra regnum, nec infra regnum aliquis addiſcere audeat alibi vel docere: & qui de regno ſunt, extra regnum in ſcholis ſub pœna prædicta eorum parentibus iniungatis, vt vſque ad feſtum Sancti Michaelis num proximo reuertantur. Conditiones autem, quas ſcholaribus concedimus erunt iſta: In primis, quod in ciuitate prædicta doctores & magiſtri erunt in qualibet facultate. Scholares autem, vndecunque venerint, ſecurè veniant morando, ſtando, & redeundo, tam in perſonis quàm in rebus nullam ſentientes in aliquo læſionem. Hoſpitium quod melius in ciuitate fuerit ſcholaribus locabitur, pro duarum vnciarum auri annua penſione: nec vltra extimatio eius aſcendet. Infra prædictam autem ſummam, & vſque ad illam, omnia hoſpitia extimatione duorum ciuium & duorum ſcholarium locabuntur. Mutuum fiet ſcholaribus ab illis, qui ad hæc fuerint ordinati, ſecundum quod eis neceſſe fuerit, datis libris in pignore & præcario reſtitutis, receptis à ſcholaribus fideiuſſoribus pro eiſdem. Scholaris verò qui mutuum recipiet, iurabit quod de terra aliquatenus non recedet, donec præcaria reſtituet, vel mutuum ab eo fuerit exolutum, vel aliàs ſatisfactum fuerit creditori. Prædicta autem precaria à creditoribus non reuocabuntur, quàm diu ſcholares voluerint in ſtudio permanere. Item omnes ſcholares in ciuilibus, ſub eiſdem doctoribus & magiſtris debeant conueniri. Omnes igitur amodo, qui ſtudere voluerint in aliqua facultate, vadant Neapolim ad ſtudendum, & nullus auſus ſit pro ſcholis extra regnum exire, vel infra regnum in alijs ſcholis addiſcere vel docere: & qui ſunt de regno extra regnum in ſcholis, vſque ad feſtum Sancti Michaelis proximum venturum, ſine mora diſpendio reuertantur. De frumento autem vino, carnibus, piſcibus, & alijs quæ ad victum pertinent, modum nullum ſtatuimus, cum in his omnibus abundet prouincia, quæ venduntur ſcholaribus ſecundum quod venduntur ciuibus & etiam per contradam.*

Capitaneo Siciliæ, ſuper reformatione ſtudij Neapoletani.

SOllicitudo continua curas noſtras exagitat, qualiter regnum noſtrum Siciliæ, naturaliter rerum victualium vbertate fecundum, prudentum virorum copia noſtris temporibus artificialiter decoremus: vt fideles noſtri regnicolæ ſcientiarum fructus, quos indeſinenter eſuriunt, per aliena mendicare ſuffragia non coacti paratam in regno ſibi menſam propinationis inueniant: & quos ingeniorum natiua fertilitas ad conſilia reddit alta perſpicuos literarum ſcientia faciat eruditos. Ad quod licet progenitorum noſtrorum nos clara prioritas inuitet exemplis, dum eorum temporibus ſic diuerſarum ſcientiarum in regno ſtudia floruiſſe comperimus, vt non ſolum ad incolas filios, ſed ad extraneos etiam extendiſſe probetur ſuauitatem odoris: nos tamen ſuper hoc tantò libentiùs ſine cuiuſquam inductione concurrimus quantò per hoc vtiliùs honori noſtro conſulere credimus, & exaltationem omnimodam regni noſtri omni qua poſſumus diligentia procuramus. Volentes itaque ſuper hoc antiquorum gratam renouare temperiem, & in regni noſtri faſtigia tripudialibus nouitatis noſtræ principijs augmentare, vniuerſale ſtudium in ciuitate noſtra Neapolis, conſulta vtique deliberatione, prouidimus reformandum: vt ciuitas ipſa antiqua mater & domus ſtudij, ſicut puritate fidei & ſitus amœnitate præfulget, ſic renouata quaſi paranympha ſcientiæ, & ſingularium hoſpitalaria facultatum, docentibus & addiſcentibus ſe præbeat gratioſam.

Sal. An. 1212.

ſam. Ad hoc igitur tam ſalubre conuiuium magiſtros quoslibet, & ſcholares hilariter inuitamus: fidelitati tuæ mandantes, quatenus præſens beneplacitum noſtrum per iuriſdictionem tuam ſolemniter ſtudeas publicare, firmam ſingulis fiduciam oblaturus, quòd immunitates & libertates omnes, quibus olim, tam in Neapolitani quàm in Salernitani ſtudijs, vti & gaudere ſunt ſoliti, faciemus vniuerſis & ſingulis illucire volentibus inuiolabiliter obſeruari.

Vitia.

Fætido laborauit *Fridericus* vitio, amore mulierum. Multas enim aluit concubinas. & gregem pulcherrimarum puellarum ſecum traxit. Cum Eccleſia Romana diras ſimultates exercuit, de quibus abundat Hiſtoria, quarum iudicium Deo reſeruamus infallibili.

Imperium. An. 1212.

Obliterato *Othone* à Principibus Germaniæ, euocatus *Fridericus* quamquàm repugnante Vxore & Siciliæ prorecibus, per Tridentinas valles ſe in Germaniam contulit An. 1212. Ibi iuſtis copijs inſtructus; recepto Briſaco, Haganoà expugnata, Moguntiæ comititia egit. Inde in Saxoniam *Othone* pulſo, omnique ad Rhenum Germania celeriter occupata; Aquiſgrani coronatur: & quo minùs metueret, fœdus percuſſit cum *Philippo* Francorum Rege, à quo profligatus *Otho* ſeſe ſponte abdicauit imperio, non ſine gloria Pontificis, cuius iam erat tradere, &
VIII ad libitum repetere regna. Concilio poſtea Lateranenſi celebrato, in eo Sacræ expeditioois *Fridericus* ſumpſit imperium, non tamen abijt. Nauigauit interim *Andreas* Rex Hungarorum, & *Leopoldus Auſtrius* cum numeroſo Epiſcoporum & Principum comitatu.

Concil. Later. An. 1215. expeditio ſacra

Emerico mortuo *Ladislaus* III. eius filius iure hæreditario, Hungarorum inierat imperium; ſed vix menſes ſex *Ladislaus* in regno exegerat, quod immatura morte ſubrapitur An. 1201. & omnium ſuffraggijs *Andreas II.* frater *Emerici*, Rex optatur. Vxorem duxit *Getrudem Andecenſem*, ex qua *Belam, Colomannum, Andream* & *Eliſabetham* præ vitæ ſanctimonia, vniuerſæ poſteritati perpetuò celebrandam. Digniſſima filia indigna mater. A Principibus Chriſtianis Imperator ſacræ expeditionis declaratus *Andreas*, vt ſuo interim regno proſpiceret, *Banchanum* nobili Borum gente natum vniuerſæ præfecit Hungariæ. Accepit iſte oſtentandæ fidei ac virtutis occaſionem. Sed inuidit fortuna viro. Venit *Gertrudis* Reginæ frater, vt ſororem ægrè Regis ferentem abſentiam conſolaretur. Cum Regina dies ac noctes *Banchani* verſabatur vxor, ſpectatæ pulchritudinis & pudicitiæ mulier. Huius repentè fratrem Reginæ amor inceſſit, & multo plus eius pudore, quàm forma pellectus, eam deperibat. Regina fratris ardore IX cognito, iniuſtà pietate indulgebat, & nefario lenocinio, vel in colloquium, vel in conuiuium miſcebat, vt aliquo honeſtatis prætextu, patrandæ Veneris occaſionem daret. Demum vbi conſtantiſſimum fœminæ pudorem haud quaquam labefactari ſenſit, in abdito eam cubiculo, introducto fratre, reliquit, vbi pudicitiæ iacturam fecit. Subticuit miſella facinus: quumque à viro ſuo amplecteretur, *Quam infelix* (inquit) *amplexaris mulierem. Si vxorem credis, deciperis. Sin olidam meretriculam, proſpicito, an Scorto te inquinare contendas. Violatus eſt thorus tuus, & quam Reginæ commiſiſti vxorem, prophano lenocinio fratri violandam illa commiſit. Meipſam occidiſſem, ni cædem diſtuliſſet ſpes vindictæ. Mora geminauit crimina, propterea tu Banchane iuſta incaſtati corporis cæde, violatum vlciſcere pudicitiæ numen.* Obriguit maritus, in vindictam poſtea ſuccenſus, diſſimulato dolore, vxorem ſolatur lugentem, ac vltro iugulum porrigentem oſculatur amplexus. In ſequenti die Reginam cum paucis adit, ſtricto, quem ſub toga geſſerat, gladio nil opinantem aggreditur, confodit. Mox cruento enſe prodit in publicum, vulgat facinus, ſe poſtero die Byzantium ad *Andream* iturum, vt cauſam læſæ diceret Maieſtatis. His dictis, tumultus deſedit, ille Conſtantinopolim properat, Regem conuenit, ioquiens: *Adeſt, Rex, gubernator Regni tui, facinus me parricidam acuſat, cauſa parricidij defendit. Patrato facinore, poteram mihi fuga conſulere; ad te veni, vt ſi reus ſupplicium expendam. Eum poſtulo iudicem, quem læſi; & qui potiùs vltor & actor, quàm iudex eſſe deberet. Inauditam rei audaciam, Regis fouet inaudita iuſtitia. Iudica itaque ſed prius audi. Gertrudis, cui vxorem ancillam ſubmiſeram, intemperantiſſimo fratri ſuo tradidit violandam. Ego legitimi fu-*

Gertrudes Regina Vngaria lenociniū exercet pro fratre.

roris,

Sal. An. 1213 *roris, ac turpitudinis impatiens, quam morti minimè præferendam documento tuo didiceram, inſidioſam dominam interfeci. Hic eſt Rex, iuſta necis gladius, tuæ coniugis cruore fædatus, ſi reum credis, eodem me repente gladio confice: quòd ſi iure factum cenſes, inuicti Regis conſtantia me innocentem reſonet, Andream iuſtum.* Ad hæc nec vultu immutato Rex. *Fiducia in me tua, Banchane* (inquit) *ſat de te bene ſperare iubet. Si res ita eſt, vt ais, in regnum mox redito, delegatum munus prò ſolita fide gerito, & quoniam ſanctam hanc expeditionem nullo capitali iudicio interpellare fas eſt, quùm rediero in Vngariam, te iudicabo*. His dictis hominem dimiſit, ipſe in Aſiam nauigauit. Ibi mox vt ſacra loca viſit, regni tumultibus in patriam fuiſſe euocatum, ſunt, qui ſcribunt. Referunt alij, inter quos *Bonſinius*, aduersùs Sultanum Aſiam ingreſſum Damiatam Sarracenorum vrbem, muro triplici, Niloque & Pharia turri inſignem, orando & pugnando expugnaſſe An. 1219.

Interim *Fridericus* vt grates rependeret Eccleſiæ Romanæ, cuius ope paternum redemerat imperium, ſequentem bullam ad præſidium eccleſiaſticæ libertatis vulgauit. An. 1213. *

Friderici II. Romanorum Regis Bulla Aurea de Libertate Eccleſiaſtica.

In nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Amen. Fridericus diuina fauente Clementia Romanorum Rex & Semper Auguſtus & Rex Siciliæ.

Regnum noſtrum tunc ſtabiliri confidimus, cùm Altiſſimum, de cuius manu ea, quæ poſſidemus, bona recepimus; honoramus. Tanto enim Domino, qui bona tribuit nobis, ad offerendas hoſtias operis & deuotionis aſtringimur, quantò ipſum miſericordem in nobis & mirabilem experimur. Cognoſcentes igitur gratiam, quæ data eſt nobis ab ipſo: habentes quoque præ oculis immenſa & innumera beneficia veſtra, Domine & reuerentiſſime Pater, protector & benefactor noſter, Domine, Innocenti, Dei gratia Summe Pontifex venerande, per cuius beneficium, operam, & tutelam aliti ſumus, protecti pariter & promoti, poſtquàm in ſollicitudinem noſtram mater noſtra felicis memoriæ Conſtantia Imperatrix & Siciliæ Regina ex ipſo quaſi vtero nos iactauit, vobis, beatiſſime Pater, & omnibus ſucceſſoribus veſtris Catholicis, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ ſpeciali matri noſtræ, omnem obedientiam, honorificentiam, atque reuerentiam ſemper humili corde ac deuoto ſpiritu impendimus, quam prædeceſſores noſtri Reges & Imperatores Catholici veſtris anteceſſoribus impendiſſe noſcuntur, nihil exinde volentes diminui, ſed magis augeri, vt maior deuotio eniteſcat.

Illum igitur volentes abolere abuſum, quem quidam prædeceſſorum noſtrorum exercuiſſe dignoſcuntur, decretum in electionibus Prælatorum: concedimus & ſancimus, vt electiones Prælatorum liberè & canonicè fiant, quatenus ille præficiatur Eccleſiæ viduatæ, quem totum Capitulum, vel maior & ſanior pars ipſius duxerit eligendum; dummodo nihil deſit ei de canonicis inſtitutis.

Appellationes autem in negotijs & cauſis Eccleſiaſticis ad Sedem Apoſtolicam liberè fiant; earum perſecutionem ſiue proceſſum nullus impedire præſumat.

Illum quoque dimittimus & refutamus abuſum, quem in occupandis bonis decedentium Prælatorum, aut etiam Eccleſiarum vacantium noſtri conſueuerunt anteceſſores committere pro motu propriæ voluntatis. Omnia nos ſpiritualia vobis & alijs Eccleſiarum Prælatis relinquimus liberè diſponenda, vt quæ ſunt Cæſaris Cæſari, & quæ Dei Deo recta diſtributione reddantur.

Super eradicando autem Hæreticæ prauitatis errores, auxilium dabimus & operam efficacem.

Poſſeſſiones etiam, quas Eccleſia Romana recuperauit, ab anteceſſoribus noſtris, ſeu quibuslibet alijs detentas, liberas & quietas ſibi dimittimus, & ipſam ad eas obtinendas bona fide promittimus adiuuare. Quas verò nondum recuperauit, ad recuperandum erimus pro viribus adiutores: & quæcumque ad manus noſtras deuenient, ſine difficultate ac mora eas reſtituere ſatagemus. Ad has pertinet tota terra, quæ eſt à Radicofano vſque Ceperanum, Marchia Anconitana, Ducatus Spoletanus, terra Comitiſſæ Mathildis, Comitatus Bertinoris, Exarchatus Rauennæ, Pentapolis, Maſſa Trebaria, cum adiacentibus terris, & omnibus alijs ad Romanam Eccleſiam pertinentibus, cum omni iuriſdi-

ctio-

Sal. An. 1213. *ctione, districtu, & honore ſuo.*

Verumtamen cùm ad recipiendum coronam Imperij, vel pro neceſſitatibus Eccleſiæ ab Apoſtolica Sede vocati venerimus, de mandato Summi Pontificis recipiemus procurationes ſiue fodrum ab ipſis. Omnia igitur ſupradicta, & quæcumque alia pertinent ad Romanam Eccleſiam, de voluntate & conſcientia, conſilio & conſenſu Principum Imperij liberè illi dimittimus, renuntiamus, & reſtituimus; nec non ad omnem ſerupulum remouendum, prout melius valet & efficacius intelligi, concedimus, conferimus, donamus, vt ſublatâ omnis contentionis & diſſenſionis materia, firma pax & plena concordia in perpetuum inter Eccleſiam & Imperium perſeuerent.

Adiutores etiam erimus ad retinendum & ad defendendum Eccleſiæ Romanæ regnum Siciliæ, cum omnibus ad ipſum ſpectantibus, tam citra Pharum quam vltra, nec non Corſicam & Sardiniam, ac cetera iura, quæ ad eam pertinere noſcuntur, tanquam deuotus filius & Catholicus Princeps.

Vt autem hæc omnia memorato ſanctiſſimo Patri noſtro Domino Innocentio, ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Summo Pontifici: eiuſque ſucceſſoribus per nos & noſtros ſucceſſores Romanorum Reges & Imperatores obſeruentur, firma & inconuulſa ſemper permaneant; præſens priuilegium conſcriptum Maieſtatis noſtræ aurea bulla iuſſimus communiri. Teſtes autem ſunt hi:

Sigefridus Moguntinus Archiepiſcopus, Sedis Apoſtolicæ Legatus.
Eberhardus Salisburgenſis Archiepiſcopus.
Conradus Ratiſponenſis Epiſcopus.
Otto VVirzburgenſis Epiſcopus.
Manegoldus Patauienſis Epiſcopus.
Engerardus Ziſenſis Epiſcopus.
Gladiacus Bohemorum Rex.
Ludouicus Dux Bauariæ.
Leopoldus Dux Auſtriæ & Stiriæ.
Hermannus Landgrauius Turingiæ.
Comes Albertus de Eberſtein.
Comes Adolphus de Sonneberch.
Comes Burchardus de Mannesvelde.
Berardus Bers . . . . .
Comes Ludouicus de Vuirtemberg.
Gebehardus Buſclauius Magdeburgenſis.
Henricus de Stahenvuerch.
Vualterus de Langenberg.
Henricus de Calandina Mareſcalcus Imperij.
VValterus de Sepf Pincerna Imperij, & alij quàm plures.

Signum Domini Friderici Secundi Romanorum Regis inuictiſſimi, & Regis Siciliæ.

† Locus ſigilli.

Ego Conradus Dei gratia & Apoſtolicæ Sedis Metenſis & Spirenſis Epiſcopus, Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Domini Sigefridi Moguntini Archiepiſcopi, & Apoſtolicæ Sedis Legati, ac totius Germaniæ Archicancellarij recognoui.

Acta ſunt hæc Anno Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ducenteſimo decimo tertio, indictione prima, regnante Domino Friderico Secundo Romanorum Rege glorioſo, & Rege Siciliæ, anno regni eius Romani primo, regni verò eius Siciliæ decimo ſexto.

Datum apud Egram per manus Bertholdi de Niſe, Regalis Aulæ Protonotarij, quarto Idus Iulij.

Poſt annos ſex huic per omnia ſimilem *Auream Bullam* dediſſe reperitur Honorio Papa Tertio, totidem verbis conceptam, quæ Romæ exſtat in Caſtello S. Angeli & in Bibliotheca Vaticana.

Subditos vt beneuolentia deuinciret, An. XI 1219. Curiam Francofurti quindecim diebus habuit: vbi iniuſta telonia, adulterina moneta, bella ciuilia interdicta ſunt. Cumque ab *Henrico* Palatino auguſtalia recepiſſet inſignia, Italiam intrare diſpoſuit, imperialem ſuſcepturus coronam. Priuſquàm iter arriperet, Norimbergenſes ſequenti leguntur donati priuilegio.

De iuribus ac priuilegijs Norimbergenſibus.

XII *In nomine ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis. Fridericus II. diuina fauente Clementia Romanorum Rex & Semper-Auguſtus, & Rex Siciliæ. Cum ex debito Regiæ eminentiæ omnium Imperij fidelium iura piè debeamus & velimus fauore tueri atque gubernare ex abundanti Serenitatis noſtræ beneuolentia eorum intendimus iura non ſolummodò roborare, verum quoque Regali augere potentia, quorum continua obſequia nobis ex ſuis meritis grata admodum ſunt & accepta.*

Sal. An. 1213. AD euidentiam igitur ſpecialis gratiæ ac dilectionis, quam gerimus ad chariſſimam ciuitatem noſtram Nuremberg, antiqua iura à Diuis prædeceſſoribus ac progenitoribus noſtris, inclitis Romanorum Imperatoribus & Regibus Semper Auguſtis eidem loco tradita, non ſolummodò confirmamus. Imò ſi quem habere videntur defectum, cum locus ille nec habeat vineta neque nauigia, imò in duriſſimo ſit ſitus fundo, de mera benignitate ſupplemus.

Statuentes & profuturis temporibus incommutabiliter obſeruari ſancientes, quòd quilibet eiuſdem loci ciuis, nullum habere debeat Aduocatum, præterquam nos & ſucceſſores noſtros Romanorum Reges & Imperatores.

Item quicunque ciuis antedictæ ciuitatis fecerit ſe alicuius muntman, tam ciuis ille, quàm qui hoc modo receperit eum, gratiam noſtram demeruit, & in vtroque pax non violatur.

Item nemo aliquem ciuem loci illius duello impetere debet in toto Romano Imperio.

Item quicunque alicui ciui Norimbergenſi aliqua bona ſua ſiue prædia, ſiue feuda obligauerit aut oppignorauerit, quocunque illa bona obligata deuoluentur, ſiue ad dominos ſiue ad hæredes, ciuis ille, cui antea fuerunt obligata, in quieta permaneat poſſeſſione, quouſque à ſucceſſore redimantur.

Item quicunque aliquem Norimbergenſem bonis ſuis, ſiue prædijs, ſiue feudis quocunque modo inbeneficiauerit; ſi forte Dominus feudi aliquo tempore illi feudum negauerit, vel ſi aliquis ipſum ciuem ſuper hoc impetierit, & ciuis cum ſuis conciuibus teſtimonio legitimo comprobauerit ſe eße inbeneficiatum, in quieta permaneat poſſeſſione.

Item nullus Dominus aliquem Nurembergenſem compellere debet ad ius, quod appellatur Lehenrecht.

Item quicunque Dominus aut creditor alicui Nurembergenſi accommodata reddere renuerit, manſionarius illius aut mercator vel ſuus vogtman, erit pignus Norimbergenſibus.

Nullus Norimbergenſis ſit alicuius hominis gaphant de iure, nec vnus mercator pro alio.

Item quicquid aliquis Norimbergenſis ibidem deliquit, pro quo delicto puniendus eſſet in perſona aut rebus, ſi ſatisfecerit Sculteto noſtro, nulli ampliùs reſpondere debet de hoc delicto, & gratiam noſtram percipiet.

Ad hæc ciuibus ſæpe dicti talis gratia pro iure ab omnibus prædeceſſoribus noſtris inclitis Romanorum Regibus tradita & indulta dinoſcitur, quam nos quoque approbamus, vt ſi Dominus Imperij ab ipſis ſteuram exigit, non particulatim ſed in communi quilibet pro poſſe ſuo perſoluere debeat.

Item in nundinis VVerde, ciuis Norimbergenſis cum denarijs Norimbergenſibus de iure cambiet & emet aurum & argentum, & nemo prohibebit.

Similiter in nundinis Nortlingenſibus cum denarijs Nurembergenſibus ement & cambient aurum & argentum; & Magiſter monetæ Nurembergenſis illuc ibit, ſi voluerit, & denarios ſuæ monetæ ibi formabit.

Nullus Norimbergenſis in celebratione Curiæ Regalis ibidem de aliquibus rebus ſuis ſoluet theloneum.

In Aſcha Nurembergenſes non magis ſoluent thelonei de rebus ſuis, quàm nauta de naui ſua.

De Ratiſpona vſque Pataviam nullum ſoluent theloneum.

In ciuitate VVormacenſi, in feſto Ioannis Baptiſtæ, ſi vnus Norimbergenſis dabit ibidem libram vnam piperis & duas chirothecas, anno illo nihil aliud ſoluent vel amplius Norimbergenſes.

In ciuitate Spirenſi nihil ſoluent Nurembergenſes: è conuerſo Spirenſes nihil ſoluent apud Nuremberg.

Vt igitur hæc noſtræ renouationis largitas & confirmationis ſanctio perpetuum recipiat vigorem, atque in poſterum inuiolabiliter obſeruetur, hoc ſcriptum inde fieri iuſſimus, ſigillo Regiæ Maieſtatis communitum, ſancientes, & intermínatione gratiæ noſtræ diſtrictius, nec non ſub periculo rerum & perſonarum præcipientes, ne vlla omninò perſona alta vel humilis, ſecularis ſiue eccleſiaſtica, vllo vnquam tempore ei contradicere præſumat, vel aliquo auſu temeritatis contrauenire. Teſtes

Eberhardus Salzburgenſis Archiepiſcopus,
Otho Freiſingenſis Epiſcopus.
Henricus Eyſtetenſis Epiſcopus.
Seyfridus Auguſtanus Epiſcopus.
Aquenſis Præpoſitus.
Ludouic. Comes Palatini Rheni & Dux Bauariæ.
Leopoldus Dux Auſtriæ & Styriæ.

Bern-

Sal. An. 1220

Bernhardus Dux Carinthiæ.
Comes Egeus Iunior de Vrach.
Henricus Nobilis de Nyſe.
Comes Conradus Burggrauius de Nuremberg, Marchio de Baden.
Anſhelmus de Iuſtingen, Marſchalcus Imperij.
Philippus de Bounl, & alij plures.
Ego Conradus Metenſis & Spirenſis Epiſcopus, Imperialis Aulæ Cancellarius, vice Domini Seyfridi ſanctæ Moguntinenſis Sedis Archiepiſcopi ac totius Germaniæ Archicancellarij, recognoui. Actum incarnationis Domini milleſimo ducenteſimo decimo nono: regnante pijſſimo Domino noſtro Friderico II. diuina fauente clementia Romanorum Rege Semper Auguſto, & glorioſo Rege Siciliæ, anno Romani Regni ipſius ſeptimo, Siciliæ verò viceſimo ſecundo, feliciter. Datũ apud Nurẽberg, anno ſupraſcripto, VI. Idus Nouembris, VII. Indict.

Fridericus Romæ coronatur.

FRIDERICI CORONATIO ROMANA. Ann. 1220.

XIII Præmiſſis in Italiam legatis, aduentantem Cæſarem celebriores ciuitates regio apparatu excepère: addidere pecuniam, & commeatum, quo magis opus eſſe deprehenderant. Soli Mediolanenſes aui eius Maleficiorum reuocantes memoriam, portas clauſerunt vrbis, & regia ornamenta negarunt. *Fridericus* iniuriam prudenti diſſimulatione pertulit, & recta Romam profectus, inſignia imperij, X. Kal. Decembr. de manu Pontificis *Honorij* ſumpſit; præſtito priùs iuramento tuendi iura Romanæ Eccleſiæ; deinde nouo iureiurando adſtringitur, vt die à Pontifice præfigenda, ad recuperandam Hieruſalem Crucem ſumeret: promiſit, atque iterum ex manu *Hugolini Cardinalis Oſtienſis* Crucem accepit, & legibus promiſſa firmauit.

FRIDERICI II. IMPER. EDICTVM
De caſſandis ſtatutis aduersùs Eccleſiæ libertatem editis.

XIV *Nos Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator & Semper Auguſtus, hac edictali lege irritamus, & præcipimus irritari omnia ſtatuta & conſuetudines, quæ ciuitates, vel loca, Poteſtates Conſules, vel quæcumque alia perſona contra libertatem Eccleſiæ, vel perſonas Eccleſiaſticas edere, vel ſeruare tentauerint aduerſus Canonicas vel Imperiales ſanctiones. Et ea de Capitularibus infra duos menſes poſt huiuſmodi publicationem edicti penitus aboleri, &c. Datum Romæ in die Coronationis, &c.*

Egreſſus vrbe cum caſtra in monte Malo vrbi imminente haberet, legem de Eccleſiaſtica libertate renouàuit. XV

FRIDERICI II. CONSTITVTIO
Pro Eccleſiaſtica libertate.

Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator Semper Auguſtus, & Rex Siciliæ, Poteſtatibus, Conſulibus, ac Comitibus vniuerſorum Comitatuum, & Caſtrorum Italiæ.

Cum diuæ memoriæ Imperatores Romani ſacroſanctam Eccleſiam multiplici libertate dotarint, nos diſponente Deo, à quo eſt omnis poteſtas, ad faſtigium culminis Imperialis electi, quæ piè ab illis, & à ſanctiſſimæ Sedis Præſulibus pro ſtatu Eccleſiarum & Eccleſiaſticorum virorum ſunt edita, conſeruare volumus inconcuſſa; & illis contraria, ſicut ad nos ſpectare dignoſcitur amputare. Cùm igitur ad aures Celſitudinis noſtræ peruenerit, nonnullos veſtrum cupidine cæca ſeductos quædam deteſtanda edidiſſe ſtatuta, præiudicantia Eccleſiaſticæ libertati, ac diuino & humano iuri obuiantia manifeſtè, nos ea tanquam de radice prauitatis hæreticæ prouenientia, auctoritate præſentium caſſamus ſub pœna mille marcharum, diſtrictius inhibentes, ne quis veſtrum illis de cetero inhærere præſumat, aut eorum prætextu Eccleſias & Eccleſiaſticos viros contra ſanctiones canonicas & legitimas moleſtare. Quinimmo ea de noſtris Capitularibus ſeu breuiarijs condemnata penitus abolentes, Eccleſias & Eccleſiaſticas perſonas permittatis indulta ſibi libertate gaudere, ſi vultis pœnam effugere prænotatam, & indignationem Regiam cuitare.

Datum in caſtris apud ſanctum Leonem, anno Domini milleſimo, ducenteſimo, vigeſimo, Indictione octaua, Kalendis Octobris.

Bo-

Sal. An. 1221. XVI Bononienſibus poſtea VII.Kal. Decemb. petentibus ſequentia indulſit: *Conſiderantes eximia, quæ pro honore, & commodo imperij* Ligon. *Gulielmus prætor, & Commune Bononiæ nobis præſtare poſſunt obſequia, concedimus & confirmamus quæcumque habuit, tenuit in iuriſdictionibus cauſarum ciuilium, & criminalium, ordinariarum, & extraordinariarum, magiſtratuum creationibus, & cæteris rectis conſuetudinibus, & poſſeſſionibus habitis aut obtentis temporibus aui, & patris noſtri Friderici, & Henrici Imperatorum, quæ nunc habet ciuitas in vrbe Bononiæ, aut in Diœceſi*. Inde in Apuliam aduersùs *Ricardum*, & *Thomam Soræ*, & Celani comites Ann. nouis rebus ſtudentes profectus vindicauit, 1221. proſcripſit; Non minori fortuna in Sicilia XVII ſæuientes Sarracenos profligauit; ſed diſpari Frider. religione collectas eorum reliquias in Apu- Sarracenos liam tranſtulit, ac Luceriam habitandam vincit. attribuit. Paduæ hoc anno fuiſſe ex conſtitutione, quam in Hæreticos edidit iuxta canones Lateranenſis Concilij, comperitur.

FRIDERICI II. CONSTITVTIONES
Contra Hæreticos.

XVIII *Fridericus Dei gratia Romanorum Imperator, Semper-Auguſtus, dilectis Principibus, cunctiſque populis, quos Clementiæ noſtræ regit Imperium, ſalutem & gratiam.*

Commiſſi nobis cœlitùs cura regiminis, & Imperiale, cui dante Domino præſidemus, faſtigium dignitatis, materialem, quo diuiſim à Sacerdotio fungimur, gladium aduerſus hoſtes fidei & in exterminium Hæreticæ prauitatis exigunt exerendum, vt vipereos perfidiæ filios contra Deum & Eccleſiam inſultantes, tanquam materni vteri corroſores, in iudicio & iuſtitia perſequamur, maleficos viuere non paſſuri: per quorum ſententiam ſeducentem mundus inficitur, & gregi fidelium per oues morbidas grauior infligitur corruptela.

Statuimus itaque ſancientes, vt Hæretici, quocumque nomine cenſeantur, vbicumque per Imperium damnati fuerint ab Eccleſia, & ſeculari Iudici aſſignati, animaduerſione debita puniantur. Si qui verò de prædictis, poſtquam fuerint deprehenſi territi metu mortis redire voluerint ad fidei vnitatem, iuxta canonicas ſanctiones ad agendam pœnitentiam in perpetuum carcerem detrudantur.

Præterea quicumque Hæretici reperti fuerint in ciuitatibus, oppidis, ſeu alijs locis Imperij, per inquiſitores ab Apoſtolica Sede datos, & alios Orthodoxæ fidei zelatores, ij, qui iuriſdictionem ibidem habuerint, ad inquiſitorum & aliorum Catholicorum virorum inſinuationem eos capere teneantur, & eos captos artiùs cuſtodire, donec per cenſuram Eccleſiaſticam damnatos, damnabili morte perimant, qui fidei ſacramenta & gloriam æternæ vitæ damnabant.

Simili quoque pœna plecti cenſemus omnes, quos ad fouendum Hæreticorum errores callidus hoſtis ſuſcitat aduocatos, vel parat illicitos defenſores, maximè cùm idem facinus, quos inquinat, æquat, niſi monitione præmiſſa deſtiterint, & eorum vitæ duxerit conſulendum.

Eos præterea, qui conuicti in vno loco de hæreſi ad alia loca ſe transferunt, vt cautiùs poſſint effundere virus Hæreticæ prauitatis, debitam cenſemus ſubire vindictam: vt ſuper hoc per viros ab eodem errore conuerſos ad fidem, nec non & per alios, qui eos de hæreſi conuicerunt, quod & in hoc caſu concedimus licitè faciendum, euidens teſtimonium habeatur.

Item mortis ſententiæ ducimus addicendos, ſi quos Hæreticorum ad iudicium tractos, in extremo vitæ periculo hæreſim abiurantes, poſtmodùm de falſo iuramento conſtiterit & de fide mentita conuinci, ac eos contigerit eiuſdem morbi ſpontaneam incurrere recidiuam, vt ſibi damnabiliùs iniquitas ſit mentita, & pœnam debitam mendacium non euadat.

Omne inſuper proclamationis & appellationis beneficium ab Hæreticis, receptatoribus, & fautoribus eorundem penitus amouemus, volentes vt de finibus Imperij, in quibus ſemper debet exiſtere fida fides, Hæreticæ labis genimina modis omnibus deleantur.

Cæterùm quia, quanto maiora diuinæ nutu miſerationis accepimus, & altiorem locum præ filijs hominum obtinemus, tanto deuotiora debemus obſequia gratitudinis conferenti, ſi quando igitur in noſtri nominis contemptores noſtri culminis excandeſcat auctoritas, ſi reos leſæ maieſtatis in perſonis eorum & libero-

Sal. An. 1221.

rum ſuorum exhæredatione damnamus; multo fortius iuſtiuſque contra Dei blaſphematores nominis, & Catholicæ fidei detractores prouocamur, eorundem Hæreticorum, receptatorum, fautorum, & aduocatorum ſuorum, ac eorundem hæredes & poſteros vſque ad ſecundam progeniem, cunctis beneficijs temporalibus, publicis officijs, & honoribus Imperiali auctoritate priuantes, vt in paterni memoria criminis continuo mœrore tabeſcant, verè ſcientes, quòd Deus zelotes eſt, & peccata patrum in filios potenter vlciſcens, nec quidem à noſtra miſericordia finibus duximus excludendum; vt ſi qui paternæ hæreſis non ſequaces latentem patrum perfidiam reuelarint, quacumque reatùs illorum animaduerſione plectantur, prædictæ punitioni non ſubiaceat innocentia filiorum.

Adhæc notum fieri volumus, Fratres Prædicatores & Minores, pro fidei negotio in partibus Imperij noſtri contra Hæreticos deputatos: cæteros quoque, qui ad Hæreticos iudicandos acceſſerint, niſi aliqui eorum ab Imperio fuerint proſcripti, eundo, morando, & redeundo ſub noſtri Imperij ſpeciali defenſione receptos, & quos apud omnes ſub ope ac recommendatione fidelium Imperij eſſe volumus inoffenſos: vniuerſitati veſtræ mandantes, quatenus quocumque & apud quemcumq; veſtrum peruenerint, benignè recipiatis eoſdem, & perſonas eorum ab incurſu Hæreticorum eis inſidiantiũ conſeruantes indemnes, omne conſilium, ducatum, & auxilium impendatis, pro tam acceptis coram Deo negotijs exequendis. Hæreticos verò, quos & ipſi vobis oſtenderint, in iuriſdictione veſtra ſinguli capientes, diligenti cuſtodia detinere, donec poſt Eccleſiaſticæ damnationis iudicium pœnam ſubeant, quam merentur: ſcituri, quod in ipſius executione negotij gratum Deo & laudabile nobis obſequiũ conferetis, ſi ad expellendam de partibus noſtri Imperij nouam & inſolitam Hæreticæ prauitatis infamiam, opem & operam vnà cum eiſdem Fratribus præſtiteritis efficacem. Et ſi quis exinde foret negligens vel remiſſus ac etiam inutilis, coram Deo, & in conſpectu noſtro poterit meritò culpabilis apparere. Datum Paduæ XXII. Febr. XII. Indictione.

CONSTITVTIO II.

FRidericus Dei gratia Romanorum Imperator Semper-Auguſtus, Hieruſalem & Siciliæ Rex, dilectis Principibus ſuis, Venerabilibus Archiepiſcopis & Epiſcopis, alijſque Prælatis Eccleſiarum, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Poteſtatibus, Scultetis, Burgrauijs, Aduocatis, Iudicibus, Miniſterialibus, Officialibus, & omnibus per totum Imperium conſtitutis, præſentes litteras inſpecturis, fidelibus ſuis gratiam ſuam & omne bonum.

Inconſutilem tunicam Dei noſtri diſſuere conantur Hæretici, & vocabuli vicio ſauientes, quod ſignificationem diuiſionis denuntiat, in ipſius indiuiſibilis fidei vnitate nituntur inducere ſectionem, & oues à Petri cuſtodia, cui paſcendæ à paſtore bono ſunt creditæ, ſegregare. Hi ſunt lupi rapaces intrinſecus, eo vſque manſuetudinem prætendentes ouium, quoſque ouile poſſint ſubintrare Dominicum, quod poſt ipſorum interitum deſiderant demoliri: hi ſunt angeli peſſimi, hi prauitatum ſunt filij à patre nequitiæ & fraudis auctore ad ſimplices animas deſtinati: hi colubri, qui columbas decipiunt: hi ſerpentes, qui latenter videntur inſerpere, & ſub mellis dulcedine virus euomere, vt vitæ cibum ſe ſimulent miniſtrare, à cauda feriunt, & mortis poculum velut quoddam diriſſimum venenum immiſcent. Horum ſectæ veteribus, vel ne in publicum prodeant, non ſunt notatæ nominibus; vel (quod eſt fortè nephandius) non contentæ, vt velut ab Arrio Arriani, vel à Neſtore Neſtoriani, aut à ſimilibus ſimiles nuncupentur: ſed in exemplum Martyrum, qui pro fide Catholica martyrium ſubierunt, Patarenos ſe nominant, velut expoſitos paſſioni.

Huiuſmodi verò miſeri Patareni, à quibus abeſt ſancta credulitas Diuinitatis æternæ, ſub vno contextu nequitiæ inſimul tres offendunt, Deum videlicet, proximos, & ſeipſos: Deum, dum Dei fidem & conſilium non cognoſcunt: decipiunt proximos, dum ipſis ſub ſpecie ſpiritualis alimoniæ, Hæreticæ prauitatis oblectamenta miniſtrant: crudelius etiam ſæuiunt in ſeipſos, dum poſt animarum diſpendium, corpora denique ſeueræ mortis illecebris, quam per agnitionem veram & veræ fidei firmitatem poſſent euadere, vitæ prodigi & necis improuidi ſectatores, inuoluunt, & quod eſt ipſo dictò duriſſimum, ſuperſtites etiam non terrentur exemplo.

Contra tales, Deo, ſibi & hominibus ſic infeſtos, continere non poſſumus motus noſtros,

Sal. An. 1221 *ſtros, quin debitæ vltionis in eos gladium exeramus, tanto ipſos inſtantiùs perſequentes, quanto in euidentiorem deluſionem fidei Chriſtianæ prope Romanam Eccleſiam, quæ caput omnium Eccleſiarum iudicatur, ſuperſtitionis ſuæ ſcelera latiùs exercere dinoſcuntur, adeò quod ab Italiæ finibus, præſertim à partibus Lombardiæ, in quibus pro certo perpendimus ipſorum nequitiam latiùs abundare, iamque vſque ad regnum noſtrum Siciliæ, ſuæ perfidiæ riuulos deriuarunt.*

Quod acerbiſſimum reputantes ſtatuimus in primis, vt crimen hæreſeos & damnatæ ſectæ cuiuslibet, quocumque cenſeantur nomine ſectatores, prout veteribus legibus eſt indictum, inter publica crimina numerentur, immo crimine læſæ maieſtatis noſtræ debet ab omnibus horribilius iudicari, quod in diuinæ maieſtatis iniuriam noſcitur attemtatum, quamuis in recti iudicij poteſtate alterum alteri non excellat. Nam ſicuti perduellionis crimen perſonas adimit damnatorum & bona, & damnat poſt obitum memoriam defunctorum: ſic & in prædicto crimine, quo Patareni notantur, per omnia volumus obſeruari, vt ipſorum nequitia, qui quia Dominum non ſequuntur, in tenebris ambulant, detegatur. Nemine etiam deferente inueſtigari volumus diligenter huiuſmodi ſcelerum patratores, & per Officiales noſtros ſicut & alios malefactores inquiri, ac in vinculis detineri inquiſitione notatos; & ſi leuis ſuperſtitionis argumento tangantur, à viris Eccleſiaſticis & Prælatis examinari iubemus. Per quos ſi inuenti fuerint à fide Catholica ſaltim in articulo deuiare, ac per ipſos paſtorali more commoniti, tenebroſi diaboli relictis inſidijs noluerint agnoſcere Deum lucis, ſed in erroris concepta inſtantia perſeuerent, præſentis noſtræ legis edicto damnatos mortem pati Patarenos aliosque Hæreticos, quocumque nomine cenſeantur, decernimus, vt (quod adſectant) viui in conſpectu hominum comburantur, flammarum commiſſi iudicio animarum incendia patiantur. Nec dolemus, quod in hoc ipſorum ſatisfacimus voluntati, ex quo pœnam ſolummodò, nec fructum alium conſequuntur erroris: volumus tamen, quòd apud nos pro talibus nemo interuenire præſumat. Quod ſi qui fecerit, in ipſum noſtræ indignationis aculeos non immeritò conuertemus. Datum Paduæ XXII. Febr. XII. Indictione.

CONTITVTIO III.

F*Ridericus Dei gratia Imperator Semper-Auguſtus, &c. Patarenorum complices & receptatores, ſeu quocumque modo fautores, qui, vt alios à pœna poſſunt eximere, de ſe velut improuidi non formidant, publicatis omnibus bonis eorum relegandos in perpetuum eſſe cenſemus, & ipſorum filij ad honores aliquos nullatenus admittantur. Si tamen aliquis fautorum huiuſmodi detexerit aliquem Patarenum, de cuius perfidia manifeſtè probatur, & liquet, in fidei præmium, quam agnouit famæ priſtinæ de Imperiali clementia reſtitutionis beneficium in integrum conſequatur.*

Incipiunt capitula conſtitutionis contra Patarenos edita per Dominum Fredericum Illuſtrem virum, Romanorum Imperatorem ſemper Auguſtum, Hieruſalem & Siciliæ Regem.

P*Atarenos, Speroniſtas, Leoniſtas, Arnaldiſtas, Circumciſos, Paſſaginos, Ioſeppinos, Carracenſes, Albanenſes, Franciſcos, Bennaroles, Comiſtas, VValdenſes, Burgaros, Commimellos, Barrinos, & Ortholenos; cum illis de Aqua nigra, Pauperes de Lugduno, & omnes Hæreticos vtriuſque ſexus, quocumque nomine cenſeantur; perpetua damnamus infamia, diffidamus atque bannimus, cenſentes, vt bona talium confiſcentur, nec ad eos vlterius reuertantur, ita quòd filij eorum ad ſucceſſiones peruenire non poſſint, cùm longè ſit grauius æternam quàm temporalem offendere maieſtatem. Qui autem inuenti fuerint ſola ſuſpicione notabiles, niſi ad mandatum Eccleſiæ, iuxta conſiderationem ſuſpicionis qualitatemque perſonæ, propriam innocentiam congrua purgatione monſtrauerint, tanquam infames & banniti ab omnibus habeantur, ita quòd ſi ſic banniti per annum permanſerint, extunc eos ſicut Hæreticos condemnamus.*

Statuimus etiam hoc edicto in perpetuum valituro, vt Poteſtates & Conſules ſeu Rectores, quibuſcumque fungantur officijs, pro defenſione fidei præſtent publicè iuramentum, quòd de terris ſuæ ditioni ſubiectis, vniuerſos Hæreticos ab Eccleſia denotatos, bona fide pro viribus exterminare ſtudebunt, ita quod amodò, quandocumque quis fuerit in perpetuam Poteſtatem vel temporalem aſſumptus,

Sal. An. 1222.

hoc teneatur iuramento firmare capitulum: alioquin neque pro Poteſtatibus, neque pro Conſulibus, ſeu conſimilibus habeantur, eorumque ſententias extunc decernimus inutiles & inanes. Si verò Dominus temporalis, requiſitus & monitus ab Eccleſia, terram ſuam purgare neglexerit ab Hæretica prauitate, poſt annum à tempore monitionis elapſum terram ipſius exponimus Catholicis occupandam, qui eam exterminatis Hæreticis abſque vlla contradictione poſſideant, & in fidei puritate conſeruent, ſaluo iure Domini temporalis, dummodò ſuper ijs nullum præſtet obſtaculum, neque aliquod impedimentum opponat, eadem nihilominus lege ſeruata contra eos, qui non habent Dominos temporales Principales.

Credentes præterea, receptatores, defenſores, & fautores Hæreticorum bannimus, ſtatuentes, vt ſi, poſtquàm quilibet talium fuerit fidelium excommunicatione notatus, ſatisfacere contempſerit infra annum, extunc ipſo iure ſit factus infamis, & ad publica officia ſeu conſilia, vel ad tractatus aliquos eligendos huiuſmodi, nec ad teſtimonium admittatur. Sit etiam inteſtabilis, vt nec teſtamenti liberam habeat factionem, nec ad hæreditatis alicuius ſucceſſionem accedat. Nullus ei præterea ſuper quocumque negocio, ſed ipſe alijs reſpondere cogatur. Quòd ſi Iudex extiterit, eius ſententia nullam obtineat roboris firmitatem, nec cauſa aliqua ad eius notitiam perferantur. Si fuerit Aduocatus, eius patrocinium nullatenus admittatur. Si Tabellio autem fuerit, inſtrumenta confecta per manum ipſius, nullius penitus ſint momenti.

Adijcimus inſuper, quòd Hæreticus per Hæreticum conuinci poſſit: & quod domus Patarenorum, receptatorum, defenſorum, & fautorum, ſiue vbi docuerint, ſiue vbi alijs manus impoſuerint, deſtruantur, nullo tempore reparandæ. Datum Paduæ, XXII. Februar. XII. Indictione.

xix Hoc anno Lamentabilis rumor, & triſtis tuba omni orbe Chriſtiano inſonuit, Damiatam ſcilicet, quam Chriſtiani ſummo labore, ac ſanguinis effuſione ceperant, Soldano Babiloniæ redditam fuiſſe. Ad ſeptuaginta bellatorum millia (CC ſcribit *Godefridus*) egreſſos, copioſas naues cũ victualibus ducentes, Cairum, quod & Babylonia dicitur, expugnaturos duce *Andrea* Hungarorum Rege. Bellum initio ſatis proſperum; & prælia noſtris ferè ſecunda. Soldanus clades vlturus acceptas, igne Græco ſeptingentas quinquaginta noſtrorum naues cum annonà, multiſque mortalibus exuſſit. Noſtris in Cairi obſidione hærentibus, Nilus annuà elluuione tumens, ruptiſque cataractis ab hoſte, totis caſtris latè infuſus, noſtros ſic intercepit, vt, cum nullus eſſet modus euadendi, deditio copiarum omnium Soldano facienda fuerit, ea lege vt dedititiorum vita, & libertas *Damiatæ* reſtitutione emeretur. Triginta captiuorum millia à Soldano redditi, & ſine maleficio abire permiſſi.

Damiatæ iactura

CORONATIO HENRICI VII. Ann. 1222.

xx HEnricus VII. *Friderici II.* Imperatoris ex *Maria Aragonia* filius, annum agens duodecimum, Aquiſgrani ab *Engelberto* Colonienſi Pontifice, in Romanorum Regem ante cooptatus, Herbipoli VIII. Id. Maij inauguratur. Hoc curæ *Friderico* fuiſſe ſuſpicantur ſcriptores, vt aduersùs Romanum Pontificem petram poneret, ſi ipsũ deturbari imperio contingeret. *Honorius* porrò *III.* Roman. Pontifex, qui *Innocen*
xxi *tio III.* fuerat ſubrogatus, verbi diuini præconibus vbique terrarum imperauit, vt Principes, populoſque ad ſuſcipienda militiæ Paleſtinæ vota hortarentur, vt in triennium cum *Friderico* Imper. qui dudum ſe eiuſce belli ducem promiſerat, in Syriam traijcerent. *Philippus* Rex Francorum morte prohibitus, ne expeditionem ſuſciperet, in eam rem trecenta librarum millia Pariſienſium teſtamento legauit. Hoc anno vel adhuc ex Italia non receſſiſſe, vel ex Germania reuerſum iterũ *Fridericũ* prodit eiuſdẽ.

Ann. 1223.

D E C R E T V M

Proſcriptionis Comitum Kiburgenſium propter vim Eccleſiæ Beronenſi illatam,

xxii *FRidericus Dei gratia Romanorum Imperator Semper-Auguſtus, & Rex Siciliæ, vniuerſis Principibus Alamanniæ, tam eccleſiaſticis quàm ſecularibus, & alijs Imperij fideli-*

Sal. An. 1225. *delibus, ad quos literæ iſtæ peruenerint, gratiam ſuam & omne bonum. Vniuerſitati veſtra tenore præſentium volumus eſſe notum, quod veniens ad præſentiam noſtram Dietricus Beronenſis Eccleſiæ Præpoſitus, fidelis noſter, ſuæ Celſitudini noſtræ conqueſtione monſtrauit, qualiter VVernherus & Hartmannus Comites de Kiburg, eidem Eccleſiæ ſuæ damna enormia irrogantes, eum & alios Canonicos ſuos in eadem Eccleſia Domino famulantes, de gremio ipſius Eccleſiæ turpiter eiecerunt, quòd nec ipſe, nec aliquis Canonicorum, ſex iam annis elapſis, ad ſeruiendum Deo ibidem audeat apparere. Et licet per Conſtantienſem videlicet Diœceſanum Epiſcopum excommunicationis ſententia contra eos propter hoc fuerit promulgata, & terra eorum ſuppoſita interdicto, ipſi nihilominus in contemptum Dei & Eccleſiæ aduerſus ipſum, & Eccleſiam ſuam in nullo ſatisfacere procurarunt, in eadem contumacia concumaciter permanſerunt, ſic quòd eadem excommunicationis ſententia per Summum Pontificem extitit confirmata. Propter quod Præfatus Præpoſitus in præſentia Venerabilium Cicenſis, Tridentini & Brixinenſis Epiſcoporum, & aliorum quamplurium tam Imperij quam Regni Magnatum, Excellentiæ noſtræ humiliter ſupplicauit, vt, quod ad Imperiale ſpectat officium, exinde proſequi dignaremur. Nos igitur proteruam prædictorum Comitum contumaciam attendentes, ad petitionem quoque prædicti Conſtantienſis Diœceſani Epiſcopi, cuius cenſuram eccleſiaſticam, Dei timore poſtpoſito, dicti Comites per triennium, ſicut aſſeritur, contemnentes, ab infeſtatione ipſius Eccleſiæ non deſiſtunt, cùm abſonum ſit Imperio noſtro; tam enormes Eccleſijs Dei violentias irrogari, quas ex collata nobis plenitudine poteſtatis defenſare modis omnibus & fouere tenemur, præſentibus prædictis Principibus & ceteris tam Imperij quã Regni Magiſtratibus, prædictos Comites excommunicationis ſententiam contemnentes, ſententialiter proſcriptos denunciamus, mandantes ipſos de cetero velut proſcriptos ab omnibus euitari. Præterea Heinrico Romanorum Regi filio noſtro per literas noſtras dedimus in mandatis, vt eoſdem Comites pro prædictis memoratis exceſſibus proſcriptos denunciet, & ab ipſa proſcriptione ipſos decernimus non ſoluendos, niſi prædicto Præpoſito condignè ſatisfaciant, & Eccleſiæ ſuæ, ſicut debent. Data in Campania, apud Montem S. Ioannis, die XXIII. Februarij, XI. Indict.*

NVPTIÆ HENRICI III. Ann. 1225.

XXIII SAcram expeditionem cogitans *Fridericus*, curauit priùs filio proſpicere; vndè *Margaritam* filiam *Leopoldi Auſtrij* coniugem dedit. Norimbergæ Nuptiæ tanta mortalium frequentia celebratæ ſunt, vt non infimæ notæ homines quadraginta, loci anguſtijs, & conferta multitudine ſuffocarentur. Malum omen, inter cadauera de progenie paciſci, & inter manes manum nuptialem conſerere. *Ludouico* Boiariæ Duci *Fridericus* comendauit iuuentam, vt ſub imperio pietatis, religionis, atque conſilij adoleſceret filius.

XXIV *anguſtiæ Orientalium.* Interim *Ioannes Bregno* Hieroſolymorum Rex, indefeſſas preces per literas & oratores afferebat, quibus actum de religione Chriſtiana in Oriente proteſtabatur, ni principes àuxilio preſto forent. Tempore inualeſcere barbaros, ſibi non aliam, quàm in celeritate fiduciam; orare, obteſtari in nomine Ieſu, ne barbarorum rapinis loca exponerent ſancta, vbi Redemptoris adhuc adorabantur lapides cruore conſperſi. Sed vniuerſa, torpente Cæſare, in irritum cadebant. Ergo præſentia magis ſe profuturum credens, munitis præſidio ciuitatibus Romam venit: vbi à Pontifice paterna caritate exceptus fuit. Nihilominùs quod Imperator negligeret, modica ſpes Orientis erat. Peruicit Pontifex, vt Hieroſolymorum Rex, cælibi *Friderico*, vnicam quam habebat filiam,

XXV *nuptiæ ſecundæ Friderici.* *Iolantam* coniugio locaret: Addita ſpe regni, vbi ipſe Fato conceſſiſſet. Annuit Imperator: ille ſpe auxilij ſolicitus, hic regni: Romam itaque properat Imperator: Nuptiæ ſolemniter celebrantur; ex quibus natus *Corradus*, qui poſteritati ſuæ vnà cum Regno Siciliæ, hæreditario iure, titulum Regni Hieroſolymitani tranſmiſit. Coniugio potitus, promiſſam expeditionem, plus integrum biennium diſtulit: inter cætera cauſatus, vereri ne eo abſente tota Lõbardia, Mediolanenſium ac Bononienſium inſtigatione deficeret, quos tamen nulla iniuria laceſſiuerat.

XXVI *Mediol. reconciliati Friderico.* Pontifex vt omnem lapidem tolleret, *Henricum* Archiep & *Andrigetum Marcellinum* ipſarum partium duces Romam accerſiuit,

atque

Sal.An. 1225. atque eos VIII. Idus Iunij reconciliauit. In-
de in Apuliam profectum *Fridericum*, duo
Cardinales *Pelagius* Epi. Albanenſis, & *Gal-*
la Card. tit S. Martini à Pontifice miſſi, con-
uenère, & præſentibus Germaniæ Principi-
bus, promiſſa redintegrare iuſſerunt. Ille ve-
rò ſacris euangelijs manu tactis iurauit, *ſe*
intra biennium menſe Auguſto in Orientem
properaturum. Centum milites ibi ſuo ſtipen-
XXVII *dio per duos annos habiturum: centum millia*
unciarum auri expenſurum: centum chelen-
dras, & quinquaginta triremes ultra mare
ducturum, ac duobus millibus militum cruce
ſignatis ad traiectionem elargiturum, ita iu-
rare, ſponte conſentiens in ſe & regnum ſuum
ſententiam ferri, ſi quod horum temeraſſet.
Tum Cardinales in conſpectu Principum
ac populi circumſtantis anathema in eum
Apoſtolica auctoritate protulerunt, ſi offi-
cio defuiſſet. His actis conuentum Cremo-
nam in proximum Rèſurrectionis feſtum
edixit, ſingulis ciuitatibus ſcribens.
XXVIII *Qualiter iura Imperij pro varietate tempo-*
ris præcedentis conculcata iaceant, qualiter
eius tranquillitas fuerit olim, & ſic vſque ad
hæc tempora perturbata, vniuerſi de Imperio
ſentiunt. Volentes itaque iura Imperij in ſta-
tum optimum reformare, ſubditorum oppreſ-
ſionibus condolentes apud Cremonam, proximo
die feſtiuitatis Reſurrectionis Dominicæ nūc
inſtantis, de conſilio principum Palatinorum
ſolemnem indiximus Curiam celebrandam.
Quapropter vobis ſub debito fidelitatis, quo
nobis aſtricti tenemini firmiter, & diſtricte
præcipiendo mandamus, quatenus veſtros mi-
lites armis, & equis, qua conuenit diligentia,
præparetis, &, cum ad finitimas partes Impe-
rij noueritis nos feliciter dirigere iter noſtrum,
eoſdem ante noſtram præſentiam tranſmitta-
tis de condigna retributione ſecuri, quia nobis,
& veſtris benemeritis curabimus reſpondere.
XXIX Quia verò *Henricum* filium ad conuen-
tum armato comitatu euocauerat; atq; Imo-
lenſes mœnia reficere aduersùs Bononienſes
iuſſerat; cæperunt Itali ſuſpectum habere; ac
de libertate cogitantes, fædus renouarunt
Sal.An. 1226. antiquum. Itaquè VI. Non. Martij, in æde S.
Italorum fœdus. Zenonis ad Moſium Mantuani agri oppi-
dum conuenientes Italorum Ciuitatum le-
gati, tabulas ſcripsère ſequentes.
XXX *Cum Fridericus Imperator Auguſtus Lō-*
bardis, Marchianis, Romaniolis, & eorum
amicis poteſtatem olim conceſſerit fæderis in-
ter ſe feriendi, & quoties vellent, renouandi
pro libertatis ſuæ defenſione, prout in tabulis
ſcriptis Conſtantiæ continetur, atque eandem
poſtea Henricus eius filius, & Otho Imp. con-
firmarint, ob eam rem N. & N. legati, ac pro-
curatores Mediolani, Bononiæ, Placentiæ, Ve-
ronæ, Brixiæ, Mantuæ, Vercellarum, Laudis,
Bergomi, Taurini, Alexandriæ, Vicētiæ, Pata-
uij, & Taruiſij inter ſe fædus fecerunt, idque
ad annos XXV. obſeruaturos nomine ſuarum
ciuitatum iurarunt. Sacramentum autem à
rectoribus fæderis concipiendum erit huiuſ-
modi: Ego N rector huius, vel illius ciuitatis
per ſancta Dei euangelia iuro, me bona fide
functurum officio mihi commiſſo, & cum cæ-
teris rectoribus conſenſurum in ijs; quæ ad li-
bertatem, & commoda ipſorum fæderatorum
pertinere videbuntur, daturumque operam, vt
hæc bona fide ſeruentur, neque in eorum dam-
num enunciaturum, neque aliquid aduersùs
eos capturum, lites ad me, & collegas meos
delatas intra XL. dies iuſte terminaturum,
& ante finem muneris mei ſucceſſorem mihi
procuraturum, libertatem fæderatorum pro
viribus meis conſeruaturum, nec quenquam
niſi ex communi rectorum conſenſu violatu-
rum.
Inter fæderatos fuit etiam *Gotifredus* co-
mes Romaniolæ, & *Bonifacius* Marchio
Montisferrati. Alpium itaque occluſo in-
greſſu, Rectores fœderis Mantuæ conuene-
re dicentes. *Nemo ex ciuitatibus fæderatis* XXXI
Imperatoris Friderici aula, aut aulicorum a-
liquo vtetur, neque iniuſſu rectorum ad eos
ſcribet: prætor à fæderatis niſi ex numero fæde-
ratorum non aſciſcetur, niſi aut Romanus,
aut Venetus: ne quis quid ab Imperatore, aut
à ſuis capiet: ſi quis fæderatorum aliquem vio-
larit, perpetuo exilio mulctabitur, neque reſti-
tui poterit, niſi maior pars rectorum aſſentie-
tur: qui ſecus fecerit, iram fæderatorum ſubi-
bit. Nulli cum alio paciſci in damnum fæde-
ratorum licebit: qui à fædere publico diſcedet,
pro publico hoſte habebitur. ſi qua ciuitas bello
externo opprimetur, reliquæ omnes auxilium
ferre, & ſi feuda, aut poſſeſſiones ademptæ
erunt, ad ea repetenda adeſſe rectorum arbi-
trio tenebuntur. nemo ex fæderatis intra an-
num prætor Cremonam, Parmam, & Muti-
nam ibit, qui ſecus fecerit, bona ſua amittet.
Horum non ignarus *Fridericus* ex Apu-
lia

Sal. An. lia Rauennam inde in Lombardiam venit,
1226. & Cremonæ conuentum celebrauit. Affuere
xxxii Mutinenſes, Regienſes, Parmenſes, Haſten-
Bononiæ ſes, Papienſes, ceteros contumaces proſcrip-
ius Gym- ſit, ac per legatum Pontificis Sacrorum in-
naſij ad- terdicto ſubiecit. Bononienſibus præcipue
emptus. Gymnaſij ius ademit, ſtudioſoſque littera-
rum iuuenes Bononia abire ac Pattauium ſe
conferre præcepit. Mutinenſes in integrum
contra Bononienſes reſtituit; inde ad Ponti-
ficem Reate ſe recipiens, ac querelis ſuis de
Lombardis expoſitis, in Siciliam tranſiit.
Congruit ſequens Friderici epiſtola.

xxxiii *Ferentini cum Papa collatione habita Cu-*
riam apud Cremonam indiximus, ad quam
filium noſtrum cum multis Principibus Impe-
rij noſtri vocauimus cum decenti militum co-
mitatu, nihilominus de Italia partibus ducen-
tes nobiſcum milites, prout Imperialis excel-
lentia decus, & tantum negotium condecebat.
Ex quo Lombardi nobis, & honori noſtro re-
belles in ſpiritu contradictionis aſſumpti, &
reprobum ſenſum dati, palliata occaſione timo-
ris, propterea quòd armatorum conſortio frue-
bamur, nobis intendere, tanquam ipſorum legi-
timo domino contempſerunt, & ingreſſu in
Italiam viarum difficultate prohibito filium,
& principes à noſtris aſpectibus ſubtraxe-
runt. inde ad exagerationem nequitiæ adhuc
occultæ malitiam manifeſtam adiecerunt,
quòd contra nos, & Imperium conſpirantes no-
bis præſentibus, & contemptis coniurationes
nefarias contraxerunt, & ſic deſiderata filij
noſtri viſione fraudati in Apuliam redeuntes,
quia præparatio paſſagij tranſmarini, ad quod
tenebamur ex voto, tunc nos arctabat, cauſ-
ſam ipſam de ſatisfactione nobis, & Imperio
facienda arbitrio ſummi Pontificis commiſi-
mus terminandam.

Friderico profecto, Bononienſes, nè Mu-
xxxiv tinenſes agrum à *Friderico* eis adiudicatum
vindicare poſſent, *Caſtrum Francum*, ita di-
ctum, quia profiterentur pro libertate pu-
gnare) in finibus Mutinenſibus erexere. Nec
longè caſtrum alterum *Crepacorium* ad diſ-
rumpendum cor hoſtium munierunt. Tan-
Ann. ta diſſidia ſacræ expeditioni obfutura cer-
1227. nens *Fridericus*, edictum ſiue ſponte ſua, ſi-
xxxv ue impellente Pontifice, Kal. Feb. edidit, An.
indulget omnibus 1227. quo iniurias omnes in ſe fœderatis in-
dulſit. atque Marchionem Montisferrati, &
Gottifredum Comitem ad ſe vocauit. Mori-
tur interim Pontifex *Honorius*, & ſucceſſor
datur *Gregorius IX.* vir ſingulari ſapientia
præditus, legumque peritiſſimus, zelo ſacri
belli accenſus, cuius curam ad *Fridericum*
pertinere, exiſtimans, admonuit, vt quod ſæ-
piùs *Honorio* concepta in ſe religione ſpo-
ponderat, nec vnquàm præſtiterat, aliquan-
dò tandem expleret. Eius monitis repugnare
neſciens *Fridericus*, expeditionem in ſpe- xxxvi *monet ad ſacrã expeditionem*
tiem comparare cæpit, ac Cruce ſignatos
Brunduſium ad diem Aſſumptionis conue-
nire iuſſit. Menſe Iunio frequentiſſimi ex
omnibus prouincijs adfuère; Anglia ſola
ſexaginta armatorum millia ſubmiſerat. xxxvii *ire fingit*
Quorum alacritatem atque animorum ſtu-
dium Chriſtus conſpicatus ex alto, ipſe ſe in
vigilia B. Io. Bapt. luce clariſſima, clauis ac
lancea perforatum, atque atro cruore perfu-
ſum oſtendit; innuens ſe promptum affutu-
rum. Cæterum cum ſæuiente æſtatis calore,
plurimi graui valetudine tenerentur, inter
quos Epiſcopus Auguſtanus, & *Ludouicus*
Turingus, quem fama vulgauit Hydrunte
veneno ſublatum, pars viribus animiſque
collapſi, patriam repetentes, paſſim agros,
& nemora ſternebant cadaueribus. *Frideri-*
cus ipſe, curis aliò conuerſis, haud obſcurè
profectionem auerſabatur. Permulti tamen
XVIII. Kal. Septembr. è portu Brunduſino
vela fecerunt, rati eum ſimul nauigaturum.
Sed ille exiguo comitatu vix triduo proue-
ctus in altum, maris iactationem, & affe-
ctam valetudinem cauſatus, retrò curſum
auertit. Scitata claſſis conſilium mutauit,
Quadraginta millia in Italiam regreſſi ſunt.
Gregorius IX. Pontifex mirum in modum
dolens, vnius Cæſaris culpà tantum appara-
tum in nihilum recidiſſe; Purpuratorũ iudi-
cio declarauit Ceſarem incurriſſe pœnas,
quas *Honorius* cunctanti interminatus erat:
& ſententiam vbique locorum publican-
dam curauit.

Contumeliam *Fridericus* erubuit; ac xxxviii
protinùs litteras principibus miſit, ſe mor-
bo excuſans receſſiſſe cogente. *Gregorium*
acriter increpabat, & de Romanis Pontifici-
bus atrociſſimè ſcribens, ſequentia miſit in
Orbem. Scripſit primò Othoni Boiorum
Duci filio Ludouici. Duxerat iſte anno cur-
renti in vxorem Agnetem filiam Henrici
Palatini, fratris Othonis Imperatoris; & do-
tis titulo Palatinatum Rhenis, & quidquid

illi

Sal. An. 1227 xl illi terrarum adnexum eſt, Bauariæ attulit; Vnde Leonum inſignia iuncta ſunt Rhombis Bauaricis. Eodem tempore Regibus & Principibus.

FRIDERICVS IMPERATOR SEMPER AVGVSTVS REGIBVS ET PRINCIPIBVS MVNDI.

xli COllegerunt Pontifices & Phariſæi conſilium in vnum aduerſus *Principem & Romanorum Imperatorem*. Quid faciamus, *inquiunt*, quia hic homo *de hoſtibus ſic triumphat?* ſi ſic eum dimittimus, omnem ſibi *ſubyciet gloriam Lombardorum, & more Cæſareo veniens non tardabit, vt poſſe nobis* & locum auferat, & deſtruat gentem noſtram. *Vineam autem Domini Sabaoth alijs locabit agricolis, & nos abſque iudicio iudicabit, & male perdet. Obſtemus ergo principijs, ne forte ſcintilla tenuis in flammam tranſeat destructiuam, & morbus quidem fiſtulare incipiēs, non abſciſus vſquequo perueniat in medullas. Sæpe enim vix fumus ignis extinguitur, & morbo Cronico ſalubris ſerò parabitur medicina. Nullos igitur huiuſmodi ſermones Principis attendentes, percutiamus acriter (aiebant) ipſum lingua, nec ſagitta noſtra plus lateat, ſed procedat: ſic procedat, vt feriat; ſic feriat, vt lædat; ſic lædatur, quod iaceat; ſic proſternatur, vt amplius non reſurgat: & tunc clare videbitur, ſi ſua ſomnia proſint illi.*

Super cathedra Moyſi ſedentes hoc tempore Phariſæi, ſic moti ſunt contra Romanorum Principem oberrantes, quod actores malitiæ facti, ſimul & iudices, apertè iudicium peruerterunt. Tandem illos ſui cordis malitia ſic intus & extra penitus obcæcauit, quod vna prorſus errante clauium poteſtate inſontem & iuſtum Principem ligauerunt. Sed audite mirabilem tam glorioſi Principis ligaturam. Iſte Pater Patrum, qui dicitur Seruus ſeruorum Dei, *omni prorſus excluſa iuſtitia, factus eſt aſpis ſurda, non admittens Romani Principis allegata, & velut lapis qui de funda iacitur, ſic emiſit ſubito verbum malum; ac velut omnino reſpuens in perturbatione conſilium,* Quod ſcripſi ſcripſi, *vociferans, reſpuit viam pacis. Sed qui Chriſti Vicarius diceris, & Petri ſucceſſor etiam humilis piſcatoris, cur accenſus furore refugis id, pro quo Rex omnium induit formam ſerui? Dic rogo, quid reſurgens à mortuis dixit primo diſcipulis ille Magiſter omnium magiſtrorum? Non, inquit, arma & ſcutum ſumite, nec ſagittam vel gladium, ſed* Pax vobis. *Ad quid gloriaris in malitia, qui ſolus in orbe diteris fraude & dolo? Quid aliud niſi pacem hymnus dicit Angelicus, & tertius Agnus Dei? vel quid ille mirabilis Regis æterni filius, corporali præſentia diſceſſurus, tunc reliquit diſcipulis, cum rediijt vnde venit? Certe pax & dilectio ſunt principaliter illa duo, quæ teneri voluit poſt diſceſſum. Ergo ſi Chriſti Vicarium, & Petri te aſſeris ſucceſſorem, à Chriſti prorſus & Petri tramite non diſcedas: ſed actus concordent actibus, & Campanus inhæreat Galilæo.*

Iſtud autem ſatis & merito turbat Chriſti fidelium puritatem, quod Petrus relictis omnibus & rete, ſequi Chriſto vocante voluit viam vitæ, qui tamquam omnia poſſidens & nihil habens ad theſaurum cæleſtis patriæ ſēper ardentius aſpirabat. Tu vero tamquam nihil prorſus habens, omnia autem poſſidens, quæris ſemper quid derodas, deuores & digluttias, nec ſedare poteſt aliquando totus mundus tui ventris ingluuiem, quia tibi non ſufficit orbis terræ Petrus autem Apoſtolus, vt legitur, ad portam veniens Specioſam; Nec aurum nec argentum habeo, *dixit Claudo: tu vero, ſi forſan incipit aceruus pecuniæ, quem adoras, minui, ſtatim cum claudo claudicas, quærens anxie quæ ſunt mundi. Sed qui, Chriſto iubentè, prædicas tamquam paſtor Eccleſiæ paupertatem, cur refugis quod hortaris, & quæris ſemper vt copules aurum auro? In ijs ergo non reſtat aliud, ſi non dormis, niſi vt Summi Pontificis prorſus prædicatio contemnatur. De cælo namque, ſi bene recolis, deſcendit lintheum ſupra Petrum, cui,* Surge, macta, & comede, *dictum eſt, dum oraret, qui tamen immunda noluit manducare, dira quamuis eſſet eſurie ſtimulatus. Tu vero ad hoc viuis, vt comedas, in cuius vaſis & ſcyphis aureis ſcriptum eſt,* Bibo bibis. *Cuius verbi præteritum ſic frequenter in menſa repetis, & poſt cibum, quod quaſi raptus vſque ad cælum tertium Hebraicè, Græcè loqueris & Latinè. Poſtquam autem impleta fuerit vino ventris ingluuies, & ſtomachus vſque ad ſummum eius, tunc ſuper pennis ventorum exiſtimas te ſedere. Tunc tibi Romanorum ſubſtat Imperium, tunc afferunt tibi munera*

Reges

Sal. An. 1227. *Reges terræ; tunc vinum mirabiles cito facit exercitus, & tibi ſubſeruiunt omnes gentium nationes.*

Ploret igitur mater Eccleſia, quod paſtor gregis Dominici factus eſt lupus rapax: Craſſum quidem de grege comedens, confractum non alligat, & diſſolutum ad propria non reducit, ſed velut amator ſchiſmatis, caput & auctor ſcandali, pater doli, contra iura Romani Principis & honorem tuetur Hæreticos, Dei quidem & omnium Chriſti fidelium inimicos, omni prorſus Altiſſimi timore poſtpoſito, & hominum verecundia retroiecta. Sed vt poſſit hic melius ſui cordis malitiam occultare, prædictos Crucis hoſtes & fidei fouet, & protegit, ſub quadam ſpecie pietatis, adſerens ſe Lombardis ad hoc tantum ferre ſubſidium in hac parte; ne Cæſar illos cadat, aut indicet plus, quam requirit ſeries ſui iuris. Sed doloſa vulpis aſtutia numquam in hoc fallet ingenium venatoris: ac qui regis Iſrael, intende ſingularis gregis Dominici paſtor: dic, rogo, quid eſt hoc, quod curabat, *vt legitur,* infirmos à morbis validis vmbra Petri? *Tu vero, tamquam vir ſanguinum, ad hoc ſolum inuigilas, vt facta ſtrage viuentium ſanguis innoxius effundatur: & de te, Sacerdos male, optime dici poteſt, qui tuo tempore Deo diſplicere proponis, & per excellentiam tuam iracundiæ turpis es imitator, dicens; Guerram veni mittere in terram, & quid aliud volo, niſi vt inter ſe homines prælientur? Non enim eſt hoc Romani Pontificis, cui* Paſce *dictum eſt* oues meas, *vt illas quidem mortifices, quarum paſtor & caput diceris, dux etiam & ſeruator. Ritud quidem conſideres, vt nec volunta: vel furor opprimat ius & verum, quod ille Rex terreſtrium & cælorum, in terris diutius conuerſatus, nil prorſus habere voluit cum terrenis, ſed docendo diſcipulos,* beatos pauperes Spiritu *tunc vocauit. Tu vero tantum in terris habens proprium & commune terrenis, in terris orrea theſaurizas. Sed, proh dolor, quod theſauros Eccleſiæ raro vel nunquam in vſus erogas egenorum: ſed, vt teſtatur Anagnia, mandaſti ſtatim domum fieri mirabilem, ſicut regia Solis erat, oblitus prorſus Petri inopiæ, qui dudum non habuit niſi rete: &, quod peius eſt, etiam illa noſtra Hieruſalem, in qua Chriſtus effuſo ſanguine pati voluit & occidi, iacet ancillata canibus, & tributaria Sarracenis. Et tu Chriſti Vicarius in hoc dormis, nec curas, quod noſtra deletur hæreditas ad alios deuoluta. Sedet enim deſerta ciuitas, olim plena populo & gentibus ſpecioſa, Romani quidem Antiſtitis omni prorſus ſolatio deſtituta, fundens riuos amaritudinis, quæ lac olim & mel fundere conſueuit. Vox cuius vox turturis, quæ pro cantu dat gemitum, viduata plorat anxie, velut Rachel filios ſuos, quos non vidit in templo ſancto ſuo ſabbata venerari, aſſidue Regem Regum Romanum expectans Principem, captiuitatis ſuæ fiduciam & ſui exterminij redemtionem. Sed tu hoſtes Herodes impie, illuc ire times, lapis offenſionis & petra ſcandali, maris & terræ ſemitas conturbaſti, ne Cæſar iſte mirabilis, mundi lumen & ſpeculum ſine ruga, ſuccurrat more Cæſareo terræ Dei. Sed defendens Hæreticos perditionis filios & errorum, audire potes merito verbum illud;* Error tui non reſiſtitur, approbatur. *nec eſt mirum: non enim cares occultæ ſocietatis ſcrupulo, cum manifeſto facinori deſinis obuiare.*

Ad cor ergo reuertere, nec opponas te Principi matris Eccleſiæ defenſori, ſed cogita & attende, quod Silueſtro dudum Papæ pauperrimo, latenti tunc temporis in cauernis, reſpondit, vt decuit tantum virum, ſacri magnificentia Conſtantini, qui curatus à lepræ vitio dedit Eccleſiæ quicquid habet libertatis hodie vel honoris. Sed Silueſtri Vicarius male reſpondet Friderico. Nunquid enim dimittis ſeptuageſies ſepties, ſicut æterni Regis filius dixit Petro, qui non vis inſonti ſemel parcere, ſæpe & inſtanter veniam poſtulanti? Aut cum dicat Apoſtolus; Omnis poteſtas à Domino Deo eſt: qui poteſtatis reſiſtit, *diuinæ potentiæ contradicit. Reuertentem ergo ad gremium matris Eccleſiæ benigne recipias filium ſingularem, præſertim cum petat inſtanter veniam abſque culpa: alioquin leo noſter fortiſſimus, qui ſimulat hodie ſe dormire, rugitu ſolo terribili trahet omnes à terræ finibus tauros pingues, & plantando Iuſtitiam, Eccleſiam diriget, euellens prorſus ac deſtruens cornua ſuperborum.*

FRIDERICVS IMPERATOR CARDINALIBVS.

xlii *CVm ſit Chriſtus caput Eccleſiæ, & in Petri vocabulo ſuam fundauerit Eccleſiam ſuper petram, voſque Apoſtolorum ſtatuerit ſucceſſores, vt Petro pro omnibus mini-*

Sal. An. 1227 ſtrante vos, qui eſtis candelabra Eccleſiæ ſupra montem non ſub modio conſtituti, reuera omnibus, qui ſunt in domo domini, ex effectu bonorum operum luceatis, nec à publica mundi, vel conſcientia generali veritatis, vos ſubtrahere intendatis, cum ad ſingula, quæ Præſidens ſedi Petri proponit ſtatuere, vel denunciando decreuerit, æqua participatio vos admittat, niſi ipſius religionis Eccleſiaſticæ ſtatus & zelus efferuens euitandi ſcandalum generale, cautelam vobis ſuggeſſerit ob futura. Quis enim non miretur & ſtupeat, quod tot venerabilium Patrum aggregatione munitus Eccleſiæ, generalis ſedens in ſolio (vtinam iuſtus iudex) inconſulte velit procedere, ac ſuis moribus excandeſcens, in Romanum intendat Principem, Aduocatum Eccleſiæ, ad præcipitationem omnium, ſententiam depoſitionis ſtatuere, & ob fauorem Lombardorum rebellium exercere ſpiritualem gladium, ſi dici liceat, minus iuſte; cum alias quicquid ex obiectis Eccleſiarum grauaminibus, quæ vel dicuntur obiecta, vel quæ vt ſpecies à genere per indiuiduum deriuentur, vel emendationem ceperint, vel ad deliberationem veſtri conſilij ſit in proximo, prout iuſſio iam præceſſit debita, & integra emendatio ſecutura.

Nam ecce per patentes litteras Prælatorum, per quas mandatum Apoſtolicum nos præſtitit monituros, euidens teſtimonium declaratur, & præcedens noſtra conſtitutio ſuper vocatione Prælatorum damna paßorum, & de eiſdem præſtanda integra ſatisfactione Prælatis, tum per litteras venerabili Archiepiſcopo Meſſanenſi vocato ad hoc aſſeßori noſtro tranſmiſſas, euidens teſtimonium exhibetur veritatis. Propter quod non indignè dolemus, ſi pater Apoſtolicus offendere tam graviter nos intendit, vt nos, dum in conſtantem virum, tam vehemens cadat iniuria; & ſi patienter ferre voluerimus, immanitas negotij non permittit, quin ad vltiones, quibus Cæſares vti ſolent, facti violentia nos compellit. Verumtamen dum conſideramus impotentiam dominantis vel procedentis, & difficultatem attendimus defenſorum, ſi ex quo liceret priuatas exercere vindictas, quas in hominem, per quem ſcandalum venit, & in ſui participes ſanguinis compenſare poßemus, vt in ipſum & ſuos attentata noſtræ ſedis iniuria redundaret, tolerabilius duceremus: ſed cum nec ipſe, nec tota eius ſucceſſura progenies tanta foret, vt Imperij culmen zelaret in vltionem ipſorum, cumque Apoſtolicæ ſedis Antiſtes audaciæ ſibi frena relaxet, & tot venerabilium Fratrum ſuorum moles cum eo concurrere in concepta furorum pertinacia videatur, angit nos altiori mente turbatio, quod dum nos intendimus à perſequente defendere, oportet nos defendendo grauius offendere ſatagentem, ſalua in omnibus Eccleſiæ ſanctitate, quam cultu ſacro, debita reuerentia corde & opere veneramur.

Quapropter venerandum eſt veſtrum cœtum affectuoſius deprecamur, quatenus motus Summi Pontificis, quos ex cauſis euidentiſſimis, tam miniſtros quam voluntarios mundus agnoſcit, ex deliberata modeſtia compeſcatis, generali ſtatui Eccleſiæ præſertim & quieti mentium ac ſcandalis prouidentes. Nam cum ad ſalutem & honorem omnium veſtrum fauorabiliter alligemur, & ſic principijs obſtare non poſſumus, licite liceat nobis iniurias, quas reuocare non poſſumus, iniurijs propulſare. Datum Paduæ.

FRIDERICVS IMPERATOR ROMANIS.

xliii CVm Roma ſit noſtri caput & auctrix Imperij, & Romanus Imperator à Roma vocabulo nuncupetur, vt ſibi noſtri nominis & honoris proceſſus & auſpicia debeamus, in ammirationem ducimur vehementem, ſi, vbi promouendus eſt honor, & iniuria propulſanda inter eos, qui tenētur & debent pro culmine noſtro ſe murum defenſionis opponere inſurgentibus ex aduerſo, ipſis audiētibus & diſſimulantibus contrariū patiamur. Propter quod dolore cōpellimur, quod Romanus Antiſtes contra Romanum Principem, quod alibi non auderet, ſicut dicitur, in Vrbe præſūpſit ſic Romanū Imperat. auctorē Vrbis, & benefactorē populi Rom. ipſis nō reſiſtētibus impie blaſphemare, dū beneficiorū noſtrorū, tam Proceres quam populū Rom. quibus ſpecialiter & cōmuniter ſtuduimus & liberali ac ſpontanea munificētia prouidere, & eorū intendimus continuatis augmentis cōmoda promouere, recte monemur immemores, extitiſſe, ac inerti ſomno detentos, vt de tribu Romulea non eſſet vir de tot Proceribus & tribu Quiritum, vel de tot Romani populi milibus, qui pro nobis exurgeret. &

verbum

Sal. An. 1227. verbum vnicum loqueretur quique noſtræ iniuria condoleret, cum nos Vrbem triumphorum titulis inſignitam noſtra victoria ſucceſſibus honoremus, & ad formandum nomen, ſicut in diebus antiquis, & ſedandum ſtatum Romani Imperij, continuis laboribus intendamus.

Quapropter neceſſario decreuimus vos requirere, inſtanter monere, pariter & hortari, quatenus quod omiſſum aliqua negligentia vel torpore, nunc inſtanter preſumere debeatis, inducentes alios monitis & exemplo, vt omnes & ſinguli prompta voluntate concurrant ad noſtrum & veſtram iniuriam vlciſcendam: ne idem blaſphemator noſter, qui auſus eſt in noſtri nominis blaſphemiam prorumpere, de tanta præſumptione gloriari ſe poſſet, quod volentibus & nolentibus Romanis contra nos talia perpetrarit, quia cum poſt id poſſet veſtra magnitudini imputari, ſi quod autem impedire laudabiliter potuiſtis, poſt factum noſtram & veſtram iniuriam poſtponatis inultam. Nam cum alter ad alterutrũ teneamur, & nos Romanorum honorem, & vos Romanum defendere nomen noſtrum, ſi adhoc vos ſegnes & negligentes inuenerimus, cum nullus timor nos coegerit ad beneficia Romanorum, ſed gratia induxerit ſpecialis, per ingratitudinem iſtam, licet inuiti, cogemur ab vniuerſis & ſingulis exhibitam gratiam reuocare.

FRIDERICVS IMPERATOR REGIBVS, ET PRINCIPIBVS MVNDI.

xliv ILlos felices deſcribit antiquitas, quibus ex alieno præſtatur cautela periculo. Status namque ſequens formatur ex principio præcedentis, & vt impreſſionem cera recipit ex ſigillo, ſic humana vita formatur mortalitas ab exemplo. Hanc vtinam felicitatem noſtra Serenitas prægustaſſet, vt cautelæ ſolertiam, quam vobis ò Chriſtiani Reges & Principes, ex noſtræ Maieſtatis nimia læſione relinquimus, nobis potius Chriſtiani Reges & Principes læſi reliquiſſent.

Porro quia Clerici cenſentur pauperum eleemoſynis impinguati, filios opprimunt: ipſique noſtrorum filij ſubditorum paterna conditionis obliti, nec Imperatorem nec Regem aliqua veneratione habere dignantur, quotiens in Patres Apoſtolicos ordinantur. Quod à circumlocutionibus noſtris innuitur, ex Innocentij Papæ IV. præſumptione probatur, quia vocata Synodo, vt aſſerit, generali contra nos non vocatos, nec ſuper aliqua fraude vel prauitate conuictos, auſus eſt ſententiam depoſitionis ſtatuere, quam præter omnium Regum enorme præiudicium non poterat ſtabilire. Quid enim vobis, & ſingulis Regibus ſingularum regionum, à facie tanti Principis Sacerdotum timendum? non immerito ſupereſt, ſi nos & Principum electione ſolemni, & ad probatione totius Eccleſiæ, ac in Chriſtiana fidei religione viuentium, Imperiali diademate diuinitus inſignitos, & alia Regna nobilia magnifice gubernantes, ille deponendos adgreditur: & cuius, quoad Imperiale diadema, non intereſt aliquid in nos exercere rigoris, etiamſi cauſa legitima probarentur. Verum id propter quod Sacerdotalis ſic infeſtat abuſio poteſtatis, & à ſummo nos conatur præcipitare deorſum, nec primi ſumus nec vltimi.

Et hoc quidem vos facitis obedientes religionem ſimulantibus ſanctitatis, quorum ſperat ambitio, quod totus mundus influat in os ſuum. O ſi veſtræ credulitatis ſimplicitas à Scribarum & Phariſæorum fermento, quod eſt hypocriſis, iuxta ſententiam Saluatoris, ſibi curaret attendere: quot illius Curiæ turpitudines execrari poſſetis? quas inhoneſtas & pudor prohibet nos effari. Sane redditus copioſi, quibus ex plurium depauperatione Regnorum ditantur, quemadmodum ipſi noſtris, ipſos faciunt inſanire. Apud vos Chriſtiani mendicant, vt apud eos Patareni manducent: ibi veſtras domos obſtruitis, vt illic aduerſariorum oppida conſtruatis. Sicque de veſtris elemoſynis impinguati tales Chriſti pauperes ſuſtentantur, qui beneficij compenſatione, ea ſaltem gratitudinis exhibitione vobis ſe præbent obnoxios, quidem quanto manus eis indigentibus largiores oſtenditis, tanto non ſolum manus, ſed etiã manus & cubitos auidius adprehendunt; ſuo vos laqueo detinentes, ſicut aniculam, quæ quanto ad euaſionem fortius nititur, tanto firmius alligatur.

Hæc vobis in præſens ſcribenda curauimus mittere, inſufficienter exprimentia votum noſtrum. Cætera vero ſecretius intimanda decreuimus omitere: videlicet in quos vſus diuitias pauperum expendit prodigalitas auarorum. Quid ſuper Imperatore comperimus eligendo, niſi pax, quam per magnos mediatores intendimus reformare inter nos & Eccleſiam,

Sal. An. 1228. *ſaltem ſuperficialiter reformetur: Quid de Regum omnium communibus, ſpecialibuſque negotijs diſponere intendatur. Quid ſuper Inſulis Oceani fuerit ordinatum. Quid contra Principes vniuerſos quibuſdam conſilijs vel negotijs, qua nos, qui nonnullos ibidem habemus familiares & ſubditos, licet clandeſtine, latere non poſſint, illa Curia machinetur. Quantis viribus, quot virorum inſidijs, qualiter inſtructorum ad bella, in hoc ipſo vere, quod inſtat, omnes, qui nos opprimunt, opprimere poſſe ſperemus, etiamſi ſe nobis opponeret totus mundus. Quicquid autem tales & tales fideles noſtri, latores præſentium, vobis retulerint, certe credatis, ac etiam ſi ſanctus Petrus iuraſſet, firmiſſimum habeatis, nec per hoc quod à vobis petimus, videatur vobis, quod propter in nos latam ſententiam depoſitionis, noſtra magnanimitas Maieſtatis aliquatenus incuruetur. Habemus enim conſcientiæ puritatem, ac per conſequens, Deum nobiſcum; cuius teſtimonium inuocamus, quia ſemper fuit noſtræ voluntatis intentio, Clericos cuiuſcunque religionis ad hoc inducere, & præcipue maximos ad illum ſtatum reducere, vt tales perſeuerent in fide, quales fuerant in Eccleſia primitiua, Apoſtolicam vitam ducentes, & humilitatem Dominicam imitantes. Tales namque Clerici ſolebant Angelos intueri, miraculis coruſcare, ægros curare, mortuos ſuſcitare, & ſanctitate non armis ſibi Principes ſubiugare. At iſti ſeculo dediti, & inebriati delitijs Deum prætermponunt, quorum ex affluentia diuitiarum religio ſuffocatur. Talibus ergo ſubtrahere nocentes diuitias, quibus damnabiliter onerantur, opus eſt charitatis potius quam erroris. Ad hoc vos omnes Principes vna nobiſcum, vt cuncta ſuperflua deponentes, modicis rebus contenti, Deo ſeruiant, cui ſeruiunt omnia, omnem, quem poteſtis, debetis diligentiam adhibere.*

xlv Romanos in Papã ſollicitat. Non contentus *Fridericus* probris in Pontificem indignè iactis, non culpam luere, ſed iniuriam vindicare cogitans, ad inſidias confugit. *Frangipanes* atque alios nobilitate opibuſque in vrbe præſtantes ad ſe vocatos, ſe imperij beneficiarios inſtruere profitetur. Annuunt illi; eorum prædia pretio comparat iſte; mox illis feudali ſacramento adſtrictis eadem donat; ea tamen conditione, vt *Gregorium* vrbe, occaſione *fuga Pontific.* quæſita, deijcerent. Nec defuerunt: Pontificem in cœna Domini anathema in *Friderieum* renouantem concitato populo Peruſiam confugere compellunt. Eodem tempore *Fridericus*, eccleſias, earum bona, perſo- *xlvi* nas, patrimonium Petri diuexat. Donec ma- *inducia* leficiorum pertæſus, vel ſpecie oſtentandæ *Cæſaris* religionis, ad III. Id. Sextiles ne dignatus quidem petere anathematis expiationem, Brundusio in Syriam nauigans (cum in Italia *Iolantam* amiſiſſet vxorem,) in vigilia Natiuitatis B. Mariæ ad Acon vrbem peruenit. *Papa terras Friderici inuadit.* Quod vt *Gregorius* audijt, multò vehementius inflamatus, quòd ſe inconſulto, & abſq; diligenti rei maritimæ apparatu ad tantum bellum profectus eſſet, Apuliam per *Io: Brennam* contra *Rinaldum* Ducis Spoleti filium, Cœſaris vicarium ad affligendam eccleſiam relictum inuadit; fœderatoſq; Lombardos, legato *Gaufredo* præsb. Card. tit. S. Marci in eum incitat. Hinc Italia diuiſa: alijs imperij, *xlvii* alijs eccleſiæ auctoritatem ſequentibus (quorum *Guelfi* hi, *Gibellini* illi vulgò vocati; fa- *Guelfi Gibellini.* ctiones quæ ex Germania traductæ Italiam multos tenuere annos) Nec tantùm diſtracta prouincia, ſed ciuitates, familiæ, quibus mos erat Aquilam erigere, ſi partes ſequerentur Imperij. Venetijs, quia Religioſiſſima patria, & quia cauſam tueretur Pontificis, & à ciuibus longè vellet diſcordiam, mandauit omnibus Aquilam deponere, *Iuſtinianos* præter. Patritia hæc eſt familia, de Republi- *xlviii* ca benemerita, longè antiquiſſima, quæ cum ab Imperatore Iuſtiniano ſit ſortita natalia, *familia* ſpeciali iure Aquilam retinuit. Interim cum *Iuſtiniana de qua lib. 10. ſup.* *Fridericus* decennas inducias nomini Chriſtiano prorsùs indecoras, & *Gregorio* Pontifici improbatas cum Sultano pactus eſſet ſe- *lxix inducia cũ Sultano* quentes (*Fridericus Cæſar Rex & Hieroſolymorum eſto & inaugurator: vrbem Sanctam cum Palæſtina poſſideto: Nazarethum, Ioppen, cum oppidis, vicisque ſi volet inſtaurato: Vidcm reſtituuntur, quæ fuerunt in Balduini IV. poteſtate: captiui ſine lytro ſoluuntor. Templum Dominici ſepulchri eſto penes Sultanũ. Cratum præſidium, quod ſpectat Arabiam, Monſque Regius ſit quoque in eius poteſtate*) Pontifex iure pacta reiecit, eò maximè, quod glorioſum Chriſti monumentum, cuius cauſa ſuſceptum bellum, in Barbarorum manibus per ſummam ignauiam eſſet relictum: cæteraque Sultanus obtulerat, tanti non eſſe, vt facili recuperari non poſſent. *Fridericus* tamen quaſi glorioſum peregiſſet

ſet

Sal. An. ſet facinus, Dei reſurgentis ferijs, Hieroſo-
1229. *Frider.* lymis, inuito licet Patriarcha, Regia inſi-
ſeipſam gnia pròpria manu ex altari ſuſcepit; locaq;
coronat. memorata muniri iubens per *Raynaldum*
Raynal- natione Boium, domo *Guelfum*, quem Pa-
dus Guel- læſtinæ præfecit, certior de bello quod ad-
fus uersùs eũ in Apulia concitatũ erat. VI. Non.
Maias furore ardens è Syria ceſſit, & duabus triremibus in Apuliam reuolauit. Pontificem vt ſaltem in ſpeciem placaret, nobiliſſimos miſit Principes *Leopoldum Auſtrium*,
legatio *Othonem Meradum*, *Bernardum Caranta-*
ad Papã. *num*, *Bertoldum* Aquileienſem Patriarchã, *Sigefridum* Ratiſponæ epiſcopum, ſed incaſſum, profitente. *Gregorio* contra Chriſtianam Rempublicam eſſe pactas inducias; nec aliorsùm ſpectare, quàm vt Orientis cura ſolutus, expeditior foret ad inuadendum S. Petri patrimonium, & Italorum vinciendam libertatem. Graſſabatur hoc tempore
li per Italiam *Icilini* tyrannides, cuius originem *Sigonius* ſub Anno 1228. in *Icilinum* cognomento *Balbum* origine Germanum
Icilinus refert. *Conrado II.* regnante non modicas iſte in Patauino agro opes congeſſerat, & in *Onaria* caſtro ſeruabat. Succeſſorem habuit *Icilinum* alterum cognomento *Monachum* qui paternæ ditioni *Baſſianum* & *Romanum* oppida adiecit; Fuere huic duo filij: *Icilinus* iſte, quem præcipuè à *Romano* dixerunt, & *Albericus*. Icilinus Anno 1194. natus potentia omnibus, atque immanitate præiuit; vt noſtro æuo eius adhuc teſtantur propugnacula, tormenta, cauernæ, & viuentium ſepulcra.
Ann. Anno ineunte M.CC.XXX. accerſi-
1230. tus *Fridericus* à Marchione Montisferrati & Comite Sabaudiæ in Romaniolam venit, ac Forliuij Papienſibus creandorum conſulum poteſtate conceſſa: in Apuliam reuerſus, cętera, quæ amiſerat, recuperauit. Fauenti fortunæ Pontifex benignus arridens *Fri-*
lii *Cæſaris* *derico* inducias in conuentu Capuæ acto nõ
pax cum negauit. Penes Pontificem Imperator conue-
Pontifice nit Anagniæ, vbi ad patris pedes prouolutus
poſtquam *120. mil-* filius non ſolum inflictis execrationibus eſt
lia vn- abſolutus, ſed ad conuiuium per triduum
cias auri adhibitus. Italico itaque pulſa diſcordia ſolo
ſoluit ob in Germaniam aduolauit, & *Ludouicum* Ba-
illata *damna* uariæ Ducem Cæſari ſuſpectum reddidit.
eccleſiæ Quæ fuerit? ignoratur cauſa. Ea creditur,
Romanæ. quod *Henricum* filium *Friderici* ſolitò re-
Naucle- *rus.* miſſiùs coleret. Quicquid demùm interceſ-

ſerit, *Ludouicus* ſicarij manu ſubtrahitur, 1231 *Ludouicus Bauarus occiditur.*
auctore dicitur *Friderico*, cuius facti vt atrocitatem liniret, *Othoni* filio *Ludouici* conſolatoriam ſcripſit ſequentem.

Latentis hoſtis inſidias non potuimus effugere, quin poſt innumeras regiones ſub virga Maieſtatis noſtræ deductas, ſereniſſimam Auguſtam ex regali progenie ortam, nobis pace potientibus & quiete, impia mortis ignauia ſubriperet violenter. Non igitur hilaritatem vultus poſſumus exhibere, tum noſtra conſortis obitus nobis amaritudinis propinet poculum, noſque moleſtet iugiter & impugnet. Veruntamen nolumus doloris amaritudine ſic Maieſtatem noſtram afficere, quod creatoris offendamus noſtri clementiam, & doloris immenſitas in nobis impediat, quod honoris conferre noſtræ conſorti dignanter expediat & doceat reuerenter: præſertim quia volumus, vt tanta noſtræ participis memoria, ſit celebris ſuper terram: tibi diſtrictè præcipimus, quatenus eius exequias per totam iuriſdictionem tuam ab vndique locorum degentibus, præcipuè à clericis & populis ciuitatum, campanis quo decet honore pulſatis, vniuerſaliter facias celebrari, vt quilibet in eccleſijs congregati, Auguſtæ animam, qui aufert ſpiritum Deo viuo ſpecialiter recommendent: cauens ne inde aliud facias, ſicut noſtræ indignationis aculeum non incurrere concupiſti.

Cuidam nobili, de morte ſoceri ſui.

CVm poſt ſedatos vndique turbines, quos dudum in regno noſtro Siciliæ calumnioſa temporis procella concreuerat, noſtris nuper faueret affectibus fortunæ placiditas, & noſtrorum proceſſuum latera circuiret, ſubitò rumor infeſtus & nubilus clauſtra noſtræ iucunditatis infregit, illas nobis inſipidas amaritudinis propoſitiones interſerens, quod N. dux Bauariæ, chariſſimus ſocer Superioris dictis ductus imperio, & in patriam quæ iter eſt omnibus generale mortalium, neceſſitate vocatus, humanitatis commune debitum, quod exceptio quæuis allegata non prorogat, ex ineuitabili lege fatalitatis exoluit. Ex quo tantò nos pungit doloris ictus acerbius, quantò per eius abſentiam, qui genitoris in nobis officium compenſabat, & velut noſtri pars magna conſilij erga nos, charitatis paternæ non impares dabat affectus, multa nobis deciſæ carnis & grandia incommoda reſerata ſentimus. Verùm quia ſic irreparabiliter cadere hominis eſt, na-

tura

Sal. An. 1231. *tura non pœna, & morbus iſte non eſt medicabilis herbis: ſed illius eſt Excelſi dextera mutatio, qui caput excelſum & humile neceſſariæ amplexibus æqualitatis inuoluit: multa nobis & tibi ſunt exinde ſolaminis aſſumenda conſilia, vt & nos decedentis patris occaſum ſuperſtitibus conſolemur in filijs, in quibus nobis affinitatis ſolidæ pignora remanſerunt, & tu quæcunque tibi tam turbidus caſus ingeſſerit, in nobis reparabilia ſentias detrimenta: qui tam ex carnis vnione qua iungimur, quàm ex dilectionis etiam vinculo quo vnimur, tua & tuorum negotia non minus libenter quàm propria, continuis ſemper profectibus diſponimus promouere. Propter quod dilectionem tuã inducimus & hortamur attentè, quatenus non expectans vt conſolandi remedia laſſitudo tibi mæroris indulgeat: ſed animum redolens viri fortis, aſſumas omnem cauſam lugubrij, dolorisque reliquias, quas fortè tibi muliebris mollities reliquitur ad lachrymas, verborum noſtrorum lenimentis abijcias, & in gratioſa ſpe noſtræ proximitatis abſtergas. Ad hæc quicquid N. tibi de honore & ſeruitijs noſtris, verbotenus ex parte noſtra retulerit, indubitabiliter proſequaris.*

Otho porrò non ignarus aliundè quærendam conſolationem, iuſtis patri regiè ſolutis totius Prouinciæ granaria in alimoniam pauperum iuſſit aperiri; quòd eo anno rei frumentaria anguſtiabantur.

LOMBARDORVM CONIVRATIO IN FRIDERICVM. Ann. 1231.

liv NOuum hoc anno aduersùs Cæſarem fœdus percutitur, ducibus *Azone Ateſtino*, & *Ricardo San Bonifacio*, minimè annuente Pontifice: imò in gratiam *Friderici*, miſſis legatis *Iacobo* Ep. Prænestino, atque *Othone* S. Nicolai in carcere Tulliano, diacono, curauit eos *Friderico* reconciliare: data Cæſari poteſtate conuentũ habendi Rauennæ. Eo venit Henricus filius cum Principibus Germaniæ: & quò armorum ſuſpicionem eximeret, inermis, atque aulico tantùm comitatu ſtipatus acceſſit, varijs ſecũm ad ludum, & delectationem populorum generibus belluarum adductis, numquàm ante, vel rarò in Italia viſis, elephante, Leonibus, Leopardis, camelis, auibuſque rapacibus, quæ mirificum omnibus exhibuere ſpectaculum.

Ludus exhibitus à Friderico.

Ann. 1232.

lv Creſcebant interim in horas, exitiales diſcordiæ: *Gebhardus* Paſſauienſis Epiſcopus *Friderico* Cæſari addictus in *Eberhardum Lanſtorfium* canonicum cathedralem, qui Pontificis cauſam fouebat, occaſionem quærebat iniuriæ. Apertam non habens, ſubornauit percuſſores, qui innocentem barbarè trucidantes, cute exuunt, membratim deartuant. Collectæ ab amicis exuuiæ, quadriennio caruerunt ſepulchro. Ipſius collegæ caput, quod latrones à ceruice reuulſerant, Romam aſportant, coram Pontifice, & Purpuratis proyciunt, in epiſcopum, quem cædis peragebant reum, vindictam implorantes. Delegauit inquiſitores Pontifex, à quibus *Gebhardus* reus pronunciatus, cum obiecta non dilueret, ſede deturbatur epiſcopali.

Eberhardi Lanſtorpij cædes.

lvi Sic Bononienſes moniti à *Gregorio* Pontifice epiſcopo ſuo caſtra reſtituere, quæ vſurpauerant, tumidi non audientes, piorum cætu expelluntur.

Bononienſes excommunicati.

lvii Lombardi verò *Friderico* minimè fidentes, non ſolùm conuentu ſe abſtinuerunt, ſed etiam Alpium anguſtias, (quas *Cluſas* vocant) *Henrico* ac Germaniæ Principibus penetrare prohibitis. Veronenſes, & *Icilinum*, quia partes ſequerentur Cæſareas, carrocijs eductis, oppugnare (licet non longè *Fridericus* ſtaret,) inſtiterunt. Hinc Cæſar cura pacis ſepoſita, nec legatos Pontificios putauit expectandos; ſed conceptò decreto ex conſilio eorum, qui amici conuenerant, *ne prætores in poſterum ex aduerſarijs populis ſumerentur*, Rauenna diſceſſit, Aquileiam pergens, ibi amicis reſcripſit.

Lombardi in Cæſarem.

Circa idem tempus in Carinthia fuiſſe *Fridericum* ex priuilegio deducitur dato.

Dominis Plauenſibus de metalli fodinis.

lviii *Fridericus II. Dei gratia Romanorum Imperator Semper-Auguſtus, Hieroſolimis & Siciliæ Rex, Dilectis ac Nobilibus ſibi Heinrica ſeniori, Regni noſtri Aduocato, & exercitus noſtri Capitaneo, Domino de Plauen, & Heinrico Iuniori, ſtrenuo militi eius filio ſalutem in perpetuum.*

Sal. An. 1233. *CONſiderata deuotione veſtra quam geritis circa Deum, propter quem non tantùm laborum & rerum, verùm etiam proprij ſanguinis effuſione & prodigi mortibus vos indifferenter expoſuiſtis ad propulſandum & enaeuandum gentilitatis errorem, tum maximè cum circa Ratiſponam ciuitatem noſtram, ſanctæ Mariæ & matris Eccleſiæ inimicos ex campo expuliſtis & occidiſtis, ad laudem Dei noſtri & ſacri Imperij, veſtræque ſtirpis ad honorem, propter quam veſtram ſtrenuitatem, multa commoda nobis & Eccleſiæ euenerunt. Comperta igitur fidelitate ſingulorum & omnium veſtrorum progenitorum ex nobiliſſima proſapia veteranorum Romanorum oriundorum, quam in obſequijs noſtris & Imperij indefeſſam inuenimus & probatam. Operæque pretium iudicamus veſtris expenſis & laboribus Imperiali noſtra munificentia ſubuenire. Propterea vobis Heinricis ſeniori & iuniori de Plauen, & omnibus veſtris hæredibus facultatem concedimus, & poteſtatem quærere & fodere aurum & argentum, aliaque omnia metalla uti debeatis & poſſitis. Etſi quæ in præſenti vel in poſterum aurifodinæ vel argenti ad cuiuſcunque æris commoda, vel vtilitates in territorio diſtricti Dominationis veſtræ ſuperuenerint, hæc vobis & hæredibus cedant cum prouentu omnimodo. Nobis nec alicui vlli aliquid inde teneri debere. Inſuper indulgentes vobis & hæredibus veſtris maſculis, vt debeatis & poſſitis aureos Groſſos & Denarios monetare, quæ ab omnibus Chriſti fidelibus, vt bona moneta tanquam noſtra accepta debet eſſe & rata. Donamus etiam oppida Aſchk & Selb cum omnibus eorum requiſitis, quatenus per amborum veſtram vitam de noſtro beneplacito & conſenſu ea poſſideatis, & deinceps ſemper frui poſſitis. Et ſi quando contingat, nos ex hac vita decedere præ omnibus alijs hæredibus noſtris oppignorari debent. Ad euidentiam autem & perpetuitatem omnium promiſſorum præſentem paginam noſtri ſigilli appenſione munitam vobis decernimus indulgendam.*

Datum ad portam Naonis in Carinthia, Anno ab incarnation. Domini 1232. 10. *Maij Indictione quinta.*

Ad mandatum Cæſareæ Maieſt.

Vladiſlaus Rex Bohemiæ.

& Albertus de Ceſskoutz Archicamerarius Cæſ. Maieſt.

HENRICVS VII. MOLITVR IN PATREM. Ann. 1234.

lix IN Italia agente *Friderico*, filius qui tacitè moliebatur in patrem, impatiens dimidium regni ſeruire parenti, quos in ſui partem trahere non poterat, nouis tentabat iniurijs. Marchio Badenſis, & cum eo forſan *Otho* Dux Bauariæ, rem *Friderico* aperuit, qui Romano implicitus bello ad Pontificis tutelam ſuſcepto, & fæliciter peracto, cum parricidæ motus audiſſet, in Germaniam properauit. Mediolanenſes creditur *Henrico* Italicam obtuliſſe coronam, quam patri denegauerant, ſi in Italiam fœderatorum auxilio deſcenderet. Copijs itaque Cæſar accitis *Ann. 1235.* valida equitum manu adiuuante Pontifice, tanto ardore filium inſequitur, vt eodem tempore decem oppida militari corona complecteretur. Obſeſſus filius, vbi ſe in extremum expugnationis diſcrimen videt adductum, ad caſtra patris progreſſus, flens ſe *carceri datur* ad pedes eius abiecit, miſericordiam implorans. Indulſit *Fridericus*; ſed ferox iuuenis ad genium reuerſus, cum molitiones renouaret, parens coniectum in vincula, *Othoni* Bauariæ Duci Heidelbergæ tradidit cuſtodiendum; cauſa poſtea Moguntiæ frequenti agitata conuentu, in Apuliam deportatum, Coſentiæ, carceris pudore, & ærumnarum violentia contabuit. Iniuſta Fata quę ferociùs parricidam non purgarunt. Mortuum pater flebiliter luxit. Eius filios gemellos *Fridericum Ducem Auſtriæ*, & *Henricum* Manfredus *Friderici* nothus veneno ſuſtulit, ne ſibi regnum Siciliæ auferrent. *Margareta* eius vidua *Ottocaro* filio regis Bohemiæ nupſit; ſed infecundam repudiauit, veneno necauit. De *Henrico* extat *aurea moneta*, quam vide *pag. 6.* ibidem & *Signum* eiuſdē *Henrici*. Filij expedita cauſa, Cæſar nuptias in eadem vrbe, XIII. Kalendas Auguſt. cum *Iſabella* Henrici Angliæ regis ſorore lx *Friderici nuptiæ*
celebrauit, benignè coniugium diſpenſante Pontifice, quòd ſalua lege affinitatis ſubſiſtere non poterat. *Conradum* poſtea minorem natu filium, Regem Germaniæ in locū *Henrici* Coloniæ ſubſtitutum Pontifici (quē Reate conuenit) tanquam reconciliatæ fidei teſtimonium, obſidem obtulit. Cupientem Lombardos, qui à ſe defecerant armis proſequi,

Sal. An. 1236. ſequi,cohibuit *Gregorius*,ſpe facta compoſitionis; vt cum iam octauus eſſet induciarum annus,quas *Fridericus* cum Soldano in decennium pepigerat, renouato expeditionis ſacræ decreto,Chriſtianos omnes excitauit denuò, religioni ſub barbarorum iugo

lxi S. Ludouicus Gallorũ Rex. fatiſcenti ſuccurreret. Arridebant Galliarum Rex *Ludouicus Sanctus*: & Angliæ *Henricus* E Germaniæ proceribus nemo voto reſpondit, inani territis expeditione præterita, & nouo *Henrici* cum patre *Friderico* diſſidio. Repetita itaq; Germania, Cęſar *Fridericum* Auſtriæ Ducẽ cognomẽto *Bellicoſũ* Auguſtæ Vindelicorũ, fęnoris,auaritię,libidinis accuſatũ proſcripſit;quia ſæpè citatus, ſemper vadimonium fuerit aſpernatus. lxii Fridericus Bellicoſus deponitur. Ann. 1235.

EXPEDITIO FRIDERICI II. IN ITALOS. Ann. 1236.

GErmanorum diſſidia inconſtantia excepit Italica. Frequenti rebellione irritatus,Pontifici Cæſar ſcripſerat; non vltra tolerandas Lombardorum iniurias; proinde orare,vt omni ſtudio pacem ab eis Imperio decoram præſtaret, aut ſibi auxilio aduerſùs eos adeſſet, & gratiam ſibi aduersùs hoſtes referret,quam ipſe aduersùs rebelles ipſius duriori tempore præſtitiſſet. Reſcripſit Pontifex, caueret omninò in Italiam armatus deſcendere, & Lombardos inuadere, quia adhuc induciæ illis datæ pro Terræ Sanctæ ſubſidio durarent. Si quam in eos offenſionis cauſam haberet, ſe de ea cogniturum. Miſit etiam Cardinalem Præneſtinum legatum, vt animum *Friderici* leniret ferocientem.

lxiii Literas etiam circulares amicis direxit: ad diem S. Iacobi Parmæ in dicto conuentu Earum tenor: *Nos voluntati Dominicæ diſpoſiti ea perficere in votis gerimus,per quæ Eccleſia eradicatis zizanijs ſalubriter gubernetur, ſicut quemadmodum ab orientali zona regnum Heroſolymitanum Conradi cariſſimi filij noſtri materna ſucceſſio, ac demum regnum Siciliæ præclara maternæ noſtræ ſucceſſionis hæreditas,& præpotens Germaniæ principatus pacatis vndique populis ſub deuotione noſtri nominis perſeuerat, ſic illud Italiæ medium noſtris vndique viribus conculcatum ad noſtræ Serenitatis obſequia, & Imperij redeat vnitatem: neque in hoc prouidere tantummodo commodis intendimus, ſed in hoc Crucis negotium directiſſime procuratur: dein rebellibus noſtris circa partes Italiæ in gremium noſtræ gratiæ reuocatis diſcordias multorum nobilium deſiderato fine præcidimus, qui vota ſua in aduentu huiuſmodi ſuſpenderunt, ne Crucis ſignaculo præſignitos Chriſtiani cruoris effuſio,licet iuſta,ob debitum,& honorem Imperij,& regni Siciliæ macularet. Ad hæc igitur procuranda æſtate præſente perſonaliter cum principibus noſtris intrare condiximus Lombardiam, vt eradicata in Italia hæretica prauitate iura Imperij reformemus ibidem,& pacem diſcordiarum ſchiſmatibus fatigatam inſtauremus, & quibuslibet paſſis iniuriam ſine accepcione perſonarum iuſtitiæ copiam miniſtremus, vt ad expiandum inimicorum fidei peculiare flagitium in partibus Tranſmarinis, de communi Tranſmontanorum, & Italicorum conſilio votis communibus vnanimiter aſpiremus. ad quod non ſolum vtilitas, ſed ipſa neceſſitas inſtanter inuitat, cum treguarum finis, quas nos in ipſis partibus exiſtentes iniuimus cum Soldano, fere in gremijs habeatur. Quare de noſtrorum conſilio principum apud Parmam ſolemnem curiam duximus indicendam, ad quam ab vrbe citra omnes vrbium Italiæ nuncios inuitamus, vbi quamplures nobiſcum principes noſtros habebimus & legatos omnium regum occidentalium, vt ſi tanta rebellium fuerit proteruitas, vt nec ad Deum, nec ad decus Imperij, & Eccleſiæ velint habere reſpectum, tam celebris tribunalis in eos materialis gladius exeratur. Ecce autem quòd ante faciem noſtram de principibus noſtris aliquem præmittemus, cui plenariam dabimus poteſtatem vniuerſitates quaslibet, ac etiam perſonas ſeculares extra culminis noſtri gratiam in partibus Imperij exiſtentes in plenitudinem gratiæ noſtræ recipere. Tu verò velut fidelis, & prudens te ipſum ad veniendum ad curiam ſupradictam honorifice præpara, poteſtatibus, Conſilijs, Communibuſque, Comenſibus, Mediolanenſibus, Bergomatibus, Vercellenſibus, Alexandrinis, Brixianis, & Laudenſibus ex parte noſtra præcipiens, vt Ambaſciatores ſuos ciuitatũ ipſarũ auctoritate munitos in dicta curia ad noſtrã ſtudeant præſentiam deſtinare. Nos enim in feſto B. Io: Bapt. proximo nũc futuro Aquilarũ victricia ſigna mouebimus apud Auguſtã, ſubſequenter in feſto S. Iacobi dictam regere curiam diſponentes.*

Incre-

Sal. An. 1236. lxiv Incrementa diſſidij non eadem recitat
Bzouius ex M.S. Vaticano. In *Fridericum* (in-
quit) Lombardos commouerat *Ezelini* ty-
rannis. Hos vt placaret cum Imperator in
Gregorij Pontificis arbitrium inclinaſſet; Pa-
pa Magiſtrum Theutonicorum militum,
pro Cæſare; & Procuratores ciuitatum fœ-
deratarum, ad Natalicia Domini, quo tem-
pore Imperator negotium volebat tranſa-
ctum, Romam euocauit. Adfuit Magiſter
non legati. Irritatus Cæſar, reuocato Magi-
ſtro, in Italiam deſcendit armatus; primo
impetu Vicentiam ſe ſe dedentem cepit.
Tunc Lombardorum Nuncij inopinato ex-
citi Imperatoris aduentu, Romam aduola-
runt, à *Gregorio* poſtulantes auxilia. Reſcrip-
ſit is *Friderico*, vt Magiſtrum remitteret,
neque ex tam leui cauſa Italiam miſceret, &
ſacram expeditionem iam omnibus com-
mendatam Principibus impediret. Interim
in Germania aduerſus *Fridericum* Auſtriũ
(qui animum rebellem gerebat) Aquilas du-
lxv *Fridericus Auſtrius rebellis.* cebant *Ecbertus* accunculus *Belæ* Hungaro-
rum Regis, Epiſcopus Babenbergæ, Comi-
tes *Eberſtainius*, *Hennebergius*, *Norimbergen-
ſis*. Ille autem abſente Cæſare, *Ecberto* mor-
tuo, animoſior factus ac *Alberti Comitis Bo-
gij* viribus auctus, in campis Stainfeldenſi-
bus explicatis vexillis, memorabili Cæſaria-
norum ſtrage numero ſuperiores deuicit.
Capti eo prælio *Rudgerus* Barauenſis, *Con-
radus Friſingenſis* Epiſcopi cum numeroſa
nobilitate. Porrò nec Bauaria fuit immunis
diſcordia Conradi Friſingẽſis cum Othone Bauaro. diſſidij. *Conradus* Friſingenſis Epiſcopus
Othonem diris execrationibus deuouerat, &
quia iniuſtè: implorauit à *Gregorio* Pontifice
Otho ſuffragium, quod & obtinuit, cauſa
per *Friſacenſem* Domicani Sodalitij præſu-
lxvi lem examinata. Sententiam ægrè ferens Epi-
ſcopus ad Imperatorem appellauit, blaſphe-
mare audens, Pontifici nil iuris eſſe in Ger-
manos. Contentionis cauſa erat; *Geroldus*
Epiſcopus Friſingenſis, anteceſſor *Conradi*,
eccleſiaſtici decoctor patrimonij, quia ſiue
profuſa re cum prodigentia, ſiue inſcita
cenſuum clientelarumque locatione, opes
Eccleſiæ labefactauerat, auerſa etiam Friſin-
genſi ciuitate in clientelam Ducis Bauariæ;
Hæc cum à *Conrado* repoſceretur in ius pri-
ſtinæ libertatis, Cæſar aduersùs doloſam
vſurpationem pronunciauit. Hiſce tumulti- lxvii
bus euocatus Imperator, *Gaboardum* comi-
tem Sueuum Marchiæ vicarium conſtituit,
& Vicentiæ *Alberico* Icilini fratre relicto, ex
Italia cedit; ſed paulo poſt cum Patauini, &
Taruiſini *Gaboardo* Imperatoris vicem ge-
renti, ſe dediſſent, is ad *Fridericum* reuerti-
tur; *Icilinus* verò tercentis Sarracenis præſi-
dio vrbis aſcitis, pro libidine omnia gere-
bat. In Auſtria receptus Cæſar, obuium ha-
buit *Conradum* filium Romanorũ Regẽ cũ lxviii
Duce *Othone* Bauaro, & *VVenceslao* Bohæ-
miæ Rege, quorum auxilijs in *Fridericum*
Auſtrium mouens, propugnaculis omnibus
deturbauit, & in exilium miſit. Grauia di-
cuntur huius Ducis fuiſſe facinora. Ciues
ſuos nouis & inſolitis exactionibus expila-
bat, cuncta totius Auſtriæ cœnobia, vno
die theſauris ſuis expoliauerat: vxorem ciuis
Viennenſis, cum nullis donis corrumpere
potuiſſet, ad cœnam inuitatam cum inſi-
gnioribus vtriuſque ſexus ciuibus, de cho- *Cruſius.*
rea per Verrinos perductores raptam ſtu-
prauerat: Cæſaris mandata quotieſcunque
vocaretur, contẽpſerat. His de cauſis infelici
omine bellũ ei ab Imperatore per Bohemum
& Bauarũ illatum fuerat, quod ipſe tandem
Imperator felici alea remiſit, atque confecit.
Nec prætereundum quid de Iudæis in lxix
oppido Fuldenſi hoc anno refertur. Quoſ-
dam Chriſtianorum pueros in Molendino
peremerant. Imperator tumultum Chriſtia-
norum, qui in Iudæos concitati erant, aliter
ſedare non valens, à ſapientibus inquiſiuit:
Vtrum ſicut fama communis habet, Iudæi
Chriſtianum ſanguinem in Paraſceue ne-
ceſſarium haberent? firmiter proponens, ſi
hoc conſtaret, vniuerſos imperij ſui Iudæos
perimendos. Cum verò nil explorari poſſet,
ſeueritas imperialis propoſiti, accepta ta-
men à Iudæis magna pecunia quieuit. Ad
eum modum Chriſtus in paruulis ſuis pre-
tio venditus, ſub ære ſacrilego ſanguinem
copioſum effudit ſecundò.

FRIDERICVS IMPER. DENVO EXCOMMVNICATVR. Ann. 1237.

lxx LOmbardorum opes, *Icilino* graſſante,
Gregorius Pontifex audiens in dies ma-
gis attenuari, vehementiùs de eorum ſalute
ſolicitus, ad *Fridericum* ob debellatos Au-
ſtrios elatum, nec aliud, quàm de Lombar-
dorum differentem exitio, *Gregorium Mon-*

Sal. An. 1237. *telongum* protonotarium legauit, admonitum, vt ſi pacem Eccleſiæ caram duceret, Lombardos in fidem ijs conditionibus reciperet, quibus auus eius ad Conſtantiam pace reddita, ſuſcepiſſet: memor quemadmodum ipſe nuper voluntatem eius in matrimonio *Iſabellæ* conciliando, & in Principibus aduersùs filium acuendis fouiſſet. His auditis, *Fridericus* iracundia ſimul ac ſuperbia incitatus, contra à Pontifice petijt, vt ſibi in Italiam redeunti contra Mediolanenſes adeſſet, quos non ſolum Imperij, ſed etiam Eccleſiæ hoſtes eſſe, hæreſes demon-

lxxi *pax Papæ cum Romanis* ſtrarent. *Gregorius* reſponſi acerbitate grauatus, haud deſtituendos Lombardos putans, pace cum Romanis facta, Romam poſt decennium redijt. *Fridericus* verò conſtituta Germania, ineunte Autumno, Alpibus ſuperatis per Veronam in agrum Mantuanum conſedit; eò accitis ſociorum auxilijs, Mantuam, quæ à *Ricardo* comite tenebatur, oppugnare cœpit. Mantuani, vt tantam molem ſuſtinere non poſſe viderunt, antequàm ad extrema deſcenderent, oratores miſerunt, qui *Ricardum*, Vrbem ipſius fidei traderent: quos ille benignè recepit, ac priuilegia confirmauit. Inde in agrum Brixianum duxit, vbi oppida omnia diruit, incendit: Omnes namq; Germanorum, Appulorum, Sarracenorum, & Lombardorum copias eò quaſi in aleam ſummi certaminis traxerat. Mediolanenſes de Brixianorum vrbe ſoliciti, cum Bononienſibus, Placentinis, atque alijs ſocijs ad ſexaginta millia hominum occurrerunt, nec longè ab illo, paruo flumine ſtagnante interpoſito, conſederunt, congredi non audentes, quia hoſtium numerus ad centum millia perueniret. *Fridericus* vt in Martem eliceret, cogitauit inſidias. Ponteuico exuſto, per præcones mandauit, ſe Cremonam in hyberna diſcedere, ſocij domum repeterent. Itaquè ad ripas Ollij diſpoſito itinere: Mediolanenſes, quaſi fugientem ſequebantur à latere ab eius incurſu propter intercedentis ammiculi difficultatem ſecuri. Vbi ad Ollium peruenit, in quadam planicie conſtitit, vt hoſtem prouocaret ad pugnam. Quod vbi non proceſſit, Ollium pon-

lxxii *Mediolanenſes à Friderico victi* te tranſmiſit, ac ſocijs domum abeuntibus, iuxta Ollij ripas pergere ad pontes Mediolanenſium remotiores incæpit vicino in nemore collocatis inſidijs. Mediolanenſes fatigati rerum inopia, cum diutiùs morari non poſſent, vbi ad pontes ſuos venerunt, traiecto & ipſi Ollio, in apertam euaſere planitiem, credentes, ſi fortè *Fridericus* inuaderet, quem longiùs abeſſe putabant ſe facile poſſe fuga ſubripere. Re perſpecta *Fridericus*, V. Kal. Decemb. repentè ex inſidijs irrumpens, inopinato impetu hoſtem adeò terruit, vt ad primum equitum incurſum in fugam ſe dederint, atque ad Carrocium, quod ad Curtem nouam, ſumma equorum celeritate præmiſerāt, properarint, *Friderico* inſequente cum expeditiori exercitus parte. Mediolanenſium alios fuga, alios ferrum perdidit, plurimos tranare volentes aqua ſubmerſit. Carrocium ſupererat tanquàm ſummum victoriæ decus. Eò currit *Fridericus*, ſed foſſa valloque munitum à Mediolanenſibus reperit. Inito certamine, & vallo vi ſuperato, vſquè ad temonem proceſſit; quominùs rem conficeret, imminentis noctis tenebræ vetuerunt. *Henricus* autem *Montia*, qui Carrocium cuſtodiendum cum fortium cohorte ſuſceperat, hoſtem ſuſtinere diffiſus, carrocium diſſolutum in luto (nam tota pluit nocte) reliquit, ac vexillo & cruce ablata, inde ſilentio noctis euaſit. Ita *Fridericus* ſummo mane ad illud expugnandum reuerſus, à defenſoribus deſertum inuenit, vertice mali, in qua Crux fuerat, detruncato, & cruce ipſa in terram abiecta. Tanta fuit hæc victoria, vt occiſis ſepulcra non ſufficerent, nec Cremonæ palatia multitudinem caperent captiuorum, vt in epiſtola idem gloriatur.

Exultet iam Romani Imperij culmen, & pro tanti victoria principis, mundus gaudeat vniuerſus. Erubeſcat illicita Lombardorum ſocietas, confundatur rebellis inſania, & pro tanta ſtragis exitio, inimici populi contremiſcant. Pro omnibus tamen infelix Mediolanenſis ingemiſcat, & doleat, & amarè prorumpat in lachrymas, de tantis occiſorum cateruis militum & ciuium captiuorum, & amodò mundi obedire vel ſubeſſe domino, aſſueſcat. Verùm qualiter hoſtilis ſanguinis flumina, Cæſareos tinxerunt gladios, qualiter inimicos cunctos Imperatoris potentia expugnauerit, audiatis. Poſtquam mirabilis machina montis elari mœnia cum trabuccis & inſtructionibus alijs tormentauit: & poſtquam irreparabile Brixienſis regionis incendium mul- lxxiii

tos

Sal. An. 1237. *tos terruit: Mediolanenſibus, Placentinis, & eorum fautoribus, qui ad Brixianorum auxilium venerant: Cæſar procedebat ferociter cum ſuo exercitu obuiare. Cum verò ad pontis Lollij veniret prædia: idem Imperator magnanimus caſtrametatus eſt iuxta prædia inimici, ita quòd vtriuſque partis poſitionem exercitus, quædam aqua minima diuidebat: vbi multiplicatis viribus Cæſareæ maieſtatis, ad miſcenda prælia erat auidus Imperator. Sed cum rebelles inimicos voluit aggredi, hoſtis puſillanimis, pugnæ formidans diſcrimina, in ſtagnis circumiacentibus ſe concluſit, cuius obſtante munimine, penitus ordine belli non poterat inſiliri. Tandem prudentia principis vſa conſilio ſaniori, ibi dimiſſis hoſtibus in Cremonæ pontibus, cum veloci curſu Lolium pertranſiuit. Sic quod per huiuſmodi fluminis marginem, vltra decem milia ſui exercitus ſecum trahens, in ponte Brixiæ ſigna direxit victricia, vt hoſtium regreſſum præueniens eos inuaderet tranſeuntes, ſtatimque per ſeptem acies diuiſo exercitu, inimicos, qui iam tranſiuerant. Lolium in prædijs Pergami pugna, quam parauerat acriter inſiliuit Et ita Imperatoris militia ſe præparauit ad prælium expeditè, tanquam leones, quos fames extimulat, ad ſtabula curſitantes armentorum: nec vlterius mora protracta, die vigeſimoſeptimo menſis Nouembris anno 1237. vndecima Indictione vtriuſque partis cunei præcurſores per Curtis nouæ campos alternis curſibus impetuosè ferientes, hinc inde conſertibus manibus, inuicem clangore turbarum milites animantes, bellum terribile inceperunt: & ſubſequentibus turmis vndique commixtis, alterutrum cum hinc inde foret diu dureque certatum, tandem Mediolanenſis militia Cæſaris viribus fortiter interrupta, & vſque ad ſuorum caſtrorum hoſpitia impulſa viriliter, incepit quaſi curſu ruinæ multiplici iam labare (nàm multifariæ cædis pernicie Imperialis exercitus ignobile vulgus flagellando perurgens campum ſanguineum præcipiti populo tumulabat) Sed quis poßet illius diei narrare pericula? quis valeret hoſtium aceruos cadauerum ſcribere? quis captiuorum multitudinem numerare? Tandem enim Deus iuſtus iudex iura reſpexit Imperij, & ad tanti caſus interitum, ſubitò deiecit ſuperbiam rebellium Lombardorum, quod ipſo die triſte Mediolanum cum ſuis fautoribus florem militiæ populique, Carocium cum Poteſtate viliſſimè amiſerunt, & hoſtibus, quotquot voluit, quiſque de noſtris occidit, & quot voluit, captiuauit. Tandem relictis armis tentorijs & curribus, ferri mortem irreparabilem populus fugiebat: ita quod maior eorũ pars in fluminibus ſe ſubmerſit. Tunc Cæſar præ omnibus ſuis militibus, ſuæ virtutis potentiam eſt expertus. Ipſe enim inimicorum cuneos, manu propria feriebat. Tunc Theutonici ſuos gladios rubricarunt: tunc felices fideleſque regni milites collaterales principis mirabiliter pugnauerunt. Tunc miranda Papiæ militia ſe de Mediolanenſibus militibus vindicauit, & fidelis Cremona cum ſuis ciuitatibus, ſecures ſanguine ſaturauit, & ſuas euacuauerunt pharetras Saraceni. Nunquam enim in aliquo bello ſic fuerunt cadauera cumulata, & niſi nox feſtinè veniſſet, quæ hoſtium ſubtraxit reliquias, nullus eorum de manibus Cæſaris euaſiſſet. Sed mira res quod in tam belli conflictu terribili, Imperialis exercitus extitit ſine damno. Sic itaque deuictis hoſtibus & fugatis cum triumpho Cremonam venit inclytus Imperator: inde reformatum Carocium Mediolanenſe cum Poteſtate filio ducis Venetiarum, alijſque captiuis Cremonam accelerans, conſequenti die ad mandatum Cæſaris, ſui vexilli pertica vſque ad terræ faciem turpiter inclinata, Poteſtate ad dedecus ligato ſuperius, & multitudinem gentium magnis applauſibus prætereunte, ab elephante qui caſtellum ligneum, & tubicinas cum vexillis Imperij gerebat in dorſo, per Cremonam ad laudem & gloriam principis trahebatur. Verè de throno Dei ſententia prodijt inferens iudicium vltionis: nam nec occiſis ſufficiunt ſepulturæ, nec Cremonæ palatia multitudinem capiunt captiuorum. Quapropter Imperialis victoriæ feſtum, ſolemni gaudio fideles celebrantes populi, de tanti trophæi preconijs ingenti lætitia gaudeatis.*

Decem tantumodò millia occiſa, vel capta, idem ſignificat literis, quas ad Cardinalium dedit collegium.

lxxiv *Communem omnium Principum terræ lætitiam, ſed matris Eccleſiæ ſpecialem, veſtram vlterius latere noticiam non volentes, quanquam vt firmiter opinamur inſinuationis noſtræ curſum, celerior literis fama præripuit. Nihilominus ad vos Imperiali programmate victorioſi proceſſus noſtri tripudium, ſtylo deducimus certiore. Sanè quantæ auda-*

Sal. An. 1237 cia quantæque temeritatis ſint ligurium Excellentia noſtra rebellium factiones, ad proximos experientia detulit, & loci vicinitas, ac intemeratæ fama nequitia pertulit ad remotos, nec latere vos credimus, nec mundus ignorat, tam longè diſſimulationis noſtræ conſtantiam circa eos. Ne igitur tolerantia noſtra rerum patientiæ nomen amitteret, & vicioſæ puſillanimitatis notam incurreret, pro decore virtutis animaduertentes poſtmodum, quòd ferro ſcindenda ſunt vulnera, quæ fomentorum non ſentiunt medicinam: nec expectare volentes quod in fiſtulam totiens iam cicatrix obducta tranſiret, neceſſario nos ad arma conuertimus, manus ad fortiora miſimus, & noſtrum vibrauimus gladium, dormientis Imperij ſomnum excitantes. Et cum anno præterito veluti cuiuſdam profunditatis vadum ipſorum vires & animos tentaſſemus, experimento ſecuri tenuimus propoſitum, firmauimus animum, dum deſiderata nobis conſumationis effectum principia bona promitterent, & lætitiæ veſpertinæ fiduciam lucifer traderet matutinus. cum Germaniæ retibus expediti, quæ pro magna parte furioſus ille iuuenis quondã dux Auſtriæ noſtris proceſſibus, veruntamen non impunè parauerat circa finem huius æſtatis Italiam duximus repetendam: & cum vſque ad fines Brixiæ paulatim iam noſtra victoria pertingeret continuata, quæ noſtrorum fidelium ſepibus vndique circumſepta: tamen in Mediolanenſi præſidio veluti quodam foramine reſpirabat. Expugnãtibus nobis viriliter montem clarum & ibidem quampluribus Brixienſibus & pleriſque maioribus captiuatis, tacta dolore cordis intrinſecus Brixia velut leæna rugiens, dum dilacerari coram ſe filios reſpicit, quos tueri non poteſt ad defenſionem ſui Mediolanen. eorum amicos & complices, in ſpe firmi ſubſidij, ſed demum in pœnæ conſortium euocauit. Poſt expugnationem deinde caſtri prædicti noſtrorum rebellium omnium viribus congregatis, dum nobiſcum in campeſtris belli diſcrimen, aliquantò attrahi non valerent, ipſos vlterius inutili mora conſumere, ad remotiora loca diuertimus exercitualibus commodis & bellorum aggreſſibus opportuna. Et cum ipſi fugæ digreſſum noſtrum aſcriberent, & timori cautelam: propter quod audacia cornua aſſumentes nos ſemper à latere ſequebantur: interiecta veruntamen difficultate locorum, tandem ipſos ad flumen Lolij cautò deduximus: vbi parato noſtrorum tranſitu pontium ipſe ad habilitatem ſuorum, per quos Lolium tranſierant remotis longi itineris ſpacijs inuenerunt. Prius tamen, quàm nos opportunitate tranſitus Lolij potiremur, in quadam planitie prope ripam fluminis ſupra dicti, caſtra noſtra defiximus: credentes eos in audacia iam concepta perſiſtere, vt ad commune certamen vadato quodam modico flumine, nobis ad tranſitum propter ripas infeſto, nobiſcum pugnaturi tranſirent. Ec cum per dierum aliquot ſpacium (quibus Imperialis clementiæ memores, verba pacis, per magiſtrum domus ſanctæ Mariæ Theutonicorum, & alios viros religioſos, interpoſita patienter audiuimus) ipſorum verboſam audaciam præſtolaremur ibidem, facta tamen eiſdem per ſolemnes nuncios noſtros belli copia, & facultate conceſſa, quod vadum ad nos ſecurè tranſirent, vel nos ſecurè tranſire permitterent, ad eoſdem: cum ad rem ventum eſt neutrum eligere voluerunt. Nihilominus etiam cum flumine Lolij ſupradicti ſarcinarum noſtrarum & curruum impedimenta traijcerent, à manè vſque ad veſperas agmine non digeſto per acies, per buccinarum ſonitus, quos audire poterant de vicino ad bellum ipſos acuimus. ſed quos ſurdos ad verba reperimus, ad tubas inuenimus ſurdiores. Flumine demum præfato, per nos & noſtros, ſine rebellium noſtrorum infeſtatione, traiecto, populis ciuitatum & maxima parte militum ad propria redeuntibus (quos inſperatæ moræ tædium, & importunitas temporis retinere diutius non ſinebat) cum expedita militia, iuxta ripas ex iſta parte fluminis feſtiui direximus greßus noſtros ad pontes: per quos ipſi redeuntes ad propria redire debebant, & ſic cùm in Cauernis terræ morari diutiùs vltra flumen, rerum ipſos arcente penuria, non valerent: Mediolanenſes, & ſocij populi Brixienſium, qui domum redierant, contra legem ſocietatis, per potens & vada fluminis dum tranſire non poßent: per cuiuſdam ſtricturam nemoris exiuerunt, credentes ſe nobis per occulta fuga ſubſidium ſubripere, dum nos adeò propè conſiſtere forſitan non putarent. Sed cum do aduentu noſtro terror & fremitus, tanquam de cœlo tonitru, ipſis intonuit, ad præmiſſas noſtræ Celſitudnis acies, priuſquam aquilarum Imperij victricia ſigna proſpicerent, in fugam ſic ſubitò ſe conuerterunt, vt vſque ad ipſorum Carocium,

quod

Sal. An. 1237. *quod apud Curtem nouam in equorum celeritate præmiſerant, nullus fugientium, faciem noſtrorum inſequentium ſpectare valeret. Et dum poſt auxiliares acies nos cum noſtrorum agminum robore, greſſibus feſtinatis, noſtris qui in leui manu præceſſerant, neceſſario curſu ſuccurrere crederemus, quos ab aduerſariorum pugnantium viribus timebamus arceri, equorum abſque ſeſſoribus curſitantium vndique præcipitatorum militum & occiſorum ſtragibus ſtratas inuenimus impeditas: erectis tandem & ligatis in terra iacentibus qui viuebant, per armigeros militum qui dominos ſequebantur, ad Carocium (quod iuxta muros municipij Curtis nouæ, foſſatorum vallis circumdatum, & immenſa militum præliantiū copia impeditum, omnia mira defenſione pugnantium munitum inuenimus) applicantes, ad expugnationem & capturam ipſius, multorum innumerabilium militum ſtrenuitate, perſtitimus: adeò quod ſuperbi foſſati ſupercilio ſuperato, vſque ad themonem ferè Carocij ex noſtris aliquos vidimus perueniſſe. Superueniente tamen noctis vmbroſa caligine, tentatum aggreſſum omiſimus & ad quietem, quā noſtrorum vota longiſſima ſuſpirabant, conceſſimus diſiectis tantummodo gladijs, ſed tunicis ferreis non exutis: manè ſequenti ad indubitatam victoriam Carocij redituri: quod, adueniente luce, inter alias militum currum cū turmas deſertum qualibet defenſione reperimus: ſummitate pertica, vbi crucis ſignum extiterat detruncata: quæ crux etiam dum videretur ad fugam fugientibus oneroſa, in medio extitit derelicta. Caſtrum etiam Curtis nouæ, cuius munimine ipſos impetus noſtros euadere credebamus, cuſtodes & incolæ reliquere. Nec poteſtas eorum, ducis Venetorum filius, quo duce lugubria ſigna tulerunt, manus noſtras euaſit. Et (vt multa ſub compendio concludamus) tum capti, tum mortui, inter quos multi Mediolanenſium primates & principes corruerunt: decem millia ferè numero computantur. Nec tamen ab antiqui Draconis contritione; propterea manus noſtra deſiſtet; quin tam diu caput eius ad Imperij laudem allidamus, quam diu caudam ipſius palpitare videbimus: ex quo poſſit cauſa diffidij poſteris, vel etiam ſcandalum cæteris exoriri. Super quibus omnibus, ſanctiſſime pater, gratias, vos & fratres veſtros pro vobis exoluere Domino Ieſu Chriſto, filiali deuotione rogamus, qui ſuum proſequendo negocium, ſacrum Imperium victorioſè ſublimat.*

Victoria parta, poſtridiè Cremonam iniit, carrocium ſecum trahens cum Prætore,
alijſque captiuis, vexilli antemna ad terram
inclinata; quacumque tranſibat, populo victoriam gratulante. Carrocium autem vehebat elephas, caſtellum, & tubicines cum
vexillis geſtans imperij. Carrocij portio Ro- lxxv
mam miſſa eſt, iubens vt ad victoriæ monimentum ſeruarent, ſed eam Romani in eius contumeliam incenderunt. Tāta clade territę ciuitates omnes fermè præter Mediolanū & Bononia ad obſequium *Friderici* rediere.

PRIVILEGIVM SCHOLÆ VIENNENSIS. Ann. 1237.

HOc anno, Menſe Aprili, Imper. *Fridericus* priuilegium Viennenſibus dedit, ait VVolf. Lazius. 2. *rer. Viennenſ.* 5. in quo fundamentum quoque Accademiæ eorum iactum eſt, his verbis.

Volentes & commodo ſtudio prouideri: per quod prudentia doceatur in populis: & rudis ætas inſtruitur paruorum: poteſtatem damus plenariam Magiſtro: qui Viennæ per nos, & principes noſtros ad ſcholarum regimen adſumetur: vt alios doctores in facultatibus ſubſtituat, de conſilio virorum prudentum ciuitatis eiuſdem: qui habeantur ſufficientes & idonei, circa ſuorum ſtudium auditorum. Ita hæc Accademia à *Friderico II.* inſtituta eſt ex Romana ſcilicet, & Pariſienſi Scholis: in qua Poeſeos etiam conferuntur inſignia. *Cruſius.*

FRIDERICVS II. LEX DE SARRACENIS, Ann. 1238.

ANnum 1238. facinoroſus Imperator à Sarracenorum exorditur priuilegio, non eos tantumodò protegendo, ſed & Magiſtratibus præficiendo. Eius Cancellarius *Petrus de Vineis*, & *Mathæus Paris* Anglus, verborum candident eloquentia ſi poſſunt Æthiopem, & Sarracenorum aduocatum, Chriſtianum prædicent.

FRI-

Sal. An. 1238.

FRIDERICI II. LEX DE SARRACENIS.

SArracenos, qui vtilem nobis operam a duerſus hoſtes noſtros præbuerunt, ſaluos vbique in Imperio & Regnis noſtris eſſe volumus.

Et quia digni ſunt habiti Imperiali honore, volumus vt magiſtratibus per Italiam & Siciliam gerendis præfecti quietè & pacificè teneant.

Et Chriſtiani, qui ſe Sarracenis illis opponunt, impunè occidantur. Cæſareum autem Sarracenorum quæſtio, ſi reus captus non eſſet, in vicina regionis populos habeatur, qui æris ſumma, ac totidem capitum ſupplicio mulctabuntur.

Vbi vulgata lex fuerit? Papiæ forſan, vbi poſt hyberna, quùm Vercellas & Taurinum ſibi iurare coegiſſet, conuentum egit, in quo ciuitatibus vetera priuilegia renouauit. Ferme enim omnes ciuitates conuenerant ad tributa ſoluenda. Ipſi perterriti Mediolanenſes, Pontifice quoque rogante, pacem ab

lxxvi Mediolanenſes reiecti à Friderico

eo ſupplices petebant orantes, *vt ſe tanquã fideles ſuos in clientelam reciperet; ſpondentes ſe ei Imperatori & domino præſtituros obſequia; in præſens autem obedientiæ teſtimonio vexilla ciuitatis illius pedibus ſubiecturos, & auxilio Terræ Sanctæ decem millia hominum præbituros, vt ciuitatis ſtatum, ac ciuiũ libertatem ſeruaret. Cũ verò repudiaret, niſi ſe, bona ciuitatem ſuo aderent arbitrio.* Reſponderunt ciues nequaquàm ſe facturos; ipſius feritate edocti, malle ſub clypeis, gladio, aut ſpiculis mori, quàm laqueo, fame, ac flamma cruciari. Peracto conuentu, *Fridericus* bellum aggreſſus diuiſis copijs, duabus eodem tempore vrbibus obſidionem admouit, Alexandriæ & Brixiæ: vt ad Iuſtinianos ſcribit Apuliæ. lxxvii

Capta Alexandria, Brixia eo maiore mole oppugnata eſt. Armis barbariem vinxit, lxxviii nam caſtellis ligneis mœnibus applicitis Friderici captiuos Brixianorum impoſuit, ac ſuorum ſæuitia iaculantium telis obiecit. Tanta crudelitate irritati Brixiani, captiuos & ipſi diſtentis brachijs extra mœnia ſuſpendentes, iaculationibus obtulerunt. Interim Mediolanenſes in Papienſes inuecti, legem impoſuere victores. *Fridericus* verò Brixia poſt tres menſes inani conatu tentata, Cremonam diſceſſit minùs tumidus, quia minùs potens. Ab *Ietlino* accitus, vt opportunũ turbatis Marchiæ rebus adhiberet remedium, Cremonæ cum eſſet, XII. Kal. Ian. ſe ad Epiphaniam præſto futurum reſpondit. Anno poſtero noua lis *Gregorium* agitauit Pontificem. Dũ lxxix Cremonæ hybernaret Imperator, Inſulæ Sardiniæ cuiuris. Sardiniæ partem, quæ *Turrium*, & *Gallura* nomen obtinet, recuperauit: eam veluti ab An. 1239. antiquo iure Eccleſiæ fuiſſet Romanæ, repetebat Pontifex. *Fridericus* ad Imperium ſpectare contendens, cuius iura tueri iurauerat, apologiam credidìtur edidiſſe ſequentem.

FRIDERICI II. IMP. AVG. APOLOGIA

Publicè contra capitula Gregorij Papæ IX, propoſita, & per Epiſcopos ſuos reſcripta.

SAnctiſſimo Patri in Chriſto, Gregorio Dei gratia Summo Pontifici, ſui deuoti, Herbipolenſis, VVormacienſis, Vercellenſis, & Parmenſis, Epiſcopi, humilem ſui commendationem, & reuerentiam tam debitam quàm deuotam.

Cum omni reuerentia & deuotione recipimus literas Apoſtolicæ Sanctitatis, per quas miſſi fuimus admonere Dominum noſtrum Romanum Principem, ſuper quibuſdam capitibus, quæ miſſa ſunt eiſdem literis incluſa. Nos autem ex obedientiæ debito, qua tenemur ad tantum debitum, hæſitantes tamen, ſi monita noſtra patienter acciperet, reuerenter & deuotè peruenimus, & expoſitis ſingulis, quæ Capitula continebant, ac veſtrarum per eum habita copia literarum, faciente Domino, qui gerit ac dirigit, quo voluerit, corda Regum, in admirabili deuotione & inſperata humilitate ſe monitis noſtris pronum exhibuit, inclinata Imperialis audientia dignitatis. Ita quòd nobis exiſtentibus coram eo, præſentibus quoque venerabilibus Panormitanenſi, Meſſanenſi, Archiepiſcopis; Cremonenſi, Laudenſi, Nauarienſi, & Mutinenſi, Epiſcopis, & Abbate S. Vincentij; conuocatis etiam quampluribus ex fratribus Ordinis Prædicatorum & Minorũ, reſpondit ad ſingula, quæ propoſuimus, ſeriatim, prout in ſequentibus diſtinctè ac plenariè continetur, ſicut Dominationi veſtræ reſponſionem ipſius iuxta ſeriem capitulorum expoſitam, ſecundum Apoſtolicam iuſſionem ſub ſibi

Sal. An. 1239. *ſibi teſtimonio, tenore præſentius declaramus.*

I. PROPOSITIO ECCLESIÆ.

Montis Regalis, Cephaludenſis, Cataníenſis & Squillatenſis, Eccleſiæ; Millitenſe, S. Euſemiæ Terræ maioris, & S. Iohannis in Lamis, Monaſteria, ſunt ſpoliata ferè omnibus bonis ſuis. Item, omnes ferè Cathedrales & aliæ Eccleſiæ ac Monaſteria ſunt per iniquam inquiſitionem ferè omnibus hominibus ſuis ſpoliata.

RESPONSIO IMPERIALIS.

Super grauaminibus Eccleſiarum, quæ indeterminatè ponuntur, quædam ignoranter commiſſa, corrigi iuſſa ſunt ſine mora diſpendio: quædam verò iam correcta, ſicut eſt in euidenti, de fideli & induſtrio Nuncio noſtro ad hoc ſpecialiter deſtinato, videlicet Magiſtro VVillielmo de Tocto, Notario noſtro, qui etiã iuſſus eſt tranſire per Romanam Curiam, & conſulto venerabili Meſſanenſi Archiepiſcopo, iuxta conſilium ſuum procedere ad reuocationem eorum, quæ inueniret notabiliter facta. Sic quòd in ingreſſu Regni, circa fines illos inuenit quædam, quæ tenebantur per quoſdam de familia Imperiali; quibus non pepercit, ſed eos ſtatim deſtituit, reſtituens deſtitutos: cùm tamen habuerit in mandatis, quòd ab Imperiali fiſco etiam reuocaret, ſi qua inueniret illicitè deprehenſa. Sic quòd fama eorum, quæ geſſerat, perueniente ad Curiam Romanam, Dominus Papa dicitur approbaſſe mittentis prouidentiam, & diligentiam miſſi. Qui, cùm Regnum in diuerſas prouincias ſit diuiſum, nondum potuit omnes peragraſſe, vt quæ corrigenda inuenerit, corrigantur.

Item, de Eccleſia Montis Regalis, reſpondet, quòd nullum grauamen habuit per Dn. Imper. niſi velit notari de Saracenis qui occupauerant bona Eccleſiæ per bellum, qui nec Dominum Imperatorem nec Eccleſiam recognoſcebant; nec in aliquo pro poſſe ſuo pepercerunt, immò deſtruxerant & deprædati fuerant eam vſque ad muros Eccleſiæ, & alicui de Sicilia non parcebant, ita ut in partibus illis nullus vel rarus Chriſticola remanſiſſet. Hos reuerà fatetur Dominus Imper. exterminaſſe de Sicilia cum multis laboribus & expenſis: ſi reputant in hoc grauamen Eccleſiæ, aliàs neſcit quòd vnquam grauaſſet illam, nec vult grauare.

Item, idem dicit de Eccleſia Cephalenſi, niſi fortè tangatur de caſtro Cephalenſi, quod velut munitiſſimam arcem ſupra mare, & ſtantem in Marchia Saracenorum, tenuerunt ſemper Reges Siciliæ, & bonæ memoriæ Innocentius Papa mandauit Legato ſuo, tunc temporis pro ſeruitio noſtro in Sicilia exiſtenti, vt velut reciperet ab Epiſcopo, ad cuius manus per turbationem venerat & non de iure, & quòd Legatus tempore pueritiæ noſtræ faceret teneri & cuſtodiri pro nobis, nec Epiſcopo, nec præſenti reſtituitur, nec de iure reſtitui debet, quia non habet ius in re: & aliàs quòd falſarius, homicida, proditor, & ſchiſmaticus, publico teſtimonio comprobatur. Quare ſi etiam haberet ius in re, (quod abſit) reſtitui non tenetur.

Item, de Cathanenſi Eccleſia; niſi fortè tangatur de hominibus demanij Domini Imperatoris, qui temporibus belli, propter locum ſecurum & fertilem, ſe Cathaniam contulerunt. Hos fatetur Imperator ſe ad demania ſua reuocaſſe, ſecundum formam generalis Conſtitutionis Regni, per quam etiam Comites, & Barones, & omnes de Regno homines de demanijs reuocant, vbicunque eos inuenerint, ſiue in terris Eccleſiarum, ſiue in ciuitatibus ipſius Imperatoris: nihilominus tamen ſuper his forma ſtatuta eſt. & meta temporis poſita ad requiſitionem Summi Pontificis acceptata, prout conſtat ex literis teſtimonialibus Patriarchæ Antiochenſis, & Panormitanenſis & Meſſanenſis Archiepiſcoporum.

Item, quòd cum Eccleſia Miletenſis & ſanctæ Euſemiæ, cum Abbate & Monachis Terræ maioris, permutatio congrua facta ſit de voluntate Prælatorum ipſorum & Conuentuum; ſecundum formam iuris, & ipſi hodie res tenent & poſſident permutatas. Taſſale verò ſancti Seuerij, quod non erat in totum Abbatis Terræ maioris Aconensis, ibi quædam iura habebat, quæ tenebat in feudum ab ipſo Imperatore, per iudicium fuit iuſtè deſtructum, quia homines illius loci tempore perturbationis occiderunt Paulum de Longotham Baiulum Imperatoris, & armenta Imperialia diripuerunt: & nihilominus (vt dictum eſt) permutatio data eſt Abbati & Conuentui pro parte ſua, & hodie tenent.

Locus Lamæ cinctus eſt per ſententiam ab Abbate ſancti Iohannis Rotundi, qui de eo, velut de re feudali, potuit & debuit, ſecundum ius Ciuile & Canonicum, in Imperiali Curia conueniri.

Sal. An. 1239

2 P.E. *Templarij & Hoſpitalarij bonis mobilibus & immobilibus ſpoliati, iuxta tenorem pacis non ſunt integre reſtituti.*

R.I. *A Templarijs & Hoſpitalarijs verum eſt, quòd per iudicium & per antiquam conſtitutionem Regni Siciliæ, reuocata ſunt feudalia & burgaſatica, quæ habuerant per conceſſionem inuaſorum Regni, quibus equos, arma, victualia, & vinum, & omnia neceſſaria miniſtrabant abundè, quando infeſtabant Imperatorem; & Imperatori, tunc Regi pupillo, & deſtituto, omne omninò ſubſidium denegabant. Alia tamen feudalia & burgaſatica dimiſſa ſunt eis, qualitercumque ea adquiſierunt & tenuerunt ante mortem Regis VVilhelmi Secundi, ſeu de quibus haberent conceſſionem alicuius anteceſſorum ſuorum. Nonnulla verò burgaſatica, quæ emerunt, reuocata ſunt ab eis, ſecundum formam antiquæ conſtitutionis Regni Siciliæ quòd nihil poteſt eis ſine conſenſu Principis de burgaſaticis inter viuos concedi, vel in vltima voluntate legari, quin poſt annum, menſem, ſeptimam, & diem, alijs burgenſibus ſecularibus vendere & concedere teneantur. Et hoc propterea fuit ab antiquo ſtatutum, quia ſi liberè eis & perpetuò burgaſatica liceret emere ſiue accipere, modico tempore totum Regnum Siciliæ (quod inter regiones mundi ſibi habilius reputarent) emerent, & adquirerent. Et hac eadem Conſtitutio obtinet vltra mare.*

3 P.E. *Item, quod non permittit Cathedrales & alias vacantes Eccleſias ordinari; & hoc occaſione periclitatur libertas Eccleſiæ, perit fides, quia non eſt qui proponat verbum Dei, nec qui regat animas, deficiente paſtore.*

R.I. *Cathedrales & alias vacãtes Eccleſias Dominus Imperator libenter vult & deſiderat ordinari, ſaluis priuilegijs & dignitatibus, quæ prædeceſſores ſui Reges vſque ad ſua tempora habuerunt, & quibus ipſe modeſtiùs, quàm prædeceſſores ſui hactenus vſi ſunt, nec contra ordinationem Eccleſiarum vnquam fuit.*

4 P.E. *De tallijs, & exactionibus quod cõtra formam pacis ab Eccleſijs & Monaſterijs extorquentur.*

R.I. *Tallia & collectæ Clericis & perſonis Eccleſiaſticis, nõ pro Eccleſiaſticis rebus, ſed pro feudalibus & patrimonialibus imponuntur, ſecundum quod eſt ius commune, & obtinet vbique per orbem.*

5 P.E. *De hoc, quòd Prælati non audent procedere contra vſurarios, occaſione conſtitutionis Imperialis.*

R.I. *Apparet generalis & noua conſtitutio cõtra vſurarios edita per Imperatorem, per quã in omnibus bonis eorum publicè condemnantur, & lecta eſt coram Prælatis, per quam etiam non interdicitur Prælatis audacia procedendi.*

6 P.E. *Quòd Clerici capiuntur, incarcerantur, proſcribuntur, & occiduntur.*

R.I. *De captis & incarceratis nihil nouit, niſi quòd per officiales Imperatores aliqui capti ſunt, aſſignandi iuxta qualitatem exceſſuum iudicio Prælatorum, De proſcriptis verò nouit, quòd obiecto quibuſdam crimine leſæ Maieſtatis, aliqui de Regno ſunt proſcripti. Nouit etiam de occiſis, quòd propter impunitatem Clericorum & Monachorum Venuſina Eccleſia gemit obitum Prælati ſui à ſuo Monacho interfecti: & in eccleſia ſancti Vincentij Monachus Monachum interfecit, nec eſt inde aliqua vindicta ſiue pœna Canonica ſubſecuta.*

7 P.E. *De Eccleſijs Domino conſecratis, quæ prophanantur & deſtruunt.*

R.I. *Nihil omninò ſcitur, niſi fortè dicatur de eccleſia Lucretiæ, quæ propter diutinã vetuſtatem per ſe dicitur corruiſſe, & quam imperator, nedum quòd readificari permittat, imò paratus eſt ad honorem Dei & Eccleſiæ, de ſuo pro readificatione eiuſdem Epiſcopum congruè adiuuare.*

8 P.E. *Quòd non permittit reparari Soranam Eccleſiam.*

R.I. *Soranam Eccleſiam ſolam ædificari permittit, ſed ciuitatem non, ad minus diebus ſuis, quæ iudicio eſt deſtructa.*

9 P.E. *Quòd contra tenorem pacis hi, qui adhæſerunt Eccleſiæ tempore turbationis, bonis omnibus ſpoliati exulare coguntur.*

R.I. *Adhærentes Domino Papæ tempore turbationis contra Dominum Imperatorem, ſecurè in Regno morantur, niſi fortè qui officia & iuriſdictiones exercuerunt, metu ponendi rationem, vel aliqui, ne cauſis ciuilibus vel criminalibus conueniantur, morantur extra Regnum: de quibus vult Dominus Imperator, quòd ſecurè redeant, & ſibi & alijs conquerentibus, non tamen de eo vel eius occaſione, quòd Eccleſiæ adhæſerunt, velint facere rationem. Sed cùm de forma pacis tractatur, recordatur,*

Sal. An. 1239. *datur, quòd Dominus Papa contra eam, & contra opinionem ferè omnium Fratrum, detinet ciuitatem Caſtellæ. pro qua detinenda, in præiudicium Imperij, recepit pecuniam, exiſtente Domino Imperatore pro ſeruitio eius contra Romanos, & expendente proinde vltra centum millia marcarum argenti: ad eo quòd magnum commodum inde eſt Eccleſia conſecuta, tam de terra Romanis ablata, & ſibi reſtituta, quàm de libertate Eccleſiaſtica, reformata in Vrbe, occaſione ſeruitij ſupradicti.*

10 P.E. *De nepote Regis Tunicij, quem non permiſit venire ad Apoſtolicam Sedem, ad ſuſcipiendum baptiſmi ſacramentum, ſed captiuum detinet.*

R.I. *Quòd nepos Regis Tunicij, non vt baptizaretur, ſed vt aufugeret mortem, quam præminabatur patruus ſuus, de Barbaria fugit in Siciliam. Non tenetur captiuus, ſed liber per Appuliam vadit: & diligenter quæſitus, ſi baptizari velit, omninò negat. Si tamen vult baptizari, Dominus Imperator acceptat & gaudet, prout ſuper hoc reſpondit aliàs Panormitanenſi & Meſſanenſi Archiepiſcopis.*

11 P.E. *De Petro Saraceno, fideli Eccleſia, quem tenet captiuum in iniuriam Eccleſiæ: & Fratre Iordano, qui tenetur captiuus.*

R.I. *Petrus Saracenus, tanquam inimicus Domini Imperatoris, & detractor eius tam in Vrbe quàm alibi, captus eſt per eum. Item, non in negotium Regis Anglorum venit, ſed tantùm literas ipſius attulit, vt ſi fortè caperetur, capto parceremus, attentiùs ſupplicantes. quibus non obtemperauimus, quia Rex neſciuit, quas mihi parauit inſidias.*

De Fratre Iordane, quòd ipſum nec capit nec capi mandauit, quamuis eum in ſermonibus diffamauerat. ſed quia videtur à quibuſdam fidelibus ſuis, qui norunt mores & verſutias eiuſdem Fratris, quòd ſtatus & mora eius ſi fieret in Marchia Teruiſij, & Lombardia, ſuſpecta foret & nociua Domino Imperatori, præſtita ſatiſdatione, quòd in Marchia vel Lombardia remanere vel morari non debeat, ipſum liberari mandabat; & aſſignari eum iuſſiſſet Domino Meſſanenſi Archiepiſcopo, si dictum fratrem in prædictum modum ſuper ſe recipere voluiſſet.

12 P.E. *De eo, quod ipſe ſeditionem mouit in Vrbe contra Eccleſiam, per quam intendebat Romanum Pontificem & Fratres ſuos à ſua Sede repellere, & contra priuilegia, dignitates, & honores Apoſtolicæ Sedis, libertatem Eccleſiaſticam conculcare.*

R.I. *Seditio mota in Vrbe contra Eccleſiam per Dominum Imperatorem, negatur. Sed cùm ipſe habeat fideles ſuos in Vrbe, ſicut prædeceſſores ſui, tam Romani Principes quàm Reges Siciliæ, ſoliti ſunt habere, quia Senatores aliquando electi per potentiam aduerſariorum, eos offendere contendebant, aſtabat defenſioni eorum, ſicut aſtaret quoties in ſimilibus expediret. Ceſſante verò cauſa, videlicet quòd alius Senator communiter electus fuit, ceſſauit turbatio ſupradicta, prout conſtat de rei euidentia, ex teſtimonio Panormitanensis & Meſſanensis Archiepiſcoporum.*

13 P.E. *De eo, quòd mandauit quibuſdam fidelibus ſuis, vt Epiſcopus Præneſtinus, Apoſtolicæ Sedis Legatus detineretur.*

R.I. *Super mandato detentionis Epiſcopi Præneſtini, reſpondit, quòd nunquam mandauit, nec etiam id ſomniauit Dominus Imperator, quanquam de eo id iuſtè facere potuiſſet, tanquam de inimico ſuo. Qui, licet miſſus per Dominum Papam, tanquam vir religioſus, tamen de mandato Domini Papæ, vt ipſe dixit, Lombardiam pro magna parte contra Dominum Imperatorem callidè & perniciosè ſubuertit, & Lombardos contra ipſum, in quantum potuit, animauit.*

14 P.E. *Quòd per eum impeditur negocium Terræ Sanctæ, occasione diſcordiæ, quam habet cum quibuſdam Lombardis: cum parata ſit Eccleſia dare opem & operam efficacem, vt ſibi & honori Imperij ſuper his, quæ commiſſa ſunt contra eum à Lombardis, congruè ſatisfiat, & Lombardi etiam ad hoc ipſum ſint præparati. Moneatur ſuper his omnibus, reſponſum eius ſignificetur nobis.*

R.I. *Super negotio Lombardiæ dixit Dominus Imperator, quòd illud multoties commiſit Eccleſiæ, nec inde eſt aliquod commodum aſſecutus, niſi quòd prima vice condemnati ſunt Lombardi in quadringentis militibus, quos Dominus Papa tali modo fecit ei ſolui, quòd ipſos contra ipſum Imperatorem miſit in Regnum. Secunda vice condemnati ſunt in quingentis militibus, quos non Imperatori, contra quem commiſſa erat iniuria, ſed ſub protectione & ad requiſitionem Domini Papæ & Eccleſiæ, quæ offenſa non erat, vltra mare tranſmitti pronunciauit, quod etiam nunquam factum fuit. Tertia vice, ad requiſitio-*

Sal. An. 1239. *nem Cardinalium, ſcilicet quondam Epiſcopi Sabinenſis, & Magiſtri Petri de Capua, plenè, ſicut Dominus Papa dictauit, commiſſum fuit dictum negocium Eccleſiæ, nec vnquam poſtea de hoc fuit verbum, niſi quando Dominus Papa nouit, quòd Imperator, poſtquàm eis toties fuerat illuſum, defendere cum exercitu à Germania in Italiam ſe parabat, & tunc inſtanter petijt denuò negocium ſibi committi: & Dominus Imperator, licet in eadem commiſſione naufragium ſæpe expertus fuiſſet, voluit tamen ſibi committere ad certum diem & ſub conditione, quòd ad honorem ſuum & commodum Imperij firmaretur. Quam conditionem Dominus Papa, prout per literas ſuas conſtat, admittere noluit, quanquam ad præſens per literas ſuas dicat, quòd Eccleſia negotium ipſum, ſaluo iure & honore Imperij, fuiſſet diffinire parata. Et ex hoc patet quòd literæ ipſæ ſibi inuicem manifeſtiſſimè contradicant.*

Et ne prætendatur, quòd in præiudicium Terræ Sanctæ velit Dominus Imperator iura Imperij in Italiam reſtaurare, qualiter Dominus Imperator negocium Terræ Sanctæ aſſūpſerit, nec duxerit negligendum, apparet per literas ſuas reſponſales Regibus Orbis, & Crucesignatis in Francia ſcriptas, qui ipſum in Dominum & Rectorem exercitus elegerunt, per quas etiam reſpondit inſuper eiſdem, quòd negocium ipſum de conſilio Eccleſiæ tractare volebat.

Denique tamen ſuper omnibus grauaminibus Eccleſiarum corrigendis, Notarius Domini Imperatoris in ſpecialem Nuncium, ſicut ſuperiùs eſt propoſitum, eſt tranſmiſſus.

Addit præterea Imperialis reſponſio, quòd id, quod enormius eſt & in admirationem & ſtuporem omnium audientium verti debet, poſt receſſum ſuprà memoratorum Panormitanenſis & Meſſanenſis Archiepiſcoporum, quibus Dominus Papa Eccleſiæ gratiam pro Domino Imperatore promiſit, & quòd voluit vnum & idem eſſe cum eo, Domino Imperatore, prout decuit, non modicè hoc attemtante, poſtquàm ſufficienter fuerat eis ad quædam capitula, miſſa per eos, reſponſum, prout in eorum atteſtatione conſiſtit, poſt tergum & in confuſionem eorundem Archiepiſcoporum, eis omninò neſcientibus, miſſæ ſunt literæ iſtæ & Capitula intercluſa Prælatis, quæ licet ſpeciem admonitionis contineant, ſigillationem tamen Imperialis famæ continent manifeſtè.

Vltimo generale verbum reſpondit & propoſuit Dominus Imperator, quòd cùm ipſe diu fuerit abſens à Regno, & Regni ſtatum ignoret, quicquid vnquam in grauamine Eccleſiarum factum eſt, quod remaneat emendandū, integrè & ſine difficultate aliqua id emendari mandabit. Et nihilominus propter vniuerſale bonum, quod ex vnione inter ipſum & eccleſiam prouenit, paratus eſt omnem prorſus ſecuritatem, quæ Eccleſiam & ipſum Imperium deceat, præſtare Eccleſiæ. quòd ad honorem & exaltationem fidei Chriſtianæ, & ad honorem & libertatem Eccleſiaſticam conſeruandam, ſit vnum & idem cum Eccleſia, viribus & potentia ſua ad hoc ex toto conuerſis.

Occupata itaque ne deſereret; *Henricum* lxxx
filium ex concubina nothum, quem Itali *Henricus nothus*
Hencium Germanicè loquentes, vocabant, *Friderici*
declaratum Regem Sardiniæ miſit, vt ad- *Rex Sar-*
uersùs Pontificem iura ſuſtineret imperij. *diniæ*
Ipſe Pattauium veniens, obuium habuit *Ici-*
linum, qui cum Patauino equitatu & pedita- lxxxi *Pattauiū*
tu ac Carrocio mirificè exornato vſquè ad *venit*
quintum lapidem, occurrit. Plerique eorum *Frideri-*
ludibundi cymbala, cytharas tenebant. Ex- *cus.*
tremum agmen claudebant matronæ nobiles, ſpecie inſignes, ac ſplendido veſtitu nitentes in equis phaleratis. Hanc pompam vt *Fridericus* aſpexit, ad *Icilinum* ſecum equo vectum conuerſus ait, ſe nullibi tam egregium atque ornatum conſpexiſſe populum. Tunc vnus ex popularibus vexillum carrocij holoſericum ſumpſit, atque ambabus manibus *Friderico*, adhibita reuerentia obtulit,
inquiens. *Hoc tibi potentiſſime Domine Com* *ea vrbe*
mune Patauij offert, vt per coronam capitis *delecta-*
hæc vrbs in iuſtitia conſeruetũr. Verba hæc *tur.*
ille hilari, & læto vultu accepit. Vrbem ingreſſus ingenti ciuitatis gaudio ad S. Iuſtinæ diuertit, atque Venatu ac piſcatu cum oblectaretur, Nouentam venit, vbi vxor tenebat hoſpitium. In die Palmarum ex conſuetudine ciuitatis in Pratum Vallis veniens, ibi ex alto tribunali ſe ſe lætum ac hilarem vniuerſis oſtendens, per *Petrum de Vineis* (cuius opera in ſcribendis epiſtolis vtebatur) populum comiter appellauit. Die Paſchatis in Ba-
ſilica, audito Sacro ad S. Iuſtinam regrediens lxxxii
coronatus inceſſit. Lætitiam turbauit ana- *Frideri-*
thema in cœna Domini, Romæ à Pontifice *cus ex-*
latum, quo piorum communione depulſus. *cõmunicatur.*

E X-

Sal. An. 1239.

EXCOMMVNICATIO GREGORII IX. IN FRIDERICVM II.

EXcommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei Omnipotentis Patris, & Filij, & Spiritus Sancti, & auctoritate apoſtolorum Petri, & Pauli, Fridericum Imperatorem pro eo quòd contra Romanam Eccleſiam ſeditionem inijt in vrbe, per quod intendebat Romanum Pontificem, & fratres ſuos à ſede ſua repellere, & contra priuilegia, dignitates, & homines, Apoſtolicæ ſedis libertatem, necnon et Eccleſiaſticam proculcare, contra iuramenta, quibus ſuper hoc Eccleſiæ Romanæ tenetur, temere veniendo. Item quòd venerabilem fratrem noſtrum epiſcopum Præneſtinum Apoſtolicæ ſedis legatum, ne in legatione ſua procederet, quam in Albigienſium partes pro corroboratione catholicæ fidei ſibi commiſimus curam, per quoſdam fideles ſuos mandauit impediri. Item, quòd non permittit quaſdam cathedrales, et quaſdam alias vacantes Eccleſias in Regno ordinari, et hac occaſione periclitatur libertas Eccleſiæ, perit fides, quia non eſt, qui proponat verbum Dei, nec qui regat animas deficiente paſtore. Item quòd in Regno capiuntur clerici, incarcerantur, proſcribuntur (Inter quos Cephaledensis, et Canatenſis epiſcopi, cuius fuerat alumno) et occiduntur. Item pro eo quod in Regno Eccleſiæ conſecratæ Domino deſtruuntur, et prophanantur. Item quòd non permittit Soranam Eccleſiam reparari. Item quòd nepotem regis Tunicij venientem ad Eccleſiam Romanam pro ſuſcipiendo baptiſmatis ſacramento, detinuit, nec venire permiſit. Item pro eo quòd Petrum Saracenum nobilem ciuem Romanum ex parte regis Angliæ ad ſedem Apoſtolicam venientem cepit, & detinet carceri mancipatum. Item quòd terras Eccleſiæ, ſcilicet Ferrariam, Piingnogomã, Bòdoniã, Ferrarienſẽ diœceſim, & Boudonẽſem, Lucanenſẽ, & terras Sardiniæ occupauit, contra iuramentum, quo ſuper hoc Eccleſiæ tenetur, temere veniendo. Item quòd terras quorundam nobilium de Regno, quas Eccleſia tenebat ad manus ſuas, occupauit, & deuaſtauit. Item quòd quaſdam Eccleſias cathedrales, & quædam monaſteria ſuis bonis ſpoliauit. Item quòd multæ Eccleſiæ cathedrales, & aliæ Eccleſiæ, & monaſteria de Regno per iniquam inquiſitionem fuerunt bonis ferme omnibus ſpoliata. Item quod in Regno Templarij, & Hoſpitalarij mobilibus, & immobilibus ſpoliati, non ſunt iuxta tenorem pacis integre reſtituti: Item quòd talliæ, & exactiones contra formam pacis ab Eccleſijs, & monaſterijs pro ipſo extorquentur in Regno. Item quòd in Regno Eccleſiarum prælati, & abbates Ciſtercienſis, & aliorum ordinum compelluntur per ſingulos menſes dare certam ſummam pecuniæ pro conſtructione caſtrorum nouorum. Item quod contra tenorem pacis, hi qui adhæſerunt Eccleſiæ, bonis omnibus ſpoliati exulare coguntur tanquam proſcripti, vxoribus, & liberis captiuatis. Item quòd per ipſum impeditur negocium Terræ Sanctæ, & reparatio Imperij Romaniæ. Omnes autem, qui iuramento fidelitatis ei tenentur aſtricti, ab eiuſdem obſeruatione iuramenti decernimus abſolutos, ne ſibi fidelitatem obſeruent, diſtrictius inhibentes, quamdiu fuerit vinculo excommunicationis aſtrictus, ſuper oppreſſionibus, & alijs grauaminibus nobilium, pauperum, viduarum, orphanorum, & aliorum de Regno, pro quibus idem Fridericus alias iurauit ſtare mandatis Eccleſiæ, ipſum intendimus amouere, & in ipſo negocio, dante Domino, procedemus, ſicut iuſtum fuerit procedendum. porro pro omnibus, & ſingulis ſupradictis, pro quibus dictus Fridericus à nobis diligenter fuerit admonitus, & frequenter, nec parere curauit, eundem Fridericum excommunicationis, & anathematis vinculo innodamus. Ceterùm quia idem Fridericus de dictis factis ſuis, multis clamantibus per vniuerſum quaſi orbem, quòd de catholica fide non recte ſentiat, eſt grauiter diffamatus, nos Domino dante, ſuper hoc loco ſuo, & tempore procedemus, ſecundum quod in tabulis requirit ordo iuris.

Hac diuulgata, *Fridericus* ſtatim concionem aduocari iuſſit in Palatio, vbi pro tribunali aſſedit. Tum *Petrus de Vineis* ita ex- lxxxiii
orditur:

Leniter ex merito, quicquid patiare, ferẽdũ eſt
Quæ venit indignè pœna, dolenda venit.

His prolatis, panegyrim in laudes *Friderici* contexuit, *Gregorium* procaciter accuſando, veluti æqui & honeſti contemptorem. Quo excitatus *Fridericus*, in Pontificis contumelias & Eccleſiaſticorum ſatis indecorè proſilijt, & tum verbis, tum epiſtolis ad omnes Imperij & regnorum principes, iniquitatis & præuaricationis iniquè poſtulato

Sal. An. 1239. lxxxiv *Gregorio*. Is ne Apoſtolicam ſedem infamia pateretur aſpergi, ipſe quoquè iuxta illud Salomonis *Reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi Sapiens videatur*, encyclicam compoſuit, in qua vitam, mores, ingratitudinem, immanitatem *Friderici* increpando, Regibus omnibus & Epiſcopis mandauit, vt vnà cũ edicto anathematis publicarẽt.

GREGORII IX. EPISTOLA SVFFRAGANEIS ECCLESIÆ HIEROSOL.

ASCendit de mari beſtia blaſphemia plena nominibus, quæ pedibus vrſi & leonis ore de'æuiens ac membris formata cæteris ſicut pardus, os ſuum in blaſphemias Diuini nominis aperit: tabernaculumque eius qui in cœlis habitat, ſimilibus impetere iaculis non omittit. Hæc vnguibus & dentibus ferreis, cuncta confringere, & ſuis pedibus conculcare deſiderans, ad diruendum murum Catholicæ fidei occultos olim comparauit arietes, ac etiam nunc apertas machinas & inſtrumenta ex Iſmaelitarum gymnaſio inſtruit, & in Chriſtũ humani generis Redemptorem cuius Teſtamenti tabulas ſtilo prauitatis hæreticæ nititur abolere, fama teſtante conſurgit. Igitur admirari deſinite omnes, ad quos, ab hac beſtia, contra nos perueniunt obloquia, & blaſphemia: ſi nos Deo omni ſeruitute ſubiecti, detractionum ſagittis impetimur: cum nec ab his opprobrijs immunis Dominus relinquatur. Admirari deſinite ſi iniuriarum mucronem exerit, qui ad perdendum nomen Domini de terra iam ſurgit: ſed potius vt eius reſiſtere, aperta veritate, mendacijs, ac ipſius confutare fallacias, puritatis argumento poſſitis, caput, medium, & finem huius beſtiæ Frid. dict. Imp. inſpicite, & in eis dumtaxat abominationes venientes, & ſcelera, contra ipſius dolos, ſinceros animos ſcuto veritatis armate, attendentes qualiter ſinceritatem Apoſtol. Sedis & noſtram literis per diuerſa climata mundi tranſmiſſis, pollutis niſus eſt maculare narrationibus dictus Frid. figulus falſitatis, modeſtiæ neſcius, & pudoris ignarus, nec confuſus, nec aliquo rubore profuſus mentitur, quod nos ipſum, nobis in minori officio conſtitutis amicum priſtinum fidem, et amorem, adepto Apoſtolatus officio, relinquentes, quia ſicut priſtino ſacramento per latam in ipſum ſententiam excommunicationis præfixit tempore in terra Sancta ſuccurſum nouitate prohibente tranſire non potuit, vinculo excommunicationis aſtringere, poſtulant ab ipſo ſanitate reſumpta beneficiũ abſolutionis denegare, ipſumque in dictum tranſeuntem ſubſidium, per literas, et Legatos noſtros, et Nuncios noſtros, proceſſui ſuo contrarias mittentes impedire curauimus, vt ſic eſſet ſpe regni Hieroſolymitani recuperatione contenta fruſtratus, regnum Siciliæ quod Raymundus olim filius Ducis Spoleti, præter illius conſcientiam terram inuaſit Eccleſiæ, nos iniuſte et violenter intraſſe, ac ipſius homines prouocaſſe ad Imperium falſo conqueritur, ſeque in Aſſyriam et in Apuliam redeuntem illatæ iniuriæ omiſiſſe vindictam, acceptaſſe concordiam, et rediſſe ad matrem Eccl. gloriatur. Licet autem hæc figmenta publica notitia reprobet: quia tamen nonnunquam rectitudinis finem velatam, occupat in aure ſincera mendacium, apud quam ſe veritas non inuenit aduocatam, nec in corda noſtra falſitas quacumque poſſit fraude ſurrepere, digne volumus vos rei per nos geſtæ modum et ordinem non latere, qui dictum Frid. ante et poſtquam aperte noſtros ſubiecimus humeros ſeruituti, ſub vulpe latentem omni curauimus gratia proſequi donec ipſe quæ Patri de filio ſolet innaſci ſublata, idem Frider. fremens in magnitudine ſua et ex ademptæ fortitudine infrunitus, Matri Eccleſ. mala pro bonis retribuit, et in eam quam fucatis deliniuit aliquando verborum fallacijs, virus effundere caudæ aculeo more Scorpionis incepit. Nam cum olim terræ Sanctæ neceſſitas, prædicta ſententia, et iuramentum, ac præfixus terminus tranſitum eius expoſcerent, et idem multa millia Cruceſignatorum ipſum Brundusij expectantium cum inſtantia poſtularent, idem dictos Crucesignatos inibi, donec ſub maris aeri intemperie diuerſis lugendæ mortis caſibus perirent detinuit, et periurium, ac excommunicationis ſententiam gratis incurrens, infirmus fide, ſed ſanus corpore, vt nobis mentiretur, et Deum et Eccl. falleret, omiſſo prædicto paſſagio in lecto æger diebus aliquibus ſimulatis recubuit, ac terram Sanctam incurſibus hoſtium Chriſti exponere minime dubitauit, ex eo nullo dolore percuſſus, quod ibi claræ memoriæ Turingiæ Lantg. (vtinam non veneni poculo, ſicut mundus clamat) extitit interemptus. Cumque de conficta ægritudine et alijs præmiſſis nobis per literas Prælatorum ibi morantium conſtitiſſet, ne diſci-

plina

Sal. An. 1239 plinæ virga tanto ſubtracta facinoris nos & Apoſt. Sedes redderemur inde notabiles, Crucesignatorum mortem & terræ S. pericula deplorantes, & cupientes ſaltem in altero Eccleſ. lacrymas dextera debita conſolationis aſtringi, ipſum lata in eum excommunicationis de conſenſu ſuo auctoritate bo. m. Honorij prædeceſſoris noſtri ſententia denunciauimus ſubiacere, ſummo præſtolantes deſiderio, vt cum poſtmodum emendationem tantorum & talium damnorum optatam patrare operam audiremus, literis noſtris offerentes eidem, quod impertiremur ſibi iuxta formam Eccl. abſolutionis beneficium, quam cito iter arriperet in prædicta terra ſuccurſum. Sed ipſe, in cuius erat ſuper his pectore cauſa minor, claues Eccl. paruipendens, non abſolutus in Syriam tranſit, vbi cum Soldano ſolis ſibi Ieroſol. mœnijs reſtitutis, & illi grandi ad impugnationem Chriſtianorum tranſmiſſo equorum & armorum xenio fœdus faciens & templum Domin. ibi laudes exclamantium Mahomett cura relinquens ex defenſore mutatus in hoſtem, Venerabilem Fr. Patriarchã Ieroſolymit. & Templarios pro viribus impugnauit. Illud autem non debet ad ſanæ mentis crudelitatem accedere, quod in recuperatione Regni Ieroſolymit. nos vel Legati noſtri, cum ad hoc multo labore ſudauerit, grandiumque Eccleſ. ſubierit onera expenſarum ſtuduimus impedire. Sed illud in notitiam omnis terræ prouenit, quod idem Fridericus, ſicut in Syriæ partibus in propria perſona perſequebatur Eccleſ. circa mare, ipſam diuerſis tribulationibus dicti Raym. miniſterio quem contra conſilium noſtrum, in regno Vicarium conſtitueret, affligebat, cuius terram cum literis aurea bulla munitis & vaſallos ipſius Frider. prædictus Raym. inuadens nonnullos Sacerdotes & Clericos ſuſpendere, mulctare ac fuſtibus cedere, nec non ſtatu noſtro turbato Peruſij, partem ipſius terræ occupare præſumpſit: quem licet fideles & deuoti noſtri non valentes id vlterius ſuſtinere aperte è terra prædicta, Chriſto ſponſæ ſuæ indulgente victoriam, eieciſſent: quia tamen idem Raym. nequaquam ab incepta perſecutione ceſſabat, conſultius extimantes ſi originalis malitiæ venas inciderent, quã quia iam exſiccati torrentis impetus nouis repletos riuulis expectarent, dictum Regnum Sicilia quod eſt ſpeciale patrimonium Eccl. (ne inde nos percuterent iacula, vnde potius erat expectandum ſubſidium) intrauerunt, multique de ipſius Regni habitatoribus obedientes Apoſt. Sedi, nequaquam ob id reputari debent periurium incurriſſe, cum à iuramento fidelitatis eidem Frid. redeuntis de partibus tranſmarinis ad ſinum matris Eccl. reuertenti pietatis aperuimus Apoſt. gremium, ipſique ad petitum inclinati abſolutionis beneficium curauimus impertiri. Ad hoc idem mendacij filius falſitates falſitatibus cumulans, vt quo mendaciorum retia fuerit orditus, eo plura grauioribus ſe doleat periculis irretitum, de nobis mandas ſcripturas pronunciat quæ ea vt Lombard pacificus vt irretitus intraret promittentes quod aſpera ſibi conuerteremus in plana, & pro ſua confuſione & non permiſimus abire Nuncios, & literarum noſtrarum intentionis ſuam metam attingere, ac demum quia ſibi potentia non ſuffragabatur armorum in Regnũ redire coactus ad inſtantiam noſtram Romanos tunc impugnantes Viterbium diffidaſſe & in Viterbienſ. ſubſidium ſtemma miſiſſe militiam ſe falſo aſſerit, noſque ſcripſiſſe Romanis id præter conſcientiam noſtram fieri, & cum eis eo irrequiſito reformaſſe concordiam in querelam addunt, nouo ſibi blandiens mendacio quod diffidentibus iterum ab Eccl. pace Romanis idem non vocatis, cum Conrado nato ſuo quem nobis obtulit obſidem præſentia matura perſonaliter veniens, & arbitrio noſtro dirimendam inter ipſum & Lombardos diſcordiæ cauſam exponens, terram ſedis Apoſt. occupatam eius iuri reſtituit, & libertatem Eccl. in ſtatum priſtinum & debitum reformauit. O vtinam iſte falſidicus Eccl. vir habens ſpiritum & tunc huiuſmodi negotium quod venerabilem filium noſtrum Ron. Rauennatem Archiep. de reſtituendis ei & dicto Conrado iuribus ipſius in regno Ieroſolym. ſubtractis ordinatum fuerat, nec quam cito delata potuit numerata pecunia detraxiſſe fidelibus ſuis quos non ſine Eccl. incendijs & hominum ſtragibus hoſtilis deuaſtabat inſultus ipſius interdixiſſe ſuccurſum & ob id nos Nuncium noluiſſe vel literas deſtinare contrarias veritati conqueritur, ac Ciuitatem Caſtelli contra formam pacis & Fratrum noſtrorum conſilia in ſui iuris ſubſidium detineri à nobis ſuis extrahere literis ſtilo mendaci non veretur. Quamquam autem his figmentis modica veritas in terra iſta aliquid coloris adducat, vt tamen intelligatur apertius quod totam

huius

Sel. An. 1239. *huius cõmenti ſeriem non modica falſitatis adiectio decolorat, pro certo ſcitote, quod ſicut nunc ex ipſius euentu conuincitur diſcrete mentiri, veriſimilius videretur ipſum de Lomb. ſuum potius conſequi propoſitum potuiſſe, ſi ſe illis quos populor. numeroſitas profunditaſque vallorum, armorum copia & murorum reddit altitudo inuictos, pietatis paternę exhibuiſſet & clementię Dominum quam ſi trementibus per culpam impoſitam ſubditis vltionis exerto mucrone terribilis in cuneis occurreret armatorum, cui nos qui bona pacis procurare tenemur bona fide ſuaſimus, vt armata militia omiſſo terrore ſub indictarum omiſſione pœnarum & benefic. oblatione illos ad Imperij deuotionem deduceret, quam in Lombard. famulis ſtipatus militaribus acceſſerat, quia tamen fidelis conſilij oblitus in partes Cremonenſ. cedens factus eſt ſchiſmaticus, ſciſſamque in diſcordiam Lombard. fortius ſcindere & Mediolanenſ. à ſe terroribus & minis abijcere ſtuduit, quos cum ab aduerſa parte ad vnitatem potius trahere debuit funiculo charitatis, non eſt quod noſtrę imputetur innocentię, ſi ſæpe ſpe fruſtratus redijt in Apuliam ipſo ſpei concepta interitum procurante. Poſt hæc ſuper tuitione libertatis Eccleſiaſt. ſuper extirpanda hæretica prauitate noſtris beneplacitis paratum ſe obtulit, ad quam currens litera noſtra reſpondit, quod cum in regno ſuo vbi nullus manum vel pedem abſque ipſius mouet imperio in fidem Catholicam hæreſis potius & latius venena diffunderet, & libertas Eccleſię quaſi conculcata iaceret, non credebatur capiti ſalutis adhibere remedium, qui pedem ſuum reddiderat contractum morboſum, ſicque reſponſum huius lapſu modici temporis approbante, audito quod quidam paruo ſeducti conſilio terram intrare volebant Eccleſię quaſi fuga capta, ne rupta promiſſio cum falſitatis argueret, protinus abijt ac contra illos verbo vel opere in aliquo non proceſſit, nobis improperans quod reuertentes ad vrbem Romanorum filios ſpeciales Eccleſię ad matris dilectionem paternę curauimus diligentia reuocare. Idem inſuper intellecto, quod illos ab Eccleſię charitate ſeiungere quidam iniquitatis filius nitebatur, & excogitato quod facilius habeat & ipſos opprimeret, ſi prædictam charitatem acerbius fronte ſoluta vulneraret, nobis tunc Reate præſentibus ad Sedem cucurrit Apoſtolicam etiam non rogatus, vbi ſub multa humilitate promittens quod terram Eccleſię perditam in priſtinum ſtatum reduceret, & ipſam pro viribus defenſaret in Tuſcia, ad quam vires ſuas contulit in recuperatione cuiuſdam Caſtri quod ad ius Eccleſię modico reduci labore poterat, impediuit. Et cum adhuc manus tradentis nobiſcum eſſet in menſa cum hoſtibus Eccleſię ſicut ex conſequentia facti & literis ſuis quę nobis in tantę proditionis teſtimoniũ reſeruantur aperte conuincitur, hoc ſigno dato. Inde Vicarius pepigit, vt ipſo certa die exinde recedente illi ad arma conſurgerent & beati Petri patrimonium occuparent. Videte igitur quę nobis ſub pardi varietate modus iſte peſtifer deuotionis obſequia præſtitit. Attendite quales Eccleſię famulatus occultus hoſtis intendit, qui in Eccleſiaſticum non erubuit famulum transformari, vt nobis efficacior fieret ad nocendum, pro firmo tamen vos tenere cupimus, quod nos his ſub diſſimulatione prę ceteris ipſum adhuc non permittentes mutari affectum Apoſtolicę puritatis per dictum Archiepiſcopum commiſſo ſibi Legationis officio iura ea & prædicto Conrado in eodem regno Hieroſolymitano mandamus ſubtracta reſtitui, qui licet id fecerit, quia tamen formam ſibi datam excedens propter quod ab eo ad nos extitit appellatum, excedens terram Sanctam quod non eſt auditum à ſæculo poſt appellationem huius ſententię ſuppoſuit interdicto, attendentes nos quod ob id in maximum eiuſdem Terrę periculum peregrini ex ipſa recederent, & alij inceptos ad illam tranſitus retardarent, dictam ſententiam, quę vtpote lata eſt poſt appellationem legitimam ipſo iure nulla fuerat, in omnibus alijs, prædicti Archiepiſcopi intacto remanente proceſſit ſufficienti ab Ordinibus, Nobilibus, & Comitibus Regni prædicti, cautione recepta in omni ſinceritate de Fratrum noſtrorum conſilio duximus relaxandum Quod ergo de nobis ipſe labijs pollutis ob huiuſmodi obloquitur veſtri animi non turbentur cum ſit vas repletum vitiorum ſpurcitia, quę ipſius infecerunt animum, putat in alijs crimen deſæuire in tormenta, ex quo cum malorum opprobria cladem, laudes quoque opprobrium reſonent à viro cuius fere omnis lingua clamat infamiam famę ſigillatione impeti eligimus multo fortius quam laudari. Sed forſan maculam opinionis ſuę his credit abolere conuitijs, qua Sede Viterbij moraretur inficiens à facie hoſtium non verecundus*

auſu-

Sal. An. 1239 *aufugit, & ad defenſionem ſuorum fidelium quos ipſius hoſtes in oculis eius obſederant, & obſequiorum terram nullo prohibente vaſtarant, affirmans ſuum per nos ad illum interdici progreſſum Imperialis honoris prodigus ſed timore prohibitus non acceſſit, ex eo innocentiam noſtram accuſans quod ad euitanda guerrarum huiuſmodi diſpendia Nuncium à Latere noſtro non miſimus. Sed nec mirum, cum eo tempore ſtatus Eccleſiæ multiplici fuiſſet perſecutorum afflictione turbatus. Venimus autem ad Ciuitatem Caſtellanam cuius ciues ſe illi violato ſacramento fidei Eccleſiæ ignoranter prodentes nullum ius ei per hoc in ſeipſis acquirere, nullam nobis etiam poſſeſſionem cum interdictione ciuitatis & ciuium poſſideret quaſi Eccleſiæ prodendo potuerit præiudicium generari, quia illi à quibus vlterius alteri potius quam ſibi poſſidentibus non requirentibus poſſeſſionis incumbit, vel initium poſſeſſionum leges euertere & extraneis iura conferre nequeat poſſeſſorum, nec non quod de reddendis poſſeſſionibus Eccleſiæ Romanæ ad eum prouenientibus pluries iuramentum præſtiterat ſatis impendit, ſatis improuide videtur à nobis repetere quod non poterat abſque periurio retinere: nec credi debet in hoc nos ſibi omnimodam, coram arbitris, vel alio modo iuſtitiam exhibere paratos Fratrum noſtrorum deſpexiſſe conſilium, quod Nuntijs ipſis inceptum iudicium recuſantibus conſequi non fuerat requirendum quin potius habeat peccatum ea dumtaxat fraude intentaſſe proponitur, vt ſic eadem obloquendi de Ecleſia & pacem inter ipſam initam occaſio præberetur. Illud quidem quod ſuper facto Imperij inter cætera ſua deteſtabilis teſtatur epiſtola noſtris ediſſerit his literis calamus, vt quo pluribus eius fictio cognita fuerit, eo fortius vt ſuo maneat commento confuſus, de nobis obtrectat, qui ad noſtram translato notitiam eum ad recuperanda iura imperij cum multis bellatorum millibus Lombardorum in nos præciſe compromitteret Apoſtolico ſcripto mandamus, vt illud perpetuo ſuſpendere, vel ius imperij libere ſuffocare poſſemus contra ipſum venerabilem Fratrem Iacobum Praneſtinum Epiſcopum per quem eius vacuaremus propoſitum tranſmutatis ſibi impedimentis clandeſtinis per Legatos & literas noſtras per orbem vndique procuratis. Iſte vero cui nec veritatem fateri aut enarrare poſſit iudicium ad vnum forſan eſt indignatione negatum ſicut obtrectationes perſonæ noſtræ non verecundatur ex falſis aſſumere, nec etiam excuſationes ſuas ex ſimilibus propoſitionibus non veritus ordinare ſe per Nuntios ſuos Ven. Fratrem N. Panormitanum Archiepiſcop. & quoſdam alios ad Sedem Apoſtolicam miſſos, deuotionem omnimodam ſuper Eccleſiaſtica libertate & reformandis Eccleſiæ iuribus obtuliſſe, noſque id acceptantes & expectantes à cuiuslibet ipſius impedimento ceſſare nuncijs ſuis ad eum redeuntibus dilecto filio Gregorio de Monte longo Notario noſtro in ſuorum euerſionem fidelium legationis officium commiſiſſe aſſerit, ipſoque nihilominus ad nos præfatos Archiepiſcopum & alios Nuncios ſuos ad Sedem Apoſtolicam remittente & ſatisfactionem omnimodam offerente, nos eum contradicente ſaniori parte Fratrum noſtrorum contra traditiones Sanctorum Patrum & ſolemnem morem Eccleſiæ iniuſte falſe excommunicaſſe concludit, pro ſua confusione ſubiungens ſe nos Beati Petri Vicarium non habere, quaſi velit aſſerere non conceſſam Principi Apoſtolorum, & nos carere clauium poteſtate. Quæſumus igitur libram rationis aſſumite, & in ea perpetratis per dictum Fridericum contra Eccleſiam exceſſibus & beneficijs quæ ab Eccleſia recepit appenſis clarius luce videte quod licet draco iſte qui ad illudendum nobis formatus & in Æthiopum eſcam populo Æthiopum datus extitit, vel exiſtit, aquas perſecutionum in ſubuerſionem Eccleſiæ ex ore quaſi flumen miſerit, Apoſtolica tamen Sedes nequitiam eius inæſtimabili beneficiorum numero ſuperauit. Nam olim eum ab annis teneris illorum morſibus qui terram eius & ſanguinem ſitiebant in via confuſionis expoſitum, parentum & amicorum ſolatio pene nudum videns mater Eccleſia protinus circa ipſum nutricis officium & baiulæ miſericorditer executa illum pallio Apoſtolicæ protectionis operuit, de laqueo venantium eripuit, multis ſudoribus, multis laboribus & expenſis ad Regni ſolium & coronam Imperij ſublimauit, inſuper hoc ei feciſſe modicum reputans & ſibi Regnum Hieroſolymitanum ſubijci, & illum vbique per orbem exaltari procurans, licet ab eodem multiplici læſam ſe afflictione doleret: à paucis tamen retroactis temporibus ſibi contra Henricum natum eius qui partem non modicam Alemaniæ eius iuriſdictioni ſubtraxerat potenter aſtitit, & in-*

flicto-

Sal. An. 1239. ſtictorum ſibi per eum oblita vulnerum ipſum quaſi de nouo in Imperatorem erigens Theutoniam Apoſtolicis literis ipſius deſiderio reformauit. His & alijs quæ non ſufficimus recordari beneficijs conferens munimenta decoris. Sed iſte baculus impiorum terræ malleus vniuerſæ conturbare terram, regna concutere & orbem deſertum ponere cupiens libertatem Eccleſiaſt. in dicto Regno Siciliæ in opprobrium ſeruitutis extremæ adducens, & Eccleſias quas vt eorum teneritudine ventrem ſuum impleret quaſi iam penitus exoſſaſſet ſordidis oneribus & angarijs opprimens eas bonis ſacris vſibus dedicatis ſpoliat, perſonas Eccleſiaſt. mancipat carceri, ipſaſque in examine vetito accuſationes ſuſcipere, talias ſoluere, & bona Eccleſiaſt. ſe à vexationibus redimant exhaurire, & poſtremo exulare coartat Eccleſias paſtorum ſolatio denudatas non permittit ſibi ſponſum eligere, viduitates deponere, donec alicuius adulterinis amplexibus per impreſſionem extiterint copulatæ, de Chriſtianorum habitaculis conſtruens Babylonis, & ædificia in quibus diuinum nomen excolitur illic transferens, vt Mahometus perditus adoretur, turbas vndecumque collectas Crucifixi fidem & nomen publice in eodem regno prædicari prohibuit, recuperationem terræ Sanctæ & negotium Crucis impediens ad eius conſummationem ſubſidium ſuorum conferri fidelium interdixit, contra iuramentum priſtinæ pacis inter ipſum & Eccleſiam reformatæ nobiles priuatos caſtris & alijs bonis ſuis, vxoribus & liberis captiuatis loca ſua proſcriptos relinquere, domicilia in aliorum transferre Coloniam, in croceis nutritos amplexari ſtercora, & ad extremam coegit inopiam deuenire, nec non de afflictione comprimit pauperes famulari, id tanto fortius Deo diſplicere putamus, quanto ipſos verius credimus innocentes. Quid plura? Baronibus, militibus & alijs nobilibus, hominibus eiuſdem Regni Siciliæ ad formam & conditionem ſeruorum inaudita crudelitate redactis, iam pro maiori parte ipſius Regni habitatores non habent de proprio vnde ſtramine vili quieſcere, nuditates ſuas rudi ſacco contegere, ventrem poſſint pane miſiacio ſaturare. Cumque vlulatus ac clamores dictarum Eccleſiarum & hominum à tempore dicti Honorij prædeceſſores noſtri Eccleſiæ aures continua deploratione pulſaſſent & iam vix poſſemus eas abſque læſione conſcientiæ ſub diſſimulatione tranſire, ipſum ſupradictorum ſcelerum non ſemel ſed pluries nuncijs & literis noſtris monuimus ac longa patientia temporibus expectauimus retroactis, ſi forſan oculos ſuos ad Cælum erigeret, exutus veterem hominem, nouumque indutus, manus ſuas à tanta perpetratione facinorum cohiberet, de petita inſuper emendatione, dubij adhuc, nolentes ſtatum eius proceſſu proſpero gratulari, eo cum armis Lombardiam intrante mandauimus, vt in locis pro quacunque cauſa interdicto ſubiectis ipſo præſente interdictum minime ſeruaretur, eundem Fridericum literis noſtris admonentes, vt ne Crucis negotium quod ad vtilitatem Eccleſiæ & totius populi Chriſtiani fuerat ordinatum impediri valeret præciſe in nos compromitteret, ne ſi contra Romanos armata manu procedens tantam daret exempli perniciem præſumeretur à pluribus, quod cæteros Eccleſiæ feſelliſſet. Cæterum quia recuperare ſciſſuras ſchiſmatis noſtra incumbit officio ſeruitutis pro ſedanda Imperij & Lombardorum diſcordia tantum Præneſtinum Epiſcopum commiſſo ſibi Legationis officio illa conſideratione prouidimus deſtinandum, vt ſibi à quibuslibet diſcordantibus minori haberetur ratione ſuſpectus, quo ſuis actibus minus ſæuiendi odij vel amoris ingereret, quòd à mundo & carne ex ſuſceptione ſacræ religionis aſtrictus in diuini amoris altitudinem euolaſſet. Noſter igitur detractor reſpondeat, quid ex hoc nobis & eidem Epiſcopo poterit imputari, ſi Placentiæ inter Patres & filios, affines, conſanguineos & germanos ordinata concordia eo præſente & proteſtante, quod id ſaluis honore & iuribus Imperatorum & Imperij & quorumlibet aliorum fieret conſummatam accipit. Quinimo recte blaſphemus intelligit ſibi ad infamiam merito reputari, quod cum ad ipſius & nunciorum ſuorum inſtantiam Venerabilem Fratrem Oſtienſem Epiſcopum, & dilectum filium Thomam S. Sabinæ Presbyterum Cardinalem pro pace iuxta formam conceptam ab eiſdem nuncijs inter Lombardos & Imperium reformanda ad partes eaſdem tranſmiſimus, idem dictis Legatis petita & ampliora adimplere pacatis, & deluſis nobis reformationem pacis noluit acceptare. Ecce nunc intelligite qualiter Imperij iura conculcauimus ex præmiſſis aduertite qualiter hic à nobis fuerit impeditus, qui longo & inani labore ſuos & ſuorum, humeros decreuit potius contra

quam

Sel. An. 1239 *quam paſſus extiterit per nos iura Imperij reformari. Propterea illatis Eccleſiæ non contentus iniurijs data quibuslibet rebellibus noſtris à noſtra ſede repulſis & concuſſo fidei capite quod ſuperædificauit Dominus impulſu eiuſdem Friderici Ferrariam & alias quaſdam villas & terras in Lombardia contra iuramentum præſtitum veniens temere occupauit. Super quò & alijs nos credens detinere verbis inanibus dictos Panormitanum Archiepiſcopum & alios nuncios ſuos cum literis de credentia ad noſtram duxit præſentiam deſtinandos. Quibus offerentibus nobis ſatisfactionem ſuper præmiſſarum offenſarum emendationem verbalem ante & poſt ipſorum à Curia noſtra receſſum Sardiniam & Meſſanam occupare ad Romanam pertinentes Eccleſiam non omittens ipſo facto ne vltra eius correptionem expectaremus edocuit, ac non deberi ſibi fidem vel ſuis nuncijs adhiberi operis euidentia demonſtrauit. Ex quo id ſolum in conſcientia ſua legens quod cor eius ad conterendum Eccleſiam & Catholicam fidem dirigit de nobis quibus ſe iam quocumque fraudis vellere occultare non poteſt, non immerito ſuſpicatur quod ipſius pœnitentiam habentes iuſta ratione ſuſpectam, cum melius ſit occurrere quam poſt inflicta vulnera remedium inuenire, ad auertendas ſuorum progreſſuum ſemitas officium Legationis dicto Notario commiſimus, quod nequaquam iuxta ipſius ſuſpicionem id fecimus, ſed vt per eum bellorum cladibus, animarum corporumque periculis obuiare poſſemus. Ex præmiſſis igitur & alijs nequeuntes de ipſius correptione ſperare, & dolentes nos eius promiſſionibus totos fuiſſe deluſos prædictum Fridericum de Fratrum noſtrorum conſilio excommunicationis ſententia duximus innodandum. Qui quamquam ex hoc perditum intellectum reſumere & coram Deo potius humiliari deberet, eo tamen amplius furens, quoniam ſuam confuſionem agnoſcens veretur fortius, vt Eccleſia obſtetricante manu educatur coluber tortuoſus nos experientia noſtra meritis indignos aſſerens qualibet officij auctoritate publice populis per nos prædicta legari ſententia minime potuiſſe, ſuis præſumptuoſe literis aſſerit, & nos qui temporibus noſtris patrimonium Eccleſiæ per Dei gratiam non modicum ampliauimus ſuper dilapidatione bonorum Eccleſiaſticorum inordinato diſpoſitionum proceſſu, receptione munerum & auri auiditate redarguit, ac contra illum ex illo quod contrahentis inter neptem noſtram & Henricum eius naturalem filium ſponſalibus petitis ſubtraxit aſſenſum prouocari falſo confingit, illud apertius mentiens, quod Lombardis contra eum & imperium corporale præſtitimus iuramentum, ſed quod totius orbis decimas Terræ Sanctæ vtilitatibus reſeruatas conſeruare promiſimus in eius compendium, ſi arbitrio noſtro negotium exponeret Lombardorum. Fatemur enim nos defectu meritorum noſtrorum, indigne eſſe vicarium Chriſti Ieſu. Fatemur nos oneri tanto inſufficientes exiſtere, quod humana conditio non valeret abſque diuino ſuffragio ſupportare: nihilominus tamen vices nobis commiſſas prout melius noſtra permittit fragilitas exequentes, ſecundum quod locorum, temporum, perſonarum & negotiorum qualitas ac natura requirunt diſponendi diſponimus, & cum excellentibus perſonis primo & ſecundum Deum, cum neceſſitas id expoſcit, de noſtræ poteſtatis plenitudine diſpenſamus. Verumtamen non eſt dolor, qui ſic profundo gladio eius feriat animum, ſicut quod dum terminos Regum tranſgreditur non poteſt aggredi officia ſacerdotum, propter quod idem qui auri fame dictum Siciliæ Regem iam redegit in cinerem, credens ex ſe, quod omni tempore vitæ ſuæ pluribus non iuſtitiam precij venalitate corruptus exhibuit, qui in pera ſua reſuſcitans magnum Simeonem luto temporalium maculare poſſet Eccleſiæ puritatem, vt ſic in ſpiritualibus graſſari etiam in ſuis permitteretur ſordibus, remanere murum integritatis Eccleſiæ multis modis, & ſpecialiter oblatione caſtrorum ac parentela inter ſuos & noſtros contrahenda, pro qua nos per quoſdam magnos prælatos & nuncios ſuos pluries requiſiuit, tentauit infringere. Nunc vero quia id nulla inſtantia nulloque ingenio ſicut eſt in curia noſtra notorium à nobis potuit obtinere, quin potius tum ſuis perditioni relictum artium ſuarum fallacijs proficere iam agnoſcit, quaſi neſciat vltra quid faciat, ſeipſum mendacio ſuo in aliorum detractione deturpat more meretricis Ægyptiæ, quæ Ioſeph inuitauit & ab ipſo contemptæ apud virum ſuum accuſauit eundem. Vnum quidem eſt, de quo & ſi pro homine perdito ſic dolendum, lætari non modicum. De Deo regratiari debetis, quod volente

Sal. An. 1239 *leat Domino qui diutius occultari non patitur umbram mortis, iſte qui ſe gaudet nominari præambulum Antichriſti non expectans propinquum ſuæ confuſionis iudicium manibus proprijs effoſſo ſuarum abominationum pariete per dictas literas eius ſuarum produxit in lucem opera tenebrarum, in eis conſtanter proponens, quod per nos tanquam Chriſti vicarium vinculo excommunicationis aſtringi nõ potuit, ſicque affirmans non eſſe apud Eccleſiã à Domino Beato Petro & eius ſucceſſoribus ligandi atque ſoluendi traditam poteſtatem dũ hæreſim aſſerit primo argumento ſibi concludit conſequenter oſtendens quod male ſentias de cæteris fidei Catholicæ articulis, dum Eccleſiæ per quam fides fundata exiſtit auferre nititur cõceſſum verbo Dei priuilegium poteſtatis. Sed minus bene ab aliquibus credi poteſt quod non illaqueauerit ſe verbis oris ſui probationes in Frider. victoria ſunt paratæ, quod iſte Rex peſtilentiæ à tribus barattoribus vt eius verbis vtamur S. Ieſu Chriſto Moyſe & Mahometo totum mundum fuiſſe deceptũ & duobus eorum in gloria mortuis Ieſum Chriſtũ in ligno ſuſpenſum manifeſte proponens, inſuper dilucida voce affirmare vel potius mentiri præſumpſit, quod omnes ſunt fatui qui credunt de virgine naſci Deum qui creauit naturam & omnia potuiſſe hanc hæreſim affirmans quod nullus naſci potuit cuius conceptum viri & mulieris coniunctio non præceſſit, & homo nihil debet aliud credere niſi quod poteſt ratione naturæ probari. Hæc & alia multa quibus verbis & factis Catholicam fidem impugnat ſuo loco & tempore ſicut decet & expedit manifeſte poterunt comprobari. Quocirca curate, ne dictus Frider. corda fidelium fallacibus verbis ſubuertere vel contagione ſui poſſit quomodolibet gregem Domini maculare Clero & populo ſubditis ſupradicta verbis plene & fideliter exponatis. Dat. Later. Nono Iulij. Pontific. noſtri anno XIII.*

Miſit etiam in Germaniam, & ſequentia Principibus renunciare commiſit.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs Magiſtris Alberto Archidiacono, & Philippo de Aſſiſio Nuncio noſtro in Alemania commoranti, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

R*ationalis Spiritus exultantis extra ſuos terminos naturæ compatitur, & à naturali potentia, frequenter rationis excidium deploratur. Sed cum hæc duo deformationis vulnera ſentiunt, de illatis ſibi paſſionibus ad inuicem conqueruntur. non quod rationi, vel naturæ poſſit ineſſe deformitas, à qua creator creaturam ſuam in creando facit penitus alienam, ſed quod actiones proprias toties intentio praua deformet, quod iam corruptelæ vitium videatur naturæ priuilegijs inſignitum. Vnde turbatur ratio, merito natura conqueritur, niſi ius ab iniuria prouocet, ab iniuſtitia vox innocentis appellet, ad tribunal recurratur ſupremi Iudicis, vbi affectus noxij iuſtitiæ limitibus coerceantur.*

Quare Apoſtolica ſedes iuſtitiæ languenti ſuccurrere, ſæuientis iniquitatis occurſibus obuiare . . . . rigore Eccleſiaſticæ reprimere diſciplinæ. Hinc eſt quod dolentes audimus, quod quidam Friderico dicto Imperatori (qui ſicut Herodes Chriſtianam religionem, & in pectore fidelium Ieſum Chriſtum conatur extinguere, & fidem Catholicam, & Eccleſiaſticam libertatem totis molitur viribus conculcare) contra Deum & Romanam Eccleſiam, conſilium & auxilium, atque fauorem impendant. Iſque (quod dolentes referimus) praua mente, Imperio cuius iura, & honores ac Principum conſeruari volumus, & optamus illæſa, pernicioſe incumbat, & incumbit decorem ipſius Imperij, & horem Principum, Imperij lege contempta, & Principum priuilegio cancellato, quoſdam de ipſorum maioribus, quod actibus ſuis illicitis conſentire renuunt, incarcerando, proſcribendo, & proditoriæ necis gladio feriendo, ac paganorum, qui Aſſiſini vocantur (quod inauditum eſt, de quolibet Principe Chriſtiano) gladijs exponendo deturpat. Nonnullos Epiſcopos, præcones Chriſti, rectores fidei, paſtores ouium, medicos languentium animarum, ſpoliatis bonis Eccleſiaſticis & mundanis, de regno quod & Beati Petri patrimonium Epiſcopale, alijſque terris Roman. Imperio ſubiectis, proſcriptione damnabili exulare compellit, ſacroſanctas Eccleſias ſacrilega temeritate profanans, religioſos (quorum vnum de Ordine Fratrum Minorum, abſque iuris ordine, & debita cauſa cognitione horribili crudelitate combuſſit) pupillos, orphanos, pauperes & viduas, tegmine vili nudatas, quaſi ſublatis deſuper carnibus exoßauit.

Excom-

Sal. An. 1239.

Excommunicationis quoque ac anathematis latam contra ſe à nobis ſententiam, contemptis Eccleſiæ clauibus vilipendit, ſolemniter publice ſibi faciens celebrari, vel potius profanari diuina, nec non laqueo damnatæ hæreſis ſe ſuſpendens, eandem ſententiam prædicat non ſeruandam.

Verum cum ex hoc ſubſidio conſilij, & fauore fidelium populorum dictus Fridericus reddiderit ſe indignum, venerabiles Fratres noſtros Archiepiſcopos, Epiſcopos, ac dilectos filios Abbates, Priores, Præpoſitos, & alios Eccleſiarum Prælatos, nec non nobiles viros, Duces, Marchiones, Comites, Barones, & vniuerſos alios Chriſti fideles per Alemaniam conſtitutos, rogandos duximus attentius & monendos, ſub debito fidei Chriſtianæ, quo tenentur D. Ieſu Chriſto, diſtricte præcipiendo mandantes vt præfato Friderico conſilium vel iuuamē operæ vel operam aliquatenus non impendant.

Quocirca diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus eos qui contra præſcriptum mandatum noſtrum venire præſumpſerint, per excommunicationis ſententiam, ſublato appellationis obſtaculo à præſumptione huiuſmodi compeſcatis. Conſtitutione de duabus dietis in generali concilio edita non obſtante. Quod ſi non ambo his exequendis potueritis intereſſe, alter veſtrum ea nihilominus exequatur. Datum Laterani 8. *Kalend. Octob. Pontificatus noſtri Anno decimotertio.*

lxxxv Erat iſte *Albertus* cognomento *Bohemus*, Archidiaconus Paſſauienſis, homo minutulus, curtæ prudentiæ, ſed rigidiſſimus alienę exactor obſeruātiæ. Bauariam accedentē eū humaniſſime habuit *Otho* Dux Bauariæ, & in vulganda Pontif. contra Cęſarē execratione, ad inuidiam ſtudioſè adiuuit, ratus ſe Deo, Eccleſiæ non poſſe deficere. *Albertus* ex magnitudine legationis tumidus, in Epiſcopos etiam imperium ſumpſerat; & nihil reueritus Salisburgenſis, Ratisbonenſis, & Paſſauienſis authoritatem, imperioſè iubet, vt in *Fridericū* fulmen detonarent Romanum. Detrectant ipſi, inficiantes ad ſe pertinere: exequeretur ipſe, ſi vellet, *Gregorij* mandata. Indignatus *Albertus* omnibus diem dicit Landishutæ. Ratisbonenſis miſit legatos, qui à prædonibus impediti, nequierunt vadimonium obire. *Albertus* tamen in Epiſcopum excōmunicationem contorquet. *Eberhardus Salisburgenſis*, qui à *Gregorij* voluntate nunquàm deſciſcerat, eius anathema à nuncijs obtruſum, neſcio quid humanum paſſus, pedibus conculcat. *Rudgerus Paſſauienſis* eum, qui ſimile attulerat, pugno contuſum, vinculis tradit. *Alberto* bellum pronunciat, & armatis velut ad Sacram centuriatis militiam, crucem aſſerit. Nihilo moderatiùs agens *Albertus* in Præſules Auguſtanum, Herbipolenſem, Aichſtettenſem tota, quàm latè patebat, Bauaria, clero populoque vniuerſo, & immorigeris finitimorum diœceſibus triſte in templis, ariſque ſilentium indixit nullo obſequio, & minimo pœnitentiæ fructu. *Otho* verò quietus, nihil diſſidens ab *Alberto*, tragædiam ſpectabat. lxxxvi Monachij comitia agentem, Salisburgenſis monuit, vereri ſe, ne ipſi aliquando malè vertat, hominem Reipublicæ exitiabilem fouiſſe. Tantis territus *Otho* Bauarus & ipſe ab *Alberto* deſciſcit, deſtitutumque in tātis reliquit anguſtijs, vt ad *Conradi VVaſſerburgij* Comitis tutelā confugere, ac deniq; ad corrogandam ab amicis Principibus vitæ ſuſtentandæ ſtipem cogeretur.

Albertus Boemus Pōtificis legatus auſterus.

Otho Albertum deſerit.

FÆDVS PONTIFICIS: VENET., ET IANVENSIVM IN FRIDER. An. 1239.

lxxxvii OBſtinato *Friderico* curauit *Gregorius* Venetos & Ianuenſes de maris litigantes imperio reconciliare; vt in Cæſarem ea ſibi conditione aſſociaret, *quòd Veneti claſſem viginti quinque triremium communibus ſumptibus adornarent, ad redimendum Eccleſiæ regnum Neapolitanum.* Legato *Gregorio Montelongo*, qui populos excitaret ad bellum. Bononiam is primùm, deinde Mediolanum acceſſit, & vtrobique varia belli conſilia habuit. Vario interim claudicante Marte, aciem ipſe aliquandò dirigente *Gregorio* Pontifice; Lombardiæ vrbibus firmo lxxxviii munitis præſidio in Apuliam *Fridericus* ſeceſſerat, vbi bellum acriter à Venetis gerebatur. Parmam, & ſuperato Apenino Lucam ac Piſas peruenit. Piſanos cum in Ianuenſes Eccleſiæ deditos inflammaſſet, Etruriam in ſuas partes traduxit. Inde *Hencio* Italiæ legato aduersùs Anconitanos miſſo, ipſe in Ducatum & Patrimonium inijt ac Viterbium, cum finitimis oppidis ſolo Maieſtatis occupauit aſpectu.

Sal. An. 1239.

LITERÆ FRIDERICI II. VITERBIENSIBVS.

FRidericus &c. Viterbien. fidelibus ſuis &c. Dum conſcientiæ volumina voluimus, dum ciuitates noſtro ſubiectas Imperio, in noſtræ conſiderationis ſpeculo ſpeculamur, in quibus credit noſtra Serenitas ſerenam fidem & deuotionem debitam, congruis temporibus inuenire, occurrit nobis ſpecialiter Viterbienſ. ciuitas, conſueta conſtantiæ, repræſentans monilia, & indeficientis deuotionis circumamicta faleris, ſemper gratis ſatis, Imperio fructuoſis & floridis obſequelis obſequitur, & fidei ſuæ conſtantia ſicut probabilib. argumentis, & euidentiſſimis indicijs demonſtratur. Metitur etiam acies mentis noſtræ cauſas alias, per quas de vobis non indignè ſpecialem confidentiam reportamus. Nam cum dudum à vicinis veſtris graues reciperetis iniurias & preſſuras, contradicente tunc Papa, Serenitatis noſtræ propoſito, quod ad ſuccurſum veſtrum promptis deſiderijs intendebat. Nos adiutorem veſtræ fidei, quam illibatam ſemper ſeruaſtis, Imperio dignum & debitum reſpectum habentes, in auxilium veſtrum Cæſareæ potentiæ vires armauimus, & nobilem militiam Germaniæ bellis expertam ad tuitionem veſtri duximus deſtinandam. Alia etiam vice, iſte qui dicitur papa, defenſoris veſtri nomen aſſumpſit: ſed nos, qui in veſtris læſionibus tangebamur, & angebamur intrinſecus defenſionis onus prompta ſatis voluntate ſuſcepimus, non ipſius verbis inducti, ſed potius conſideratione veſtræ fidei Imperialiter excitati, vbi papæ perſonæ ſudoribus non pepercimus, ſed ſub æſtibus ſolis, ſub tædijs pulueris, ſub galea laborauimus, & lorica in anguſto: cum etiam priuati ſuos labores anguſtant, pro vobis laborabat Auguſtus, nec laborantis votum aeris intemperies retardabat, ſed inducebat nobis labor ſolatium, per quem quies veſtra, & noſtrorum fidelium parabatur. Tunc æraria noſtra patefacta ſunt ſumptibus in veſtræ commodum defenſionis effuſis. Et quia in eis veſtra quærebatur vtilitas, ſpem nobis adfectati commodi redolebant. Ille verò, qui inane nomen aſſumpſerat defenſionis ab hoſtilibus, paſcebat vos verbis, & paſcuorum commoda ſubtrahebat, nec voluit vobis in quantitatis modicæ pecunia tantum mutuo ſubuenire, expectans, vt caſtrum ſuo parandum edulio, de cauerna educeret aliena. Igitur, dum hæc omnia in noſtra lance conſiderationis appendimus, nihil de vobis conſcientia culminis noſtri contrarium ſuſpicio ſuadet. imò firma fiducia pollicetur, quod honorem noſtrum & Imperij, continuatis veſtris deſiderijs adfectatum, brachijs velitis patentibus amplexari, nullo contrario ſpiritu propoſiti veſtri conſtantiam immutante. Cum itaque tempus aduenerit, quo nobis & Imperio ſemper grati, poteſtis fieri gratiores, vos oramus exurgite, mentes veſtras ad contemplandam Imperij ſapientiam & virtutem erigite, noſque principem veſtrum, ac gratioſum agnoſcite poſſeſſorem, parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius, tollite ſeras portarum veſtrarum, vt Cæſar veſter rebellibus terribilis, & vobis veniat manſuetus, in cuius aduentu, quieſcant ſpiritus, qui vos hactenus fatigabant. Eccleſia autem, vt ſuper ijs & alijs vobis beneplacitum maieſtatis referemus plenè, verbotenus mittimus ad vos V. de Saxo forti fidelem noſtrum, cui ea, quæ vobis ex parte noſtri culminis dixerit, tanquam ab ore noſtro prolata, curetis indubitanter credere, & efficaciter adimplere.

Pontifex in ſummum vrbis timorem adductus diuinam vt ſolicitaret opem cum clero & populo, Sacra Apoſtolorum Petri & Pauli capita protulit, & cruce præmiſſa, cui ligni ſalutiferi portio ineſt, à Laterano in Vaticanum proceſſit. Vbi orationem ex ambone collacrymans habens, *Friderici* inſimulauit ſæuitiam, & eccleſiæ perſecutionem, remiſſionem offerens peccatorum, qui aduersùs *Fridericum* hoſtem eccleſiæ, crucem ſumpſiſſet, nec paucos accendit. Itaque *Friderico* mox infeſta ad vrbem ſigna ferenti, legiones cruceſignatorum oppoſuit. Cum autem ille aliquot eorum cepiſſet, rabie efferatus, caput eis in quatuor partes diſcidit, aut ferro candenti Crucis ſignum impreſſit in fronte. Ponè populato agro, in Campaniam tranſijt à conuitijs in Pontificem non deſiſtens. Inter alia ei ſcripſiſſe fertur. xc

Roma diu titubans, longis erroribus acta
Corruet, & Mundi deſinet eſſe caput.

Cui Pontifex reſcripſit

Niteris in caſſum nauem ſubmergere Petri,
Fluctuat, aſt numquàm deſinet eſſe ratis.

Re-

Sal. An. 1240 Cuſpinian: in Frider. 2

Replicauit tumidè *Fridericus*

Fata volunt, ſtelleq. docent, auiumq. volatus:
Quod Fridericus ego, malleus orbis ero,

Repoſuit Pontifex

Fata volũt, Scriptura docet, peccata loquũtur:
Quod tibi vita breuis, pœna perennis erit.

Inter preces, quibus Pontifex Cœlum fatigabat, dulcem illam *Hermanni contracti* Monachi antiphonam, *Salue Regina* certis diuinæ rei horis addidit recitandam: campanæ ad Chriſti corporis & ſanguinis confectionem pulſarentur. Laudes Mariæ Virginis ſpeciali oratione in matutinis celebrarentur; ſalutatio eiuſdem Deiparæ tum diluculò tum crepuſculò, dato ſigno campanæ ab omnibus genuflexo ter repeteretur; oblata indulgentia plenaria, qui Cruce Signati contra *Fridericum* arma geſtarent. *Montelongus* interea Legatus vehementiùs vrgens, ſecurus abſente *Friderico* non defuturam victoriam; Ferrariam, quæ iuris Pontificij erat, à *Salinguerra* occupatam adoritur. Dux ipſe Venetus adfuit cum *Azone Marchione Eſtenſi*; vindictam Veneti repoſcentes, quia *Fridericus* ex turre Tranenſi *Petrum Theupolum* Ducis filium, Mediolanenſium Prætorem, laqueo Veneta ſpectante claſſe ſtrangulari mandauerat. Anno itaque MCCXL *Ann. 1240. Ferraria obſidetur*



xci Ferraria IV. Non. Febr. vndique obſidione cingitur. Sed *Salinguerra* opibus *Icilini* acerrimè reſiſtente, nihil profuerunt. Demùm ſuperueniente *Iacobo Theupolo* Venetorum duce, inſtaurata oppugnatione, cœpit Iunio Menſe *Hugo Rambertus* (qui ſecundas poſt *Salinguerram* in vrbe partes tenebat) magnis hoſtium inductus promiſſis de pace verba miſcere. Cui *Salinguerra* reſpondit: *Mihi pax placet, ſed quæ hoſtes longè ab vrbe propulſet*. Tum Hugo: *Ego verò omninò pacem componi volo*. Ita *Salinguerra* ad concordiam coactus, accepta fide, in hoſtium egreſſus caſtra, confectis tabulis vrbem tradidit legatis *Iacobo* & *Azoni* qui *Stephanum Badoarium* prætorem, *Azonem* Eccleſiæ vicarium conſtituerunt; *Salinguerra* autem ſenex Octogenarius non obſtante fide, vel clericali honore Venetias ablegatus, dolore in carcere extinctus, ad D. Nicolai humatur. Eius domus in exemplum dirutæ. *Hugo* non minùs hoſti, quàm amicis ſuſpectus, clam vrbe profugit, ſequentibus plurimis. Reliqui ſe imperata facturos promiſerunt. Ita *Azo* ſolus Ferrariam tenuit. IV. Non. Iun. Nec longè poſt *Icilinum* ipſum prælio victum, in ipſa acie ferro ſuſtulit, tyrannum ſui temporis potentiſſimum, totiuſque humani generis barbarum hoſtem. xcii

Tenpolus laqueo donatur. Dedita

CONCILIVM LVGDVNENSE. Ann. 1240

xciii EOdem tempore victis apud Damaſcum Chriſtianis ſuaſerunt Cardinales Pontifici Generale aduocare concilium, vt laboranti Reip. excogitaret remedia; nec *Fridericus*

Sal. An. 1240.

cus diſſentit. Edictum itaque, omnes vbique terrarum Epiſcopis Romæ in diem Reſurrectionis, anno adeſſe ſequenti. Interim de Lombardorum afflictione ſolicitus, *Fridericus* Cremonenſibus ita ſcripſit. *Tantus nos amor, & cura Italiæ ſedandæ ſolicitat, tanta ſolicitudo comitatur curas noſtras de fidelibus noſtris à perſequutione hoſtium releuandis, vt nullæ Regni noſtri deliciæ, nulla quies, nec aliqua poterunt nos ſolatia detinere, quin expeditis in Regno, & anxietate negocijs ad egreſſum Regni celeriter properantes omiſſa quiete, æſtiuis caloribus, & caſtrenſi pulueri nos daremus, accidit autem inter occupationes, & curas publicas perſonam noſtram præ infirmitate corporis incurriſſe dicraſiam, quam cum virtute vicimus. Quare in priſtinam conualeſcentiam reſtituti, fortiores facti, & timores æſtiui temporis contemnentes cœptum iter adductis viribus, & vndique potentia noſtra congregata proſequimur, & in Romaniolam procedentes quocunque rebelles occurrerint, per noſtram potentiam ſub pedibus noſtris oppreſſuri.* Inde itinere per Marchiam menſe Aprili facto, Aſculoque recepto in Romaniolam venit. Ibi cum *Paulum Trauellarium* hoſtium principem Rauennæ mortuum cognouiſſet, vrbem inuaſit, & cepit; nec multò poſt inducias vſque ad conſummationem indicti Concilij cum Pontifice pepigit, Mediolanenſibus tamen, eorumque ſocijs excluſis. Hi iure timere ceperunt à *Friderico*, vt rebelles; à Concilio, quia hæretici haberentur. Vtrique tamen occurrere laborantes, *Friderici* accuſationibus reſponderunt: hæreticos vltimo ſupplicio damnarunt. Cæſari cum in Romaniola ſola obſtaret Fauentia, eam (licet eius ambitus quinque milliaria expleret Italica) arcta obſidione circumdedit. Præerat *Michael Maurocenus* Venetus patritius: Ad ſex menſes durauit obſidio per hyemem niuium & aquarum copia redundantem, ſumma animorum obſtinatione. Domibus, tabernaculis ac pontibus factis, ita eſt continuata, vt exercitus quaſi in alia ciuitate collocatus ſub tecto degeret, & oppidani deditionem facere cogerentur. Interim *Gregorius* Pontifex duos legatos Cardinales, *Iacobum* epiſcopum Præneſtinum, & *Othonem* diaconum S. Nicolaî in carcere Tulliano trans Alpes miſerat, vt Epiſcopos frequentes ad Concilium aduocarent, & cauſam Pontificiam aduersùs *Fridericum* defenderent ſedis detractorē. Suſpectum cum eſſet *Friderico* conciliū, vbi hoſtis præfuturus eſſet, cui Epiſcopi vel abdicationis metu, vellēt, nolēt, cogerētur ſeruire; tentauit literis ad Reges miſſis, Epiſc. dimouere.

xciv Fauentia obſeſſa.

xcv Fridericus Concilium turbat.

EPISTOLA FRIDERICI II. AD REGES GALLORVM.

INeffabilis veritatis teſtem, ſupremæ iuſticiæ iudicem obteſtamur, quòd cùm apud vos & alios principes, illum autorem tranſgreſſionis arguimus, cuius verenda tegere filialis reuerentiæ debito coarctamur, rubore multo perfundimur: nec ad hæc aliter diſpendij noſtri cura ſollicitat; vel timor aſtringit, niſi quòd totius reip. Chriſtianæ, ſed omnium maximè ſecularium dignitatum veremur ex noſtra taciturnitate iacturam, & proximam ex dilatione ruinam. Nam vt exempli perniciem taceamus, quæ ſæpe labitur à mundi primatibus, & viris præcipua dignitate conſpicuis, ad priuatos: ecce quod Chriſtianorum debet & poteſt corda compungere, poteſt & debet ad lachrymas oculos commouere, quòd iſte noſter ſummus pontifex, Eccleſiæ generalis archipater, & Catholicæ fidei procurator, Mediolanenſium hæreticorum perfidiam fouere non deſinit: imò ſic in ipſorum fauore continuò amplius atque perfectius obſtinatur, vt nec ipſum ab hoc zelus diuinæ calamitatis amoueat: nec priuata correctio ſeparet: nec infamia ſeculi generalis abducat. ſic eſt in obſtinationis huius ſtoliditate firmatus, vt reſipiſcentiam tranſgreſſionis, ad vitium, & perſeuerantiam, reputet ad virtutem. Qualiter enim ad multam inſtantiam Lombardorum contra nos inconſulto calore, proceſſerit, ſatis vos publica fama perdocuit: qualiter etiam cùm contra nos, religionis debito, & pontificatus grauitate depoſitis, hoſtiliter arma capiens, ſe ducem & principem noſtrorum rebellium ſtabiliuit, nos vniuerſale Concilium, & ſpecialiter nunciorum veſtrorum præſentiam petierimus, ſerenitatem regiam credimus non latere. Demum noticiam veſtram non latuit, qualiter ex quorundam ex fratribus eius inſtantia, qui pro reparatione tanti diſcriminis, pacis conſilia cogitabant, præter omnium requirentium ſpem noſtra magnificentia condeſcendit: vt Lombardis prorſus excluſis, permitteremus eundem,

ab

Sal. An. 1240. *ab inſuetis ſacerdotum infeſtationibus pro temporalis treugæ ſubſidio reſpirare, vtpote qui pro ſedatione ſcandali generalis, & Terræ ſanctæ ſubſidio procurando, reperiri modos & vias metiebamur ad ſalutem, & pacem. Sed Romanæ ſedis antiſtes, vtpote pacis æmulus, & non magis in perfidia fidem, quàm perfidiam in fide ſeruans: Lombardos eoſdem, quibus confœderatus fuerat, à treguarum ipſarum fœdere non eſt paſſus excludi: totius orbis diſſidio, Mediolanenſium hæreticorum, ac ipſorum ſequacium ſuffragia proponendo. Cui, cùm in participatione tanti ſceleris aſſentiri nollemus, vt læſæ maieſtatis noſtræ reos, ſub prædictarum treguarum inuolucro pateremur inuolui, vel ipſos vllo modo papæ præſidio communiri. Tandem, poſtquam vidit eoſdem rebelles noſtros propria virtute deficere, nec ipſis poſſe remedium temporalis quietis offerre, ad artes illas poſtmodum ſe conuertit, ſatagens nos per N. epiſcopum ad noſtram præſentiam accedentem, inducere: vt cum pro reformatione pacis inter nos & Eccleſiam, veſtros & quamplurimorum regum nuncios, ac nonnullos de Occidentalibus partibus principes & prælatos, ad ſynodum intenderet euocare: Lombardos prædictos, Excellentiæ noſtræ bannitos, in treguas cum ipſo, vſque ad proximum feſtum reſurrectionis Dominicæ, contrahendas comprehendere deberemus: cauſam fingens, vt ex particularibus treguis, largior occaſio ad vniuerſales præberetur. Audite mirabilem calliditatis aſtutiam, conſyderate ſigna prorſus à qualibet veritate remota. dum pacem habere vobiſcum ſe ſimulat, vt Lombardos, ad tempus pro treguarum ſuffragio reſpirantes, contra nos ſecurius in rebellione confirmet: vtque contra nos, ad diſcordiam. medio tempore venientium ad vocationem ſuam ſubſidia prælatorum licentius præparet, ſpem nobis concordiæ pollicetur. Et vt euidenter ad oculum videatis, quòd pro diſcordia potius Concilium indicat, quàm pre pace, formam conuocationis attendite. In qua nihil omnino de futura pacis tractatu deſcribitur: dum negaſum nobis ante Concilium, poſt rebelles noſtros per nos aggreſſos hoſtiliter, nititur aduocare. Conſyderate perſonas, dum ſpretis magnificentiæ noſtræ nuncijs, per quos ſibi tractatum pacis huius frequenter obtuliſtis: nunc manifeſtos excellentiæ noſtræ rebelles N. & N. cum quibus in necem noſtram, data ſibi pecunia, prout eſt publica voce notorium, coniurauit, vocat expreſſis nominibus ad ſynodum ſuprà dictam. Verùm quantumcunque ſint clara calliditatis indicia, quibus iſte Romanus pontifex, noſtram circumuenire credidit puritatem tamen ob reuerentiam ſummi regis, ſic epiſcopo nominato duximus reſpondendum: Quod nos cum ſacroſancta Romana eccleſia, matre noſtra, diſcordiam aliquam non haberemus. ſed ab eius Romani pontificis impetu iuſticiam Imperij defendimus, & iniuriam propulſamus. Nihilominus tamen pacem cum ipſo ſemper habere optamus. Propter quod, quo generale mundi diſpendium euitemus, & tractatus pacis, à remotis partibus non quæratur. Per eundem epiſcopum & alios bonos viros, iuſticiæ noſtræ conſcios, & communis concordiæ zelatores, ad præſentem tractatum pacis, vt mala de medio citius auferantur, obtulimus nos paratos: treguas etiam, nobis velut ad guerræ præſidia munitis, infeſtas intre conceſſimus cum eodem, ſperantes per eam velut ſalutiferam ſcalam poſſe ad alta palatia pacis aſcendi. Lombardos etiam, ex nexu treguarum huius Excellentia noſtra rebelles, ſicut ſemper excluſimus, ſic & in perpetuum excludemus: nec inter nos & eum durante præſenti diſcordia, vocari Concilium per eundem, velut per publicum Imperij hoſtem permittemus. Præſertim cum nobis, Imperio, & terræ principibus indecentiſſimum iudicemus, cauſam noſtrorum ſecularium poteſtatum, Eccleſiæ foro ſubijcere, vel iudicio ſynodali. Sed omnibus ad ipſum Concilium conuocatis, per terram noſtræ ditioni ſubiectam, ſecuritatem quālibet denegamus. Quapropter Serenitatē regiā precibus exoramus, quatenus ad prælatos omnes regni veſtri, vulgata programata diuulgetis, vt nullus ſub ſecuritatis noſtræ fiducia ad ſynodum ipsā accedat. Nos enim, quantumcunque fidelibus regni veſtri, ob amorem præcipuum, quem erga vos gerimus, libentiſſime deferamus: præſumptuoſam tamen temeritatem eorum, qui prohibitionis noſtræ temerarij violatores, ad inimici noſtri vocationem accedent, nos non deceret vlterius æquanimiter tolerare.*

Alia Epiſtola Friderici II. Regibus narrans proceſſum inter ipſum & Papam.

V*T iuſticiam & innocentiam noſtram, tam vos quam alij reges orbis & principes*

Sal. An. 1240. cipes agnoſcatis, ecce proceſſum totum ſuper diſcordia inter nos & iſtum ſummum poncificem & prædeceſſorem ſuum habitum, præſintibus denotamus. Nec tamen in hoc ſtare tantummodo fidei noſtræ volumus, ſed quicquid tenori ſcripti præſentis inſerimus, parati ſumus, per ſufficientia documenta monſtrare. Primùm quidem ſcire vos credimus, qualiter Innocentius alius prædeceſſor iſtius, ſub cuius pallio & tutela, nos nedum impuberem, ſed infantem mater noſtra dimiſerac, contra nos in Imperio, cuius principes nos in regem elegeranc, & nos in vita patris noſtri aſſumere in Imperatorem iuraucranc, Othonem de Saxonia veterem aduerſarium noſtrum, & domus noſtræ, in Imperatorem in noſtrum præiudicium conſecrauic, qualiter comicem G. de Brenna, qui velut gener Tancredi regis mortem noſtram, & ſanguinem ſitiebat ſub defenſionis noſtræ ſpecie, miſit in regnum: qualiter etiam Gregorius nonus, prædeceſſor iſtius, ſub ea occaſione, quòd nos in termino nobis dato, infirmitate grauati, tranſire nequiuimus vltra mare, contra iuſticiam primitùs excommunicationi ſubiecit. Poſtmodum pro ſeruitio Ieſu Chriſti peregrinantibus nobis, regnum noſtrum hoſtiliter vſurpando, qualiter de vltramarinis partibus redeuntes, recuperata terra noſtra quam ceperat, pacem cum ipſo firmauimus, quam nullo credidimus tempore violandam: quam licet ipſe nobis in parte ſeruare negauerit, requiſitus, cum ciuitatem Caſtellæ, per ipſum turbationis tempore occupatam, reddere nobis nollet ex pacto, in multis alijs noſtram viſus eſt offendere maieſtatem. Nos tamen, nedum illatas diſſimulabamus iniurias, verum etiam ſeruire ſibi ſub infinitis laboribus noſtris & ſumptibus, nitebamur, nos opponendo Romanis pro recuperatione iurium Eccleſiæ, quæ Romani prædicti nequiter occuparant. Cum quibus poſtmodum papa præfatus pacem compoſuit, nobis inſcijs & contemptis. Nec illud ignorare vos patimur, qualiter nos de prædicto ſeruicio diebus antè proximis recedentes, in Theutonia, ad corrigendum Heinrici primogeniti filij noſtri errores, fauoris ſui literis præcedentibus, occultè nuncium ad principes deſtinauit: per quem mandauit eiſdem, vt nullum de filijs noſtris, vel de genere noſtro, in regem ſibi aſſumerent, prout ydem principes nobis poſtmodum retulerunt. Et ſic quem pro impenſo ſeruitio, publicè credebamus habere propitium, latenter inuenimus inimicum: qualiter etiam paratis nobis in Italiam deſcendere pro recuperandis non minus Eccleſiæ, quàm Imperij iuribus, pro vltramarino negotio procurando, & ordinando ſtatu pacifico regionis ipſius, miſit nobis obuiam epiſcopum Preneſtinum, nunciorum noſtrorum contradictione contempta: qui non ipſum velut inimicum noſtrum, ſed Antiochiæ patriarcham velut amicum in tranſmarino negotio requiſierant pro legato: qui prænominatus epiſcopus à deuotione noſtra Mutiuam tentauit auertere, & Placentiam, in qua veluc originarius eius, munitiones quas poterat euidenter auertit contra nos, ne tranſire poſſemus: quanquam hæc fruſtra tentauerit Lombardorum exercitum congregando. Obtenta deinde cum auxilio Regis regum de Mediolanen. prauitate victoria, dum Lombardi contra nos & Imperium, de ipſorum reſiſtentia deſperarent, ad eundem ſummum Poncificem, qui eos fauore palliato protexerat, defugerunt, aſſerentes, quod ni ſi ipſos à nobis papa præfatus & fratres, publica defenſione defenderent, ad noſtrum & Imperij redire dominium cogerentur.

Fridericus eiſdem & ſuper eiſdem, conquerendo de ſummo pontifice.

LEuate in circuitu oculos veſtros, arrigite filij hominum aures veſtras, videte generale orbis ſcandalum, diſſidia gentium, generale iuſticiæ doleacis excidium, exeunte nequitia à ſenioribus Babylonis, qui populum hactenus regere videbantur, dum iudicium in amaritudinem, & fructum iuſticiæ in abſynthium conuertunt. Sedete principes, & intelligite populi cauſam noſtram, de vultu Domini iudicium prodeat, & oculi veſtri videant æquitatem. Scimus enim, & in ſupremi iudicis virtute confidimus, quod vos cum apud pondus & menſura fuerit, profectò modeſtiam & innocenciam veſtram in iudicij veſtri libra præponderare videbitis, calumnioſis detrahentium labijs & venenoſis adinuentionibus factionum. Sed nec nunc primùm credimus noſtram iuſticiam, & reſidentis in throno Domini prauitatem, ad publicam mundi notitiam deuenire, quin præter agillimæ famæ præloquium, quæ frequenter in maximis virginibus, aurium deflorat auditum, nos ipſi, quos primitus rumor eduxerat, ſubſequentibus poſtmodum veſtræ Serenitatis adfectibus firmaremus,

Sal. An. 1240. remus, qualiter iſte nouus athleta ſiniſtris auſpicijs, factus pontifex generalis, amicus noſter præcipuus, dum in minoribus eſſet ordinibus conſtitutus, beneficiorum omnium, quibus Imperium Chriſtianum ſacroſanctam ditauit Eccleſiam, oblitus, ſtatim poſt aſſumptam ſuam fidem cum tempore varians, & mores cum dignitate commutans, ac habens, quodammodo de publica perturbatione pruritum, in nos ſummum, & vnicum Eccleſiæ filium, ſuæ malignitatis aculeos acuiſſet, dum occaſione ſumpta, quod papa imminens ſcandalum euitandum ſacramento præſtito, & illata contra nos excommunicationis ſententia, nos ad certi temporis ſpatium obligauerimus tranſituros, aduerſa valetudine corporis præpeditos, adiectis capitulis alijs, de quibus antea nunquam fueramus admoniti, excuſationibus noſtris, contra Deum & iuſtitiam omnino reiectis, excommunicationis ſententia nos denunciauit adſtrictos: cui velut in nos primitus cum noſtra voluntate prolatæ, cum humilitate paruimus, abſolutionis beneficium priſtina nobis incolumitate corporis reddita, poſtulantes, dum nos ad tranſitum pararemus inſtanter, quo petito & iniurioſè negato, in Terræ ſanctæ ſubſidium ſub piæ voti proſecutione tranſiuimus, æſtimantes vicarium Ieſu Chriſti ad eius negotium potius, quam ad concepta maleuolentiæ, contra nos odium adſpirare. Sed is, quem ſperauimus, ea ſolum modo quæ ſurſum ſunt ſapere, & viſu cæleſtia contemplantem, mente credidimus in cæleſtibus habitare, ſubitò inuentus eſt homo: quinimmo per inhumanitatis opera, non ſolum à veritate ſepoſitus, ſed à qualibet humanitate deſertus: dum præter impedimenta quæ nobis in Syria præparat per nuncios & legatos, qui Soldanum literis ſuis, quas nos captis eorum latoribus in publicum teſtimonium reſeruamus, ne nobis terram diuino cultui deditam redderet, cum regni Hieroſolymitani viribus munierunt. Regnum noſtrum Siciliæ violenter intrauit ſumpta occaſione, quòd Raynerius filius olim ducis Spoleti, præter ſcientiam & voluntatem noſtram, prout nos poſtmodum per ipſius pœnam expreſſimus, terram Eccleſiæ parabat intrare, & non prout ſancti regna per fidem vicerunt, ſed perfidiam & periuria prædicat vniuerſis. Et ſi qui in periurium prædicatione ſolummodo prouocari non poterant, prouocarentur exemplo, dum ipſi præfecti papalis exercitus, quo terram facilius obtinerent, nos captos in Siria manifeſtè iurabant. Redeuntibus tamen nobis de partibus tranſmarinis, & iniuriam noſtram propulſantibus ſolum, nec iuxta magnificum morem Imperij procedentibus ad vindictam, per concordiæ modos verbum pacis libenter admiſimus: Romanam matrem noſtram eccleſiam ex agnitione catholicæ fidei reperiſſe cognoſcimus: ſed patrem ſemper inuenimus ſimulatum, dum & reconciliationis die, viam noſtræ confuſionis excogitans de nobis redeuntibus in Italiam, ſub inermi & domeſtica comitiua, nobis inſtantiſſimè perſuaſit: occaſionem fingens, ne velut ex priori & armato proceſſu timoris cauſam noſtris fidelibus præſtaremus: aſſerens, quòd nobis omnia planiſſima faciebat, cuius contrarium per nuncios & literas ſuas, manifeſtiſſimè procurarat: prout conſtat teſtimonio plurium noſtrorum fidelium, qui tunc temporis erant omnium conſcij, velut ex eis quidam participes, & alij principes factionis: propter quod filio & principibus noſtris de Germania, omnibus ad vos venientibus, per rebelles noſtros itineribus publicis præpeditis, ac eodem filio noſtro apud Aquileiam nauali præſidio, cum ſumma difficultate recepto, & in Theutoniam abinde deſtinato, in regnum de neceſſitate rediuimus, vtpote quos ad conterendam rebellium noſtrorum nequitiam, patris conſilium vel aſtutia potius miſerat imparatos: vbi quodammodo reſpirantibus nobis, & capeſſentibus requiem poſt labores, tunc ſubitò Sanctiſſimus pater noſter, noſtræ quietis inuidus, conſultoris ſibi perſonam adſumpſit, inſtantiſſimè perſuadens, vt contra Romanos excellentiæ noſtræ deuotos, & alios rebelles noſtros de Thuſcia, qui iura Eccleſiæ, & Imperij detinebant, procederemus audacter, de ſuo fauore ſecuri, quia nobiſcum noſtra & Imperij pondera participare volebat. Et ſic ad multam eius inſtantiam Romanos, qui tunc temporis Viterbium impugnabant, in fauorem Eccleſiæ nos oportuit diffidare, eodem mittente literas latenter ad vrbem, quod hæc præter ſuam conſcientiam, & mandatum faceremus in odium Romanorum. Et cum interim quadam ſeditione ſuborta, oportuiſſet nos neceſſario conferre Meſſanam, vt factionis

Sal. An. 1240 *inchoata, principijs obſtaremus i iſta ſolummodo occaſione. prætenta, quod tam nobilem noſtram Siciliæ inſulam noluimus amittere, nobis irreqniſitis, & omnino zelatis, contra communem opinionem huiuſmodi gentium, quos belli ſocios & participes ſtatuit non relinqui, fœdus inijt cum Romanis, per uos ad mandatum eius, vt diximus, diffidatis, non attento, quod nos ſub dubia fide, & honoris noſtri fortuna, inter rebelles & ſeditioſos ipſos remanentes inermes, copioſam & ſtrenuam militiam armatorum, in eius ſubſidium miſeramus, quanquam perſonaliter nequiuerimus intereſſe. Adhuc tamen conſcientiæ noſtræ fidelis integritas, & pura deuotio, quam ad matrem noſtram ſacroſanctam Romanam eccleſiam habebamus, nouercalia delinimenta patris agnoſcere filium non ſinebant: quid qnod erat iuſtitiæ, crimini impntantes, ſatisfactionis noſtræ cauſam, in nouercantis patris arbitrio poneremus, qui tanta nobis vice qualibet illudebat acerbius, quanto conſtantius vberioris ſpem arbitrij promittebat. Medio itaque tempore, dum in negocio Italiæ, pro populo ad honorem Imperij componendo, ex præteritorum coniectura diſcriminum, nulla ſpes remanſiſſet nobis in poſterum, vel exilis, ac proſecutionem eandem opportuno tempori ſernaremus, expectationibus noſtris repente credidimns adluxiſſe fortnnam. Reiterata diſcordia inter Eccleſiam & Romanum imperium, in qua ſic magnificè theſauros noſtros effudimus, & perſonam, quod omnem omnino conſcientiæ prauæ rubiginem, de maliuolentium cordibns credidimus eruiſſe. His omnibns non contenti, vt de nobis prorſus indubitata ſecuritas Eccleſiæ præberetur, circa ipſam zelo ſummæ deuotionis accenſi, & incentiuo perfectæ charitatis inducti, ad iſtius papæ præſentiam, perſonaliter inimus, etiam non vocati, ducentes nobiſcum C. filium noſtrnm, nunc in Romanorum regem electum, regni Hieroſolymitani hæredem: quem nobis tunc temporis, fratris ſui manifeſta tranſgreſſio, filium vnicum, in paterna dulcedinis affectione reliquerat, ac eundem poſt oblatam Eccleſiæ perſonam noſtram, in totum obſidem, Summo Pontifici nos offerre non puduit, vnionem omnimodam inter nos & Eccleſiam, ſub atteſtatione diuini iudicij poſtulantes, quam dum nobis iſte prælatus Eccleſiæ generalis, dum eſſet epiſcopus Hoſtien. ſuaſerat expetendam: propter quæ omnia dum ſerenam nobis totius Curiæ faciem, affectio demonſtrata prætenderet, & verba gratiſſima tam ſummi pontificis, quàm curialinm omnium ſynceram oſtenderet etiam voluntatem: cum eis omnia, perfeciſſe credentes, ſub intentionis noſtræ facto propoſito, nec minus ſub obſequiorum noſtrorum fidncia diſſentionis cauſam, inter nos & Lombardos, in ſinu corrupti iudicis totaliter ſuffocatam, & ſeditionem diſcordiæ inter nos & ciues Aconenſes ac nobiles, deuotione promptiſſima duximus exponendam. Sicque de negociorum noſtrorum omnium proſpera conſumptione ſecuri, in obſequium Eccleſiæ perſonaliter alacri voluntate proceſſimus, cum exercitn copioſo, quem ſub magnis ærarij noſtri ſtipendijs congregari, tam de Germaniæ quàm de Italiæ partibus feceramus: nec prius à concepti propoſiti proſecntione deſtitimus, quàm libertatem Eccleſiæ conculcatam in vrbe, & terram exterius occupatam, in ſtatum priſtinum & debitum, noſtra potentia reformauit: indubitabiliter æſtimantes, vt quod obtinere prius fauor iuſticiæ noſtræ non poterat, deuotionis obſequia mererentur. Sed audite retributionem mirabilem, quam pro tanta deuotione, pro tot beneficijs, pro tam indubitatæ fiduciæ firmamento, Chriſti vicarius, paſtor Eccleſiæ, noſtræ catholicæ fidei prædicator, nobis in ſingulis reddere procurauit. Inprimis, ſuper vltramarino negotio, quicqnid per archiepiſcopum Rauennatem, tunc Apoſtolicæ ſedis legatum, ſecundum formam expreſſam, ab Eccleſia ſibi datam: videlicet de reducendis nobis & C. filio noſtro in poſſeſſionem plenam & priſtinam, omnium nobis iurium ſubtractorum, in regno fuerat rationabiliter ordinatum, ſtatim aduenient e Cæſarienſ. Epiſcopo, nec legato prædicto, nec nuncijs noſtris ad Curiam venientibus expectatis, nec vlla maiori mora protracta, niſi qnatenus delatos Biſantinos iuuare inordinatè ex toto deſtructum negotium Italiæ fuit, & nedum quod ad honorem noſtrum, ſicut promiſerat, ordinaret. Imò petentibus & inſtantibns nobis ad reuocationem hoſtium noſtrorum, qui in Lombardia & Thuſcia fideles noſtros tunc temporis diuiſis ſuis exercituum copijs, deuaſtabant: nec nos cum mi-*

litibus

Sal.An. 1240 litibus noſtris, quos tunc in partibus illis, vt diximus, pro Eccleſiæ ſeruitijs habebamns ire, permiſit: nec alios nuncios ſeu literas voluit deſtinare. Ex quibns bella campeſtria ſnnt, & quàm plnrinm ſtrages hominum, ac incendia ſnbſecnta. Adhuc etiam tanta ſuperioris neqnitia non contentus, ciuitatem Caſtellæ, per ipſum retroactis temporibus, turbationibus occupatam, qnam reddi nobis fratrum omnium conſilia ſuadebant, receptis trecentis libris illius monetæ, quæ ad quingentarum marcarnm numernm non aſcendnnt, nobis cum eo permanentibus in Reate, & pro eo multa marcarum milia expendentibus reddere recuſauit. Ecce, qualiter pater noſter Sanctiſſimus nos amabat, demum ſuper profectibus noſtris omnibus, & ſuper pacificanda nobis Italia, de qualibet patris vel vitrici noſtris potins beneuolentia deſperare coacti adprehendimns arma & ſcutum, viros de Thentonia partibus, ad quos congregandos diebns illis præuaricatio filij noſtri nos de neceſſitate vocauerat, propter ingreſſum Italiæ, congregatis militibus ſtrennè iuſtitiam noſtram armauimns, quam adſequi precibns minimè poteramns. Quod cum ad notitiam ſummi Pontificis perneniſſet, ſnb prætextu treguarnm, pro Terra ſanctæ ſnbſidio fidelibns popnlis, & terræ principibns indictorum armatum nobis ingreſſum Italiæ, per Apoſtolicas literas interdixit, oblitus, qnod ab ipſo eodem die, quo prædictas treguas indixerat, nos tanqnam adnocatum & defenſorem Eccleſiæ requiſiuit, quod contra Romanos, qnos ſibi iura Eccleſiæ ſubtraxiſſe dicebat, potenter procedere deberemus. Iniquum in nobis reputans, quod domum noſtram, poſſeſſionem & pactionem habitam, quam nobis rebellium noſtrorum, rebellio fnrioſa præcluſerat, viriliter ingredi nitebamur: quod iuſtnm crediderat in Romanis qni patri ſno vel auo, vel parentibns ſuis in nnllo prorſus extiterant obligati. Adiecit præterea in literis antedictis, quod de negocijs Lombardiæ in ipſnm præciſe, & ſine adiectione temporis, & conditione aliqua, nullo iure & honore Imperij reſeruatis compromittere deberemns, vel qnod nos in perpetunm à inris noſtri cniuslibet proſecutione ſuſpenderet, vel ius & honorem Imperij liberè ſnffocaret: quod enm nobis, nec noſtrorum conſilia principum,

nec præteritorum ſtipendiornm memoria ſnaderet, ad alias artes poſtmodum ſe conuertit, mittens obuiam in veſtimentis albis lupum rapacem, epiſcopnm Præneſtinum per qnem apud nos literis Apoſtolicis, de vita ſanctiſſima commendatum, Placentiam nobis ſubditam, & noſtris amicam, ad Mediolanenſis factionis periuria reuocauit, per ipſnm firmiter æſtimans, ſic vniuerſaliter & in totum, fideles noſtros euertere, vt proceſſns noſtros in Italiæ partibus eneruaret. Qua ſpe diuina clementia, quæ ſuum tuetnr Imperinm, omnino fruſtratus, clamantibus apud eum rebellinm noſtrorum incendijs depopulationibus rerum, & ſtragibus occiſorum, qui ipſum de data eis rebellionis ſecura fiducia, necnon de fide mentita, eo quod contra nos & Imperium ipſis aſſiſtere promiſiſſet publicis vocibns arguebant. Et qnia iuxta petitiones eornm occaſione prædicta, iuſtè nos excommunicare non poterat, impedimenta clandeſtina noſtris proceſſibns vndique præparanit, literas & legatos per Imperium, & vbique per orbem, vt quoſcunque à fide & deuotione noſtra ſeduceret, deſtinando: non poterat tamen noſtrorum fidelium fides, & amicornm adfectio, conſcientiam noſtram latere nolentes, adhuc vinci à malo, ſed in bono malum vincere cnpientes, ſolemnes nnncios noſtros B. venerabilem Panormitanenſ. Epiſcopum, Florentinum & Reginum Epiſcopos, Magiſtrnm Thadæum de Sueßa, magnæ Curiæ noſtræ Iudicem, & R. Porcaſtrellnm, capellanos dilectos, noſtros fideles, ad ſedem Apoſtolicam dnximns deſtinandos. Quibus oblata ſibi per nos ex parte noſtra deuotione omnimoda, & vnione tractata contra hæreticam prauitatem, & pro Eccleſiaſtica libertate, de reformandis Eccleſiæ, & Imperij iuribns, diutius inter nos & Eccleſiam expetita, ſummus pontifex, de præſentium fratrnm ſuorum conſilio, legatione noſtra in omnibus ſuis capitulis acceptata, per eoſdem & archiepiſcopum Meſſanenſ. quem ad nos pro parte ſna nuncium deſtinauit, excellentiæ noſtræ promiſit, quod ceſſari Cæſari mandaret vbique locornm ab impedimentis omnibns, quæ ſe noſtris proceſſibus obieciſſe coram fratribus ſuis, & nuncijs noſtris manifeſtiſſimè fatebatnr, prout hæc omnia per teſtimoniales antiſtitum præfatorum omninm literas manifeſtiſſimè comprobantur. Cum qua reſponſione nuncijs noſtris & ſuo, ad

Sal. An. 1240. noſtram præſentiam redeuntibus, priuſquam per tres dietas à Curia receſſiſſent, eis omnino celatis, in confuſionem ipſorum, G. de monte Longo, quem prius ad nos nuncium miſerat, & contra nos poſt modum ad euerſionem Mantuanorum, & aliorum noſtrorum fidelium ſtatuerat, in Lombardiam cum legationis officio plenè miſit: arbitrans, quod quanto maior ſibi daretur authoritas, tanto maiora nobis & noſtris impedimenta pararet. Præterea principibus noſtris prælatis Italicis, & Germanis nobis in Curia noſtra manentibus, literas deſtinauit, ſuggillationem famæ noſtræ non modicam continentes, certis articulis interclusis, & ſpecialiter grauaminibus, quibuſdam Eccleſijs regni noſtri, vt dicebatur illatis, ſuper quibus mandauit nos per eoſdem Principes admoneri. Quorum articulorum omnium, & reſponſionum noſtrarum adſingula ſeriem vobis ſub teſtimonio publico mittimus intuendam, quibus omnibus coram principibus & prælatis, ac religioſis quamplu ribus quibuslibet alijs ordinatè, & ſigillatim oſtenſis, quanquam de patris inſtabilitate confuſos ſe filij reputarent ac verecundia capitis præſentium rubor ora perfunderet, nihilominus tamen de eorum conſilio prædictos Panormitan. epiſcopos, & magiſtrum Thadæum, & alios excellentiæ noſtræ legatos, cum nuncijs ciuitatum noſtrorum fidelium, ad ſedem Apoſtolicam duximus emittendos, per quos ad ſatisfactionem omnem mora qualibet, & difficultate poſtpoſitis, obtulimus nos paratos. Sed nec in ijs omnibus auerſus eſt furor eius, quin dictus euangelizaus pacem Chriſti vicarius, ſed author ſchiſmatis, & amicus erroris, contra traditionem ſanctorum Patrum, audiens nuncios noſtros portantes omnimodas noſtræ deuotionis literas per dietam vrbi vicinos, & metuens, ne ſuperuenientibus ipſis obice vallo iuſticiæ, ſine publico ſcandalo fortè procedere non valeret., ex præfeſtinantia nimia conceptum edidit abortiuum, in nos ſupremum Chriſtianorum Principem, die Dominica Palmarum, contra ſolemnem morem ſacroſanctæ matris Eccleſiæ: & in cœna Domini poſtmodum ſententiam præcipitando, per quam, ſicut per famam audiuimus, licet hæc credere minimè debeamus, contradicente ſaniori parte fratrum ſuorum Cardinalium, de quorundam Cardinalium Lombardorum conſilio, excommunicationis vinculo nos dicitur adſtrinxiße, præpeditis nuncijs noſtris, per fautores & ſatellites ſuos, de patrimonio pauperum ſoldatos, qui iam applicuerant, ne ad allegandam noſtram innocentiam & iuſticiam, ac demum ſatisfactionem offerendam, etiam ad præſentiam ſuam & aſpectus publicos peruenirent. Sed eſto licet nos ſingulari quadam & publica infamia papam offendiſſemus, ò quam perperam & inordinatè contra nos proceſſit, & bullientem intrinſecus ſpiritum niſi euomuiſſet, ſuam nequitiam editurum, interitus crepuiſſet. Dolemus tamen, & ex corde turbamur propter verecundiam vniuerſalis Eccleſiæ matris noſtræ, quam Dominus Ieſus Chriſtus ſub ſpecie virginis glorioſæ, in paſſionis teſtimonio diſcipulis commendauit nobis per talem, quem meritò iudicem non habemus, nullam nobis poſſe fieri iuſticiam, licet iniuriam fieri reputemus: vtpote cum Papa ſe prius inimicum capitalem, non iudicem noſtrum, & opere fuerit profeſſus & verbo, rebelles & hoſtes Imperij publicè confouendo: indignum præterea tanti cohertione principis, & qualibet pontificalis officij dignitate ſeu authoritate ſe reddit, dum Mediolanenſ. ciuitatem, quæ pro maxima parte teſtimonio religioſorum, & quamplurimum fide dignorum inhabitatur hæreticis, contra nos & Imperium manifeſto fauore euetur: & R. de ciuitate Mediolanenſ poteſtatem delatione epiſcopi Florentini, viri vitæ probabilis, & famæ probata, in plerifque Capitulis ſuper hæretica prauitate conuictum, ob odium noſtrum, & Mediolanenſ. gratiam non admiſit. Illum præterea Chriſti vicarium habere, & Petri ſucceßorem ac diſpenſatorem animarum fidelium, indignum fatemur, non ob dignitatis iniuriam, ſed ob perſonæ defectum, qui diſpenſationes cum fratrum deliberatione magna faciendas, in camera ſua, more mercatoris cuiuslibet, in libra mercationis appendit, celatis fratrum conſilijs, cum quibus ſecundum eccleſiaſticam diſciplinam deliberare tenetur, exiſtens ipſe bullator & ſcriptor, & forſitan numerator. De quibus quaſdam diſpenſationes inſignes, præterire ſilentio non valemus, per quas Sybillam natam Comeſtabulis regni Cypri, contra ſeparationis ſententiam ſuper hæc per epiſcopum latam, de non habitando ſimul præſtito ſacramento, Gallieno de N. & N. ſororem Ioannis de Caſarea, Iacobo de N. qui prius ſororem ſuam deſponſauerat proditoribus noſtris, ſibi gradu tertio contingentibus,

Sal. An. 1240. *bus, inuicem conceſſit vxores, percepta non multa pecunia quantitate: veruntamen quod quantitati vel numero defuit, odij noſtri qualitas excompenſauit. Defectum itaque & pręuaricationem ipſius in illo dolemus, quod contra nos nobiles & potentes Romanos, ſibi ſatellites & fautores acquirat, effuſione pecunię non contentus, ipſius caſtra & poſſeſſiones ſanctis patribus, deuotione pia fidelium donata, Romanam eccleſiam noſtro patrocinio commendatam, dilapidando largitur. Itaque non miretur vniuerſalis Eccleſia, nec reges aut principes, & populi Chriſtiani, ſi nos talem ſententiam iudicis non veremur, non in contemptum papalis officij, vel Apoſtolicę dignitatis, cui omnes orthodoxę fidei profeſſores, & nos ſpecialiter prę cęteris fatemur ſubeſſe, ſi perſonę prauaricationem arguimus, quę ſe ſolio tanti regiminis monſtrauit indignam. Et vt omnes primates nominis Chriſtiani ſanctum intentionis noſtrę propoſitum, & internę deuotionis zelum in nobis agnoſcant: & quod non ex odij fomite, ſed ex cauſa iuſtiſſima Romanus princeps, contra Romanum antiſtitem commouetur, dum metuit ne grex Dominicus ſub tali paſtore per deuia deducatur. Ecce quod ſacroſanctę Romanę eccleſię Cardinales, per ſanguinem Ieſu Chriſti, ſub atteſtatione diuini iudicij per literas noſtras & nuncios obſecramus, vt generale Concilium prælatorum, & aliorum Chriſti fidelium debeant euocare, nuncijs & noſtris & reliquorum principum accerſitis, in quorum pręſentia nos ipſi pręſentes, cuncta quę diximus ſumus oſtendere & probare parati & his etiam duriora. Nec minus illa probabili ratione turbamur, quod iſte Rector Eccleſię, qui debet eſſe virtutum quarumlibet, & conſtantię maximę vas electum, contra promiſſionem ſuam literis ſuis de fratrum conſcientia nobis factam: per quas in reſtaurandis Imperij iuribus non deeſſe nobis, ſed adeſſe promiſit conſilio, auxilio & fauore pręter perſonę noſtrę blaſphemiam, ſic manifeſtè, ſic nos apertè proſequitur, cum licet conſcientię noſtrę librum ſolicitè reuoluamus, nullam in nobis occaſionem inuenimus aut cauſam, per quam iſte inimicus homo debuiſſet contra nos tam acriter commoueri, niſi quod cum ipſo contrahere de nepte ſua deſponſanda Henrico naturali filio noſtro, nunc regi Turrium & Galluri, magnificentia noſtra incongruum credidit, & reputauit indignum. Vos ergo reges & principes orbis terrę, nec ſolum nobis, ſed Eccleſię, quę congregatio eſt fidelium omnium condolere: cuius caput languidum, princeps eius quaſi leo rugiens, in medio Prophęta eius vęſanus, vir infidelis, ſacerdos eius pollutus, ſine iuſtitia faciens contra legem: nobis tamen prę cęteris mundi principibus, defectus talis ſummi pontificis, eſt meritò deplorandus, qui veluti viciniores & propinquiores adfectione pręcipua honores gerimus, & ipſius onera pręſentimus. Sed nec illud obmittimus, quin Serenitatem veſtram rogemus, vt contumeliam noſtram, ad veſtram iniuriam reuocetis, ad domum veſtram cum aqua currite, cum ignis accenditur in vicinis. Cauſam motus pontificalis attendite, & cur hęc in fauorem noſtrorum rebellium procuratur: quę cauſa licet ad pręſens expreſſa non fuerit, procul dubio tamen ſimilia vobis & veſtris imminere pericula timeatis. facilis enim aliorum regum & principum humiliatio creditur, ſi Cæſaris Romani potentia, quę prima iacula ſuſtinet, conteratur. Hęc eſt cauſa nanque pro vero, videlicet de Lombardis, quę cor Papę pungebat intrinſecus, licet ipſam foras educere propter veſtrum & audientium ſcandalum, non auderet, pro qua vobis per ſpecialem nuncium ſuum fide dignum, cuius ad hoc teſtimonium inuocamus, oretenus expreſſe promiſit, quod ſi negocium Lombardorum in eius manibus poneremus, ne dum quod in aliquo magnificentiam noſtram offenderet, verum etiam totius orbis decimas, Terrę ſanctę neceſſitatibus deputatas, noſtris vſibus applicaret. Nec eſt mirum, inſtantibus enim & acutis Lombardorum aculeis pungebatur, quibus prout aliquorum prælatorum confeſſione recepimus, de aſſiſtendo eis contra nos & Imperium, corporale pręſtitit iuramentum, qui eos peregrinantibus nobis in partibus Syrię, pro ſeruitio Ieſu Chriſti tranſmiſit in regnum. ſed cum turpis fuerit iſta promiſſio, fidem frangere licitè poterat, & edictum variare decretum. In quorum fauore rem auditu horribilem, & diſcretione qualibet ac ratione carentem, facere minimè formidauit, cum enim per Pergamenſ. Briſcienſ. & Cumanenſ. epiſcopos, & alios prælatos, nos faceret admoneri, quod vel ſatisfactionem Lombardorum, per ipſum deberemus accipere, vel treguas pro Terrę ſanctę ſubſidio per quadriennium, vt ſuprà diximus, indictas obſeruare Lombardis, eum ab*

indi-

Sal. An. 1241. *indictarum treguarum tempore iam quadriennium exceſſiſſet, nos rem tanti conſilij, ad deliberationem noſtrorum fidelium, modico temporis ſpatio ſeruaſſemus, monitoribus ipſis, de approbatione legati prædicti G. de monte Longo, fidelis noſtri, qui apud Mediolauenſ. interim morabatur, inducias approbantibus ſupradictas, prout hæc omnia liquidò prælatorum præfatorum teſtimonio approbantur, medio tempore, nec voluntatis noſtræ iudicio, nec fidelium noſtrorum conſilijs expectatis, conceptum virus euomuit contra nos, prout aliquorum relatio retulit ad depoſitionis ſententiam procedendo. Ha Deus, Ha crudeliſſimè pater, & pontifex, qui vt ſeruum redimeres, filium perdidiſti propter quod veſtram & omnium potentiam manuum exigimus adiutricem, non quod ad propulſationem talis iniuriæ nobis noſtra non ſufficiant munimenta, ſed vt totus mundus agnoſcat, quod honor omnium tangitur, quicunque de corpore ſecularium principum offendatur.*

Hiſce inſidijs noua epiſtola occurrit *Gregorius*, vrgendo præſules, vt ad diem conſtitutam adeſſent. Erant *Friderico* plurimi exercitus: vni ipſe præerat in obſidione Fauentiæ: alterum *Hencio* filio tradidit, vt in mari Tyrrheno legatos & epiſcopos ad Concilium venientes interciperet, & in ora Ianuenſi fines Ianuenſium, qui à ſe defecerãt, infeſtos haberet: tertius in Marchia Anconæ erat, & Valle Spoleti; quartum miſerat in terram Sanctam duce *Rodulfo* Mareſcallo ſuo ad tuenda, quæ acquiſierat. Quintum *Conradus* filius Rex Germaniæ contra Tartaros omnium maximum ducebat. Poloniam Hi Hungariamque vaſtantes, homines in ſeruitutem trahentes, moniales, templa polluentes, Chriſti Ieſu Sacratiſſimum corpus cœlitibus venerandum, impuro pede calcantes, omnia terrore complebant. xcvi

DEDITIO FAVENTIÆ. EPISCOPORVM CAPTIVITAS. Ann. 1241.

xcvii VEre incunte, cœpit *Fridericus* validius vrbis muros machinis verberare, qua in re theſaurum exhauſit, vt deficiente Pecunia ex Corio cogeretur ſignare monetã: ab vno latere effigie ſua, ab altero Aquila inſignitam Imperiali, eique valorem aurei auguſtalis conſtituit, promiſſione per præconem facta, finito bello in aurum permutandam, quod ſanctè ſeruauit inſigni argumento, valorem & pretium monetæ non natura, ſed hominum æſtimatione, lege, conſuetudine, ac hominum opinione introduci. *[moneta coriacea]* *[monetæ valor ab hominũ opinione.]* Muris in multis partibus laceratis, cum adhuc obiectis corporibus Fauentini reſiſterent, ac victoriam impedirent, cuniculos agi ſub terram iuſſit; quibus repentè patefactis, Cæſarei plurimi euaſerunt in vrbem, ſed acriter à Fauentinis repulſi. In his rerum anguſtijs veriti obſeſſi, ne deficientibus in dies cibarijs diù ſubſiſtere non poſſent, tenuiſſimum ac viliſſimum quenque vrbe excedere compulerunt. *[Fauentia anguſtiata]* Mox grauiùs macerati, vxores etiam cum liberis emiſerunt. His in conſpectum *Friderici* profectis, magnoque eiulatu maritis ſuis veniam implorantibus, ſubiratus reſpondit, *Recipite vos ad viros veſtros, qui quia mei aliquando miſerti non ſunt, indignum eſt, vt à me miſericordiam conſequantur, qui me nuper in ſua vrbe incluſum, clauſis portis ſubito opprimere impetu vſque adeò ſtuduerunt, vt alium mihi ſimilem, & armis meis indutum ſpecie decepti necarint, ac me dominum ſuum interemiſſe crediderint; matris verò meæ per vrbem tranſeuntis mannum, quo inſidens vehebatur, ſine vlla verecundia mutilarint.* Sic inedia ac languore confectas in vrbem redire coegit. Hac ſpe deiecti Fauentini demum ſacerdotes miſerunt, petitum, *vt ſibi liceret incolumi ſalute tantùm cum fæmoralibus ægredi, quocumque præcepiſſet in exilium profecturis.* *[Placentia dedita]* Quibus ille dixit: *Quia vos me in proſperitate redeuntem agnoſcere noluiſtis, nec ego vos in calamitate clamantes audire volo. Qui enim dum poteſt, quoad poteſt, delinquit: dignus eſt, vt quantum puniri poteſt, puniatur.* Tunc Fauentini cibarijs omnibus conſumptis ſqualore, fame, ac deſperatione confecti, ad pedes eius venerunt, & lacrymabili deditione obſtinatum animum expugnarunt. Nam quos morte afficere propter graues ab illis acceptas iniurias conſtituerat, eos & viuere, & ſua habere permiſit, vt ad Regem Anglorum ſcripſit idem *Fridericus*. *[Venia Placentinis data]*

Cum ciuitas Fauentiæ ſuis diffiſa meritis, & propria munitione confiſa beneficio temporis hiemalis auſa fuerit noſtræ rebellionis viribus præſtare repagulum, veris tamen reſtituto

tempore

Sal. An. 1241. *tempore hac eadem ciuitate, machinarum no-
ſtrarum incurſione quaſſata, muris ruentibus,
& foſſoribus noſtris penetrantibus per mea-
tus ſubterraneos intima ciuitatis, vt manua-
liter inter ciues, & bellatores noſtros bella
concurrerent, & oporteret eos pro minis corpora
cominus præſtare gladijs exponenda, ſumſe-
runt ſanius pro eorum ſalute conſilium, quibus
expugnatio vicinum excidium minabatur, &
ad implorandam noſtram miſericordiam con-
tinuo clamore ſæpe conuerſi, die Dominico deci-
mo quinto, die Aprilis, mandatis noſtris, & be-
neplacitis ſe præciſe mancipaurunt ſubijcientes
in noſtram miſericordiam ſuas pariter & per-
ſonas præſtitis fidelitatis debitæ iuramentis,
& illicitis iuramentis, ſi quæ fuerunt, abiura-
tis. Ad quorum receptionem noſtri comes Impe-
rij ſemper indiuiſa, & iuſti arbitra modera-
minis clementia nos induxit, quæ victoris
animum vicit, vt cum victis miſericorditer
ageremus, rati glorioſiorem eſſe victoriam mi-
ſereri conuerſis, quàm in eorum caſu vlciſci
miſerabili; pium genus vindictæ putantes
ignoſcere noxis, dum potuimus ferius vindi-
caße. Remiſſa eſt igitur gratis offenſa, licet non
minima, & rei Imperialiter abſoluti, ciuium,
& ciuitatis ſtatu ſub noſtro, & Imperij iugo,
quo nihil ſuauius, aut dignius eße probabunt,
pro rerum qualitate diſpoſito.*

Similem ſcripſit Ezelino.

*Licet præ ſuis diffiſa meritis, ex conſcien-
tia grauium quas in nos commiſerat
offenſarum, diſtulerat hactenus mandatis no-
ſtris fauiſſe Fauentia, noſtra tamen obſidionis
viribus auſa eſt aliquandiu reſtitiſſe propter
hyemis intemperiem, quæ ſuam diffidentiam
confouebat, nunc autem verni temporis adue-
nienti temperie, quo ciuitatis eiuſdem muris
& machinis dirutis, & foſſis noſtris ſubterra-
neis intima penetrantibus ciuitatis, vt bellum
tam interius, quàm exterius gereretur, & ci-
ues ipſos oporteret corpora pro muris exponere,
qui aggreſſorum noſtrorum inſultibus expete-
bantur, quo minus gladijs bellatorum, & à
victorioſo exercitu noſtro nullatenus confide-
rent ſe tueri. Quapropter ad implorandam no-
ſtræ manſuetudinis gratiam, veluti qui vici-
num etiam incumbens exterminium formida-
bant, tota ſe vniuerſitas illa conuertit: vt qui-
bus expugnatio proxima mortis periculum mi-
nabatur, vita minus indulgentia noſtra tri-
bueret, & miſericordia quæ ſuperexaltata iu-
dicio poſcebatur, vt manifeſtis eorum exceſſi-
bus locum veniæ repararet. Ad clamores igitur
& implorationes populi noſtri, quem quidem
vocata rebellio ſi factis æquitas reſponderet,
ad exauditionem indignè reciperet, inuictum
à victorijs omnium animum clementia noſtra
vicit, & cum victis miſericorditer agere nos
induxit, die tali venientibus ad pedes noſtræ
clementiæ Fauentinis, & ad noſtrum bene-
placitum & mandatum in noſtra miſericor-
dia bona ſubijcientibus, & perſonas, fidelitatis
debitæ præſtitis iuramentis, & illicitis qui-
buslibet quæ fecerant abiuratis, eos ad domi-
nium noſtrum & gratiam benignè recepimus,
omnibus eorum offenſis noſtram miſericor-
diam præponentes. cum glorioſæ vindictæ ge-
nus penſemus ignoſcere noxijs, dum potueri-
mus vindicaße, ac felicibus victoriæ noſtræ ti-
tulis aſcribamus ſaluti reſtituere ſubditos, &
viuendi beneficio condemnatos: vt nil ſuauius
vel iſtius atque benignius reſumpto iugo Im-
perij de cætero valeant experiri. nec eſt enim
amicum cædis, nec ad effuſionem ſanguinis
ſacrum aſpirat Imperium: ſed eius illuſtrat
diuina potentia ſolium, miſericordia & veri-
tas ambiunt, pax & iuſtitia complectuntur,
in vbertate manſuetudinis noſtræ, & patulis
amplexibus pietatis immenſæ procedimus,
conuerſionem fidelium acceptantes, & ad re-
bellium pertinaciam edomandam conſtanter
& pertinaciter inſiſtentes: vt qui potentiæ no-
ſtræ manus ſequi voluerint, & in pertinacia
perdurarint, per murorum altitudinem, &
vallorum profunditatem, ad inſtantiam no-
ſtram euadere non confidant. Nec diffidant qui
facilè conuertuntur apud auguſtæ ſedis glo-
riam, miſericorditer gratiam inuenire. Tu ve-
rò, quem intimè zelus fidei noſtræ, facit laboris
& oneris non expertem, quæ pro noſtrorum re-
bellium confuſione, & iuſtitiæ ac recuperandæ
pacis augmẽto nobiſcũ pondus diei & æſtus, in
multis ſumptibus & periculis perſonæ compor-
tas conuerſionem, Fauentiæ ad vniuerſale
gaudium intimamus, qui per indefeſſas vires
& virtutis tuæ conſtantiam nobis victoriæ
titulum vindicaſti.*

Hiſce Friderico occupato, *Gregorius* Pon- xcviii
tifex *Iacobum* Cardinalem Prænestinum in
Gallias, *Othonem* Cardinalem S. Nicolai in
carcere Tulliano in Angliam, *Gregorium de
Monte longo* in Lyguriam legatos miſerat;

vt

Sal. An. 1241.

vt patribus ad Concilium venientibus ſecurum iter pararēt Niceæ miſcebantur conſilia; quomodò ſecuri traicerēt. Incertos, ancipiteſue Ligures ea moleſtia liberarunt, profeſſi ſe eos Romam claſſe incolumes deuecturos. *Fridericus* verò ſecuritate promiſſa ad terreſtre iter inuitabat, cupiens eos de ſtatu rerum ſuarum commonefacere, ac cauſam ſuam eis probare, cum diceret, *ſe à Pontifice indicta cauſa fuiſſe damnatum, pro hæretico diuulgatum, neque æquum videri, vt cauſa innocentis ab homine inimico, eiuſque amicis rem ignorantibus iudicetur*. Sed his poſthabitis, ac Ligurum freti promiſſis, claſſem ſacri pontifices cōſcenderunt. Tunc *Fridericus* omnia in ſui contumeliam facta interpretans, *Hencium* monuit, vt eos adoriens aut manu caperet, aut alia ratione opprimeret. *Hencius* itaque cum viginti triremibus nouis, atque inſtructiſſimis, Duce *Stollio* pirata ſagaciſſimo, Piſis egreſſus obuiam V. Non. Iun. prodijt ac nauali certamine, Piſano adiuuante, deuictis Liguribus Legatos Pontificis, & ciuitatum fœderatarum nuncios, paucis tantum elapſis, aut captiuos fecit, aut mari ſubmerſit. Ianuenſibus *Guilhelmus Brachius* præfectus erat, quem Prælati ſummoperè rogauerant, vt altum teneret, & nullius pugnæ periculo ſeſe exponeret; ſed recta mare ſulcaret: Nihilominùs ipſe vindicta, & verecundia ductus, Piſanis cedere recuſauit. Tres Liguſticæ triremes vnà cum hominibus & armamentis ſubmerſæ ſūt. XXII captæ fuere: & in his tres legati, ac omnes fere trāſalpini Latiniq; qui ibi erāt, prælati. Regi Sardiniæ quærēti quid de captiuis faciundum prælatis? *Fridericus* reſpōdit

Legati Pontificis capti

Omnes prælati Papa mandante vocati,
Et tres Legati, veniant huc vſquè ligati.

Ab hoc tempore res eccleſiaſtica in dies inclinare cœpit. Cum Prælatis interceptæ literæ, arcana reſerarunt Pontificis, qui clade cognita, regularem quendam S. Dominici pro captiuorum liberatione miſit, ſed *Fridericus* reſpondit, *Sapientis non eſt precibus hoſtis obſequi, vel aures præbere. Cum Papa nullum perſequendi finem faciat, nec ipſe de me meliora ſperet.*

xcix Papæ ſ.ios liberari petit

FRIDERICI II. EPISTOLA DE CAPTIVITATE LEGATORVM.

c

ADaucta nobis continuæ felicitatis auſpicia, quibus dextera Domini proſequitur greſſus noſtros, deſiderium veſtrum volumus non latere. Cum enim in obſidione Fauentiæ, præterita hyeme fixa fuerint victricia noſtra caſtra, & inſultibus propter aſperitatem temporis non pateret: ſed machinis & inſtrumentis bellicis, intus & exterius dicta ciuitas quaſſaretur: & muris ex continuo machinarum ictu collapſis: ac per ſubterraneas vias, quas noſtri fecerant, attingentes mænia ciuitatis & intima penetrantes, verni temporis adueniente temperie, ciues non confiderent vlterius ſe tueri: miſericordiam noſtram tandem humiliter implorarunt: & quartodecimo die, præſentis menſis Aprilis, cum omni deuotione ſe ad mandata noſtra conuertentes: quanquam diffiſi meritis, de noſtra tamen quæ ſuis præponderabat exceſſibus pietate confiſi, ditioni noſtræ colla ſubiecerunt, corporali fideli præſtito iuramento, alijſque omnibus illicitis iuramentis, quæ prius fecerant abiuratis. Nos igitur, qui de noſtrorum ſubiectorum conuerſione gaudemus, glorioſum vindictæ genus penſantes, ignoſcere ſubditis, & ſuorum exceſſuum iudicium moderari, ciuitatem eandem, & ciues eius in gratiam noſtram clementer accepimus: & reos abſoluimus, ac offenſas remiſimus, quas patrarant, captiuis eorum liberaliter liberatis: & tandem eis de noſtra gratia confidentiam dedimus, vt victi noſtram miſericordiam conſecuti, victoria quoque noſtræ denuo congaudeant, & nil dulcius, nilque ſuauius iugo imperij ſentiant experiri. Cumque poſt victam & obtentam Fauentiam, ad depopulationem vicinæ Bononiæ, noſtrum properaremus propoſitum inſtantius, & conatus exercitu noſtro potenti, ex diuerſis mundi partibus reſtaurato, accingeremus feliciter, auribus noſtris noua expectata deſiderabiliter occurrerunt: quòd cùm Preneſtinus Epiſcopus noſtri honoris & nominis obtrectator, qui rapacem lupum ſub ouina pelle tegebat, quòd poſſet effugere manus noſtras, patratarum velut ſuarum in nos conſcius offenſarum, frequenter ſpecies hominum, ex alterna rerum & commerciorum varietate contraxit Otho ſancti Nicolai, in carcere Tuliani diaconus & Cardinalis, qui diu legatus fuerat, in partibus tranſalpinis, & contra honorem noſtrum multipliciter machinatus prælatorum turba, quam diuinare nemo poterat, pro Concilio contra nos Roma

cele-

Sel. An. *celebrando, ex diuerſis mundi prouincijs con-*
1241 *gregata, Ianuam venientes, conſpiratione facta cum Ianuen. noſtris rebellibus, & armata ibidem copia galearum: cum quibus duci Romam, & reduci Ianuam conuenerant, ſub infauſtis eorum auſpicijs viam nauigationis aſſumerent. Galeas autem noſtras & Piſanorum, quas ad eorum impedimentum tranſitum, ſolicitudo noſtra diu prouiderat, & parat in locis & portibus, per qua oportebat eos neceſſariò pertranſire, obuias habuere: ita, quod homines regni noſtri, cum victorioſo exercitu noſtro, cum fidelibus noſtris Piſanis, noſtrorum infidelium, Ianuen. galeas potenter adgreſſi, tribus eorum galeis in mari ſubmerſis, & perſonis amiſſis, viginti duas galeas triumphaliter habuerunt: quarum ſedecim ſpecialiter obtentæ ſunt ab hominibus regni noſtri: reliquis ſex, ad manus deuenientibus Piſanorum. in quibus capti ſunt duo prædicti legati, & cum eis G. de Romangia, tertius in ſimul legatus, qui Ianuam, pro eorum paſſagio diſponendo præceſſerat, vt in eodem caſu cum ijſdem legatis firmiter ligaretur. Capti quoque ſunt quàm plures archiepiſcopi, epiſcopi, abbates, priores, presbyteri, procuratores, & diuerſorum nuncij prælatorum ambaſciatores ciuitatum rebellium Lombardorum, qui contra nos ad ipſum Concilium mittebantur: & quatuor milia Ianuenſium electorum, qui pro comitatu eorum, & ducatu fuerant deputati prælatorum: quos omnes carcer noſter includit. Quibus nouis ad noſtram audientiam grata relatione perlatis, quia negotij qualitas expetebat, & rei ſuccedentis euentus maiora felicitatis auſpitia promittebat, conſilium eundi Bononiam reuocantes, propenſiori conſilio verſus Romam victricia caſtra noſtra conuertimus: vbi ſub vexillis potentiæ noſtræ, nos acclamat fortuna felicior, per quam reliquiæ, ſi quæ ſunt noſtrorum rebellium, conſternantur: & capitis humiliata ſuperbia collapſa in ſuo corpore ſeditionis membra tabeſcant. Adiecit etiam manus Domini votis noſtris augmenta ſucceſſuum, & continuauit de cœlo victoriam, noſtrorum titulis triumphorum. Nam cum certa die illi Papienſ. fideles noſtri, vnà cum vicarijs illarum partium, et alijs fidelibus noſtris, ad coartandam per terram Ianuam, quæ in mari proſtrata fuerat, magnificè proceſſiſſent: Mediolanenſ. hoſtes Imperij, ſuo motu præcipites, ſperantes maiora inferre Papienſibus, propter abſentiam ſuorum militum, nocumenta, per comitem G. de monte Longo, quem papa præfecit eis Capitaneum et Legatum, cum buccinis et tubis ſub infauſtis eorum vexillis clauium exierunt: et cum Papienſium finibus vicinaſſent, Papienſ. fideles noſtri cum militibus eorum, qui die illo in ſero ab exercitu, ex inopinato redierant, Domino faciente, pro Mediolanenſ. ſuperbia conterenda, ipſorum aduentu cognito, cum eis audacter et viriliter concurrerunt: et ſub felici noſtro nomine militantes, ipſos potenter adgreſſi, triumphaliter deuicerunt, capientes tubas, buccinas, et vexilla clauium, ac vexillum commune, cum Carocium non haberent. Trecentos quoque & quinquaginta de electis Mediolanenſium victrix, Papienſibus cathena deduxit, præter occiſos, quorum vix poterat numerus æſtimari. Socij verò legati capti fuerunt, ſed de legato ipſo, ſi euadere potuit vel in bello cecidit, quia in miſſione præſentium, non poterat haberi certitudo, quid de perſona ſua ceſſerit, ignoramus. Sed iſtud inter dubia nondum certi credere volumus, in eo, qui noſtrum in ſuo iure firmat Imperium, confidentes, quod tribus in fugitiuo æquore captis legatis, pariter & ligatis iuſtus Dominus, quartum in terra legatum non permiſerit euaſiſſe. quæ omnia tibi ſignificamus ad gaudium, vt ſicut es noſtrorum ſucceſſuum auidus, particeps ſis thriumphi.*

Eiſdem ſuper eadem captione prælatorum & etiam legatorum.

Cum ad depopulationem vicinæ vrbis Boniæ, noſtrum verteremus propoſitum & affectum, prælatorum turbam cum Peneſtrino Epiſcopo, & Oth. ſancti Nicolai in carcere Tuliano diaconi, Cardinalis, noſtris aduerſaturam proceſſibus, ex diuerſis prouincijs congregatam, contigit, ſuo infortunio Ianuam perueniſſe. Vbi conueniente cum eis G. de Romangia, addito legato legatis, vt in ſimul ligarentur, & conſpiratione facta cum Ianuen. rebellibus noſtris, galearum copiam armari fecerunt: cum quibus ad Papam, Romam pro maiori cauſſa coniurauerant aduenire. Ad quorum impedimentum tranſitum, & acceſſum, nos diu ante præuiſam conuenire fecimus apud Piſas victorioſam claſſem galearum. Quæ, eorum præcognita motione

Sal. An. 1241 *tione in locis & portubus, quæ latenter vel in alto mari præterire non poterant, veluti neceſſariò nauigabilia tranſitura, eis tranſeuntibus potenter occurrit: & adgreſſis galeis noſtris, galeas eorum, præpotens Dominus, qui de alto videt, & iudicat æquitatem, viam eorum & excogitatam malitiam meditacur in viribus, & potentia noſtra, quam effugere terra marique non poterant, Domino faciente, legatos ſimul tradidit, & prælatos: & tribus eorum galeis immerſis in mari, ac omnibus qui vehebantur in eis, ſine ſpe recuperationis amiſſis, viginti & duæ galeæ, non ſine magna cæde nauigantium, cum perſonis & rebus victa ſunt à galeis noſtris, & triumphaliter occupatæ. In quibus prædicti tres legati, cum archiepiſcopis & epiſcopis, abbatibus, & multis alijs prælatis, & nuncijs, & prælatorum procuratoribus, & vltra centum ambaſciatoribus ciuitatum rebellium Lombardorum, qui ad præfixum Concilium ire properabant, ac quatuor milia Ianuen. exceptis ſpecialibus & electis perſonis de Ianua, qui galeis præerant & comitatui prælatorum pro ducendis epiſcopis Romam, & Ianuam reducendis, ſicut inter eos fuerat infortunatè conuentum, ad manus noſtras peruenere ligati. vt de Preneſtino illo, qui ſummum contra nos vbilibet odium incitabat, diuinum non defuiſſe iudicium arbitremur, qui ſub latentis lupi ſpecie, in ouina pelle ac agni clamyde Deum incluſum gerere non formidat, & ſciat Deum nobiſcum eſſe, ſicut cum dijs eorum, qui non ſolum per ſacerdotium, ſed per regnum & ſacerdotium mundi machinam ſtatuit gubernandam. Nos ergo ſuum, cælitus nobis Domino reſeruante, conſilium & in plana tot aſpera conuertente, ſudores bellicos & æſtiuos pulueres non vitantes, noſtrum felix iter, & intentionem omnimodam, & conatus, ad ea ſemper dirigimus, quæ nobis & cæteris regnantibus exultationis & gloriæ afferant incrementum, vt vos prædictorum noſtrorum ſucceſſuum participes fieri gaudeamus: quos in omni felicitatis euentu cupimus habere conſortes.*

Rex Franciæ Friderico Imperatori, ſuper liberatione Prælatorum regni Franciæ, captorum per ipſum.

61 T*Enuit hactenus indubitanter noſtra fiducia, quod inter Imperium, & regnum noſtrum longo temporis tractu mutua dilectione firmata, nulla poſſet exoriri materia, odium & ſcandalum paritura. Cum prædeceſſores noſtri, felicis memoriæ, reges vniuerſi vſque ad tempora noſtra, honorem Imperij & ſublimitatem zelauerint, & nos qui poſt ipſos, Deo volente regnamus, in eodem propoſito tenebamur. Nec non antiqui Romanorum imperatores & noſtri proximi, vnum & idem regnum & Imperium æſtimantes, vnitatem pacis & concordiæ ſeruauerunt, & inter eos alicuius diſſenſionis ſcintillula non illuxit. Verùm admirari cogimur vehementer, & non ſine ratione turbari, quod nulla offenſionis cauſa vel materia præcedente, prælatos regni noſtri ad ſedem Apoſtolicam accedentes, cui tam ex fide quàm obedientia tenebantur, nec eius poterant recuſare mandata, in mari capi feciſtis, & eos ſub cuſtodia detinetis, quòd magis moleſtè ferimus, quàm maieſtatis veſtræ ſublimitas fortè credat. Nam ſicut ex eorum literis manifeſtè didicimus, nihil contra Imperialem celſitudinem excogitauerant, etiam ſi ſummus pontifex fuiſſet ad aliqua alia minus debite proceſſurus: vnde, cum in eis nulla detentionis cauſa inueniatur, decet Celſitudinem veſtram, prælatos regni debita reſtituere libertati, in quo vos nobis pacatos reddetis, qui detentionem ipſam, noſtram iniuriam reputamus. Regno enim noſtro ſublimi, multa fieret detractio, ſi ſuper talibus taceremus: quod ſi ad prædicta mentis veſtræ, oculos vultis reflectere, Preneſtinum epiſcopum, & alios legatos Eccleſiæ, in præiudicium veſtrum, volentes ſubſidium noſtrum implorare, manifeſtè repulimus, nec in regno noſtro contra maieſtatem veſtram potuerunt aliquid obtinere. Prouideat igitur imperialis prouidentia, & ponat in ſtatera iudicij ea quæ ſcribimus, nec velit trahere votiua noſtra à ſua potentia & voluntate, nam regnum Franciæ non eſt adeo debilitatum in viribus, quod ſe permittat veſtris calcaribus perurgeri.*

Reſponſiua Friderici Imperatoris, ad epiſtolam præcedentem.

R*Egia ſerenitatis literas Imperialis excellentia intellexit, quæ ſi non haberent in medio contradictionis obſtaculum, fuiſſent fortaſſis apud nos propoſitum conſecutæ, ſed quia modico fermento, tota maſſa corrumpitur, & vniuerſale argumentum deſtruit vnius falſitas ſingularis. Conſtat enim illa regia*

ſcripta

Sal. An. 1241. *ſcripta ſine virtute medij concluſiſſe, quod euidenter ex factis illis ei oſtendimus, quæ ſunt omnibus manifeſta. Notorium eſt enim, & mundus celare non poteſt, qualitèr ille pater Apoſtolicus innocentiam noſtram, vtroque gladio impugnauit, dum nobis ad mandatum ſuum transfretantibus idem aduerſarius noſter & hoſtis, Siciliæ regnum inuaſit, & ipſum non in parte, ſed multimodè lacerauit. Poſtmodum verò, poſt reditum noſtrum in regnum, ad multimodam inſtantiam, & interpoſitionem Alemaniæ principum pace cum Eccleſia reformata, deuotione reſumpta; & ſi ſeruitia noſtra præceſſerint, dictus tamen Apoſtolicus, manus ſuas fortius aggrauauit, & quicquid excogitare potuit, ad præcipitium noſtrum excogitauit, motu proprio ſine cauſa, & in nos excommunicationis ſententiam promulgando, literis & nuncijs noſtræ diffamationis titulos prædicans vniuerſis. Nouiſſimè autem, ad ſupplantationem noſtram adſpirans, vt aduerſus Dauid, turrim conſtrueret Babylonis, prælatos quoſcunque potuit ad particulare Concilium euocauit, orientem præponere cupiens aquiloni. Verùm mirabilis Dei prouidentia, per quem viuimus & regnamus, huiuſmodi prauitatis ipſius conſpiciendo propoſitum, ac ipſius cogitationes vertens in nihilum, Cardinales & prælatos tam regni Franciæ, quam aliarum prouinciarum, in manibus concluſit noſtris, quos omnes tanquam noſtros hoſtes & aduerſarios detinemus. Nam vbi non deficiebat perſecutor, non debebat deeſſe defenſor: præſertim, cum imperium tranſcendat hominem, & leonis veſtigia animalia ſingula pertimeſcant. Non igitur regia celſitudo miretur, ſi prælatos Franciæ, in anguſto tenet Auguſtus, qui ad Cæſaris anguſtias nitebantur.*

Tantis calamitatibus fatigatus Gregorius annis, animique mœrore confectus, è vita deſciuit.

Friderici Epiſtola Regi Angliæ, & alijs Regibus de morte Domini Gregorij IX.

VIctorioſo exercitu noſtro Romanis finibus inſidente, ad quos auiditate componendæ pacis, & voto generalis diffidij remouendi, ſpecialiter Celſitudo veſtra peruenit, publicus ad caſtra noſtra rumor exiuit, quod die præſentis menſis Auguſti, Gregorius nonus Papa, rebus eſt humanis exemptus, vt qui pacem & tractatum pacis recipere denegabat, ad vniuerſalem diſſenſionem aſpirans, vix vltoris Auguſti metas excederet, qui Auguſtum offendere nitebatur reuera mortuus eſt, per quem pax terræ deerat, & vigebat diſſidium; & quàm plures in mortis periculum incidebant: de cuius morte multa compaſſione conducimur, & licet digno contra eum odio moueremur, velut ab eo manifeſtis iniurijs & euidentis inimicitiæ perſecutionibus laceſſiti, gratum tamen compaſſio noſtra duxiſſet, ſi diebus ſuis fuiſſet ab authore ſalutis indultum, quod reuerendam matrem noſtram, ſacroſanctam Romanam eccleſiam, & Romani ſedem Imperij, cui, authore domino, præſidemus, in optata pace ſopitis diſſenſionibus ſtatuiſſet, & ortum de ſuo motu ſcandalum generale, quod valde fuit modernis temporibus Chriſti fidelibus oneroſum, ſuo tempore quieuiſſet. Sed cum aliter viſum fuerit in excelſis apud omnium conditorem, qui nouit in abſcondito conſilia malignantium: rebus diſſidentibus prouidit, & ad clamorem Chriſtiani populi conſolandum: diſponit in Apoſtolica ſede, virum ſecundum cor ſuum, qui ſui prædeceſſoris indirecta dirigat, & malefacta corrigat, totius mundi pacis prouideat, & nos in maternam dilectionem Eccleſiæ dirigat & reformet: ad quod votis ardentibus, totiſque conatibus inſudamus, vt pacis amico, & iuſtitiæ zelatore, in Dei Eccleſia ſubſtituto, ad honorificentiam noui patris, deuotus filius adſurgamus, dummodo prædeceſſoris crimen & odium non ſequatur, ei omnimodam beneuolentiam, defenſionem & patrocinium impenſuri, ad tuitionem catholicæ fidei, & Eccleſiæ libertatis. Cum ad hoc, diſponente Domino, Imperij ſceptrum ſuſciperemus, & Romanum imperium noſtrum ad prædicationem Euangelij ſit præparatum, vt catholicam fidem, & matrem Eccleſiam, à cunctis hoſtium incurſibus noſtrarum virium conatibus eruamus. Præſertim cum ex occidentalibus partibus Tartarorum hoſtis adueniat, qui deſtructis partibus cuiuſque regni, per quas tranſitum habuerat, & diuerſarum multitudine gentium conculcata, ac copia populorum funditus abolere ſatagit, tam nomen, quàm cultores fidei Chriſtianæ, cui de prouidentia noui patris Romani ſubſtituendi pontificis, adſiſtente nobis potentia regum, & principum orbis terræ, magnificè diſponimus obuiare. Adſumentes fiducialiter cauſam Dei, qui noſtros de medio auferet inimicos, vt ex-

Sal. An. 1241 *poſitas ad eius ſeruitium impedire nequeant vias noſtras. Vos igitur diuinæ prouiſioni, ac noſtris affectibus deuoti, & hilares adſurgentes, tam veſtrorum propoſita cordium præparetis ad pacem, quàm armis neceſſarijs corpora muniatis ad conterendam vnà nobiſcum hoſtium venientium ſuperbiam Tartarorum.*

CII Comitijs inde creando Pontifici habitis, cum ſoli decem Cardinales adeſſent, ac ſententijs inter ſe diſcreparent, miſerunt ad *Fridericum* oratum, vt duos Cardinales, quos in cuſtodia tenebat, dimitteret, quacunque vellet conditione, ſine eis namque ſacra non ſperabant comitia. Indulſit *Fridericus* ea conditione, vt ad cuſtodiam redirent, niſi ipſi Pontifices euaſiſſent. Horum aduentu X Kal. Octob. *Gaufridus* Epiſcopus Sabinus patria Mediolanenſis, ſubrogatur nomine *Cæleſtinus IV.* Sed ætate confectus ſeptemdecim dies ſuperuixit. Coierunt iterum Cardinales, ſed propter imperij, & ſacerdotij diſſidia, nullum elegerunt. Cæleſtinus IV.

TARTARORVM IRRVPTIO. Ann. 1241.

CIII Tartari hoc anno Scytharum gens truculenta, prælio ſuperatis Turcis, Cappadocia potiti, totumque Orbem barbara confidentia complexi, Hungariæ, Sarmatiæ, Sileſiæ, Luſatiæ, aliiſque Europæ prouincijs fœdiſſima crudelitatis veſtigia impreſſerũt. Regnabat in Hungaria *Bela IV.* ſucceſſor *Andreæ II.* qui vt regia liberalitate inaudito exemplo pulſis per Tartaros, quadraginta Cumanorum millibus hoſpitalitatem exhibuit: breui ipſe à quingentis Tartarorum millibus regno exutus, vnà cum *Boleslao* Poloniæ Rege, exul errare debuit per Orbem. Amiſſo regno, quum inter affines hoſpitium quæreret, tyrannum inuenit. Profligato à Tartaris exercitu, cum paucis elapſus Auſtriam verſus, vt Reginam, quam ibi dimiſerat, alloqueretur. *Dum ibi aliquantulum curandi corporis gratia ſubſtitiſſet, ſomnumque exutis armis captaret, ecce Dux Auſtriæ, qui ſe ad officium veniſſe ſimularat, occurrit. Rex è ſomno ſtatim excitatus, viſo Duce, quem iam ſibi reconciliarat, admodum recreatur. At ille, diſſimulata inimicitia ſcelereque, ad traijciendum Danubium Regem hortatur, vt propius ad tutiora loca confugeret, offerebat ſua oppida, in quibus ſecurum ſemper fore pollicebatur. Rex innocentiæ ſuæ conſcius, quæcunque ille obtulerat, quando tempus ac res ita poſtulabat, lubenter accepit. Ad proxima quædam caſtella peruenere, vbi diebus aliquot peramicè vtrinque verſatum. Deinde Dux, vt conceptum animo facinus perpetraret, hinc ſumit initium: à Bela quandam pecuniam repetit, quam ſibi ab eo iniuſtè olim extortam querebatur. Rex, intellecta facinoroſi hoſpitis audacia, vt maiora incommoda declinaret, quamcunque in numerato ære habebat, exſoluit, cæteram datis vaſis aureis argenteiſque rependit. Et vt illius libidini cumulatiùs ipſe ſatisfaceret, treis regni (vt aiunt) comitatus Auſtriæ finitimos adiecit, vaſa gemmata, multo pluris æſtimata, pro bis mille pondo argenti, ab ipſo recepta ſunt. Trini comitatus continuò Dux poſſeſſionem accepit, muniuit ſubitò aduerſus impetum Tartarorum. Nonnulli dena millia pondo tunc exacta fuiſſe referunt, pauciora plerique. Hæc pacta adiecto ſacramento vterque muniuit. Poſt hæc ad Reginam, quæ haud procul aberat, Bela properauit, qua ſecum accepta, mox Stephanum Vacienſem Epiſcopum ad Romanum Pontificem & Imperatorem mittit, vt legitima ab vtroq; auxilia mittãtur, ne obruta à prophanis Vngaria, cætera Chriſtiana reſpublica periclitetur.*

Bela Rex Vngariæ profugus

Vterque ſe excuſauit, alter alterum inſimulando. Indoluit *Gregorius* (viuebat adhuc) ad tantam cladem nobiliſſimi regni, ſed perſecutione afflictus Cæſarea, verbo accurrit, datis ad *Belam* conſolatorijs literis & indulgentijs, *Fridericus* in Pontificis ſeditionem refuſa nequitia, ita ſcripſit. CIV

Regi Hungariæ de Tartarorum aduentu.

Honor Imperij, qui propter turbationes temporum, valdè fuerat in Italia diminutus, per quem noſtra, & exaltatio principum procuratur, diu nos, de conſilio tuo & aliorum principum, ad ſui reformationem, tenuit in eiſdem partibus occupatos, vt quibuslibet delicijs & regijs opportunitatibus prætermiſſis, perſona noſtra ac noſtrorum fidelium continuatis laboribus, per quàm plures annos æſtiuis temporibus, & hyemalibus minimè parceremus: regnum hereditarium, noſtræ matris auguſta obuentiones, & commoda vndecunque peruenient, præter mores regnantium cæterorum, qui bona hereditaria commodis ſpecialibus CV

Sal. An. 1241. libus & priuatis attribuunt, pro republica & augmento Imperij, tam in rebus, quàm in diuitijs, & perſonis inceſſabiliter exponentes: ita, quòd autore Domino, cuius præuia dextera feliciter in omnibus triumphamus, ad id, labores noſtri, tranſacti temporis peruenerunt, ut deuictis ferè in totum hoſtibus & Imperio noſtro ſubactis, valdè modici temporis reſtat labor: in quo ſperamus, ad perfectionem votorum communium, & proſperum totius operis Italiæ complementum, triumphaliter pro noſtro & communi honore principum, penitus peruenire. Quia verò pridie auditis rumoribus, nationes Barbariæ Tartarorum, quòd regnum Vngariæ ſubitis aggreſſibus inuaſiſſent, cogitauimus proximo ardente pariete, rebus noſtris conſultius ſuccurrendum: ad hæc prompta expoſita voluntate, velut qui cum proprio ſuadente negotio, tum totius Chriſtianitatis ſubſidio, & tuitione catholicæ fidei requirente: ad quam tuendam, ex commiſſa nobis Imperialis officij diſpenſatione, tenemur & debemus inimicis fidei Chriſtianæ totis viribus obuiare. Sed ſumma neceſſitas, neceſſaria cauſa dilationis induxit, ut rem tam arduam Imperij, nos principaliter & ſpecialiter contingentem, bellicis tot armorum laboribus, in effuſionem Germanici ſanguinis acquiſitam, & ad finem proximum Germanis enſibus iam deductam, non deberemus obmittere propter breuiſſimam moram temporis imperfectam: ut quod eſſet deterius & facilè contingeret, Italicis gentibus in abſentia dominorum ſuorum utentibus more ſuo, tantus labor, & effuſæ diuitiæ pro receſſu noſtro in irritum reciderent, & recidiua negotij, grauiora nobis & Imperio iterata pericula remanerent. Aliud etiam vrgens & euidens impedimentum occurrit, quòd creſcente inter nos & Romanum Pontificem, ab olim orto diffidio, experientia præteriti temporis ſuggerit venturum tremorem, ut iuſtus timor, qui cadere valeat in conſtantem, rectè moueat mentem noſtram: ne nobis venientibus ad confuſionem hoſtium Barbarorum, familiaris & domeſticus hoſtis, velut quondam nobis partes vltramarinas adeuntibus, pro ſeruitio Ieſu Chriſti, animatis quibuſdam rebellibus noſtris marinis prædonibus, qui libenter occaſionem abſentia noſtra captarant, inuaderet regnum noſtrum. cum familiaris peſtis ſit leuior ad nocendum. Propter quod de te, ac de cæteris principibus non abſque admiratione publica, totius loquitur lingua mundi, quòd audito & cognito infauſto aduentu infidelium Tartarorum, qui ad exterminium Eccleſiæ & Imperij, & totius cladem Chriſtianitatis aſpirant, præuiſa deliberatione principum, ad ſedem Apoſtolicam nuncios miſimus ſpeciales, ſupplicaturos ſummo Pontifici, ut tot impedimenta, quæ verbis & opere nobis oppoſuit & opponere non deſiſtit, inſpecta neceſſitate Occidentalis prouinciæ reuocaret: & nos ad publicæ fidei, & Chriſtianorum defenſionem venire permitteret, etiam inoffenſos, ut moram noſtram, quam iuſtè cauſaris, tu vel alij principes arguere non poſſetis. Sed ſi pro diuturnis guerris, ac humiliatione rebellium, exhauſtis theſauris noſtris & viribus tot annorum laboribus fatigati, tam propter ea tueri, quàm ab inimici hominis inſidijs præcauere, ac inſtanti diſſenſioni finem imponere compellamur, atrio noſtro in tranquillitatis ſecuritate diſpoſito, reparatis opibus ac virium copijs, ad interitum communium hoſtium potentius acceſſuri. Quapropter omnibus prætermiſſis, felices greſſus noſtros direximus verſus vrbem, ita quòd Roman. partibus vicinamur, intendentes eſſe contenti veteribus & hæreditarijs Imperij iuribus quæ diu Augusti prædeceſſores noſtri generis & honoris, tam Imperij quàm regnorum propria poſſederunt, quibus tam diu neglectis per te & alios principes, notari meritò poteramus. Ad pacem verò quam ſemper affectauimus, inſtantem operam adhibemus, quæ per nos fuiſſet olim & ſæpius procurata, niſi frequens noſtra petitio, aures & animum pertinacis hominis induraret, & inde nutriret diſcordiam, vnde concordiam poſtularet. Speramus autem per præſentem greſſum noſtrum mundo acquirere bonum pacis, & ſtatu Italiæ pacificè reformato, ac regno noſtro in Dei ſecuritate dimiſſo, tam onuſti diuitijs, quàm gentium multitudine conſtipati, cum expectata benedictione ſacroſanctæ matris Eccleſiæ veniemus, ita quod Domino exercituum nos iuuante, quo duce, quo præuio, miniſtrata nobis à cœlo victoria, qua de cunctis inimicis noſtris conſueuimus triumphare, Tartarorum multitudinem deuincemus. Tuam igitur induſtriam exhortamur, quatenus interim, cum toto tuarum conatu virium, dilecto filio noſtro Conrado, in Romanorum regem electo, potenter aſſurgas, ad reprimendos impetus aduerſariorum communium, & ingreſſus: ut eis non liceat cam-

pum

Sal. An. 1241. *pum liberum inuenire, donec nos cum potentia maxima, ad eorum confuſionem vltimam veniemus.*

Principes etiam excitauit Germanos in barbarum, quibus ſequentia direxit.

Perfectæ ſolicitudinis zelus, quo ſicut pater Imperij, ſtatũ eiuſdẽ diligere cogimur, & tueri propenſius nos inducit, nõ tã manifeſta pericula, quàm ſuſpecta vereri: nec prouiſionem differre cautelæ, quouſque certitudinem rei, per oculatæ fidei teſtimonium adſequamur. Sed quantò maiora timentur eſſe diſpendia, tantò promptior & perfectior debet eſſe cautela. Infeſtam igitur nobis, & infauſtam omnibus famam, de Tartarica tempeſtate, finibus Imperij iam vicina per vos, quos ex vicinitate loci primos inuenit, ad vos certius & ordinatius deducendam: vobis idcirco deſcribimus, ne ſuper tanto diſcrimine taciti videamur, aduertimus enim iſta iamdudum, ſed quanquam audita decredere veremur, nec eredere delectaret, ipſa tamen longè modernis remota temporibus putabamus, tum propter itineris remoti diſtantiam, tum propter quamplurium fortium principum & populorum occurſum, qui frementium Tartarorum armis & furijs occurrebant. Sed ecce, deletis in totum terræ principibus, quos obices inuenerunt, & ad iuga perpetuæ ſeruitutis, pauciſſimis admodum ex inferioribus reſeruatis, iam verſus fines Romani Imperij propinquare dicuntur: & ad religionis & fidei noſtræ matrem, ſacroſanctam Romanam eccleſiam prophanandam: & vrbem regiam, Imperij noſtri caput, iure dominij, vel iniuria noſtra potius poſſidendam à Tartaris, prout firmiter creditur, aſpiratur. Verùm quantumlibet haberemus, vt diximus, ex reſiſtentia remota fiduciam, ne præoccupari, tam ſubitò crederemus, in totum tamen ſolicitudo noſtra non exijt prouidentiæ futuræ conſilium, quin multis retrò actis temporibus penſaremus, qualiter nos contra huiuſmodi infauſti caſus, ſi diebus noſtris ita contingeret, pararemur incurſum. Sicque nos, quantumuis inuitos, oportuit eiſdem præferre præſentia, & manifeſta præponere diſpendia præſumptiuis: propter hoc etenim Romanum pontificem multis obſequijs, multiſque blanditijs nobis efficere nitebamur vnanimem: ſed, quod dolentes referimus, & reminiſcimur lachrymoſi, veneno ſi ſerpentis antiqui perfidia, in tantum cauſæ noſtræ præualuit, quòd in totius ferè mundi perniciem, ſubiectorum noſtrorum fidem, in perfidiam tranſtulit: & nobis maternæ dulcedinis, proh dolor, vbera nouercauit. Propter quod etiam, in totum ferè vitæ noſtræ delicijs abdicatis, quas regni noſtri Siciliæ nobis amœnitas offerebat, per aſpera maris & montium Germaniam repetentes: & ad congregandas ibidem dominij noſtri vires, & conſolidandas in vnum, poſt domitam & oppreſſam H. primogeniti noſtri dementiam, qui ſibi contra nos ſedem aſſumſerat, aquilonis circa fertilis Italiæ partes direximus greſſus noſtros, vires noſtras eduximus: & noſtrorum, vt pacatis vndique dominij noſtri partibus, & rebellibus omnibus, ad mandata noſtra ſubactis, tantò velocius, tantoque ſecurius ad exterminium tempeſtatis Tartaricæ, Imperialis dextera conſurgeret, quantò potentius & quietius imperaret. Occurrit veruntamen doloroſa de præteritæ rei geſtæ memoria, quod transfretantibus nobis dudum in Terra ſanctæ ſubſidium, & Sarracenorum excidium, qui non minus fidem noſtram quàm Tartariæ perſequuntur: iſte chariſſimus pater noſter Mediolanenſ. ac ſuorum complicium mentibus iniquitate diffuſis, regnum noſtrum Siciliæ violenter inuaſit: &, quod horribilius eſt auditu, nobis ibidem agentibus omnibus Chriſti fidelibus ne nobis in Chriſti crucifixi negotio ferrent, vel præberent auxilium, interdixit. non eſt enim leuitatis hic timor, qui poteſt cadere in conſtantem, velut præteriti temporis ad futurum, & ex tot ſimilibus offenſis aſſumptus. Vellemus etenim tam glorioſa præteritorum memoratione foueri, quòd illam gerimus de patre fiduciam, illam de ſubditis conſtantiam haberemus, quòd in ſpe paterni conſilij, et fide firmiſſima ſubiectorum, cuncta poſt terga poſſemus ſecurè relinquere, et ad exterminium Tartarorum, poſtpoſitis omnibus, feſtinare: Ecce veriſimiliter opinamur, quòd fama diſſenſionis huiuſmodi, non modicam Tartaris præſtat audaciam, vt in ſeipſum diuiſum fidei noſtræ regnum, facilius deſoletur. Audito veruntamen per venerabilem Varmacenſ. Epiſcopum, legatum ad nos regis Vngariæ, tam magna de Tartarorum venientium tempeſtate, vijs & iugis montium maturatis; verſus Romam direximus greſſus noſtros: vbi deuotione nec minus potentia noſtra de vicino conſpecta: ſi apud ſummum pontificem, quæ ſunt patris, inuenerit filius, & apud Apoſtolicam

Sal. An. 1243. *cam ſedem pro tanta fidei neceſſitate conſilium: non dubitauit nullatenus, nec retardabit Romanus Auguſtus, catholicus Imperator, ac rebellium inclytus Dominator, pro tanta fidei neceſſitate corpus exponere, & totius potentiæ ſuæ vires offerre. Vos denique patres conſcripti, quibus eſt peſtis ipſius fama clarior, quia cauſa vicinior nobis proſequentibus Imperij noſtri cauſam, quia dum patria & auita regna recepimus, non aliena per iniuriam vſurpamus: vias omnes inueniatis & modos, qualiter vnà nobiſcum & cum aliis terræ principibus, quos adhuc per literas noſtras & nuncios excitamus pro tantæ neceſſitatis articulo, ad deſtructionem communium hoſtium occurrere valeatis: præſertim cum diuina potentia, non tam tueri velit Romanum imperium, quàm augeri. Ecce enim, quod rex Vngariæ regnum noſtræ ditioni ſubiecit, dummodo defenſionis noſtræ clypeo protegatur.*

cvi Collectis itaque Germani turmis, admirabili fælicitate innumeram barbarorum multitudinem, quæ euerſa Cracouia, Strigonio, plurimiſque Poloniæ & Vngariæ ciuitatibus, Viennam vſquè victrix euaſerat, ſolo ſignorum cohibuit aſpectu, vt territi Tartari, nil vltra tentare auſi, turpi receptu, retrò vnde venerant, refugèrint.

ELECTIO PONTIFICIS INNOCENTII IV. Ann. 1243.

cvii ANnus 1242. ſola per *Icilini* tyrannide clarus. Plures ille in Patauino & Taruiſino agro turres inſtruxerat, verius dicam carceres non ad reorum cuſtodiam, ſed in generis humani ſupplicium; atque in ea, quam Patauij ædificauerat, primum illius architectum mori ob verbum temerè prolatum coegit. Mediolanenſes, Ligures, Placentini, cum Marchionibus Montis ferrati, Ceuæ, & Carecti pacem fecerunt, iũcto fœdere pro tuenda Eccleſia Romana. *Fridericus* interim caſtra Romá circũ quieta habuit, ac Cardinales ſemel atq; iterũ, vt coirent, ac Pótificẽ ſedi Apoſt. darent, admonuit vt ex ſeq.

cviii
FRIDERICVS II. CARDINALIBVS, quia nimis tardant in electione Pontificis.

EX feruore charitatis intrinſeca, decapitatis membris, Imperialis excellentia condolet ex indiuiſibili dilectionis adfectu, quem erga matris vbera filius gerit tam adultus. Eccleſiæ viduatæ compatitur & compatiendo turbatur, vt cui materna ſuauitatis dulcedinis alimenta communicat, & augmenta dilectionis interius ſubminiſtrat, doloris proculdubio non ſit expers: dolor eſt ſiquidem, dolor ingens, ſi Romana eccleſia, quæ mater debet eſſe omnium & magiſtra, in qua ſecus decurſus aquarum plantata ſunt ligna ſcientiæ, paſtoris ſolatio deſtituta careat, & quæ viam præbere tenetur alijs, penitus oberrans in inuio, cogitur addiſcere, quæ facere debuit & docere. Sanè contra naturalis ordinis tramites mira res agitur, dum reuolutas vndique aquas abyſſus denegat, quas virtutum ariditas, vt credimus, iam ſiccauit, dum Petri nauicula, quam cupiditatis flamma vorauit in girum nautarum culpa præſidentium, procellis intumeſcentibus conquaſſatur: dum mater Eccleſia, quæ in Petro, immò in petra poſuit fundamentum, viro priuata proprio, remanſit vt indigena viduata. Ecce, ſiquidem perdente Chriſto vicarium, princeps Apoſtolorum perdidit ſucceſſorem: & paſtorali regimine, grex Dominicus eſt priuatus. Sed cardinales, Eccleſiæ cardines & columnæ, quos diminutio capitis eclipſauit, quales cæteris veniæ impetratores exiſtitis, veritatem ipſam cum opprimitis, ac voſmet ipſos vindicetis? Quales ſemitas oſtenditis errantibus, qui à directionis greſſibus deuiatis? Sedentes enim vt colubri, non quæ ſurſum ſunt ſapitis, ſed quæ ante oculos ſita ſunt mundana, non ſpiritualia intuentibus prouidetis. Sitit enim quilibet præſulatum & papalem eſurit apicem, prout voluntas dictat arbitrij & merita non ſubſeruiunt rationi, quorum vultus vt inuidiæ maculis, ſic & liuore cupiditatis obducitur, quod neuter viuere velit alterum, ne dum pontificatus faſtigio ſuſpicere decoratum: Mouetur igitur, mouetur & meritò noſtræ maieſtatis induſtria, & tanto fortius doloris aculeo pungimur, quanto propius præ cunctis gentibus & mundi principibus, Romanæ eccleſiæ imperium vicinatur. Ceſſet itaque, ceßet materia factionum, ceſſet inter vos innata diſſenſio, non vos ſeducat angelus tenebrarum, qui ſæpe in lucis Angelum ſe transformat, & vnitatem gregis diſrumpere conſueuit, ſed pax & iuſtitia, quæ velut duæ ſorores,

Sal. An. 1243. res, ſe inuicem amplexantur, in Cardinalium collegio vendicent ſibi locum: & inuocata clementia illius, cuius eſt à ſummo cœlo egreſſio, ad electionem noui pontificis vnanimiter procedentes, nobis & mundo præſulem eligatis: vbi diuinus intuitus vos inuitet, & pondera ſubeant æquitatis, vt à vobis quos in opere prauios & immerito præcurſores habere debet populus Chriſtianus (cum adſumatur à ſubditis audacius in exemplum, quod committit irreuerentius improuiſione prælatorum) non tranſgreſſionis notam accipiant ſubditi, quos regitis dirigendo, ſed prouiſionis vnanimis & firmioris fidei veſtigia proſequantur.

Cum non proficeret nouas acriores & furore plenas literas dedit An. 1243.

CIX FRIDERICI II. INVECTIVA CARDINALIBVS QVIA NON CREANT NOVVM PAPAM. Ann. 1243.

AD vos eſt hoc verbum, filij Effrem, malè tendentes arcum, & peius emittentes ſagittas, turpiter in die belli conuerſi retrorſum. Ad vos eſt hoc verbum, filij Belial, diſperſionis oues. Ad vos eſt hoc verbum, animalia capita non habentia, magni iudicis adſeſſores. Ad vos eſt hoc verbum Cardinales obliquati, quibus malè voluit orbis: ad vos eſt hoc verbum, pro quibus totus mundus prorumpens in verba, obloquitur. Non ego poſſum loqui, quin obloquar, quia de mundo ſum, licet immundus, propter quod oportet ſentire cum mundo, tanquam pars ſuo toto, nec diſſona, nec aduerſa ſcribenti. Itaque attendite de dura & inepta materia, rudem epiſtolam exordij dignitate priuatam. Nam lingua mea velocitate compulſa, prius prorupit in verba, quàm concipiens ei ſpiritus delegaſſet, & ſic ſuperioris non expectato Imperio minus plenè concepta edere feſtinauit. Habet enim animus perturbatus, quod plerumque ſermonem incontinuum parit, aliquando & abortiuum. Communis nanque animorum exiſtit conceptio & ſermo vulgaris, quod non mediator Dei & hominum, Ieſus Chriſtus, de ſummo cælo, qui venit ponere pacem in finibus terræ, Apoſtolorum magiſter & dominus, ſed diuiſus in ſe ſathanas, princeps aquilonarius, ſit in medio veſtrum, tanquam quibus miniſtrat, ille perſuaſor diſcordiæ, homicida, mendacij pater, & ſpiritus tenebroſus, qui poſuit linguas veſtras in diuiſiones, & in pluralitatis articulos, veſtram diſgregare compulit vnitatem, dum nec vobis, nec mundo conſulitis, qui tot periculis propulſatur: & Petri nauicula, quæ per maris altitudinem ventorum flatibus rapitur, remis & remige deſtituta, non eſt aliquatenus vobis curæ: quæ quamuis in ſe ſubmerſionem non timeat, in ſuis tamen multa & varia patitur naufragia tempeſtatum. Sanè ſi diligenter attenderetis, qualiter nationes, & Gentes, quas iudicare ſoletis, contra vos deriſoriè mouerent capita ſua, in ſe vnuſquiſque palleret, & ad tam publicum, & deteſtabile opprobrium propulſandum non inueniri poſſet neceſſarium argumentum: quia dum quilibet veſtrum adſpirat ad cathedram, vnus non conſentit in alium: & dum alter in alterum non conſentit, nullus erigitur, cathedralis dignitas euaneſcit, & ſic ex diſconuenientia veſtra, conueniens Eccleſiæ ſtatus confunditur, & fidei qua viuitis, deperit rectitudo: per capitis quidem defectum emergit, vt vbi natura ſenſus impoſuit, monſtra reputemini quædam, & membra truncata, in cunctis ſenſibus defectiua, quoniam videtur obtenebratus viſus veſter: diminutus auditus, & ille oris ſonus in fines orbis terræ, olim ſonorus, penitus obmuteſcens, factus eſt deriſorius echo. Nam Petri & Pauli hodie non audiuntur tonitrua, concionatores ſunt canes muti, ad ſilentium compelluntur, fortè vobis parata ſunt manus ad recipiendum, ſed deſunt munera, quia, qui veniebant de Saba, aurum deferentes, modò non veniunt, cum non inueniant Dominum in præſepi, ducatum eis cæleſti ſydere denegante. Pedes etiam non habetis ad ambulandum, & dummodo potentis vos munus coarctet, vltra quinque pedes veſtra veſtigia non mouentur, proh pudor, minima reptilium animalium in prudentia vos præcedunt, nam aues ſine ductrice non volant, apes abſque rege non viuunt. Vos autem ſine rectoris gubernaculò fluctuatis, matrem Eccleſiam fortuitis caſibus relinquentes, nec attenditis quod illi errantes Iſraelitæ xl. diebus abſque duce vagantes, ad ſummam dementiam deuenerunt, pro Deo ſibi vitulum conflatilem ſtatuentes. Si papalis ceſſauit vnctio, veniet ergo alius Sanctus ſanctorum, & quis ille eſt? O inexcuſabilis culpa, Rachel virum non habet, cuius paruuli petunt panem, & non eſt qui porrigat eis: &

Sion

Sal. An. 1243. Sion dudum pulchra facie, iacet ſicut mulier menſtruata, cuius viæ lugent, & non eſt qui veniat ad ſolemnitatem. Concidit gloria vultus eius, oculi columbarum viſu deficiunt, quia non videtis quantum proximi eſtis naufragio, dum ſine remige nauigatis. O ſi poſſetis alternatim libros conſcientiæ legere, quot & quantas inueniretis in eis accuſatorias lectiones, contrarijs ſententijs inuolutas. Reuertatur ergo, reuertatur quilibet in ſeipſum, & ad reſumendum caput, ſenſus, & rationem induite, vt mater Eccleſia tam diu ſuo priuata lumine, decorem ſuſcipiat, & ad ſtatum priſtinum reducatur.

Scripſit etiam Rege dignam epiſtolam *Philippus* Rex Francorum eiſdem Cardinalibus.

PHilippus Dei gratia rex Francorum, vniuerſis eccleſiæ Romanæ Cardinalibus, dilectis amicis ſuis, ſalutem & plenitudinem ſummi boni. Cùm papalis ſit dignitas orbis caput, orbis regimen, orbiſque maieſtas, admirari compellimur, turbari compellimur, dolere compellimur & triſtari: quandoquidem vos, quos mundi cardines reputamus, quos totius firmamentum fidei reputamus, poſtquam beatiſſimus pater Gregorius vitam deſerens, de vita carnis vitam petijt ſanctiorem, in concordia videmini tam diſcordes: quod tempore vigiliarum dormitis, & vigilabitis forſitan cum fuerit dormiendum. O Petri ſedes quanto tempore vacauiſti? cuius ſucceſſor exoluens naturale debitum, Mauſoleo recludi minimè conſueuit, niſi ſucceſſore prauio concorditer ſubſtituto. Ecce quidem nobis vrbs Romana, ſine capite viuit, quæ caput extitit aliarum. Quare? Certè propter diſcordiam Romanorum. Sed quid eos ad diſcordiam prouocauit? Auri cupiditas & ambitio dignitatum. Non enim quid expediat, conſiderant, ſed quod volunt. Speciale commodum generali præponunt, & minus debitè vtilitatem præferunt honeſtati. Quomodo igitur regent alios, qui ſeipſos regere non nouerunt, qui inimicis proſunt, & amicos lædunt, & ſibi nihil peragunt ad profectum? Conſueuerat quidem olim Romana curia honeſtate fulgere, ſcientia, moribus & virtute, nec fortunæ minis aliquatenus expergiſci: quia ſibi firmius in virtute, quàm in caſu præſidium collocauit. Nunc verò eos efferata contriuerunt, quos proſpera extulerunt. Et dici poteſt non curia ſed cura, marcam deſiderans plus quàm Marcum: dum ſalmonem legens, deſpicit Salomonem. An Cæſaris tyrannidem pertimeſcunt? Sed hominem timere non debet, cui Dominus eſt adiutor. Sunt enim quidam principes temporales, quibus quodlibet licet quod licet poſſunt, quod poſſunt audent, quod audent faciunt: alumnis moleſtum videri non debet, ſi fortitudinis clypeum non contemnunt. eſt enim fortitudo conſiderata periculorum ſuſceptio, perpeſſioque laborum. Et quia eſt de fortitudine ſatis dictum, nunc de prudentia ſubiungatur, quæ adeò vtilis, immò neceſſaria eſt prælatis, quòd ſine illa, ſuæ dignitatis gloriam non merentur. Veruntamen præterire non libet, quòd prudentia eſt ad malum, quando qui honorem deſiderant, onus vitant: praeſſe deſyderant, præfectum negligunt ſubditorum, ſolicitudinem fugiunt & laborem, intendunt ſomno & libidini, & ludis & epulis delectantur. Tales vtique paſtores, non paſtores, ſed lupi impijſſimi dici poſſunt: quorum perfidia, ſancta mater Eccleſia conculcatur, fides conteritur, ſpes ſubtrahitur, & charitas radicitùs extirpatur. Vos igitur qui columnæ remanſiſtis eccleſiaſticæ firmitatis, animaduerſione reſpicite diligenti, ſi alicuius gratia, odio vel timore poſtponenda facitis, vel poſtponitis facienda, nec pro tuenda eccleſiaſtica libertate, de Francorum ſubſidio dubitetis, quia regnum, perſonas & pecunias veſtræ committimus poteſtati. Non enim timemus alicuius principis, ſiue odium dici oporteat, ſiue fraudem quem neſcimus, quo nomine appellemus, cum rex eſſe poſtulet, & ſacerdos. Cæterùm cum ius, regnum in eandem perſonam cum ſacerdotio non concedat: relinquitur vt oſtendat quo iure percipiat ſacerdotij dignitatem. In vacua non venit. Dum vobis ineſt authoritas eligendi, vſucapere non potuit, quia tantum temporis nondum fluxit. Emptio veſtra ceſſat, cum res ſacra ſit ab omni venditione penitus aliena. Reſtat igitur vt quod ſuum fieri nequit occupet violenter. Conſiderate itaque diligenter vos, ad quorum manus reſpicit totus mundus, quid veſtra prudentia ſit agendum, firmitatem diligite, veritatem ſeruate, Deum timete, reſiſtentes viriliter prauitati, cui nimis colla ſubmittitis, & vltra. ſed dicere nolumus, ne fortè videamur arroganter ponere os cælum. Quod ſi dignitas non facit hominem reuerendum ſi contagione ſordeſcit im-

Sal. An. 1243 *proborum, ſi nequitia prælati decidit in contemptum, quid reſtat, niſi quod indigna eſt confuſio dignitatis? Ea propter loco Petri talem pontificem eligere procuretis, qui meritò Chriſti vicarius dici poſſit: paſtor bonus, & firmitatis Eccleſiæ conſeruator: cuius ſupereminens claritas, & doctrina Sole lucidior, populum alluminent Chriſtianum. Nec magna ſit oratio inter vos, aut longum conſilium, de prædicto: ſed ſpiritus Sancti gratia excitatus, exurgat leo dormiens de cubili, rugitu cuius mundi princeps contremiſcant.*

cx Suſpecta tamen ſupradicta eſt epiſtola, quia Ann. 1243. *Philippus II.* Rex Francorum mortuus erat. Anno verò 1243. *Philippus III.* nondum natus erat. Ad *Fridericum* reuertamur qui percitus ira vrbem corona circumdedit. Cardinales verò reſponderunt, *ſi pacem tanto ſtudio coleret, Cardinales, quot in cuſtodijs habebat* (etenim duo, creato *Cæleſtino*, ex pacto redierant) *remitteret*, quod ille fecit. Non propterea creatus eſt Pontifex; vnde Romanis culpam in Cardinales reijciētibus, Cardinalium poſſeſſiones, atque Eccleſiæ ciuitates inuaſit. Albanum præcipue Saraceni ſic expilarunt, vt nec ſa-

Innocēt. IV. cra vaſa reliquerint. Tantis incōmodis Cardinales permoti, iterum Anagniæ conuenerunt, ac die S. Io. Bapt. *Sinibaldum Fliſcum* Genuenſem presb. Card. tit. S. Laurentij pontificem deſignarunt, nomine *Innocentij IV.*

legati Cæſaris ad Papā cxi Continuò *Fridericus* ad eum gratulandi cauſa nuncios deſtinauit, adiectis literis ſequentibus.

Audita ſummis expetita conſilijs, & ardentibus deſiderijs expectata, noui ſubſtitutione pontificis, in quem venerabilium fratrum & Card. voluntate concordi, & vnica generalis voti poſtulatione, Deo authore, promoti fuiſtis, tantò maior acceſſit ex veſtra promotione iucunditas, quantò ſubtractum duce filij nomen, quod viduitas matris abſtulerat, in data nobis noui ſubrogatione pontificis, non immeritò gaudere poſſumus reſtitutum, vt paterno nomini piæ prouiſionis omen adueniat, per quod expectanti filio, & nouercalem quodammodo dudum iniuriam iam perpeſſo, dicat rectè mater Eccleſia: Fili, ecce pater tuus, in cuius affectione filius reſpirabit: & ad patrem filius econuerſo reſpondeat: Pater, ecce filius, quem materna vbera lactauerunt, in cuius obſequijs pia paternitas requieſcat. Datum eſt enim vobis è cælo, Innocentij prædeſtinata ſorte vocabulum, quod per vos nocentiam contrahi conſultius innuat, & piè ſuadeat innocentiam conſeruari. Aduenistis quoque nobis è nobilibus Imperij filius, vetus amicus, nouum creatus in patrem, per quem confidat Imperium vota pacis, & ſuæ iuſtitia inuiolata ſeruari. Quapropter ad reuerendum patrem Innocentium, Apoſtolicæ ſedis antiſtitem, per fratrem G. venerabilem magiſtrum domus ſanctæ Mariæ Theutonicorum, in Hieruſalem, Anſaldum de Amari, ſacri Imperij, ac regnorum Hieruſalem, Siciliæ ammiratum, magiſtros Petrum de Vineis, & Thadæum de Sueſſa, magnos Curiæ noſtræ iudices, & magiſtrum R. Porcaſtrellum decanum, capellanum, fideles noſtros: quos de latere noſtro, ad veſtram præſentiam deſtinamus, noſtræ Serenitatis nuncios & legatos, conceptæ ſpiritum deuotionis exponimus, & in eorum affatibus tam deuotè quàm hilariter nos veſtro conſpectui præſentamus. Idem verò nuncij noſtri, tanquam intimè conſcij voluntatis noſtræ & deuotionis, ad patrem veraces erunt interpretes, tam nos quàm potentiam noſtram, Imperium ac regna noſtra, & quicquid in bonis noſtris conſiſtit, veſtris beneplacitis, ad honorem Eccleſiæ ac fauorem omnimodum Eccleſiæ libertatis, quantum cum Deo ſaluis iure & honore Imperij, & noſtrorum regnorum, poſſumus, obnixius offerentes, illam ad nos, vt reuerendi patris beneuolentiam relaturi, per quam erga debitam patris reuerentiam, ad omnem honorificentiam filialem, totis affectibus, ac expertis effectibus, plus quàm aliquis alius deuotus filius effundamur.

Fidebant populi breui peſſum itura diſſidia, cum *Innocentium* Cardinalem rebus *Friderici* ſummè ſemper ſtuduiſſe meminiſſent. Solus *Fridericus* dolebat, atque ex compoſito quaſi prædixit, *Bonum ſe amicum Cardinalem in acerrimum hoſtem Romanum Pontificem permutaſſe.* Innocentius enim adepto Pontificatu confeſtim *Petrum* Archiepiſcop. Rotomagenſem, *Gulielmum* Ep. Mutinenſem, & *Gulielmum* Abbatem S. Facundi legauit, denuncians ſe paratum pacem componere, ſi crimina illa purgaret, quorum fuerat damnatus. Nam & ſe, ſi *Fridericum* Eccleſia læſiſſet, Regum, procerum ſacrorum, ac ſecularium iudicio ſtaturum. Reſpuit ille conditionem, ac ſtatim portus,

cxii Papa prouocat ad pœnitentiam Frider.

vias

Sal. An. 1243. vias claudi & obſeruari iuſſit, ne literæ ad Reges Tranſalpinos perferrentur; fratreſque Minores, qui occultè deferebant, vltimo damnauit ſupplicio: Viterbienſes adhuc *Friderico* fideles, Prætorum continuis laceſſiti iniurijs, Non. Septemb. concito tumultu (CXIII Viterbiũ ad Papã deficit.) Magiſtratum exegerunt, & cum Romanis fœdus inierunt. *Simon* Comes arcem tamen pro *Friderico* tenebat, ſed fame fatigatus, *Friderico* ſequentia ſcripſit.

Comes Simon obſeſſus in caſtro Viterbij cõſiliarijs comitis Caſertani, prò ſubſidio.

AD reſerandam nobis ſtrictæ obſidionis ſeriem, & naturam, ac impugnationis hoſtilis inſtantiam, famis & ſitis penurias, neceſſitatum multiplicium, quas patimur & paſſi ſumus miſerias, & preßuras, ſcribere noſtri calami diutius laborarunt, quòd iam pergamenum & atramentum deficiunt, & vtinam quod tanta inſtantia profuiſſet. Sed toties, proh dolor, venerunt incaſſum, quotiens fuerunt literæ deſtinatæ: quia nec dominum Caſertanum, nec vos ad ſuccurrendum nobis cura ſollicitat, vt videmus, ſcilicet comedentes panem in ſaturitate, & ſuper ollas carnium reſidentes, ſolatijs intenditis & quieti. & vtinam quod pleno ſtomacho de noſtris ieiunijs penſaretis. Excuſatis autem vos, quod vicini aduentum principis expectatis; vt nobis abundantiùs & tutiùs ſuccurratis, veſtris viribus iunctis ſuis. Sed timemus ne illius vulgaris prouerbij locus adueniat, & vtinam non ſuperſit, Dum herba creſcit equus moritur, & dum fugans canis mingit, fugiens lepus euaſit. Dolemus autem de præfato Comite, ſed de vobis non minus, qui ad conſilium eius adeſtis, quod ea quæ ad Imperij ſpectant honorem, ſibi non ſuggeritis vt debetis. Ad quid ergo veniſtis ſi non ſuccurritis prouinciæ, atque nobis etiam qui perimus? laudabilius fuiſſet vobis in Apulia, quam in Thuſcia ducere in ſolatio dies veſtros. Sola enim ante aduentum veſtrum ciuitas Viterbienſis fuerat ab Imperiali fide ſubuerſa: ſed poſtquam veniſtis euerſa eſt pars maxima regionis, dudum enim homines de veſtro ſuccurſu ſpem & fiduciam habuerunt, & ſteterunt in fide: ſed poſtquam viderunt vos deſides & pauentes, ac vires ad eorum auxilium non extendere quas habetis à fide protinus receſſerunt. O quàm vobis & nobis pro vobis dolendum eſt, quod puſillanimitas ſacerdotum tantas vires veſtras ſine prælio ſic eneruat. Sanè honorem Imperialem, & gloriam veſtri vel noſtri nominis minoratis, quia dum vix ducentos milites tales quales habeat Cardinalis, vos eum mille quingentorum militum comitiua, ei non reſiſtitis prouinciam occupanti: nec nobis, ad quorum confuſionem intendit ſuccurrere feſtinatis. quod ſi de prouincia non eſt cura vobis, de nobis tamen curare debetis, quia caro de carne veſtra & os de oſſibus veſtris ſumus. Numquid neſcitis, quod propter vias ſubterraneas, quas fecerunt rebelles maior pars caſtri Viterbij de hora in horam ruitura ſperatur, & nos inſpicimus ex hoc loci poſſe accidere captionem. Nũquid enim noſtram penuriam ignoratis, cunctis enim commeſtibilibus iam conſumptis, muli & equi clauas ſentiunt propter eſcas? Numquid non ſcripſimus, quod aqua fontium ſuis meatibus extorta, nobis tantum tres putei remanſerunt in caſtro, præbentes aquam & hominibus & iumentis: & vnus ex eis per foſſuras abſconditas à rebellibus eſt infectus? Nunquid notum non fecimus vobis? quòd non ſolum viri, ſed etiam dominæ caſtri ijs diebus & noctibus non quieſcunt inſultibus & impugnationibus hoſtium laceſſitæ? Verùm, quanquam ad inuocandum veſtrum auxilium & ſuccurſum, multas vacuas preces effuderimus & fundamus: ad noſtram tamen excuſationem, vos adhuc vice iſta ex Imperiali parte inſtantiſſimè requirimus, ſub fide & ſacramento, quo Imperiali coronæ tenemini, quatenus viſis literis dictum dominum Comitem adeatis, omnimodè inducentes eundem, vt nulla mora protracta, nec alio conſilio poſtulato, ad noſtrum ſuccurſum veſtris & alijs, ac ſuis viribus ſe accingat: & ne ad tantum opprobrium pereamus, ſtatim poſt intellectum tenorem præſentiũm, ſigna moueri, & gentem faciat conſequenter; vt hodie ante caſtrum Imperiales Alas videamus: ſcituri, quòd ſi ſecus Comes & vos duxeritis faciẽdũ, nos Dei & hominum teſtimonium inuocamus, quòd in nobis culpa nõ eſt, ſed veſtra deſidia & negligentia, Imperialis diadematis honor perit. quia nos vltra non poſſumus, nouit Deus.

Item comiti Caſertano, ſuper eiſdem: videlicet ſuper obſidione caſtri Viterbij.

SI multa, vel de multis aliqua, quas miſimus ad vos literæ peruenerunt, res admi-

Sal. An. 1243.

rationis eſt plena, quòd pro conſeruando coronæ Imperialis honore, ad nos celeriter cum ipſo quod habetis exfortio non veniſtis. Nam non ſolum literæ quas frequentius direximus, verùm etiam rumor & fama publica potuerunt referre, qualiter rebelles in nos ſupra moram hoſtium & nationis barbaræ ſæuientes, inſtanter diebus & noctibus nos impugnant, baliſtis, arcubus, fundis, necnon & machinis, quas in ſummitatibus oppoſitarum nobis turrium erexerunt, cum quibus non tantum lapides iaciunt, verum etiam fulgurant ſæpe ignem, quorum impugnationibus potenter reſiſtentes, de die potentius & de nocte reſiſtere nos oportet, propter quod vix per horam ſomnum capere poſſumus, vel quietem. Sanè pro ſono principis properantis, & ſtrepitu veſtri aduentus attrita & attenuata ſunt corda rebellium, & fidelium animi fortius roborati, licet diuulgari faciant proditores, quod non venitis in contradam etſi veneritis, non ducitis tantam gentem quod poſſitis reſiſtere vel ſtare vicinius contra eos. Quocirca nobilitatem veſtram, & dilectionem inſtantiſſimè deprecamur, quatenus omnibus inducijs & mora qualibet abdicatis cum ipſo quod habetis exfortio, ſtatim ſi placet poſt literarum præſentium habitum intellectum, nobis & alijs fidelibus ſuccurrere feſtinetis. ſcituri pro firmo, quod ſi aliquam moram, aliquo prætextu duxeritis faciendam vel contrahendam, horrendum, quod abſit, periculum, & damnum inæſtimabile ſine ſpe remedij Imperium patietur. Cæterùm, nec collectio gentis contractæ, nec cura inueniendi aliquas gentes, nobis vel vobis forſitan opportunas, vos per diem detineat vel per horam: ſed curis poſtpoſitis vniuerſis, nobis nihil reſcribentes, vos cum ea quam habetis gente, tantum ad ſuccurſum celeriter accingatis. Talia enim ineſſe ſciatis, quæ non ſcripturæ vel nuncio ſunt committenda. Præterea, licet ſuprà dixerimus, quod vi rebelles acriter nos impugnant, illud tamen vniuerſaliter non noteſtis, quia nondum mota eſt ciuitas per commune, ſed hi ſunt præcipuè proditores, qui cum ſuis fautoribus, conſanguineis & amicis, nec non cum quibuſdam de cæteris terris rebellium conductis precio, ſic inhumaniter certant vtpote de miſericordia deſperantes.

Tineoſus miles Viterbienſis Imperatori, ſuper eiſdem, & quod celeriter veniat.

IMperialis Maieſtas ſeruo ſuo dignata ſacras literas deſtinare, & laudibus extollere famam eius, deferuente feruentiorem efficit, accendens interius, exterius iam accenſum, & firmans in propoſito iam firmatum. Sed quia laus in ore proprio non eſt pulchra, quanta operata ſit & operatur iugiter fides mea, & quanta paſſus ſim & paratus ſum in noſtro pati, effectus operum demonſtrabunt: & prius fama quàm perſona me veſtro culmini præſentabit. Nec indignè corpus & animam, & vniuerſa quæ habeo, pro honore diadematis veſtri expoſui liberaliter, & expono: cùm omnia quæ in terris poſſideo à veſtra Magnificentia mihi donata profitear, ac ſalutem & vitam (poſt Deum præcipuè) recognoſcam. Hæc vtique deberent recognoſcere proditores, quorum oculos diabolus excæcauit in tantum, vt magis in tenebris quam in luce & potius in timore mortis, quam in ſecuritate vitæ, deſiderent & eligant ambulare. Qui poſt Deum per nos de carceribus educti, de exilio reuocati, imò de faucibus mortis erepti, ciuitati & familijs reſtituti fuerunt, & dum bonis omnibus abundarent, omnium beneficiorum veſtrorum obliti, ſine iuſta cam recalcitrarunt dilecti, & in vos patrem & dominum ac redemptorem eorum, nequiter coniurantes, ciuitatem veſtram laudabilem ſubuerterunt Nonis Septembr. Poteſtate & cæteris officialibus noſtris cum armis acriter fugatis. Vocanteſque de longinquo Card. Raynerium, & comitem Guilh. noſtros proditores, & Imp. nominis inimicos, in odium & dedecus veſtrum in Viterb. prædictam veſtram Cameram immiſerunt: & à præfata die comitem Simonem & me ipſum in caſtello veſtro Viterbij, diebus ac noctibus impugnarunt hoſtiliter & inſtanter, lapidibus, arcubus baliſtis & machinis quas in ſummitate turrium erexerunt. Et collectis latronibus forbannitis, & perſonis damnatis à remotis partibus, & vicinis, nos circumdederunt vt canes, ad maius etiam vituperium quibuſdam papilionibus antefixis. Proinde Maieſtati veſtræ flexis genibus, vinctis manibus & madidis fletu genis, ſupplicio, & inſtantiſſima prece rogo, quatenus ad liberandum complexos, & ad confortandum eos qui adhuc in fide ac veſtri nominis ſeruitio perſeuerant, ad conculcandum

dum

Sal. An. *dum rebelles perſonaliter venire dignemini ad*
1243 *has partes, non minus celeriter quàm potenter,*
& non conterriti ex fortio noſtro premiſſo, ſed
faciem veſtram prouinciæ pereunti & noſtris
aſpectibus oſtendatis. Firmam enim vobis
ſpem tribuo, quòd in aduentu veſtro felici
erunt praua in directa, & in vias planas aſpe-
ra conuertentur, & aſpectus veſter omnem
vtique nubilum ſerenebit.

Vniuerſi de caſtro Viterbij, domino Imperatori ſuper eiſdem.

ANtiqui patres Chriſti aduentum non ex-
pectauerunt ardentiùs, quàm nos ve-
ſtrum, vt deſideraca facies Maieſtatis veſtræ
præterita mala noſtra leniret, dolores tolleret,
& oppreſſos multarum tribulationum aculeis
releuaret. Cum deſiderantibus igitur prioribus
patribus, deſiderio ardenti precamur, veni ad
liberandum & lætificandum nos princeps vir-
tutum. Oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.
Hoc eſt enim quòd ingemiſcimus, hoc eſt quod
ſuſpiria noſtra quærunt, ſub vmbra alarum
tuarum ad tempus quieſcere, & coram veſtris
deſideratis aſpectibus comparere.

Venit Imperator, vrbem milite circun-
dans. Accurrerunt etiam Romani, ac Viter-
bienſibus ſimul ex vrbe vno tempore erum-
cxiv *Fridericus fugit* pentibus, tanto impetu ſunt *Fridericum* ad-
orti, vt impetum in modum fugientis decli-
nare coactus crederetur confoſſus, cum mi-
les eſſet egregius, qui Imperatorijs armis de-
coratus incedebat. Exultat hoſtis de ipſius
Friderici morte, qui extemplo tubarum
clangore copias redimens, in partes Piſano-
rum ſe recepit. Plurimi fortunæ ſequentes
ſerenitatem, à *Friderico* diſceſſerunt, vt
Marchiones Montisſerrati, Malæſpinæ,
Vercella, Alexandria. Ex infortunio ira re-
crudeſcit, datis literis ad *Cōradum* filium, vt
cxv omnes qui ex Germania ad aulam Pontifi-
cis veniebant, interciperet, & vſque ad mor-
tem afficeret. Diſplicuit crudelitas, vnde
querela in Fridericum vulgo inſimulabatur, iure à Deo puniri, quia
numquam diuina audiret officia, non Deum
prece propitiaret, non honorem Sacerdoti-
bus haberet, nec de fide catholica rectè ſen-
Ann. tiret; cum mulieres Saracenas haberet ami-
1244. cas, & vrbes infideles.

cxvi *de pace agitur inter Papā & Imp.* Vndique anguſtiatus *Fridericus*, dolo, an
verè? (Deus ſcit) inclinabat ad pacem. Lega-
tis itaque Romam miſſis, præſente *Balduino*
Imp. Conſtantinopolitano iurauit, ſeſe ipſius
arbitrio Pontificis permiſſurum. Protinùs
tamen mutato conſilio, noluit Sacramento
ſtare ni priùs à anathemate ſolueretur. Cumq;
Pontifex reclamaret; cœpit *Fridericus* atro- *inſidiæ Friderici in Papam*
ciora moliri, & in caput Pontificis conſpira-
re. Quibus cognitis *Innocentius*, quanto peri-
culo ibidem moraretur aduertens, clam ac-
cerſito *Philippo Vicedomino* Genuæ Prætore,
cū armatis triremibus ad Ciuitatem veterē
fugit. Poſtea ſilentio noctis, mutato habitu,
Sutrio ſe ſubducens, cum ſex Cardinalibus
ad claſſem contendit, vbi ſacris indutus ve-
ſtibus ipſam benedictione luſtrauit, venia
peccatorum vehentibus indulta: Inde ſol-
uens, licet aduerſa tempeſtate iactatus, Por-
tum Veneris attigit: demùm Nonis Iunijs cxvii
Genuam incolumis appulit, cui clerus cum
vniuerſo populo obuiam factus, cum ſum-
mo honore in Domum Archiepiſcopalem
deduxerunt. Fuga cognita, *Fridericus* Par-
mam legatum miſit, vbi plurimos Papa te-
nebat affines, vt legati præſentia ſeruaret fi-
deles. Ipſe in Apuliam redijt: dum *Innocen-* *fuga Innocentij*
tius Marchione Montisferrati, & Carecti cxviii
ſtipatus Lugdunum venit ſub Aduentum *Papa Lugdunū petit*
Domini; benignè à *Ludouico* Francorum
Rege exceptus, ac ſtatim Concilium, quod
Gregorius habere non potuerat, omnibus
Eccleſiæ proceribus ad diem Natiuitatis S.
Io: Baptiſtæ indixit. Interim quolibet ſolem-
ni die ad populum ſermonem habens, toties
alta voce *Fridericum* inclamabat, orans &
admonens, vt pacem amplecteretur, Lugdu-
num veniret, obiectis reſponderet. Verùm
hic gnarus, de ſua dignitate in publico totius
Orbis theatro eſſe diſceptandum, Veronam *Veronenſe conciliabulū*
ex Apulia profectus, aduerſarium Princi-
pum conuentum Lugdunenſi obiecit. Vero-
næ adfuit *Conradus* Friſingenſis Epiſcopus,
Otho Dux Meraniæ, *Fridericus Auſtrius*, qui
cum ſplendidiſſimo comitatu acceſiſſet,
non ſolum gratiam Cæſaris redemit, ſed
etiam impetrauit, vt in poſterum duces Au- cxix *Auſtriæ Archid.*
ſtriæ, Archiducum titulo potirentur. Ibi Cæ-
ſar *Innocentium* grauiſſimè traduxit, nega-
uitque ſe ſuſpecto tribunali ſalutem ſuam
aliter quàm per legatos crediturum: idcirco
ſatis fore ſi *Petrum de Vineis*, & *Thadæum*
Sueſſanum, Lugdunum mitteret. Quia verò
palam eſſet, totius Orbis Principes & Præſu-
les de ſuo capite dicturos ſententiam, ad om-

nes

Sal. An. 1244. Friderici litera in Papā

nes dedit literas circulares plenas conuicijs, & calumnijs aduerſùs *Innocentium*, quas ex Bzouio tranſcripſimus.

Fridericus Dei gratia, &c. omnibus præſentes litteras inſpecturis dilectis fidelibus & amicis ſuis gratiam ſuam & omne bonum. Aſſumpto ad regimen vniuerſalis Eccleſiæ iſto ſummo Pontifice, in applauſum promotionis & honoris ſui miſimus ad eum ſolemnes nuncios & Legatos noſtros A. ſacri Imperij & regni Siciliæ Admiratum, Magiſtros Petrū de Vinea & Thadeum à Sueſſa magnæ Curiæ noſtræ iudices dilectos fideles noſtros, quos prædictus ſummus Pontifex occaſione ſententiæ dudum latæ contra nos cui ipſi communicabant, & communicauerant non admiſit. Demum ne occaſione prædictæ pacis tractatus & initium differretur, licet contra nos latam per olim Gregorium ſummum Pontific. multis & euidentibus rationibus crederemus indubitabiliter eſſe nullam: nihilominus tamen promiſimus per prædictos Nuncios noſtros & Panormicanum Archiepiſcopum, quod Lombardos, Tuſcos in galeis captos & alios omnes occaſione diſcordiæ libere liberabimus, & ab omnibus iuramentis & obligationibus quibus obligaſſent ſe nobis poſt captionem abſoluemus omnes, tam eos qui liberati ſunt, quam qui poſtea liberabuntur: & ſuper hoc et litteras noſtras dabimus fidelibus noſtris, qui capti ſunt vbique per detentores inuicem liberandi. Alios omnes captiuos captos occaſione diſcordiæ primæ vel ſecundæ, tam clericos quam laicos libere permittemus et ſecure redire ad propria, et permanere ſecure in poſſeſſionibus et rebus eorum, bonis integre reſtitutis. De diſcordia autem Romanorum volebamus ſtare ordinationi Domini Papæ et Fratrum, tam de reſtitutione damnorum datorum in guerra, quam de alijs, ita tamen quod ſtatuatur de ſecura indemnitate noſtrorum et excepto Caſtro Ancli, de quo nullatenus compromittere volebamus. De damnis datis per nos, officiales et balinos noſtros prælatis, Eccleſijs tam religioſorum quam ſecularium, vel alijs de mandato noſtro poſt ſententiam latam in nos ſatisfacere volebamus ſecundum prouiſionem et benignitatem ſedis Apoſtolicæ, quæ cum parati eſſemus omnia obſeruare, Dominus Papa motus propterea, quod nolebamus in eum ſuper negotio Lombardorum de iuribus ſcilicet et regalibus noſtris compromittere, negat et differt abſolutionem noſtram. Volentes de manifeſtis pro quibus excommunicati fueramus ab homine vel canone ſatisfacere, et emendam præſtare, et de dubijs ſatiſdare, dummodo nobis exprimantur ea quæ manifeſta, et in cauſa manifeſti eſſe Dominus Papa dicat. Ad oſtendenda præterea maiora deuotionis ſigna miſimus prædictos Magiſtros P. et T. mandatarios pleniſſima authoritate generalium et ſingularium mandatorum et litterarum quas prædicti Nuncij poſtquam iuerunt de mandato ſummi Pontificis tribus Cardinalibus oſtenderunt, per quæ manifeſto conſtabat, quod ſuper omnibus et ſingulis capitulis quæ manifeſta erant ſatisfacere poterant, et volebant, oſtendentes etiam ſolemnes nuncios paratos, quos ſecum ad Romanam Curiam duxerant mittendos pro exequendis omnibus prædictis per ſingulas partes Imperij et Regni noſtri, mora qualibet et ambiguitate remotis, et cum prædicti Nuncij inſtanter inſtarent, vt ſi quæ alia Dominus Papa manifeſta haberet et exprimeret, et etiam reſponderet ſi ſibi placeret in ſingulis, modus ſatisfactionis oblatus, neutrum iſtorum obtinere potuerunt, niſi quod Dominus Papa terram ſibi ſimpliciter poſtulabat, et alia ſuo conſilio reſeruabat: adijciens quod omnia quæ manifeſta erant neſciebat ad præſens, et quod multa manifeſta ſciebat, quæ tunc dicere non valebat. Quod cum prædicti Nuncij nimis periculoſum aſſererent, terramq. reſtituere, et nos quodammodo demunire priuſquam pacem per Eccleſiam haberemus, et particulariter ſatisfacere, et ſic diu poſtea dum aliquis articulus excogitandus ſupereſſet, qui manifeſtus diceretur, in excommunicatione manere, ſupplicabat inſtanter, vt de oblatis, & ſecundum oblatum modum ſi ſufficiens videretur ſatisfactione recepta, & ſatisfactione de dubijs ſuper modo & tempore abſolutionis noſtræ certitudinem reſponderet, aut quod ſaltem alicui ex fratribus qui non plus nos abſolueret, quàm de præſentibus manifeſtis, aut alijs quæ ad præſens ſignarentur ſatiſdatio ſequeretur, quod ab ea occaſione Lombardorum vt dictum eſt, licet de ea non palam ſed clam & per alios faceret mentionem nullatenus potuit obtinere Imperatore Conſtantinopolitano qui præſens erat, & caſum Imperij Romani, & fere totius orientalis terræ miſerabiliter cauſabatur, necnon Comite Toloſano & quāpluribus alijs nobilibus & religioſis viris ſuppliciter inſtantibus & nequeuntibus obtinere.

Medio

Sal. An. 1244. *Medio tamen tempore dum de conſummatione pacis vt dictum eſt cum inſtantia tractaretur, & nos tam Ciuitati Viterbij quæ cordis noſtri neruum tam amaro dolore pertigerat vt eſt dictum, quam alijs terris Eccleſiæ pacem mandauerimus exhiberi, ſubito ſuper ſecuritate pacis ipſius ciuitates & loca quæ terris Eccleſiæ & ſpecialiter Viterbienſ. contra fideles noſtros ipſarum partium hoſtilem facientes inſultum, prout dabatur cuilibet opportunitas ſucceſſiue multos ex noſtris expoliauerunt bonis, manciparunt carceribus, & nonnullos miſerabiliter occiderunt, quaſi quidam temporis opportunitate captata, quo ſub vmbra pacis fideles noſtros offenderent in perſonis & rebus, propter quod ad defenſionem noſtrorum fidelium ex Imperialis officij debito: quamquam rationabiliter prouocati, non tamen adijciemus ſuper firmitate pacis conſummatione tractatum, inſtantiſſime repetentes, vt liquidis deſignatis de quibus ante abſolutionem petebatur omnimoda quantitate & qualitate ſatisfactionem expreſſus abſolutionis noſtræ modus nobis & terminus diceretur. Denique ſi quæratur, ante ſacramentum non fuerunt hæc omnia terminata & ſpecialiter negotium Lombardorum? Reſpondetur, quod Lombardorum quæſtio ante ſacramentum tractata extitit & deciſa, quamquam Dominus Papa, ſi dicere liceat, aliud in corde gereret, quam in voce proferret. Cum enim tractata fuiſſet contentio de Lombardis, & Papa conſtanter inſtaret, vt præciſe compromitteretur in eum, ſicut in Dominum Gregorium fuerat aliquando compromiſſum, & reſpondetur ei, quod tunc quando compromiſſum fuit in Papam Gregorium erat amicus noſter, nec nos excommunicatos habebat ſicut vos habetis, & quia iam experti ſumus periculum, huiuſmodi materiæ de compromiſſione in Eccleſia facienda, per quam nedum quod nihil commoditatis fere per XV. annos haberemus, imo incommodum reportauimus, dum CCCC. milites ad quos pro multis offenſis Dominus Honorius, & quia propter Lombardos ex compromiſſo in eum facto condemnauerat Gregorius contra nos exiſtentes pro ſeruitio Ieſu Chriſti in partibus tranſmarinis tranſmiſit in Regnum, tandem petijt, vt quia Eccleſia ſe ad hoc Lombardis obligauerat, quod aliter nobiſcum pacem non faceret niſi poneret ipſos in pace, vt Lombardis rebellibus Imperij quos Eccleſiæ adhærentes vocabat pacem daremus & liberaremus captiuos eorum, quod cum Nuncij ſupradicti de datione pacis concederent captiuos, tamen non aliter diceret liberandos niſi prius ſacramentis fidelitatis & cautione præſtitis per eoſdem, quod in Curia noſtra & coram partibus prout eſt omnium regnorum iuris & moris ſuper detentione regalium & ipſorum obuentionibus ſtarent & iuri parerent, Dominus Papa primo de Lombardis conueniendis in Curia Imperij retulit quæſtionem, quam Lombardi ipſi nullo tempore ante retulerant, cum ipſos de Imperio & Imperij vaſallos eſſe conſtaret, pernicioſiſſimum exemplo præterea ſæpe dicti Nuncij fore dicebant, ſi de iuriſdictione vaſallorum Imperij ſeu quorumlibet regum per Dominum Papam quæſtio ſeu dubitas aliqua referretur, nihil exinde in manifeſtam Imperij & omnium fere principum iniuriam potuit obtineri, imo in euidentius noſtrum præiudicium & manifeſtiorem iniuriam, nullis etiam ſacramentis fidelitatis præſtitis per Lombardos ipſos captiuos reſtitui poſtulabat. Quod cum per nuncios noſtros foret manifeſte negatum, Dominus Papa ſuum quandam vtilitatem exdixit, quod verba iſta de ſacramentis fidelitatis & reſtitutione captiuorum de tractatu & articulis tollerentur, & haberentur pro non ſcriptis aut dictis, credens quod ſub articulo vel inuolucro potius plenæ pacis quam ex nunc promittebamus Lombardis dare, comprehenderetur reſtitutio captiuorum, quam ſubtilitatem vel potius captionem dum perciperent, proteſtati ſunt, & manifeſte dixerunt, quod nolebant, nec intelligebant, quod ſub verbis & articulo plenæ pacis captiuorum reſtitutio comprehendi deberet; ad expreſſiorem cautelam. Præterea vbi de reſtitutione captiuorum agitur, expreſſum eſt in illo capitulo, quod captiui capti in galeis & occaſione præſentis diſcordiæ liberentur: cum captiui quos tenemus dudum ante diſcordiam inter Eccleſiam & Imperium in victoria de Mediolanenſibus habita capti fuiſſent. Vltimo, cum nihilominus ad ſacramentum & pacem vt dictum eſt in Cœna Domini proceſſum fuiſſet Domino Papa forſitan vel inconcepta ſubtilitate ſua poſt ſacramentum præſtitum crederet procedere quaſi nobis ſtrictius obligatis, vel dum aliud à Nuncijs obtinere forte non poterat formam attentantem prædictam ſubſequenter à Mediolanenſium & aliorum Lombardorum, qui*

præ-

Sal. An. 1244 *præſentes erant in Curia lachrymas & querelas petitionem ſuam de compromiſſione ſub negotio præciſè in ipſum & Eccleſiam faciendam denuo repetiuit, quod cùm nullatenus Nuncij facere vellent, præſertim cum tantam affectionem ad Lombardos & eorum negotium Dominum Papam habere viderent, tandem ad viam aliam ſe conuertit, ad petitionem reſtitutionis terræ ſanctæ nulla de abſolutione noſtra facta certitudine vel promiſſa. Quod quam periculoſum nobis foret, alijs articulis in contentione manentibus, & Domino Papa in huiuſmodi voluntate quam pro Lombardis contra nos conceperat perſiſtente, cuiuslibet ſanæ mentis induſtria manifeſtiſſimè comprehendit. Demum ne tam deſideratum mundo negotium rumperetur, vias omnes & modos inuenire ſtuduimus, quatenus ad conſummatam concordiam boni principij procedi valeret, & ſicut ex vicinitate corporum poſſet occurrere vicinitas voluntatum, obtulimus ſibi etiam ſub hoc dubio non modicam terræ partem reſtituere, ſi vellet in Campaniam ſe conferre, vbi nos circa regni noſtri confinia viciuantes, per frequentes inter nuncios & nos ipſos ſi rerum vtilitas poſtularet perſonaliter in ſimul conferre poſſemus, vt tamen nobis interea caueretur de terra reliquo quæ noſtris manibus remanebat contra voluntatem noſtram à nobis nullatenus auertendo, quod cum admittere primitus noluiſſet, tandem poſt varios tractatus annuit non in Campaniam ſed Narniam ſe velle conferre. Vnde nos Interamnæ manentes, per quinque tantum milliaria diſtabamus, nobis demum iuxta condictũ expectantibus aduentum ipſius ipſe variato propoſito vrbem exiens ad Ciuitatem ſe contulit Caſtellanam, & vltrà procedere recuſauit. Veniens autem Narniam Magiſter Otto Candidus venerabilis Portuenſis Epiſcopus Cardinalis, qui velut variati propoſiti neſcius Papam ibi crediderat inuenire, reiterato tractatu cum Nuncijs ſuper collocutione mutuis, ad hoc peruentum eſt, quod ſi latenti morbo, videlicet de negotio Lombardorum medicina non eſſet appoſita, pax omnino procedere non valeret, nos pro bono pacis infraſcriptas formas in ſcriptis dedimus Cardinali prædicto ſuper negotio rebellium Lombardorum, qui videlicet ante ortam diſcordiam inter Eccleſiam & Imperium rebelles nobis fuerunt, ita dicimus quod compromittere parati ſumus in Dominum Papam ita videlicet quod pro honore Domini Papæ & Eccleſiæ compromiſſum ipſum publicè fiat ſine conditione & adiectione temporis, ſed præciſè. Cauebitur tamen nobis per litteras Domini Papæ, quod id quod præfati Lombardi Mediolanenſes ſcilicet & ſequaces eorum obtulerunt nobis in tractatu pacis poſt obtentam de eis victoriam iubebit eos nobis facere, & non minus. Forma autem prædicti tractatus inferius declarabitur ſeriatim, vel ſi ad illud non poterunt forſitan induci Lombardi, iubebit eos facere, quod obtulerunt ante obtentam Victoriam de eiſdem, hoc adiecto, quod de obſidibus dandis, quos ipſo tractatu Lombardi dare voluerunt, pronunciabit Dominus Papa. Videlicet de tot & talibus obſidibus, per quot & quales Domino Papæ, nobis & Imperio viderit eſſe cautum, & hæc determinabuntur in certum tempus trium menſium computandorum à die quo ambæ partes cum plana authoritate coram Domino Papa comparuerint, vel earum altera in præfixo termino dato, qui tamen duorum ſpatium menſium non excedat, voluerit comparere. Illud autem quod in tractatibus prædictis primo vel ſecundo ſcilicet in contentione erat: & ſuper quo cum Lombardis præfatis concordare non potuimus, excepto de obſidibus ſicut dictum eſt, erit in arbitrio Domini Papæ. Forma autem oblationis in primo tractatu talis fuit: videlicet obtulerunt nobis pro honore noſtro & Imperij publicè ponere ſe in mercede noſtra, & proijcere vexilla eorum ad pedes noſtros. Obtulerunt etiam ſocietates diſſoluere & renunciare Conſtantiæ, ſuper offenſis autem vſque ad tempus illud perpetratis obtulerunt emendam iuxta tractatum cum Cardinalibus habitum, ſcilicet Domino Oſtienſ. & Magiſtro Thoma de Capua, de quadringentis, vel vſque ad quingentos milites citra mare & non vltra mare mittendos, & per biennium moraturos, vel danda pecunia pro militibus illis prout ipſi Lombardi eligerent. Specialiter autem Mediolanenſ. offerebant cenſum pro ſe primo, & ius antea non ſolutum ſoluere à die coronationis noſtræ vſque ad diem habiti tractatus, ita tamen quod nos remitteremus eis omne ius quod acquiſitum erat nobis & Imperio ex ceſſatione cenſus pro præterito tempore non ſoluti, & nouam conceſſionem faceremus & confirmationem iuxta tenorem priuilegiorum ſuorum communi Mediolanenſ. de Comitatibus ſupradictis. Cremam autem offerebant*

Sal. An. 1244. ſe reddituros nobis, quam in recommendatione & defenſione ab Imperatore Henrico patre noſtro recepiſſe dicebant, vt tamen eis & Cremenſibus cautũ eſſet per litteras noſtras, ne nos Cremã Cremonenſibus tradere vel reddere deberemus. Sed in noſtro & Imperij dominio retinere, de Inſula autem Fulcerij nullam quæſtionem referebant, ſed ipſam ſe dimiſſuros in manibus noſtris ſimpliciter offerebant. Petebant autem prædicti Lombardi remiſſionem omnium offenſarum per eũ contra nos & principes noſtros quomodolibet contra Imperium commiſſarum. Petebant etiam quod nos promitteremus eas conſeruare Ciuitates tunc rebelles ſaluas & integras, muris portis, & foſſatis, & in omni eo ſtatu in quo tunc erant. Super iuriſdictionibus autem petebant, quod nos eas ciuitatibus conſeruaremus quæ de eis ſpecialia priuilegia poſt pacem Conſtantiæ à prædeceſſoribus habuerunt. Item petebant de omnibus alijs caſtris, villis, rutibus, honoribus, de quibus ſpecialia priuilegia vt dictũ eſt Ciuitates habebant. De his autem iuriſdictionibus, terris & iuribus, de quibus ſpecialia priuilegia non habebant, offerebant ſe ſtare iuri in Curia noſtra & coram Principibus Imperij. Simpliciter autem offerebant reſtituere nobis quicquid Imperator Henricus tenuerat vſque ad obitum ſuum. Ciuitatibus autem quæ nobiſcum tunc erant & modo ſunt, offerebant ſe reſtituros quicquid de iure & pertinentis ipſarum habebant. Super obſidibus autem altercatio fuit, & nos eos ad cautelam noſtram & Imperij petebamus, nec ſacramentis tantum volebamus eſſe contenti, quos ipſi nullatenus ſe dare velle dicebant, ſed alias ſecuritates offerebant. Petebant autem ſecuritatem pro parte ſua à nobis ſibi per Eccleſiam faciendam. Sed nos per nos, filios noſtros & Principes Imperij ſecuritatem faciendam offerebamus. Petebant Mediolanenſ. prædicti, quod nos promitteremus eis recipere ad gratiam noſtram alias Ciuitates quæ tunc Mediolanenſ. adhærebant, non ſimul ſed ſemotim & ſigillatim prout quælibet ad gratiam noſtram pro ſe venire volebat. Contra autem eam vel eas ciuitates ſeu perſonas quæ vellent in rebellione perſiſtere promittebant Mediolanenſ. aſſiſtere nobis & eſſe nobiſcum ſicut fideles vaſalli Dominis ſuis aſſiſtere tenentur & debent. Super iuriſdictionibus autem contentio erat, quia nos eas ab omnibus ciuitatibus ſimpliciter & præciſe habere petebamus, de quibus noſtra et progenitorum noſtrorum priuilegia non habebant. In ſecundo tractatu poſt obtentam victoriam oblata fuerunt omnia et ſingula ſtatuta, et eis amplius quia Comitatus Seprai et Marcheſan. priuilegia ex eis obtenta non deuaſtanda ſed conſeruanda in noſtris manibus reſignare volebant, obſides etiam offerebant, licet de numero quem nos non poſſe deſignare tunc temporis dicebamus, et de tempore retinendorum obſidum fuiſſet altercatio inter partes. De iuriſdictione autem quam nos ſimpliciter ſicut quilibet Rex in terra ſua habere volebamus ſimiliter contentio fuit: quamquam Mediolanenſ. ſe continentes haberent recipere Capitaneum à nobis quem eis dare vellemus, et ibidem ad voluntatem noſtram dimittere, qui iuriſdictionem et merum Imperium in ciuitate Mediolanenſe et eius diſtrictu pro parte noſtra et Imperij exerceret. Præter priores formas de negotio Lõbardorum obtulimus compromittere in Dominum Papam et Fratres, ita tamen quod prius omnino rumpatur promiſſio, protectio et quælibet obligatio habita inter eum et Eccleſiam ex vna parte, et Lombardos ex altera, quia non deceret, nec expediret nobis compromittere de negotijs Imperij, de quibus eſt quæſtio inter nos et Lombardos in protectorem rebellium Lombardorum et eis ſuper his ſpecialiter obligatum, et hoc ſaluo iure, et Imperij deducta expreſſim de compromiſſo pace Conſtantia, ita quod de ea ſeruanda Dominus Papa et Fratres nihil valeant arbitrari, cum ſit promiſſum et firmatum per Principes Imperij, quod prædictam pacem tanquam factam in euidens præiudicium iuris et honoris Imperij non debeamus obſeruare, ita tamen quod ex compromiſſo prædicto ad nullas cautiones alias teneremur vel obligaremur, niſi ad permiſſionem vel obligationem et Principum et communium Ciuitatum et aliorum fidelium noſtrorum Lombardis proinde faciendas pro compromiſſo et pace ſeruandis appoſito termino finiendi arbitri, prout in ſuperiori forma continetur. Prædictis autem modis in Dominum Papam compromittere volumus, quod ſi acceptare nollet, obtulimus nos paſſuros quod Nuncij rebellium Lombardorum venirent ad Curiam Romanam, et quod Dominus Papa tractaret inter nos et eos, et ex tractatu prædicto proculdubio credamus concordiam prouenturam, vt

Sal. An. 1244. *tamen ſecundum compromiſſum fiat, ſiue tractatus ſimplex vt dictum eſt prius abſoluerentur, quam aliquid de prædicto negotio inchoetur: neque propter tractatum & definitionem abſolutio differatur. Petimimus, vt poſtquam iſta fiant declarentur omnia quæ dubia & obſcura ſunt in forma pacis tractata inter nos & Eccleſiam, & quod mandata facienda per Dominum Papam declarentur & fiant ſpecialiter de hoſpitalibus faciendis. Similiter & de ſubſidio militum & pecuniæ pro contemptu clauium faciendo. Volumus etiam declarari & ſpecificari iura noſtra quæ habemus & habere debemus in Marchia & Ducatu, & alia terra quam Eccleſia tenet, videlicet Cabalcata & Parlamento, mercato & procuratione, quæ nos tanquam Aduocati, Patres & defenſores Eccleſiæ habere debemus de terra prædicta, & de quibus in poſſeſſione fuimus vſque ad tempus diſcordiæ, quamquam de modo habendi exercitum & cabalcatam prædictam aliquando contentio fuit inter nos & ſummos Pontifices Honorium & Gregor. qui ea vt iure noſtro, ſed ad mandatum Eccleſiæ requiſiti de his nos debere recipere & habere dicebant. Hæc ideo dicimus non propterea vt occaſionem pacis impediendæ vel differendæ quæramus, ſed vt omnibus declaratis & firmiter compoſitis quæ diſſenſionem & diſcordiam inter nos & Eccleſiam excitabant nos ſeruitijs Dei & Eccleſiæ ac Imperij negotijs poſſemus in poſterum ſecure vacare. Nec miretur aliquis ſuper eo quod hæc omnia exprimere & declarare prius non potuimus. Nos enim de iuſtitia & innocentia noſtra, quam quia Dominus Papa Gregorius prædeceſſor iſtius ob fauorem Lombardorum ruinoſe damnauerat, necnon de promiſſa nobis per fide dignisſimos & circa nos affectione confiſi: hæc ante firmatam pacem & ſacramentum præſtitum non diſcuſſimus. Nunc autem cum verbis & factis ipſius voluntatem experti ſumus nos committere metuimus manifeſtum eius periculo quam fortunæ præſertim cum proprio tantum motu, nec conſilio Cardin. prout eſt approbati iuris & moris Eccleſiæ Romanæ regat & nonnullis Cardin. maximæ authoritatis viris in facie dixerit, quod nec ipſos vellet conſulere, nec ſequi conſultos; oſtendit autem vt dictum eſt motum ſuum circa nos poſt firmatam pacem in multis. In primis quia cum promiſerit nos propalare tractata priuſquam à partibus abſoluta & in mundum recepta eſſet, recepta eſſe bulla Domini Papæ ad cautelam noſtram & ſigillis Magiſtrorum Petri de Vinea & Thadæi de Sueſſa tractatorum ad cautelam Eccleſiæ ſigillata, ipſam formam tractatus prædicti militis euidenter vltra & aliter quam dicta & munita fuiſſent, ea omnibus expoſuit de communi, adeo quod apud Lateranum quibuslibet pro ſex denarijs volentibus emere vendebatur, & de hoc publicum teſtimonium inuocamus, & ſpecialiter Cardinal. qui de hoc admodum doluerunt. Palam etiam coram Cardinalibus Imperatore Conſtantin. & Comite Toloſano dixit, quod vno ſolo articulo ſatisfactionum ſi de iniuria prælatorum ſatisfacere nequibamus pro quadringentis millibus Marcharum argenti, dixit etiam nimis iratus, dum negotio Lombardorum in ipſum præciſe compromittere non vellemus, quod adhuc rogaturi eramus de hoc, & ipſe non reciperet compromiſſum. Alias etiam in fauorem rebellium Lombardorum voluntatem ſuam valde detexit cauſam ipſorum manifeſte defendens de fidelitatibus à Lombardis nobis & Imperio faciendis referens quæſtionem. Procurauit præterea qualiter terra quam tenemus & de qua forma inuenta erat quæ vtrique parti placebat, quando pacis aduentum auerteretur à nobis & circa voluntatem noſtram adhæreret eidem, recipiens præfectum & quoſdam ſequaces ſuos cum terris eorum, qui omni tempore Imperij fuit, & recepit, & de quo nunquam quæſtio fuit per Eccleſiam nobis relata. Imperio etiam Nuncijs Regis Franciæ, & deinde eorum omnibus Cardinalibus dixit quod ſi etiam nos abſolueret, & Lombardi pacem plenariam non haberent, ipſe poſt abſolutionem adiuuaret Lombardos contra nos. Hæc & alia multa ſunt quæ nos deterrent, quare nos voluntati Domini Papæ committere metuimus in totum aut in partem ſatisfacere priuſquam ſimus de abſolutione & pace ſecuri. Nihilominus tamen, vt euidenter mundus agnoſcat, quod nos pacem deſideramus, nec occaſionem quærimus qualiter diſcedamus à pace, parati ſumus nos committere duobus Cardinalibus in ſcriptis, quibus Dominus Papa negotium abſolutionis committat, qui etiam ſatisfactionem recipiant de manifeſtis, & dubijs cautionem, qui quæ liquida ſunt, & de quibus emenda procedere debet exprimant & deſignent, quibus factis abſoluant*

ſoluant

Sal. An. 1244. *ſoluant nos Papa irrequiſito, ſed plenam ſuper hoc de conſilio Fratrum authoritatem habentes. Super facto etiam Lombardorum quia ſine conſilio Principum pacem conſtautia non excepta nos alicuius arbitrio committere non debemus nec poſſumus ſtabimus libenter vni de formis datis Domino N. venerabili Portuenſi Epiſcopo Cardinali quam ex eis Dominus Papa eligere voluerit. Vocabimus etiam libenter Principes, etſi de conſilio eorum proceſſerit, quod plus facere debeamus, plus libentiſſime faciemus in negotio prædicto, ad hoc vt pax valeat prouenire. Prædictis vero compoſitis & declaratis parati fuimus iuxta condictum terram reſtituere quam tenemus & Eccleſia poſſidebat priuſquam de Alemania poſteaquam de ea diſcederemus & in regnum intraremus. Obtulimus etiam ſi Dominus Papa in Campaniam ire voluerit ibi morari dum prædicta omnia declarentur & abſolutio ſubſequatur, partem terræ reſtituere de qua actum eſt, vt tamen nobis caueatur, quod Dominus Papa per ſe vel per alium non procuret vel procurari permittat, aut etiam ſine procuratione recipiat terram aliquam ſeu perſonam à fidelitate noſtra diuertentem & ad Eccleſiam ire volentem vſque ad Kalend. Martij proximo futuras. Obtulimus etiam quod ſi Dominus Papa voluerit in Campaniam ire non recepta parte terræ de qua agitur, nec ceſſari faceremus à guerra quæ fit alibi contra terram quam Eccleſia detinet, propter tantum etiam bonum conſummandum ad plura deſcendimus ad quæ nullo modo deſcendere credebamus. Videlicet ſuper facto Lombardorum retentis prioribus formis ſuper declaratione facienda in alijs Capitulis quæ in forma pacis deuenerunt, ſi Dominus Papa committeret totum negotium abſolutionis Portuenſ. & Alban. Epiſcopis, nos ſtabimus dicto & declarationi ipſorum. Super declaratione facienda de iure quod habemus in terra Eccleſiæ, petiuimus expreſſe apponi, de exercitu, parlamento, cabalcata, foro & procuratione, aut ſi prædicta expreſſim deſignare voluerint contenti ſumus quod ſeruentur nobis ea omnia quæ Principes Imperij habent in terris Eccleſiarum, quarum ipſi ſunt Aduocati, & ſuper hoc ſtabimus teſtimonio Principum prædictorum. Deinde cum ad procedendum ſuper formis prædictis nobiles viri Imperator Conſtantinop. & Comes Toloſanus & Magiſtri Petrus de Vineis & Thadæus de Sueſſa poſt collationem ſuper eis cum Domino Papa & Fratribus habitam vocati per Magiſtros Ottonem Portuenſ. & Petrum Albanenſ. Epiſcopos Cardin. ad Curiam proceſſiſſent, cum poſt diuerſos tractatus ſuper reſtitutione partis terræ vt prædictum eſt cum proceſſu Papæ in Campaniam conueniſſent data prædictis Nūcijs firma fiducia ſummi Pontificis cum quo Cardin. prædicti de forma ipſa tractauerant, tandem Papam variaſſe conſilium reſponderunt, & in Campaniam ipſam procedere nolle dixerunt. Redeuntibus vero prædictis Nuncijs ad nos cum varietate prædicta, ſubſequenter prædicti nobiles Imperator & Comes qui poſt ipſos remanſerant redierunt, & à Cardin. ſupradictis de expreſſa voluntate ſummi Pontificis habuere, quod ſi noſtro beneplacito reſideret Dominus Papa Reate libentiſſime procedebat ſub modo & conditionibus quibus proceſſurus in Campaniam petebatur, quod ipſum etiam acceptantibus nobis tandem dum ad complementum indubitatum prædictos viros egregios Imperatorem & Comitem ac prænominatos Iudices noſtros remitteremus ad Papam & XXVIII. Iulij ſecunda Indictionis occurrit eis procedentibus rumor obiter vltra quam dici valeat inſperatus, videlicet quod prædictus Papa & Pater noſter præcedenti nocte accinctus gladio in habitu militari Sutrium exiuerat, relictis & omnino celatis Cardinalibus alijs nepote ſuo Cardinali tantummodo comitatus & ſe contulerat ad Galeas quas occulte Ianua fecerat præparari & occulte ſimulata prorſus alia occaſione venire cum Ianuenſibus nobis & Imperio noſtro rebellibus ſubito nauigauit ad Ligures vel ad tranſalpinas partes vt creditur proceſſurus in noſtrum & Imperij ſi poſſe quod abſit voluntati conſenſerit nocumentum. Animaduertat igitur induſtria veſtra ſi pax in puritate nobiſcum vel aliter tractabatur, cuius tractatu pendente Galeorum vocationem nobis & Cardinalibus etiam ſicut credimus prorſus ignaris de ruptura negotij agebatur occulte. Animaduertat ſi nobis eſſet expediens ac ſecurum cauſam noſtram talem & tantam arbitrio talis iudicis committere terminandam.*

Creſcebat in dies numerus prælatorum; Ann. 1245.
Innocentius, vt ſanctioris conſilij numerum
expleret, quos *Friderico* obijceret debacchā-
ti, quorumque conſilio in grauioribus vte-
retur, duodecim Cardinales ex diuerſis na-

Sal. An. 1245 tionibus delegit, eiſque galeri rubentis deferendi fecit poteſtatem; eo myſterio, vt ſcirent capita ſua prò eccleſiæ libertate tuenda ad mortem vſque teneri. Cum itaque conueniſſent Patres, venere etiam *Friderici* legati;

cxx *Legati Cæſaris agunt cauſam in concilio*

Petijt *Sueſſanus* audiri; & prò *Friderico* obiectis criminibus reſpondere: Cui Innocentius. *Ecquem ſponſorem tantarum* (inquit) *rerum præbebis*. Illo verò Regem Francorum, Anglorumue ſubijciente, *neutrum* (inquit) *horum accipimus, ne Friderico, vt ante, fidem fallente, in vtrumque aduertere compellamur, ac tres terrarum Principes omnium potentiſſimos hoſtes adipiſcamur*. Quatto inde poſt

Innocēt. perorat

die in æde S. Io:, Spiritus Sancti auxilium ſolemniter implorans, calamitates inde, quibus premebatur eccleſia, exponere cum fletu & lacrymis cæpit: in peroratione verò crimina *Friderici* explicuit, hæreſim, ſacrilegia, commertia cum Saracenis, periuria, quæ prolatis eius literis comprobauit: Quibus *Thadaus Sueſſanus* multis rationibus reſpondit, quas vbi ſpecioſas magis, quàm veras iudicari à patribus ſenſit, ſpatium poſtulauit, quo monere *Fridericum* poſſet, vt ipſe præſens ad cauſam dicendam veniret.

negat adeſſe cū Friderico

Cui Innocentius *Minimè verò, immo ſi ipſe acceſſerit, ego abibo: etenim laqueos eius, quibus me vix explicui, pertimeſco, nec me adhuc idoneum ſentio martyrio:* Demum duæ hebdomadæ ad illum certiorandum, dantur. Quod vbi *Fridericus* cognouit, *Thadai* omnino repudiauit conſilium, negans *Imperatoriæ dignitatis eſſe, ſeſe in iure de crimine ſiſtere*.

Frider. negat iudicio ſiſtere.

Cum autem tranſactis inducijs, multi eum accuſarent, ac teſtibus ea comprobarent, nec ſatis *Thadaus* dilueret, *Innocentius* frequenti concilio XVIII. Kalendas Augusti eum anathematizauit, atque depoſuit.

SENTENTIA INNOCENTII IV. *IN CONCILIO LVGDVN.* In Fridericum Imperatorem.

cxxi *AD apoſtolicæ dignitatis apicem, licet indigni, dignatione Diuinæ maieſtatis aſſumpti, omnium Chriſtianorum curam vigili ſedulaque ſolertia gerere, ac intimæ conſiderationis oculo ſingulorum diſcernere merita, & prouidæ deliberationis ſtatera librare debemus: vt quos iuſti vigor examinis dignos oſtenderit, congruis attollamus fauoribus, quos autem reos, pœnis debitis deprimamus; appendentes ſemper meritum & præmium æqua lance, retribuendo cuique, iuxta qualitatem operis, pœnæ vel gratiæ quantitatem. Sane cum dira guerrarum commotio nonnullas profeſſionis Chriſtianæ prouincias diutius afflixiſſet, nos toto cupientes affectu mentis tranquillitatem & pacem eccleſiæ ſanctæ Dei ac generaliter cuncto populo Chriſtiano reſtituere ac reducere, ad præcipuum principem ſæcularem, huius diſſenſionis & tribulationis autorem, à felicis recordationis Gregorio Papa prædeceſſore noſtro pro ſuis exceſſibus anathematis vinculo innodatum, ſpeciales nuncios magnæ autoritatis viros, videlicet venerabilem fratrem noſtrum P. Albanenſem, tunc Rothomagenſem archiepiſcopum, & C. Sabinenſem tunc, quondam Mutinenſem, epiſcopos, ac dilectum filium noſtrum Guillelmum baſilicæ duodecim apoſtolorum presbyterum cardinalem, tunc abbatem ſancti Facundi, qui ſalutem zelabantur ipſius, duximus deſtinandos; facientes ſibi proponi per ipſos, quod nos & fratres noſtri, quantum in nobis erat, pacem per omnia ſecum habere, necnon eum omnibus hominibus, optabamus, parati ſibi pacem & tranquillitatem dare, ac mundo etiam vniuerſo. Et quia prælatorum, clericorum, omniumque aliorum, quos detinebat captiuos, & omnium tam clericorum quam laicorum quos ceperat in galeis reſtitutio poterat eſſe pacis plurimum inductiua, eum, vt illos reſtitueret, cum hoc idem tam ipſe, quam ſui nuncij, antequam ad apoſtolatus vocati eſſemus officium, promiſiſſent, rogari & peti ab ipſo fecimus per eoſdem, ac proponi inſuper, quod ijdem parati erant pro nobis audire, & tractare pacem, ac etiam audire ſatisfactionem quam facere vellet princeps de omnibus, pro quibus vinculo erat excommunicationis aſtrictus; & offerri præterea, quod ſi eccleſia eum in aliquo contra debitum læſerat, (quod non credebat) parata erat corrigere, ac in ſtatum debitum reformare. Et ſi diceret ipſe quod in nullo contra iuſtitiam læſerat eccleſiam, vel quod nos eum contra iuſtitiam læſiſſemus, parati eramus vocare reges, prælatos, & principes tam eccleſiaſticos quam ſæculares, ad aliquem tutum locum, vbi per ſe vel ſolemnes nuncios conuenirent; eratque parata eccleſia de conſilio concilij ſibi ſatisfacere, ſi.*

eum

Sal. An. 1245 eum læſiſſet in aliquo, ac reuocare ſententiam, ſi quam contra ipſum iniuſte tuliſſet, & cum omni manſuetudine ac miſericordia, quantum cum Deo & honore ſuo fieri poterat, recipere de iniurijs & offenſis ipſi eccleſiæ ſuiſque per eum irrogatis ſatisfactionem ab ipſo. Volebat etiam eccleſia omnes amicos ſuos ſibique adhærentes in pace ponere, plenaque ſecuritate gaudere; vt nunquam hac occaſione poſſet aliquod ſubire diſcrimen. Sed licet ſic apud eum pro pace paternis monitis & precum inſiſtere curauerimus leuitate: idem tamen Pharaonis imitatus duritiam, & obturans more aſpidis aures ſuas, huiuſmodi preces & monita elata obſtinatione ac obſtinata elatione deſpexit. Et licet proceſſu temporis in die cœnæ Domini proxima nuper præterita, præcedente coram nobis & fratribus noſtris cardinalibus præſentibus cariſſimo in Chriſto filio noſtro Conſtantinopolitano imperatore illuſtri, cœtu quoque non modico prælatorum, ſenatoribus populi Romani, & maxima multitudine aliorum, qui eodem die propter ſolemnitatem ipſius de diuerſis mundi partibus ad apoſtolicam ſedem conuenerant, quod ſtaret noſtris & eccleſiæ mandatis per nobilem virum comitem Toloſanum, ac magiſtros P. de Vinea, & T. de Sueßa curiæ ſuæ iudices, & nuncios, & procuratores ſuos, ſpeciale ſuper hoc ab ipſo mandatum habentes, præſtiterit iuramentum: poſtmodum tamen quod iurauerat non impleuit; quinimmo ea intentione ipſum præſtitiſſe iuramentum probabiliter creditur, ſicut ex factis ſequentibus colligitur euidenter: vt eidem eccleſiæ ac nobis illuderet potius quam pareret. cum anno & amplius iam elapſo, nec ad ipſius eccleſiæ gremium reuocare potuerit, nec ſibi de illatis eis damnis & iniurijs curauerit ſatisfacere, licet ſuper hoc extiterit requiſitus. Propter quod non valentes abſque graui Chriſti offenſa eius iniquitates amplius tolerare, cogimur vrgente nos conſcientia iuſte animaduertere in eundem. Et vt ad præſens de cæteris eius ſceleribus taccamus, quatuor grauiſſima, quæ nulla poſſunt celari tergiuerſatione, commiſit. Deierauit enim multoties, pacem quondam inter eccleſiam & imperium reformatam temere violando. Perpetrauit etiam ſacrilegium, capi faciens cardinales ſanctæ Romanæ eccleſiæ, ac aliarum eccleſiarum prælatos & clericos religioſos & ſæculares venientes ad concilium, quod idem prædeceſſor noſter duxerat conuocandum. De hæreſi quoque non dubijs & leuibus, ſed euidentibus argumentis ſuſpectus habetur: plura ſiquidem eum commiſiſſe periuria ſatis patet. Nam olim cum in Siciliæ partibus morabatur, priuſquam eſſet ad imperij dignitatem electus, coram bonæ memoriæ C. ſancti Theodori diacono cardinali, apoſtolicæ ſedis legato, felicis recordationis Innocentio papæ prædeceſſori noſtro, & ſucceſſoribus eius, eccleſiæque Romanæ, pro conceſſione regni Siciliæ ab eadem eccleſia ſibi facta, fidelitatis præſtitit iuramentum: &, ſicut dicitur, illud idem, poſtquam ad eandem dignitatem electus extitit, & venit ad Vrbem, coram eodem Innocentio, ſuiſque fratribus cardinalibus, & alijs multis præſentibus, ligium hominium in eius faciens manibus innouauit. Deinde cum in Alemannia eſſet eidem I. & ipſo defuncto bonæ memoriæ Honorio papæ prædeceſſori noſtro, & eius ſucceſſoribus, ac ipſi eccleſiæ Romanæ, præſentibus imperij principibus atque nobilibus, iurauit, honores, iura, & poſſeſſiones Romanæ eccleſiæ pro poſſe ſuo ſeruare, ac protegere bona fide, & quod quæcunque ad manus ſuas deuenirent, ſine difficultate reſtituere procuraret, nominatis & expreſſe dictis poſſeſſionibus in huiuſmodi iuramento: quod poſtmodum confirmauit, coronam imperij iam adeptus. Sed horum trium iuramentorum temerarius extitit violator, non ſine proditionis nota, & læſæ criminæ maieſtatis. Nam contra præfatum prædeceſſorem G. & fratres ſuos comminatorias litteras eiſdem fratribus deſtinare, ac dictum G. apud fratres ipſos, ſicut apparet per litteras ab eo tunc directas eiſdem, & etiam, prout fertur, per vniuerſum fere orbem terrarum multipliciter diffamare præſumpſit, ac venerabilem fratrem noſtrum O. Portuenſem, tunc ſancti Nicolai in carcere Tulliano diaconum cardinalem, & bonæ memoriæ I. Præneſtinum, epiſcopos, apoſtolicæ ſedis legatos, nobilia & magna Romanæ eccleſiæ membra, perſonaliter capi fecit, & bonis omnibus ſpoliatos, ac per diuerſa loca non ſemel ignominioſe deductos, carceribus mancipari. Priuilegium inſuper, quod beato Petro & ſucceſſoribus eius in ipſo tradidit Dominus Ieſus Chriſtus, videlicet, Quodcumque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis, in quo vtique autoritas & poteſtas eccleſiæ Romanæ conſiſtit, pro viribus diminuere, vel ipſi eccle-

ſia

Sal. An. 1245. *ſia auferre ſategit: ſcribens ſe præfati G. ſententias non vereri, latam ab eo excommunicationem in ipſum, non ſolum, contemptis eccleſiæ clauibus, non ſeruando, verum etiam per ſe ac officiales ſuos & illam & alias excommunicationis vel interdicti ſententias, quas idem omnino contempſit, cogendo alios non ſeruare. Poßeſſiones quoque præfatæ Romanæ eccleſiæ, videlicet Marchiam, Ducatum, Beneuentum, cuius muros & turres dirui fecit, ac alias quas in Tuſcia & Lombardiæ partibus. Et quibuſdam alijs obtinebat locis, paucis exceptis, occupare non metuens, eos adhuc detinet occupatas. Et tamquam ei non ſufficeret, quod manifeſte contra iuramenta præmiſſa, præſumendo talia, veniebat per ſe vel ſuos officiales, earumdem poſſeſſionum homines deierare compulit: ipſos à iuramentis fidelitatis, quibus Romanæ tenebantur eccleſiæ, de facto, cum de iure non poßet, abſoluens, & faciens eoſdem fidelitatem nihilominus abiurare prædictam, ſibique fidelitatis huiuſmodi iuramenta præſtare. Pacis vero ipſum violatorem exiſtere plane conſtat, quia cum olim tempore pacis inter ipſum & eccleſiam reformatæ iuraſſet coram bonæ memoriæ I. de Abbatiſuilla epiſcopo Sabinenſi, & magiſtro Th. tituli ſanctæ Sabinæ presbytero cardinali, præſentibus multis prælatis, principibus, & baronibus, quod ſtaret & pareret præciſe abſque vlla contradictione omnibus mandatis eccleſiæ, ſuper ijs pro quibus erat vinculo excommunicationis adſtrictus, cauſis excommunicationis eiuſdem expreſſis, per ordinem coram eo, tunc omnibus Teutonicis hominibus regni Siciliæ, ac quibuslibet alijs, qui eccleſiæ contra ipſum adhæſerant omnem remittens offenſam, & pœnam: et quod nullo tempore offenderet, vel offendi faceret ipſos, pro eo quod eccleſiæ aſtiterant, præſtari in anima ſua per comitem Acerrarum faciens iuramentum, poſtmodum pacem et iuramentum huiuſmodi, nequaquam erubeſcens irretiri periurijs, non ſeruauit. Nonnullos enim ex ipſis hominibus, tam nobiles, quam alios, poſtea capi et incarcerari fecit, et eis bonis ſuis omnibus ſpoliatis, vxores eorum et filios captiuari, ac inſuper terras eccleſiæ contra promiſſionem, quam eidem T. Sabinenſi epiſcopo et Thomaſo cardinali fecerat, irreuerenter inuaſit, licet ipſi extunc in eum præſentem, ſi vllo modo prædictis articulis aut conditionibus contraueniret, excommunicationis ſententiam promulgarant. Et cum ijdem apoſtolica ei autoritate mandaſſent, vt nec per ſe nec per alium impediret quin poſtulationes, electiones, et confirmationes eccleſiarum et monaſteriorum in regno præfato libere de cætero fierent, ſecundum ſtatutum concilij generalis, et quod nullas deinceps in eodem regno viris eccleſiaſticis ac rebus eorum imponeret tallias, vel collectas, quodque nullus ibidem clericus, vel perſona eccleſiaſtica de cætero in ciuili vel criminali cauſa conueniretur coram iudice ſæculari, niſi ſuper feudis quæſtio ciuiliter haberetur, ac Templarijs, Hoſpitalarijs, et alijs perſonis eccleſiaſticis de damnis et iniurijs irrogatis eiſdem ſatisfaceret competenter, ipſe mandatum huiuſmodi adimplere contempſit. Liquet namque vndecim aut plures archiepiſcopales, et multas epiſcopales ſedes, abbatis quoque, ac alias eccleſias, ad præſens vacare in regno prædicto, eaſque, procurante ipſo, ſicut aperte patet, fuiſſe diutius prælatorum regimine deſtitutas, in graue ipſarum præiudicium et periculum animarum. Et licet forte in aliquibus eiuſdem regni eccleſijs electiones ſint à capitulis celebratæ: quia tamen per illa eiuſdem familiares clerici ſunt electi, probabili poteſt argumento concludi, quod facultatem non habuerunt liberam eligendi. Eccleſiarum autem ipſius regni non ſolum facultates et bona fecit, prout voluit, occupari: ſed etiam cruces, thuribula, calices, et alios ſacros earum theſauros, et pannos ſericos, velut cultus Diuini contemptor, auferri, licet, vt dicitur, ipſis eccleſijs, exacto tamen prius pro eis certo pretio, in parte fuerint reſtituti. Clerici quippe collectis et tallijs multipliciter affliguntur, non ſolum trahuntur ad iudicium ſæculare, ſed, vt aſſeritur, coguntur ſubire duella, incarcerantur, occiduntur: et patibulis cruciantur, in confuſionem et opprobrium ordinis clericalis: præfatis autem Templarijs, Hoſpitalarijs, et perſonis eccleſiaſticis, non eſt de damnis illatis eiſdem et iniurijs ſatisfactum. Eum quoque certum eſt fore ſacrilegij patratorem. Nam cum præfati Portuenſis et Præneſtinus epiſcopi, et complures eccleſiarum prælati, et clerici tam religioſi quam ſæculares, ad apoſtolicam ſedem pro celebrando concilio, quod prius ipſe petierat, conuocati per mare venirent, vijs terræ ipſis de mandato eius omnino præcluſis, idem deſtinato Entio filio ſuo cum multitudine galearum, et per alios complures longe ante ſeriem*

præ-

Sal. An. 1245 *præparatos in partibus Tuſciæ maritimis inſidijs poſitis contra eos, vt grauius poſſet virus vomere præconceptum, ipſos auſu ſacrilego capi fecit, quibuſdam prælatorum ipſorum, & alijs in huiuſmodi captione ſubmerſis, nonnullis etiam interemptis, & aliquibus hoſtili inſecutione fugatis, reliquis autem bonis ſpoliatis omnibus, & de loco ad locum in regnum Siciliæ opprobrioſe deductis, ac ibidem diris carceribus mancipatis, quorum aliqui macerati ſqualoribus & inedia preſſi, miſerabiliter defecerunt.*

Merito inſuper contra eum de hæretica prauitate ſuſpicio eſt exorta, cum poſtquam excommunicationis ſententiam à præfatis I. epiſcopo Sabinenſi, & T. cardinalibus prolatam incurrerit, & dictus G. papa ipſum anathematis vinculo innodauit, ac poſt eccleſiæ Romanæ cardinalium, prælatorum & clericorum, ac aliorum etiam diuerſis temporibus ad ſedem apoſtolicam venientium captionem claues eccleſiæ contempſerit, & contemnat, ſibi faciens celebrari, vel potius, quantum in eo eſt, profanari Diuina: & conſtanter aſſeruit; vt ſuperius eſt narratum, ſe præfati G. papæ ſententias excommunicationis non vereri. Præterea coniunctus amicitia deteſtabili Saracenis, nuncios & munera pluries deſtinauerit eiſdem, & ab eis vicisſim cum honorificentia & hilaritate receperit, ipſorumque ritus amplectitur, illos in quotidianis eius obſequijs notabiliter ſecum tenens. Eorumdem etiam more vxoribus quas habuit de ſtirpe regia deſcendentibus, eunuchos Capuæ, quos, vt dicitur, ſerio caſtrari fecerat, non erubuit deputare cuſtodes, &, quod execrabilius eſt, olim exiſtens in partibus tranſmarinis, facta compoſitione quadam, immo colluſione verius, cum Soldano, Machometi nomen in templo Domini diebus & noctibus publice proclamari permiſit, & nuper nuncios Soldani Babyloniæ, poſtquam idem Soldanus terræ ſanctæ ac Chriſtianis habitatoribus eius per ſe ac ſuos damna grauiſſima & ineſtimabiles iniurias irrogarat, facit per regnum Siciliæ cum laudibus ad eiuſdem Soldani extollentiam, &, ſicut fertur, honorifice ſuſcipi, & magnifice procurari. Aliorum quoque infidelium pernicioſis & horrendis obſequijs contra fideles abutens, & illis qui damnabiliter vilipendentes apoſtolicam ſedem, ab vnitate eccleſiæ diſceſſerunt, procurans affinitate ac amicitia copulari, claræ memoriæ ducem Bauariæ, ſpecialem eccleſiæ Romanæ deuotum, fecit, ſicut pro certo aſſeritur, Chriſtiana religione deſpecta per aſſaſſinos occidi, & Battatio Dei & eccleſiæ inimico à communione fidelium per excommunicationis ſententiam cum adiutoribus, conſiliatoribus, & fautoribus ſuis, ſolemniter ſeparato filiam ſuam tradidit in vxorem. Catholicorum vero principum actus & mores reſpuens, neglector ſalutis & famæ, pietatis operibus non intendit: quinimmo, vt de ſuis nefarijs diſſolutionibus ſileamus, cum didicerit tantum opprimere, non curat oppreſſos miſericorditer releuare, manu eius, vt decet principem Chriſtianum, ad eleemoſynas inextenta, cum deſtructioni eccleſiarum inſtiterit, religioſas ac alias eccleſiaſticas iugi attriuerit afflictione & perſecutione perſonas, nec eccleſias, nec monaſteria, nec alia pia loca cernitur conſtruxiſſe. Nonne igitur hæc non leuia, ſed efficacia ſunt argumenta de ſuſpicione hæreſis contra eum, cum hæreticorum vocabulo illos ius ciuile contineri aſſerat, & latis aduerſus eos ſententijs debere ſuccumbere, qui vel leui argumento à iudicio catholicæ religionis & tramite detecti fuerint deuiare? Præter hæc, regnum Siciliæ, quod eſt ſpeciale patrimonium beati Petri, & idem princeps ab apoſtolica ſede tenebat in feudum, iam ad tantam in clericis & laicis exinanitionem ſeruitutemque redègit, quod eis pene penitus nihil habentibus, & omnibus exinde probis fere eiectis, illos qui remanſerunt ibidem ſub ſeruili quaſi conditione viuere, ac Romanam eccleſiam, cuius principaliter ſunt homines & vaſſalli, offendere multipliciter & hoſtiliter impugnare compellit. Poſſet etiam merito reprehendi, quod ſquifatorum annuam penſionem, in qua pro eodem regno ipſi eccleſiæ Romanæ tenetur, per nouem annos & amplius ſoluere prætermiſit. Nos itaque ſuper præmiſſis & compluribus alijs eius nefandis exceſſibus, cum fratribus noſtris & ſacro concilio deliberatione præhabita diligenti, cum Ieſu Chriſti vices licet immeriti teneamus in terris, nobiſque in beati Petri apoſtoli perſona ſit dictum; Quodcumque ligaueris ſuper terram, *&c. memoratum principem, qui ſe imperio & regnis omnique honore ac dignitate reddidit tam indignum, quique propter ſuas iniquitates à Deo ne regnet vel imperet eſt abiectus, ſuis ligatum peccatis, & abiectum, omnique honore & dignitate priuatum à Domino oſtendimus,*

denun-

Sal. An. 1245 *denunciamus, ac nihilominus ſententiando priuamus; omnes, qui ei iuramento fidelitatis tenentur adſtricti, à iuramento huiuſmodi perpetuo abſoluentes: autoritate apoſtolica firmiter inhibendo, ne quiſquam de cætero ſibi tanquam imperatori vel regi pareat vel intendat, & decernendo quoslibet, qui deinceps ei velut imperatori aut regi conſilium vel auxilium præſtiterint ſeu fauorem, ipſo facto ex. communicationis vinculo ſubiacere. Illi autem ad quos in eodem imperio imperatoris ſpectat electio eligant libere ſucceſſorem. De præfato vero Siciliæ regno prouidere curabimus, cum eorumdem fratrum noſtrorum conſilio, ſicut viderimus expedire. Datum Lugduni XVI. Kal. Auguſti, anno tertio.*

CXXII Hæc omnia Chriſtianis principibus nota fecit. Miſit *Philippum Fontana* Epiſcop. Ferrarienſem ad Germanos, hortans eos, vt *Henricum* Landgrauium Thuringiæ regem deligerent. Exarſit ira *Fridericus*, cum ei hæc nunciarentur; ad ſuos conuerſus inquit: *Pontifex in concilio coronam mihi detraxit, videamus an ita ſit?* ac coronam ſibi afferri iuſſam capiti impoſuit, inquiens: *coronam ergo nondum Pontificis vel Concilij amiſi decreto: an verò principem, cui non eſt par, de culmine Imperialis dignitatis pontifex deturbabit? meliore nunc quàm ante conditione ſum. Antea in aliquibus et ſaltem obtemperare tenebar; nunc omni vinculo pacis & obedientiæ ſolutus ſum.* Propterea ab illa die Pontificem, propinquos, affines, amicos, bona inſectari inſtituit. Vt autem Principes ab eius amicitia ſeiungeret, literas ad eos ſcripſit veneno maledictionis aſperſas.

Friderieus ſub. ſannat Papam

Iuſtitiario Terræ Laboris ſuper depoſitione ſua.

CXXIII *HVcuſque ſatis, vt loquamur ad literam, pacem quæſiuimus, gratam nobis & à cunctis gentibus votis adſectatam, ad quam per humilitatis & patientiæ holocauſtum rectè captandam, præter ſacri Imperij ius & morem, noſtra ſe pluries inclinauit humilitas, petitionis ſuæ votum, tanto celerius adeptura, quanto pax à Petri vicario, cui legatum pacis hominibus eroganda commiſſum eſt, patientius petebatur. Vulnus enim immedicabile quod latebat interius, externi curam medicaminis inſenſurum, ſub mitis medici cura computruit, & cordis intima, proh dolor, violenter inuaſit. Congregauit enim Lugdunenſe concilium, quod inuiti referimus, Romanus antiſtes, per quod ferrum gentibus præbuit: & quod ſedaſſe debuerat letale diſſidium, noſtris temporibus enormiter incitauit. Reſtat itaque mederi per gladium putres partes, et audacter abſcindere, ne ſubſequenter impuτres per coadhærentiam putreſiant. Ad ſalubre igitur et feſtinum ſubſidium procurandum, fidelium noſtrorum omnium promptas exquirimus voluntates, eccleſiarum potiſſimè, et eccleſiaſticarum perſonarum quarum profundius laborat infirmitas, ſpeciale ſubſidium inquirentes: quorum vota concurrere manifeſtè coniicimus votis noſtris, vt quanto fuerit ſuccurſus agilior, tanto magis indigens et promptior ſit cautela. Quocirca fidelitati tuæ firmiter et diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ab eiſdem clericis, tuæ iuriſdictioni ſubditis, tertiam partem obuentionum & prouentuum omnium, pro tam ſalubri ac neceſſaria ſubuentione præſtanda, inſtanter exigas & recolligas feſtinanter, ipſam ad cameram noſtram celeriter tranſmiſſurus. Clerici nihilominus cura protegantur Imperij, paſtoris negligentia vel temeritate diſperſi, de bonis patrimonialibus, quæ in Imperio poſſident, contingentem eos collectam exoluere more ſolito, permiſſurus. Quoſcunque verò ex eis in ſolutione quantitatis ſubſidialis eis impoſita, vel petitione repereris contumaces, noſtri carceris excidijs adgraues, ne per impunitates ſcelerum intentionem aggrauent delinquendi.*

FRIDERICVS II. GALLORVM REGI.

CXXIV *SAtis nos pungit interius res noua, quam ſcribimus, immo noſtra medullitus interiora perturbat, dum ibi nouiter inquietamur amarius, vbi quietis dulcedinem ſtudioſius procuramus: inde crudeliter cadimur, & impetimur imprudenter, vnde pacis deberet hodie prodire charitas, religio, & beatitudinis zelus à fidei noſtræ cultoribus expectari. Iſte ſiquidem ſummus pontifex Eccleſiæ, qui quantum nos dudum grauibus iniurijs prouocarit, adſectionis veſtræ notitiam ſcire confidimus, nec mundus ignorat. Sagittas acutas emittit de pharetra, dum ſatis ſibi fore non æſtimans, in Italia partibus continuis iaculis impetiſſe nos hactenus, niſi nunc in peculiaris noſtri regni pomerio, quod materna nobis decreuit hæreditas,*

Sal. An. 1245. *tas, ſpinas interſerat & noſtrorum corda fidelium, quæ fidelitas natiua conſolidat, à noſtra deuotione ſubuertat, pro Lombardorum negocio: cuius occaſione pacis tractatui, ſemper impedimenta parauerat, & in quo toties voluntatem eius inuenimus duriorem, quoties voluntatis ad pacem ſigna monſtrauimus promptiora. Nuper autem in regnum ipſum per fratres prædicatores & minores, quos ad honorem diuini nominis, benigno ſemper fauore proteximus, quos ſemper curauimus ampliare, quorum etiam inſolentias hactenus, licet inuiti tulerimus, tamen aliquando ſub patientiæ veloſtuduimus præterire, literas improuidè dirigit; & occultas ſuggeſtiones innectit: quibus excommunicationis & interdicti ſententias, contra nos dudum improuidè fulminatas, à fidelibus noſtris regnicolis ſub interminatione diuini iudicij faciat obſeruari. Aliud etiam quod reputamus amarius, ſuæ mentis amaritudinem contra nos proteruius eructat, dum translato quaſi viuifica crucis myſterio de partibus tranſmarinis in regnum, tanquam iterum in Apulia crucifixus ſit Chriſtus, fideles Chriſticolas: de quorum feſtino ſubſidio, ſi Chriſtus fidem euangelizaret in terris, vt credimus, Terra ſanctæ neceſſitati debuerat prouidiſſe: nunc parentes armat in filios, & ad regni Chriſtianiſſimi ſpolia cruce ſignat. Sed hæc profectò quæ diximus, non magis ex odio, quo nos ſpecialiter & iniuſtè perſequitur quàm ex innato, ſi dici liceat, ſibi liuore nequitiæ proceſſiſſe penſamus, vt qui dilectionis puræ conſtantiam, quà vos affectuosè amplectimur directè, non poterat ſpiritu detractionis impetere, calumnioſus ſaltem inficeret per obliquum. Dum enim ante cæptum noſtræ peregrinationis aggreſſum, pro deſperato quodammodo pacis negocio, quod nos tunc temporis reſumere delectabat, ad requiſitionem veſtram, ſolemnes excellentiæ noſtræ legatos apud Lugdunenſes noſtra Serenitas deſtinaſſet: quanquam nos forſitan præteritorum experimento perterriti, de pacis dubitare negocio cogeremur. Idem ſanctiſſimus pater noſter conceptum noluit nobis citra mare præſentibus virus euomere: ſed tempus noſtræ captauit abſentiæ, vt tam inconſultus, quàm ſubitus motus eius nobis infamiæ notam impingeret, & factionis huiuſmodi, nos quaſi participes denotaret. vt quæ nobiſcum nondum celebrato colloquio tentare diſtulerat, poſt veſtram cum eo collationem habitam, præſumpta ſic temerè, non ſine veſtræ conniuentiæ vel conſenſus inuolucro, quod omnino non credimus manifeſtè daret intelligi præformata. Ex his ſanè cauſis, nos meritò mouemur ſuper iuribus noſtris, iniuſtè ſic impeti. Mouemur, quòd nunc videmus illos in arma conſurgere, qui prædicare tantum debent verbum Dei. Mouemur, in gremio proprio nutriuiſſe ſerpentes: quos quanto familiarius hucuſque tractauimus, tanto nunc hoſtes peſtiferos grauius inuenimus. Mouemur profundius, & Terræ ſanctæ neceſſitatibus præcipuè condolemus, quæ cum ad ſui recuperationem nobis dudum firmo propoſito, arma & ſcutum viriliter adſumentibus, & potenter Gallicorum virium recepto ſubſidio vniuerſale Chriſtianorum ſubſidium expectaret, papali ſuffragio fruſtrata iam remanet, & neceſſario vobis in partibus vltra mariniis morantibus, à quibus modico freto diſtabat Apulia, ipſam rerum victualium opulentiam ſubtrahere oporteret. Cum enim anno proximè præterito, de chariſtia victualium regni noſtri quam accidens temporale conduxerat, prout dilectionem veſtram latere non credimus, veſtris & veſtrorum vſibus amicabiliter faceremus vtiliter prouideri: ac eſſemus in antea tanto fæcundius prouidere parati, quanto nunc ibidem tempora fæcundiora ſuccedunt, quæ poſſit aut debeat nobis in antea regni fertilitas opulentiæ, ſigna ſucceſſiuè protendere, ſi regnum oporteat ex patris noſtris perſecutione, quam diximus pluſquam ciuilia bella tractare, regalis induſtria videat & diſcutiat diligenter. Non tamen in totum propterea ſic vobis credatis, noſtra ſubſidia velle ſubtrahere, quin vobis, in quantum negotiorum & temporum qualitas patitur, cum ex publico bono fidei Chriſtianæ, quam tota mentis adfectione zelamur, tum etiam ex amicitiæ fædere, quod & vos & progenitores noſtros, & nos vobiſcum habuiſſe ſuauiter rememoramus illæſum, tanquam illi, quem chariorem habemus, præ alijs liberalitatis noſtræ ſuffragia promptis adfectibus offeramus. Cauſam itaque noſtram in libra veſtræ conſiderationis appendite: & cum veſtra res agatur in proximis, quæ fides huiuſmodi danda ſit angelis, quod ex ipſorum actibus colligatur exemplum, ſi ſub patientiæ pallio ijdem noſtræ benignitatis ingrati, cauda nos feriant, ſi religionis, quam ſolo figurant habitu, pudore poſtpoſito, ab ea deuiantes pietate, quam prædicant,*

Bal. An. 1245. *negocijs bellicis temporaliter ſe immiſcent. Super his honori veſtro, ſicut conuenit, prouidere: attendat nihilominus veſtræ Serenitatis affectio, ſi ſunt hec arma pontificum, ſi Petri ſubambulus, quod debet, in gentibus oleum pietatis infundat: ſi Chriſti vicarius, Chriſti vices adimpleat, dum illis diſpendijs incautè ſe implicat, ex quibus homicidia ſanguinolenta proueniunt, & animarum multiplicia detrimenta naſcuntur. Nos enim qui pondus incudis hactenus patienter & deuotè ſubiuimus, nolẽtes per patientiam noſtrã lædi, de cætero pati nequiuimus, quin causã noſtrã defendendo viriliter, mallei conſequenter officiũ adſumamus.*

Capitaneo etiam Regni mandauit, vt procederet contra ferentes litteras Papales in regnum, cuius reſcriptum legitur in libro Reſcriptorum num. 66. cxxv

EIVSDEM DIPLOMA

Quod Papa non poſſit Reges inſtituere, vel deponere.

FRidericus Dei gratia Romanorum Imperator ſemper-Auguſtus, Hieruſalem & Siciliæ Rex, Vniuerſis præſentes literas inſpecturis per Regnum Franciæ conſtitutis, dilectis ſibi, ſalutem, & omne bonum.

Cùm per aliquos retroactos Romanæ ſedis Antiſtites, & præſentem, nos & alios Reges, Principes orbis, & Nobiles, Regna, Principatus, honores quoslibet, & Iuriſdictionem habentes, grauatos merito cenſeamus, ex eo quod ipſi contra Deum, & Iuſtitiam, poſſe ſibi iuriſdictionem & auctoritatem vſurpant inſtituendi & deſtituendi, ſeu remouendi ab Imperio, Regnis, Principatibus, & honoribus ſuis Imperatores, Reges, & Principes, ſeu quoſcunque Magnates, temporalem auctoritatem in eos temporaliter exercendo, abſoluendo etiam à ſacramentis, quibus Dominis ſuis vaſalli tenentur, contra dominos, excommunicationis tantummodo ſententia promulgata.

Quodque quæſtione ſiue diſſenſione, inter dominos & vaſallos, ſeu inter duos Nobiles & vicinos inuicem contendentes, prout accidet, emergente, prædicti ſummi Pontifices ad petitionem vnius partis tantummodo partes ſuas temporaliter interponunt, volendo ipſos inuitos in ſe compromittere, vel aliter ad concordiam coercere, & alligando ſe fidelibus contra dominos, aut vni de partibus ſupradictis; quod non prius pacem cum alijs faciant quàm alligatos ſibi ponant in pace, recipiendo ſimiliter promiſſionem de non faciendo pacem cum dominis à vaſallis.

Item in eo quod prædicti ſummi Pontifices, in præiudicium iuriſdictionis, & honoris Regum, & Principum prædictorum, ad petitionem Clericorum, ſeu Laicorum, cognitionem cauſarum de rebus temporalibus, poſſeſſionibus feudalibus, ſeu burgenſaticis, in Eccleſiaſtico foro tractandas recipiunt, & committunt.

Ecce quod nos ad prædictam iniuriam documentis euidentibus oſtendendam, & ipſam à nobis in eis rationabiliter remouendam, Magiſtrum Petrum de Vinea, magnæ Curiæ noſtræ Iudicem, & G. de Ocra Clericum, dilectos fideles noſtros, ad Ludouicum Illuſtrem Regem Francorum, cariſſimum amicum noſtrum prouidimus deſtinandos, affectuosè rogantes, ac ob tuitionem & conſeruationem iurium noſtrorum, & Imperij, Regum aliorum, & Principum, ſeu quorumcunque Nobilium, efficaciter requirentes eundem, vt congregatis coram ſe Laicis Paribus regni ſui, alijſque Nobilibus tanto negotio opportunis, per ſe cum eis ſuper omnibus prædictis & ſingulis audiat iura noſtra.

Cæterùm ſi ipſe prædicta non duxerit aſſumenda, cùm nos, qui auctore Domino Romani Imperij, Regnorum Hieruſalem & Siciliæ moderamur habenas, tam enormem iniuriam, & tam informem vſurpationem diebus noſtris tolerare nolimus, Regem eundem iuſta precum interceſſione rogamus, quatenus nobis cauſam noſtram, ſuam, & aliorum Principum, viriliter proſequentibus ſe contrarium non opponat; nec de Regno ſuos aliquos Laicos, ſeu Clericos, temporaliter nobis opponi permittat; nullumque præſenti ſummò Pontifici, ſeu ſucceſſoribus ſuis, contra nos, diſcrimine præſenti durante, in Regno, vel de Regno ſuo præſidium ſeu receptaculum tribuat, aut tribui patiatur.

Porro ſi forſitan Rex prædictus vnà cum Paribus & Nobilibus Regni ſui, prout tantum Regem & Regnum condecet, partes ſuas interponendas viderit in prædictis, ſummumque Pontificem ſiue per iuſtitiæ debitum, vel modo quolibet, ad iſtud induxerit vt velit prædicta grauamina nobis, & alijs Chriſtianis Primatibus irrogata, & id ſpecialiter, quod

contra

Sal. An. 1245 *contra nos nuper in Lugdunenſi Concilio ſtatuit, quatenus de facto proceſſit, eum prorſus de iure non valeat, reuocare.*

Nos ob honorem & reuerentiam Dei & Redemptoris noſtri, nec non ob amorem, quem ad Regem & Regnum Franciæ præ cæteris ſingularem habemus, cauſam, quæ inter nos, & Summum Pontificem vertitur ſupradictum, quatenus contingit eandem, in manibus ponimus Regis eiuſdem; parati omnia, quæcunque per nos idem Rex de conſilio Parium, Nobiliumque ſuorum viſis & diligenter auditis noſtris & imperij iuribus, Eccleſiæ viderit emendanda, corrigere, & in ſtatum debitum integrè reformare, ac deinde pace per hoc inter nos, & Eccleſiam procedente, & reliquis Longobardorum, prout tenentur & debent, vel ad mandatum noſtrum & Imperij redeuntibus, vel prorſus ab Eccleſiæ defenſione ſecluſis; promptos nos offerimus, & paratos, vel prædicto Rege ad defenſionem Chriſtianitatis & ſtatum pacificum conſeruandum in ciſmarinis partibus remanente, vel vnà cum eo, ſi hoc melius viderit eligendum, ad Tranſmarinas partes per nos, aut Conradum Cariſſimum filium noſtrum Romanorum in Regem electum, & Regni Hieroſolimitani hæredem, omine proſpero transfretare, ad hoc nos obligantes ſpecialiter & expreſſim: quòd vel cum Rege Franciæ ſiue ſine eo terram totam Hieroſolimitanam, & quicquid vnquam à diebus antiquis Regno Hieroſolimitano pertinuit, ad proprietatem & ditionem regni ipſius, & Chriſtianitatis cultum; noſtris, Imperij, & regnorum noſtrorum viribus, laboribus, & ſumptibus curabimus reuocare. Nihilominus tamen, ſi fortè (quod abſit) diſcrimen præſentis diſcordiæ inter nos, Eccleſiam, & Lombardos durare contigerit, prædicto Regi, ac omnibus Cruceſignatis, cum eo quatenus præſentium negotiorum & temporum qualitas patitur, & tempeſtas, præſidia noſtra, terra marique, tam in nauibus, quàm victualibus, promtis affectibus offerimus per præſentes; ſuperque omnibus & ſingulis ſupradictis, quæ præſentium ſeries continet literarum, auctoritatem & mandatum plenum prædictis Magiſtro Petro de Vinea, & G. de Ocra duximus conferendum, ratum habentes, & firmum, quicquid per eoſdem in his pro parte noſtri culminis extiterit ordinatum. Datum Cremonæ viceſimo ſecundo Septembris, quarta indict.

cxxvi *Friderici ſævitia* Iram ſuam *Fridericus* in Ligures euomuit primùm. Baliſtariorum cum ſexaginta circiter cepiſſet, oculum crui iubet, inde in Thuſciam tranſiens, Florentiā, habuit in poteſtate ob ciuium diſcordiam. Interea in Senenſi ora aucupijs indulgenti *Friderico*, quorundam procerum contra eum conſpiratio detegitur. Eius principes *Pandulfus de Faſanella* & *Iacobus de Mora*: ſocij ac complices *Theobaldus*, *VVilhelmus*, & *Franciſcus de S. Seuerino*, *Richardus* & *Robertus de Faſanella*, *Godefridus de Mora*, & *Giſolfus de Maima*: *Andreas Cigala*, Ferro tolere *Fridericum* decreuerant; Verum ſorte mutata capite ipſi pœnam luerunt. Lethum cum euaſiſſet, lętum petijt nuptialem filiæ, Ducis Auſtriæ nec impetrauit; puella ſimul cum patre connubium hominis aſpernāte quem cxxvii *Henricus Landgrauius Cæſar eligitur* piorum communione Eccleſia exegerat: & quem Principes ſolio deturbauerant; in gratiam Pontificis Rege deſignato *Henrico Raſpone Turingiæ & Haſſiæ Landgrauio*, S. Eliſabethæ leuiro. Is ſæpius oblatum diadema reiecerat, victus tandem Moguntini, Colonienſis, & Treuirenſis Archiepiſcoporum rationibus, regium nomen accepit percuſſa Moneta, quam vide ſupra *pag. 6.* *eius moneta*

Sibi tamen non deerat *Fridericus*: Ad ripam Ficinelli Mediolanenſes adortus, mandauit *Hencio*, vt traiecto occultè iuxta Baſſianum ad diuertigium Abdua, impetum faciat. cxxviii *Hencius captiuus* Occurrit *Simon Locarnas* cum iuuentute portæ Comenſis & prælio commiſſo *Heneium* captiuum fecit, licet Parmenſibus, ac Regienſibus intercurrentibus poſt paulò redierit; ita *Sigonius*. Pariſius verò author eſt Mediolanenſes à *Friderico*, & *Heneio* inter Vrbem & flumen interceptos, ac reditu interclusos cladem inſignem accepiſſe: eodemque tempore Mutina, Regio, & Parma omnes fautores eiectos Eccleſiæ.

HENRICI LANDGRAVII CÆDES. Ann. 1246.

cxxix DEſignato in Regem *Landgrauio*, *Conradus Frideries* filius exercitu raptim collecto, in *Raſponem* mouit comitia agentem Francofurti. Explicata vtrinque haud longè à Rheno acie, pridie Non. Aug., vel paulò, vti quidam ſcribunt ſerius, *Henri-*

Sal. An. 1247 cus fortiſſimè dimicans, *Conradum* ingenti clade affectum in fugam coniecit. *Conradum* fugiſſe in Sueciam & Reutlingam ab *Henrico* obſeſſam periculo exemiſſe, Germani tradunt ſcriptores, addentes *Henricum* Ann. 1247. Aquas ad coronam accipiendam pergentem Ann. 1247. apud Vlmam à *Conrado* victum, & telo confoſſum perijſſe. *Monachus Paduanus*, qui iſtius æui geſta recenſet, *Conradum* apud *Othonem* Bauariæ Ducem collegiſſe vires, & affinitatem iunxiſſe, ducta in matrimonium *Eliſabetha Othonis* filiâ, ex qua natus infelix *Couradinus*.. Scribunt alij *Henricum* mœrore extinctum pridie eius diei, quæ eius coronationi erat conſtituta: alij equi caſu attritum: alij in arce ſua VVartenberga apud Iſenacum, profluuio ventris abſumptum.

VVILHELMVS HOLLANDIÆ IN IMPERATOREM ELIGITVR.

cxxx Soldani literæ ad Innocẽt. IV. Landgrauio mortuo, *Innocentius IV.* tanto zelo in *Fridericum* exarſit, vt non modò Chriſtianos principes illi opponeret, ſed etiam miſſo nuncio ad Soldanum Ægypti, illum à familiaritate eius ſit niſus auertere. Extat exemplar literarum Soldani, Græca lingua pontifici ab illo remiſſarum, quod pro rei nouitate libet inſerere ex Krantzio in Metropoli.

Præſentia Papæ, nobilis, magni, ſpiritualis, ſancti, affectuoſi, tertij decimi apoſtolorum: Vniuerſalis loquela Chriſtianorum, manu tenentis adoratores crucis, iudicis populi Chriſtiani, ductoris filiorum baptiſmatis, ſummi pontificis Chriſtianorum. Confirmet eum Deus, & det illi felicitatem. A Soldano potentiſſimo regnante ſuper collationum, continente duas virtutes gladij & calami, poſſidente duo præcellentiſſima, ſcilicet doctrinam & iudicium, rege duorum marium, dominatore auſtri & ſeptentrionis, rege regionis Ægypti, Syriæ & Meſopotamiæ, & Mediæ & Idumææ. & Ophir, rege Fabelbeſechaiob, filio Soldani Chamel heleſmenaphat, Mechmet filij Soldani regis Holdal Ioberir filij aiob, cuius regnum Deus diligit.

In nomine Dei miſericordis & miſeratoris, præſentatæ ſunt ſcripturæ papæ magni, affectuoſi, ſancti, tertijdecimi apoſtolorum, vniuerſalis loquelæ Chriſtianorum, manu tenentis adoratores crucis, iudicis Chriſtianorum, ſummi pontificis filiorum baptiſmatis. Faciat eum Deus de affectantibus bonum & facientibus illud, & affectantibus pacem & perſeuerantibus in cauſis eius, & adiuuet eum Deus in his quæ decentia ſunt ad illos, qui ſunt ſui cultus ſiue ritus, & ad alios. Reſpeximus illas ſcripturas ſtudioſè, & intelleximus capitula quæ eis inſerta erant: & eorum continentia nobis placuit, & delectatus eſt auditus noſter in relatu eorum. Et nuncius venit ad nos quem miſit ſanctus papa, & ipſum præuenimus cum honore & dilectione, cum deuotione & reuerentia. Ipſumque vocauimus ad conſpectum noſtrum, ſibi inclinantes, intendimus autem verbis eius, & fidem adhibuimus ei nuntianti nobis de Chriſto, ſuper quem ſit laus: de quo Chriſto plus ſcimus, quàm vos ſciatis, & magnificamus eum plus quàm vos magnificatis. Et de hoc, quòd dicitis vos deſiderare tranquillitatem & quietem, & habere materiam conuocandi populos ad pacem: Similiter & nos deſideramus, nec volumus contraire: & hoc ſemper voluimus, & deſiderauimus. Sed papa, quem confirmet Deus, ſcit, quòd inter nos & Imperatorem iamdudum fuit familiaritas & concordia perfecta, à tempore Soldani patris noſtri, quem Deus ponat in claritate: & inter vos & Imperatorem veſtrum, eſt, ſicut vos ſcitis. Vnde non licet nobis aliqua componere cum Chriſtianis, niſi prius habuerimus ſuper his ipſius conſilium & aſſenſum. Et nos ſcripſimus nuncio noſtro, qui eſt in curia Imperatoris, pro cauſis quas detulit nuncius papæ, nunciantes & capitula & propoſita veſtra. Ipſe nuncius noſter veniet ad præſentiam noſtram, & loquetur nobis: & poſtquàm renunciauerit, faciemus iuxta tenorem reſponſi. Nec diſcrepabimus ab eo, quod vtile videbitur vniuerſis. Ita quod poſſumus habere meritum à Deo, hæc vobis annunciamus, & bonum ampliabitur, Deo dante, in poſterum. Scriptum eſt hoc in ſeptima die menſis Macharon, quæ fuit lunatio Auguſti iuxta gloſellam. Laus Deo ſoli, & benedictio eius ſuper Dominum noſtrum Machometum, & ſuper genus ipſius. Ipſe ſit pars noſtra.

Miſſis itaque legatis Pontifex prò noui Regis electione, anathema geminauit aduerſùs *Heucium* (agnatum Pontificis is mala cruce ſuſtulerat) eiuſque patrem *Fridericum*. Poſtea *Henricum Ducem Brabantiæ* in Cæ-

ſarem

Sal. An. 1247. ſarem promouit: Qui vel *Friderici* timore, vel pondus ſperneret dignitatis, *VVilhelmum* Hollandiæ comitem ex ſorore nepotem, minorem adhuc, vix annum agentem vigeſimum ſubſtituit: Nominatum Moguntinus, Treuirenſis, & Colonienſis Archiepiſcopi apud villam VVorinchiam (in Vbijs eſt) confirmarunt. Coloniam deductus, pronis complurium Principum ſtudijs ſalutatus, auctuſque copijs, quas ipſi Pontifex, quaſi ſacrum bellum geſturo, amicique Proceres conciliarunt, Aquisgranenſes, *Friderici* partiarios, ſemeſtri obſidione fameq; fatigatos inuaſit. Eum nonnulli volunt, anno demum duodequinquageſimo à *Guillelmo* Aquiſgrani fuiſſe coronatum: recentiores verò nunquam eum accepiſſe ſcribunt diadema.

Aquas pergenti *VVilhelmo* vt coronaretur, *Conradus* ſe oppoſuit; ab *Octauiano Vbaldino* Card. legato, *Conrado* Colon. Archiepiſc. monitus vt incæpto deſiſteret, nec patris damnati ſequeretur veſtigia, reſpondit, *ſe nunquam parentis ſui ſtudio defuturum*, ſic vrbe occupata, diuturnam pontificiorum obſidionem ſuſtinuit.

cxxxi *Fridericus Auſtrius occiſus à Bela Rege Hungarorum*

Moritur hoc anno *Fridericus Auſtrius* nulla prole relicta. Caſus mortis vario pingitur calamo. Cum bis vno die de hoſte triumphaſſet (ait *Sifridus*) à domeſticis eſt trucidatus. Notarunt aliqui fuiſſe in venatione interemptum. *Bonfinius* refert, recedentibus Tartaris *Belam* repetijſſe regnum. Memor iſte iniuriarum, quas à *Friderico* acceperat, ſuum exercitum cum auxiliaribus Dalmatarum copijs in eum duxit, vt à Deorum & hominum contemptore cumulatas, vt par erat, pœnas exigeret. Neapolim obſidenti Auſtrius accurrit. Prò mœnibus vrbis initum prælium, vbi tanta (quicunque ſuperfuerant) Hungari ferocia dimicarunt, vt Alemannos grauiſſima clade profligarint. *Fridericus* ne ſcelere elaberet impunito cum Hungaro ſingulari certamine pugnans, transfoſſo ore, proſtratus occubuit.

cxxxii *Parma à Pontificis capta*

Degebat in Italia *Fridericus* interim Imperator, ac diſſidij pertæſus vtile de reconciliatione cœpit conſilium, Lugduni ipſum Pontificem conuenire ſtatuens. Quum trepido nuncio Parmam ab Eccleſiaſticis receptam audiens, indignatione motus iter Lugdunenſe intermiſit, & repentino conſilio, IV. Non. Aug. ad vrbis obſidionem ſigna conuertit, ſperans ſe facile potiturum, quòd eam nec firmus murorum ambitus communiret, neque foſſarum profunditas tutam efficeret, nec præparata rerum copia confirmaret: ex ſequenti epiſtola cuncta patent.

Capitaneo regni Siciliæ, quomodo intendebat ire Lugdunum, ad præſentiam domini Papæ.

Repetentibus nobis nuper Italiam, poſt ſtatum regni ſalubriter ordinatum, ad diſſenſionis tam longæ materiam, quæ inter nos & Eccleſiam vertitur, finaliter decidendam, ad noſtros & fidelium noſtrorum, quibus compunctiua charitate compatimur, labores & ſumptus totaliter finiendos: ad tollendam denique morbi naſcentis originem, ne præſens incurreret infirmitas recidiua, altiſſimi nobis plenitudo conſilij, ſicut infallibiliter opinamur, occurrit: quod non vt hactenus per ambages & deuia, non per inutiles circumſtantias, aut qualibet interualla, ſed per ipſius naturam negotij, finem tanti diſcriminis attingentes, Lugdunum recta via procedere deberemus: cauſæ noſtræ iuſtitiam præſentialiter & potenter in aduerſarij noſtri facie, coram tranſalpinis gentibus poſituri; ac deinde confeſtim repetituri Germaniam, ad motus eius, quos aliquorum infidelium prouocauit iniquitas, ſalubriter componendos. Hoc autem tam ſalubre propoſitum, velut finem tanto diſcrimini poſiturum, Italicorum & Tranſalpinorum communis opinio omnium commendat, qui glorioſum noſtræ Maieſtatis acceſſum continuis miſſionibus & precum confuſionibus euocantes, deſideratam mundo pacem propterea prouenturam, vel inſurrecturas in petra ſcandali ſeditiones & iurgia nationum infallibiliter aſſerebant. Sed papa propterea de Terra ſancta, proh dolor, luctuoſa deſolatione non curans, quæ Chriſtiani ſanguinis effuſione diſperſa, dum filios deplorat extinctos, iuſtam de hoſtibus exigit vltionem. de qua fidei noſtri cultus diuinitus & doctrina proceſſit, ad infidelium noſtrorum conuerſus auxilia, qui caput hæreſis nutriunt. Et iam profectò vniuerſam Liguriam, quanquam eam noſter enſis opprimeret, infecerat, copioſam vltramontanorum militum comitiuam de pecunia, quæ ſibi nec ad tales vſus, de fidelium manu porrigitur, pro ſuis ſtipendijs ſolidatam, ſubtili quidem, licet malitioſo conſilio,

Sal. An. 1247. *lio, in conſortia Mediolanenſium mittere conatus in caſſum: quorum præſentia vel poſt tergum nobis Italiam traheret, vel proceſſum noſtri culminis per Lugdunenſe concilium Germaniam impediret, ſpe fruſtratus omnino de conatibus ſuis irreparabiliter excidit, & turpiter perdidit quod expendit. Comes enim Sabaudiæ, dilectus affinis et fidelis noſter, ac fideles alij pereunnem Imperij noſtri victoriam magnanimiter procurantes, militibus ipſis per anguſtias et anguſta montium tranſire parantibus omnem prorſus aditum in perpetuum obſtruxerunt. Eramus itaque compoſitis omnibus et rebus ſuccedentibus nobis ad votum, iam ad iter accincti: quod prædictus comes Sabaudiæ, et Delphinus comes Viennæ, dilectus conſanguineus et affinis noſter, ac fideles alij, ad pedes noſtros humili deuotione proſtrati, per terras ſuas iter nobis peropportunum parauerant, et neceſſarijs omnibus effecerant copioſum, qui cùm repentè fortunam Cæſaream conſtitit proceſſiße, quæ nunc demum nobiſcum glorioſius prouenit, cum nobiſcum primò de qualibet conditione contenderit, ſe proceſſibus noſtris circa radices alpiū, in ipſo Lugdunenſi itineris obiecit in greſſu, rumoris inopinati de Parma fiducia rebellionis nuncium proferens quam eiectorum dudum per nefaria proditionis offenſam, infidelium repentinus incurſus mediantibus fraudis inteſtinæ ſuffragijs, occupauit. Præbentes igitur neceſſarium firmato via noſtra proceßui modici temporis interuallum, in obſidionem Parmæ victricia ſigna noſtra conuertimus, totius in ea bellum Liguriæ, quod latenter hactenus nutriebat, pro voto fidelium potentiſimè paraturi. nec eſt etenim habilis reſiſtentiæ locus, quem murorum non munit ambitus, aut concauitas foſſatorum, et quem neceſſariorum habilitas copioſa non replet: cum propter ſubiti caſus perniciem nihil illuc ex propoſito fuerit comportatum: quem demum fugitiuorum manus timoroſa tuebitur, ſi vires publicæ tuitionis aſſumere nequierunt, qui propria vitæ ſpem hactenus in ſolo fugæ refugio poſuerunt. Cum igitur ex deſcriptione præſentium laborum noſtrorum finem circa Ligurij belli reliquias finaliter et ſpecialiter conterendas, imponere attendamus: præſertim cum de Germania chariſſimi filij noſtri Conradi in Romanorum regem electi, et regni Hieroſolymitani hæredis ſe ſuppliciter incuruantæ mandatis, nullius cauſa dubitationis aſſurgat, ſpiritu confortationis aßumpto, ſeruitijs noſtris indeſinenter intende. Ac fidelium noſtrorum prouincia tibi decreta animos, quos abſentiæ noſtræ conſumit anxietas, præſentis lectionis noua lætificent, ſic quod nos de te et ipſius obſequioſa fidelitas, et fructuoſa deuotio reddant frequentius more ſolito, lætiores.*

Itaque acrioris obſidionis inſtituendæ cauſa, nouo oppido *Victoriæ* nomine obſeruatis de Cœlo aſtris, conſtructo, caſtra ampliſſimo terræ ſpatio ad iuſtam vrbis magnitudinem comprehendit, vallo, foſſa cxxxiii muniuit, eoque theſaurum ſuum, & *obſidetur* omnia rectè inſtitutarum ciuitatum opifi- *à Friderico* cia tranſtulit, vt nihil ab vrbe iuſta differret, ipſeque cum Germanis, & *Hencius* cum Mutinenſibus ibi ſtatiua locarunt: auxilijs inde ab omnibus partibus accerſitis primus venit prætor Papienſium *Hugo Boaterius* Parmenſis; is quamuis ſororis Pontificis filius eſſet, nulla tamen ratione auerti à *Friderici* potuit amicitia. Deinde *Icilinus* cum Patauinis, & Vicentinis, Taruiſinis; tum ex Cremonenſibus, Regienſibus, Bergomatibus, Tuſcis, qui Imperio ſtudebant; poſtremò ex Apulia & Sicilia Italorum & Sarracenorum ingens numerus, ex quibus exercitus ſexaginta millium eſt confectus. Parma à *Friderico* cincta omnes, qui intus erant, pauor inceſſit: Accurrerunt Bononienſes fœderati in ſubſidium; Badianum obſidentes, ſpectante *Hencio*, nec auxilium ferente vt Mutinenſes à Parmenſi obſidione retraherent, quod etiam expugnarunt; Nullo tamen Cæſarem potuerunt ab obſidione amoueri diſcrimine. Anno tandem MCCXLVIII. graui cor- *Ann.* reptus morbo, cum emerſiſſet, animi re- *1248.* creandi cauſa XIV. Kal. Mar. *Victoria* cum cxxxiv magno ſuorum comitatu aucupatum tribus millibus paſſuum exijt, rerum omnium ab hoſtibus propè ſecurus. Tunc Parmenſes vſi occaſione, vrbe cum ſenibus etiam & pueris ac mulieribus adiuuantibus, diuino implorato auxilio eruperunt. Quos vt vidit Thadæus *Victoriæ* cuſtos relictus, *Tandem* *Victoria* (inquit) *mures de cauernis exierunt*. Victo- *incenditur à* riam adorti, cuſtodibus (antequàm *Frideri-* *Parmenſibus* *cus* recurrere auxilio poſſet) oppreſſis, vrbe ipſa, regiaque gaza potiti, *Thadæo* cæſo, *Victoria* cremata, hos inſcripſere verſiculos.

Per

Sal. An. 1248 *Per te Rex alme ceſſit Victoria Parma*
Antiphraſi dicta, ceſſit Victoria victa.

Carrocio quoque Cremonenſium, (quod in ludibrium ab aſinis Parmam tractum eſt). ſequentia adſcripſere carmina:

Carrocij flet damna ſui miſerãda Cremona
Imperij Federice tui fugis abſq;corona.

Nuncio excepto *Innocentius* & ipſe dixiſſe fertur

Ad laudem Chriſti Victoria victa fuiſti.

cxxxv Hac clade affectus, animo neutiquam abiecto, Cremonam venit, cui mulieres & infantes cum omni populo obuiam proceſſere, Deo gratias, effuſis lacrymis, agentes, quod tanto è periculo ſaluum eripuiſſet. Ille benigne animis eorum confirmatis, Guaſtallam & Breſſellas adiens, *Hencium* cum exulibus Ferrarienſibus obuium habuit. Is graui clade Mantuanos, Parmenſibus in auxilium venturos affecerat, ac præter ſubmerſos, quinquaginta ipſorum naues, atque trecentos ceperat bellatores, vt Officialibus ſuis ſcripſit idem *Fridericus*.

cxxxvi *Etſi volatilis famæ proprietas, quæ ſolet in proſperis vera loquacitatis argumenta minuere, & in aduerſitatis turbine ſumptis viribus eundo fictilibus, præter veritatis iudicia, ſuæ probationis fimbrias dilatare. Nuper de noſtris proceſſibus diuerſis forſan diſcuſſa relatibus, veſtris auditibus aliquid præſentarit, ne tamen aliter, quàm rerum ordo ſe habeat aduerſariorum noſtrorum adulteris fulta mendacijs, ſiniſtri caſus quicquam vel enorme de nobis præcurrens adduxerit: Ecce nudam veritatis indaginem eorum, quæ nobis nouiter contigerunt tenore præſentium vobis amicabiliter referamus. Pridem ſiquidem dum Parmenſium noſtrorum rebellium proterua temeritas, quam per inſtantis obſidionis excidium noſtra Serenitas ad extrema deduxerat, tenuis ſpiritus vegetata ſuffragio laboraret in vltimis, volens in fortuna dubiæ manibus externis ponere cauſam ſuam qua deſperare interius neceſſariò cogebatur, tractato cum aliquibus exulibus ciuitatis ipſius quodam fraudulenta machinationis inuolucro. Cum reſiſtentia ſibi fiducia, vel reſiſtendi materia non ſubeſſet, temporis etiam habilitate captata quo partem gentis noſtræ ad fabricationem pontis cuiuſdam in Pado, per quem aqua nobis ſeruabatur, dominium, miſeramus, die Martis 18. præſentis menſis Februarij Berrerios quoſdam, vt ad eorum perſecutionem gentem noſtram aduerterent, callide præmiſerunt. Sed dum fideles noſtros, quos virtutis interius animoſitas accenderat, & in ſimilibus expertos iam pluries fortunæ placiditas animarat, ad reprimendam huiuſmodi rebellium puſillanimitatis audaciam, inermes & vnanimes extra caſtrorum noſtrorum limites, caſus tam ſubitus eduxiſſet. Accidit quòd prius quam ad defenſionem commodam ciuitatis Victoriæ quam ibidem ſtatio noſtra firmauerat, fideles noſtri regredi potuiſſent, & rebellium eorundem incauta præſumptio, quam exulum, vt diximus, occulta proditio vitiabat. Caſtra noſtra cum rebus ibidem habitis, ignis incendio concremarunt. Nos autem, quos euentus huiuſmodi repentina propulſatione commonit, vt via vobis aliunde liberior ad offenſionem eorundem rebellium præberetur, per illius gratiam, qui continuato ſuffragio tuetur Imperium ſalubriter cum tota gente noſtra eodem die Martis Cremonam aduenimus, vbi per triduum, tam Cremonenſium quàm Papienſium aliorumque noſtrorum fidelium robore concorditer adunato, ſtatim caſtra noſtra in obſidione Parmen. ex alia parte duximus repetenda. Vbi eorum proteruiam multo arctius ſolito tenentes obſeſſam, in Dei virtute confidimus, & de fortunæ ſolitæ quæ ſolet gratius arridere dum prouocat, proprietate ſperamus, quod cum noſtra per id noſtrorumque fidelium ardentius ſint accenſa præcordia, de rebellibus ipſis in proximo vota noſtra infallibiliter attingemus. Vnum veruntamen notitiam veſtram non lateat quod ſic nos dimittere fortuna non voluit ſuæ felicitatis expertes, quin poſt eundem diem Martis, quæ ſe peruerſitatis caſus immiſcuit proximo ſequenti die dominico, nos ex parte altera marte gratifico demulceret. Cum enim Henricus illuſtris rex Sardiniæ, ſacri Imperij in Italia generalis legatus, dilectus filius noſter, Padi dominium, quod victoria nobis de hoſtibus priſca tribuerat, poſſideret, naues omnes Mantuanorum rebellium, quas in friuolum Parmæ ſubſidium congregarat, potentiæ noſtræ virtute ſuffultus potenter aggrediens eos viriliter expugnauit, ita quòd centum de nauibus inter paruas & magnas incaſtellatas, & trecentos de dictis rebellibus, quos in nauibus ſpes fallax incluſerat, præter peremptos gladio, & aqua ſubmerſos, quorum non eſt numerus in captionis parata retia, quæ decli-*

Sal. An. 1248. *declinare fuga non potuit, miſerabiliter inci-*
derunt. Et ſic eorum nauali ſublato præſidio,
integrè Padi dominium obtinemus. Sane cum
in caſtrorum noſtrorum combuſtione, quam
diximus, camera noſtra cum aureæ bullæ typa-
rio, & regni noſtri ſigillo perdita, & amiſſa
fuerit, propter quod aduerſariorum noſtrorum
per caſum tam hominum effrenata ſuperbia,
quæ cauſſam noſtram hactenus rebus ſemper
veritate carentibus, obfuſcauit, per typarij co-
piam, & ſigilli, multa ſicut firmiter credimus,
in honoris noſtri diſpendium, falſa machina-
tione confinget: Deuotionem veſtram requiri-
mus, & monemus, quatenus ſi prædictorum
bullæ aureæ, vel ſigilli munitæ ſignaculis ad
vos aliquæ litera ſub noſtri nominis titulo per-
uenirent, fidem eis ſtabilem veſtræ mentis con-
ſtantia cum fidei robore careant, adhibere cu-
iuſquam vos ſuggeſtio non ſeducat.

Caſtris inde expugnatis, quæ Parmenſes
ad aditum *Friderico* præcludendum capta
Victoria extruxerant, iterum Parmenſes ad-
ortus non leui affecit incommodo centum
cœſis, ſexaginta captis. Inter quos *Bernar-*
dus Roſſius Pontificis ſororius interfectus,
vt ex epiſtola Friderici.

Fidelibus ſuis de victoria habita contra
Parmenſes poſt expugnationem ſuam.

cxxxvii *Caſualis vindicta ſeu potius victoria no-*
ſtræ plenè principium, quòd poſt ſini-
ſtrum caſtrorum noſtrorum combuſtionis euẽ-
tum nobis diuina potentia, ſolita noſtris adeſ-
ſe ſuffragijs, de nauali Mantuanorum rebel-
lium depreſſione contulerat: præcedentis ad vos
literæ noſtræ ſtylo commiſimus: vt coram vo-
bis totius rei ſeriem veritas deſcripta differeret
quam fama diuerſis diſcuſſa relatibus potue-
rat variaſſe. Nuper autem quòd pugnans pro
nobis manus altiſſimi titulis noſtris vndique
victoriam gratæ proſecutionis adiecerit, fide-
litati veſtræ tenore præſentium reſeramus: pri-
dem dum collectis vndique viribus noſtrorum
fidelium, quorum celeri fulti præſidio, ciui-
tatis Parmenſ. proteruiam per aggreſſiones con-
tinuas multò arctius ſolito victorioſè perſtrin-
ximus, die quodam ad expugnationem duo-
rum caſtrorum Parmenſium, quæ rebellium
incauta temeritas, ad ſtratæ nobis aditum
præcludendum, poſt receſſum noſtrum de ca-
ſtris victoriæ occuparat, potenter ſerenitas no-
ſtra proceſſiſſet, accidit, quòd magnam par-
tem Parmenſis militiæ, in friuolum caſtrorum
ipſorum ſubſidium deſtinatam, acies vna no-
ſtrorum fidelium ab exercitu noſtro diuiſa per
biuium potenter & viriliter aggrediens, eos
in noſtri nominis virtute viriliter expugnauit.
Ex quibus centum & vltra gladio victoriæ
peremptis, ſexaginta de melioribus caſus ille
ſic ſubitus noſtro carceri aggregauit. In cuius
etiam cædis excidio, quod vobis nunciamus
ad gaudium, illum famoſum & antiquum
proditorem noſtrum Bernardum Orlandi Ruſ-
ſi huius papæ ſororium totius partis aduerſæ
caput, & caudam, imò totius factionis Ita-
liæ patratorem, vindice mucrone noueritis
cecidiſſe. Ex quo nobis fiducia iam firma pro-
mittitur, quod nequitiæ capite ſublato de me-
dio, membris, quæ ipſo præſide palpitabant,
ſpes qualibet reſiſtentiæ de cætero decidatur.

Poſt hæc *Heucio* filio in partes Lucaniæ
miſſo accepta à *Caloianne Battazio* genero
ſuo vi ingenti pecuniæ, certiorque factus de cxxxviii
victoria filij *Richardi* ad ciuitatem Nouam
in Marchia Anconitana, aduerſus *Hugoli-*
num de Nouello Ducem Pontificium, &
Pandulfum de Faſanella, ac *Iacobum de* Ann.
Morra in Apuliam ſe recepit vbi grauem 1249.
nactus morbum, cum ei *Petrus de Vineis*
poculum exhiberet ſalutare, iam fraudis ab
amicis præmonitus dixit *Petro* & medico
cum poculo aduenientibus; *Amici in vobis*
confido. Cauete quæſo, ne mihi venenum pro
medicamento ſufficiatis. Cui Petrus, *ò Do-*
mine, ſæpius hic medicus meus ſalutarem vo-
bis potionem præbuit, cur hoc demùm tempore
formidatis? Ille verò medico poculum por-
rigenti acribus in eum intentis oculis dixit,
Propina mihi. Tum Medicus, qui *Petri* im-
pulſu venenum parauerat, metu exanima-
tus lapſum lubrica pedis offenſione ſimu-
lans poculum maiore ex parte profudit. Re-
liquum *Fridericus* quibuſdam morte dam-
natis præberi mandauit, quo epoto repente
obiere. Dolo detecto ſuſpenditur medicus,
Petrus orbatur luminibus. Miniati hoc ac-
cidiſſe ſcribitur, quod aſtu deuicerat *Fride-* cxxxix
ricus. Incolas cum ſuſpectos haberet, nec *S. Miniati oppidũ*
tempus in eius obſidione fruſtra terendum
exiſtimaret, eorum diſſimulata perfidia ad
dolum confugit. Numero non contemnen-
do ſuorum vincula iniecit, quaſi captiui eſ-
ſent Longobardi, muloſque ſarcinis omni
armorum genere plenis oneratos, tapetibus,
non

Sal. An. 1249. non ſecus, ac ſi Cæſaream ſuppellectilem geſtarent, cooperuit. Deinde captiuos ſimulatos, *Petro de Vineis*, qui minimè fictis, ſed arctiſſimis tenebatur vinculis, præeunte, fidelibus miniſtris deducendos ad S. Miniatum commiſit, his verbis. *Quandoquidem Imperator in tota Thuſcia ciuitatem ſibi S. Miniato obſequentiorem non noſſet, inque quàm plus fiduciæ reponere auderet: ideo ipſum, qui celeri itinere in regnum contenderet, animo redeundi quàm citiſſimè, hos captiuos cum rebus magni pretij ad ipſos mittere voluiſſe: orando vt bona vſque ad reditum ſeruarent.* Samminiatéſes etſi de ſalute ſoliciti, exiſtimantes tamen, Imperatore abeunte, & relinquente ipſis hanc ſuppellectilem, ſe non penitùs exoptata præda fruſtrari, vultu ficto ſe exhibuere fideles. Intromiſſi Cæſarei catenis, quæ ita paratæ erant, vt facillimè diſſoluerentur, abiectis, conſurrexerunt ad arma: & Imperij acclamato nomine, obuij contrucidati, portæ captæ, exercitus ſunt intromiſſi; deniq; proditoribus interfectis, ædibus eorum deſtructis, imperium firmatum eſt *Friderici*. Ibidẽ *Petro de Vineis* oculos erui iuſſit, ac Piſanis hoſtibus eius interimendum dedit. Quod vt *Petrus* audijt, caput ad columnam, ad quam alligatus fuerat, tanto nixu alliſit, vt cerebrum ſibi excuſſerit. Tum Fridericus vberrimè flere cœpit, ac dicere; *Væ mihi, contra quẽ ſæuire coactus ſũ? Petrus dimidium animæ meæ capitales mihi parauit inſidias, in quo in poſterũ confidam? in quo acquieſcam? in quo præſidiũ capitis mei reponam.* Ita ſæpè repetens, amicos, qui aderãt, ad lacrymas, ſocietate doloris adegit.

cxl *Mors Petri de Vineis*

HENCII REGIS SARDINIÆ CAPTIVITAS. Ann. 1249.

cxli PОntificij interim renouatis in *Fridericum* armis Duce *Simone Manfredo* Regio extore Nouum, Arolam, & Sanſtephanum caſtra in finibus Regienſibus occupauerant. Accurrit *Hencius*, & quos intra Arolam inuenit, laqueo donauit. Cupidine inde Bononienſis agri ineundi, & accepta damna referendi, amicorum accitis copijs Mutinam venit; Ibi iuſto exercitu auctus, vrbe exijt. Arcana hæc Bononienſes cum occultè præripuiſſent, contenderunt, vt quàm maturè occurrerent, priuſquam ille cis flumen exercitum traduceret. Quod illi tanta felicitate adepti ſunt, vt ipſum adhuc in agro Mutinenſi trans flumen agentem exceperint. Ad Foſſam altam Bononienſes *Hencio* incauto agmine procedenti, traiecto raptim flumine, occurrerunt; Dies erat VII. Kal. Iulias D. Auguſtino Sacer: cum pugna inita, vario Marte Victoria vſque ad noctem perducta. Pars tandem *Henciana* fugato exercitu ceſſit. Rex *Hencius* cum ducentis ſuorum captiuus factus, & *Boſo Douaria* Cremonenſium princeps. Ita cum inſigni triumpho, ac veterum ſeculorum pompa vrbem iniere. Maieſtatem augebat triumphi Rex *Hencius*, maximi ac potentiſſimi ea tempeſtate Regis atque Imperatoris filius, & cum dignitate ſua, tum ætate ac forma conſpiciendus. Nondum vigeſimum quintum ætatis annum attingebat, & ſpecie oris, ac pulchritudine corporis omnes ea tempeſtate longe homines ſuperabat. Ex quo in maxima ciuitatis lætitia, miſericordia quoque pleroſque afflictæ præcellentis iuuenis fortunæ quædam angebat. Rex, ac reliqui captiui in cuſtodias conditi. Inde lege ſancitum, ne Rex vllo vnquam tempore dimitteretur, ſed vſquè ad exitum vitæ, in cuſtodia publico ſumpto aleretur. Accepta clade Mutinenſes calamitatem *Friderico* ſignificarunt, quibus ſequentia reſcripſit.

Fridericus Communi Mutinæ S. Ex relatione litterarum veſtrarum, quas ſuper euentu Hencij regis Sardiniæ dilecti filij noſtri nuper noſtro culmini deſtinaſtis, tanto clariorem nouimus fidem veſtram, quanto per euidentiora ſigna cognouimus, non minus de caſuum noſtrorum aduerſitate vos deprimi, quàm de ſucceſſuum proſperitate lætari. Hæc ſunt etenim deuotionis indicia, quæ mater fidelitas requirit in ſubditis, vt qualitercunque fortunæ dubietas ſucceſſura proueniat, qualitercunque tempora promittentur fidelium ſemper corda ſint eadem, & in laudabilium iugiter operum exhibitione perſiſtant. Synceritatis itaque veſtræ conſtantiam proinde laudum titulis eò libentius extollimus, quo plena de vobis votis noſtris reſpondente fiducia, vos ad noſtra ſeruitia promptos ſemper, & beneuolos inuenimus. Licet igitur caſus ipſe, ſi caſus dici debeat, ex quo negocia noſtra non cadunt, fabulo-

Sal. An. 1249. *ſe grauis, & vulgariter horridus videatur, nos tamen ipſum pro leui, ſeu minimo reputantes, altitudinem mentis noſtræ propterea in nullo deflexímus, nec vlla, vel modica cauſſa nos proinde turbationis affecit. Sed cum bellorum facta ſint dubia, & ſerenitatis noſtræ gremium abundet copia filiorum, æquanimiter huiuſmodi noua ſuſcipimus, & noſtræ potentiæ dexteram tanto propterea fortius in rebellium noſtrorum excidium incitamus, & erigimus ad vindictam, quanto propter hoc videntur apertius inanis gloriæ ventum, & friuolam reſiſtendi materiam abſumpſiſſe. Cumque caſus huiuſmodi gladium noſtrorum potenter acuerit, & in detrimenta nos hoſtium ardentiſſime prouocarit, deuotionem veſtram hortamur attente, mandantes, quatenus rancoris cuiuſlibet ſpeciem abigentes ſic more ſolito circa noſtra ſeruitia laudabiliter inſiſtatis, quòd ſpem, quam de vobis ſtabili mente concepimus, ſentiamus nobis in opere commodam. Nos etenim temporis habilitate captata, ſic vltimæ depreſſioni rebellium, apertis theſauris noſtris, & fidelium noſtrorum ſubſidijs aggregatis, vacare diſponimus, quòd nedum cogantur à cœptis inuiti deſiſtere ſed potius pœniteat incœpiſſe.*

cxlii Quin etiam alias litteras ad Bononienſes miſit, ne in ſuperbiam ſe eleuarent, ſed extemplò filium reſtituerent.

Varios euentus eſſe fortunæ diuerſis legitur in ſcripturis quæ nunc deprimit hominem, nunc exaltat, & ſæpe blanditur aliquo exaltando, quos demum deprimendo inſanabili vulnere frequenter percutit & flagellat. Si vos igitur fortuna ſerenior reſpexiſſe videtur his temporibus claro vultu, non deberetis, ſi ſapientes eſſetis, in aliquo ſuperbire, quia ſæpius in altum quis tollitur, vt ruens fortiùs cõquaſſetur. Nam ſæpe fortuna videtur in principio proſpera nunciare, ſed medium & finem multis replet aduerſitatibus, & concludit. Relatum eſt etenim Magnificentiæ noſtræ, quòd in victoria nobis data, feciſtis cornua ferrea, cum quibus totum orbem credistis ventilare, & eleuati in ſuperbia magna valde, Lombardis fratribus veſtris arrogantiæ munera tranſmiſiſtis, cum eis ſolennitates & magna gaudia celebrantes. Sed niſi citò elationem veſtram ad manſuetudinem conuertatis, cornua ferrea quæ feciſtis ſubito impetu confringentur: riſus veſter dolore miſcebitur, & gaudium veſtrum in triſticiam conuertetur. Conſiderate igitur prouidè, & attendite diligenter quòd Imperij noſtri ſerenitas quamuis paſſa videatur aliquas tempeſtates, tamen digno Dei iudicio, multos de illis qui rebelles eſſe noſtræ potentiæ præſumpſerunt, iuſticia mediante, ad pœnam & mortem conduximus exemplum cunctis hominibus ſæculi monſtraturi. Non enim ſicut putare videmini ſopita eſt Romani imperij fortitudo. Nam ſemper vigilans & attenta potentia non dormitat, interrogate patres veſtros, & dicent vobis, quoniam auus noſter (felicis memoriæ) victorioſiſſimus Fridericus, cum voluit, Mediolanenſes priores veſtros expulit à proprijs laribus, & eiecit, ac ciuitatem ipſam tripartiuit in burgis. Non igitur pateant faciles aures veſtræ ſuggeſtionibus ac adulationibus Lombardorum, qui vos ſui damnationi aſſociari cupiunt, inducentes vos in foueam de qua nullo auxilio poteritis liberari: Quapropter ſub pœna gratiæ noſtræ vobis præcipimus & mandamus quatenus dilectum filium noſtrum H. regem Sardiniæ, & Galluri, cum alijs fidelib. noſtris Cremonenſibus, Mutinenſibus, & cæteris alijs quos cepiſtis, viſis præſentibus, de carceribus relaxetis. Quod ſi feceritis nos inter alias ciuitates Lombardiæ, veſtram exaltabimus ciuitatem: ſi verò potentiæ noſtræ mandatis neglexeritis obedire: triumphalem & inumerabilem noſtrum exercitum expectabitis: procul dubio cognoſcentes, quod ad vos omni mora poſtpoſita veniemus, & ciuitatem ipſam obſidebimus, nec de manibus noſtris vos liberare poterunt Liguriæ proditores ſed eritis fabula, & opprobrium nationum, ac vobis improperabitur in æternum.

FRIDERICI II. MORS.

cxliii His literis Bononienſes haud quaquam permoti Regem cæteroſque captiuos arctiùs cuſtodierunt. Addit *Pariſius* captiuos, vt mitiùs tractarentur, octodecim millia librarum Imperialium perſoluiſſe. *Fridericus* maiore quàm vnquàm aliàs animo, & pecuniæ conficiendæ, & exercitui comparando intendens, ſummis viribus bellum repa-

Sal. An. 1249 reparabat. Omnia Mors auara diſrupit. Virilis ac vegetæ ætatis cum florem ageret, perſuaſus erat, non alibi ſe moriturum quàm Florentiæ vel in territorio eius. Quare in nouiſſima illa, è Thuſcia in Apuliam profectione, terram Florentinorum euitarat: ariolo quodam, qui ſpiritus familiaris conuerſatione ſe gaudere iactitabat, in agro Florentino vitæ terminum vltimum ei ſtatutum
clxiv Bononienſes noluñt liberare filiũ Imperatoris
eſſe, prædicante. Poſtquàm ergo minis, precibus Bononienſes fatigaſſet pro filij libertate, oblata permutatione filij Marchionis Montisferrati; item auri tantum, quantum ad cingenda circulo ipſa vrbis mœnia ſatis eſſet, ſpopondiſſet, nec impetraſſet, grauiſſimà febri correptus, in caſtellulo quodam nomine *Florentino*, ſex milliaribus à *Luceria* diſtante, ipſe qui acerrimi ac perſpicaciſſimi ingenij eſſet, prædictione ariolorum & loci appellatione ad animum reuocata, finem vitæ ſibi ſenſit adeſſe. Idcircò aſſumpto Ciſtercienſium habitu, adſtante Archiepiſcopo Panormitano, ad delictorum recognitionem ſeſe conuertit: quin etiam, ſapientum conſilio, Sacroſanctæ Eccleſiæ
Friderici pœnitentia
obedientiæ ſeſe addixit, iureiurando præſtito, omnibus eius mandatis obtemperaturum fore. Ad extremum Chriſtiano ritu peccatorum expiatione peracta coram Panormitano Archiepiſcopo, tanta donatus eſt contritione: vt *Maynardinus Epiſcopus Imolenſis* memoriæ tradiderit, ex iſta confeſſione concludi *Fridericum electum vas Dei & organum fuiſſe*. Vetuit (plurimi ſcribunt) exequias imperiali pompa ſibi cele-
clxv teſtamẽtum
brari. Teſtamentum condidit, in quo multa millia vnciarum auri equitibus Hieroſolymitanis, & Hoſpitalarijs S. Ioh. reliquit, prò compenſatione fructuum, quos ex beneficijs in regno ſitis toto belli tempore percipere non potuerant. Ad recuperationem Terræ Sanctæ, magnam vim auri reliquit, ex arbitrio equitum Hieroſolymitanorum erogandam. Inimicis omnibus ſincerè ignouit exceptis regnicolis: quos, cum immerentem prodere voluiſſent, iuſtitiæ rigori commiſit. Filijs præcepit, vt captiuos omnes manumitterent. Eccleſiæ iura integrè reſtituerent. *Conradum* filium, regem Germaniæ, hæredem Regni Neapolitani, & Imperij Romani ex aſſe fecit. *Henrico* filio, eius nominis *ſecundo* & ipſi legitimo, cum centum millibus vnciarum auri, regnum Siciliæ reliquit, ea tamen conditione, vt id ex *Conradi* arbitrio adminiſtraret. *Friderico* nepoti, ex filio *Henrico* maiore, eo, qui in carcere obijt, Auſtriæ Ducatum, cum decem millibus vnciarum auri. *Manfredus* filius eius naturalis, Princeps Tarentinus, ditionum Imperialium, quæ ſunt à Capua vſque ad Apuliam, gubernator decennalis eſt conſtitutus, donec *Conradus* ipſe in regnum adueniret. Cuiuis filiorum portionem dedit, nullum tamen ab obedientia exèmit *Conradi*.

Non defuere, qui à *Manfredo* naturali clxvi
filio dicerent præfocatum. Cum reconualeſcere videretur *Fridericus*; *Manfredus* vel odio patris, quod *Henricum* filium ſibi prætuliſſet, vel à Pontificijs ſpe regni propoſita perſuaſus, iniecto in os patris decumbentis puluino ipſum ſuffocauit. Ætatis ſuæ moritur anno 54. dicunt alij 57. Imperij 33. alij 38. ea die, quà olim Imperator fuerat deſignatus, in die Sanctæ Luciæ XIII. Decembr.

Corpus eius ſummà pompà in Siciliam clxvii
ad Montem Regalem, ſupra Panormum in porphyrethico ſepulcro tumulatur ab Archiep. Panormitano; vel à *Manfredo*, à ſe ſuſpicionis amouendæ cauſa. In teſtimonium virtutis tres fuere inſcripti verſiculi à ſacerdote quodam Aretino

Si probitas, ſenſus, virtutis gratia, cenſus,
Nobilitas orti, poſſent obſiſtere morti:
Nõ foret extinctus Fridericus, qui iacet intus.

clxviii

FRIDERICI SYMBOLVM.

Minarum ſtrepitus, aſinorum crepitus. Vel *complurium ego thriorum ſtrepitum audiui*. Prouerbium, inquit *Eraſmus* minas, & inanem clamorem contemnentis. *Thria* enim ideſt ficulna folia, ſtrepitum incenſa reddunt inanem.

Reſpirare credebatur Eccleſia in obitu *Friderici*, quum rumor inceſſit horribilis de captiuitate *S. Ludouici* Gallorum Regis in Ægypto à Sarracenis victi & capti. Sua clxix

Effigiem S. Ludouici vide ſupra in vita Conradi III. *n. 55. vbi errore impreſſoris ibi repoſita. Ibi verò repone effigiem* Ludouici VII. *quam hic habes.*

Sua tamen conſtantia triumphauit nouo vincendi genere è vinculis hoſtes. Suiſque



maior victoribus docuit, Reges quid piá eſſe ſupra regni faſtigiú, ſi ſciant ſibi imperare.

CAPVT TERTIVM.

Diſſidia inter Cæſarem *Fridericum II.* & Romanos Pontific. (quibus ſuffulti barbari totam penè Chriſtianam obruere plagam) præſentem excitant titulum:

Barbarorum concordia, ex Chriſtianorum diſcordia.

1 *libertas dicendi in Republica neceſſaria.*
2 *Solimani ſymbolum de Orbis imperio. 30. argutia de diſcordia Chriſtianorum.*
2 *Diſcordia Chriſtianorum. 48. chriſtianorum vanitas. 11. diſcordia effectus. 14. dæmoni inuiſa. 15. altare Roma habuit, ſed extra muros. 16. Romani luctum induunt pro ciuium diſcordia. 24. Phariſeorum aſtutia ſeminandi diſcordiam. 28. more canum laniamur.*
5 *Turcæ victi à Chriſtianis ad ſcopulos Cruzelarios. 7. Turcarum ſuperbia, & confidentia etiã poſt cladem receptam. 12. ſolam diſcordiam timent. 13. cur prohibiti diſputare de religione. 22. rogant Deum pro noſtra diſcordia. 23. cur auxilia Venetis offerent. 31. à Chriſtianis edocentur arma tractare in nos. 41. eorum aula cur Porta dicta? 43. numquam reſtituunt, quod occupant.*
9 *Adulatio ruina Chriſtianorum. 1.*
10 *Sola concordia poteſt fulcire Chriſtianam Rempublicam. 19. poteſt excitare rem impoſſibilem. 20 concordiam Cælum timet. 21. res paruæ creſcunt. 25. muri ciuitatis, concordia. 33. nec Iupiter ſtaret ſine concordia. 35. Quanti facienda pax.*
17 *Samaria à Deo punita quia diuiſa.*
26 *Chriſtiani extincti, ſi diſtincti. 31. ignauiam noſtram Perſa redarguit. 36. fortes, ſi concordes. 38. irridemur à Turcis.*
32 *Diſcors prolis maledicta.*

Arcanum grande habeo vobis explanare (ò Reges Chriſtiani) Si quid veri liberè dixero, ne *propterea mihi iraſcamini, ſed ſic potiùs* (verbis vtar *Deſthemois*
1 *Philipp. 3.) rem conſideretis vos loquendi libertatem in alijs rebus ita communem putatis eſſe oportere omnibus in vrbe degentibus, vt*

aſſentatio quàm pernicioſa

& hoſpitibus & ſeruis eam impertieritis: & multos apud vos ſeruos videre eſt, quiduis loqui liberius, quàm ciues in quibuſdam alijs vrbibus: à conſulendo autem, omnino eandem repuliſtis. Vnde id conſequimini, vt in concionibus faſtidiatis, aſſentationibus deliniti, & omnia quæ voluptati ſunt audiatis: in rebus autem,

dicendi libertas neceſſaria

autem, & factis, de extremis eam periclitemini. Quòd ſi nunc etiam affecti eſtis, non habeo quid dicam. Sin quæ in rem veſtram ſunt, ſine adulatione audire velitis, dicere ſum paratus. Cum Rerum noſtrarum ſtatus, quàm nunc eſt, deterior fieri non poſſit: Vitam aut Mortem; Libertatem, vel ſeruitutem, ſub *Concordia*, vel *Diſcordia*, *Chriſtianis exitium iminet.* Principes, Reges, vobis imminère annuntio. Hæc mortem, captiuitatem; illa vitam, libertatem, triumphos in ſinu fouent. Exercituum Deus apponit vobis ignem & aquam: ad quod vultis, porrigite manum. *Eccleſ.* 15. *Iam Orbis Domini.* Iam veſtro ſub iugo totum ſtrauerat Orbem; & Chriſti redemptum ſanguine vobis væni parui iuſſerat, ſolius namque *fidei* pretio, Orbem paraſtis, & Orbes, ſed modicum tenuiſtis; & veſtra diſcordia ternas Mundi plagas in manibus tradidit impiorum.

II *Solimani ſymbol.* Quid ſibi vult illud Solimani Symbolum quatuor lampadarum in globo ſpherico, quarum tres ardentes fulgent, ſub lemmate *Allah Verrè* ideſt, *Deus dabit?* tres mundi plagas annuit, quas ſub imperio tyrannus iam poſſidet, ſpe accendendi & quartam, ideſt occupandi? quod euenturum ſuſpicor, ni cauſa ſubtrahatur incendij.

III *ruinæ cauſæ* Eam geminam dico: *Adulationem, & Diſcordiam.* Illa (ſine qua nullum adhuc regnum humanum cecidiſſe legitur) me ſæpe pollutum fateor; nec ſemel catenata lingua præterijſſe, quæ inſimulare imò vituperare tenebar. Excuſatum tamen me lector habebit, ſi Taciti verba meminerit; *rara temporum fælicitate, in quibus licet ſentire quæ volo, & dicere quæ ſentio*; præcipuè ſi viuentium cauſam agamus. IV *Chriſtianorum vanitas.* Quot melos, & carmina pangimus, cum glebam infidelium phalanges occupant Chriſtianorum? tot arcus, pyramideſque non habuit Scipio, quùm Africam ouans Romana remulcauit in caſtra. Auguſtæ oppido ceſſere Chriſtiano victoriæ, quæ veterum obſcurant faſtos: ſed vel ocio victrices obtorpuere manus; vel gloria æmulatione receſſit. V *Ann. 1571.* Turcarum, ad Echinades inſulas, vel ſcopulos Cruzelarios, profligata claſſe à Venetis, Hiſpanis, & Pontificijs, facile erat intra Scythicos montes detrudere, vnde venère: ſi ſolis quinquaginta triremibus in eos tanta conſternatos clade feſtinaſſent fœderati. VI *Columna triũphat* Pijs votis cum obſtarent ſcelera noſtra, victores quaſi victi in hyberna conceſſerunt. *Columna* Pontificiæ Claſſi præfectus, cum ſtrenuè rem geſſiſſet in hoſtem, Romam rediens, triumphantis more ingreſſus eſt. Veſpaſiani & Conſtantini arcus ornarunt Romani, inſignibus, & ſpolijs quæ victor ab hoſte tulerat. Ducenti captiui præcedebant currum, quem peditum quinque millia ſtipabant. Omnes Phrygios veſtibus induti erant. Ex Capitolio in Palatium aſcendit, vbi in aula Conſtantini ad pedes Pontificis procidens, duos filios Ducis *Ali* vinctos obtulit ad victoriæ monimentum. Iucundiſſima fuit hæc dies Romano populo, cum dies cogitaret antiquos, quando Roma Mundi caput, grauidata victorijs quotidie recurreret in triumphos. In cõpitis viarum accenſæ faces & lampades lætitiam geſtiebant populi; quæ Chriſtiano ſoluto fœdere, exhalarunt in fumum. Venetorum Legatus *M. Antonius Barbarus*, cupidus ſcrutandi quo animo Turcarum Rex cladem ferret, ſpecie permutandi captiuos *Meemethum* adijt ProRegem. VII *Turcarũ ſuperbia* Is protinus, arcano detecto, redarguit Barbarum. X *Sagredus* *Veniſti huc* (inquit) *periclitaturus quid animi & virtutis in nobis clades reliquerit. Crede, Mala veſtra noſtris longè anteire. Nos vnius regni rapina veſtro corpori brachium dextrum abſcidimus; nec pullulabit amplius. Vos porrò noſtræ claſſis incendio, barbam raſiſtis: Germinabit hæc denuo. Et ni ſyluæ defecerint, atque genus humanum, naues erunt & milites.* Vana tamen ſpe illecti Chriſtiani, iam regna erciſcebant Turcarum, priuſquàm obiret poſſeſſor. VIII Cum noua comparata claſſe primo Vere inter Ionium & Ægæum mare, Turcæ furibundi vela dedere. Nos verò diſſenſionem Chriſtianam in ſummum deducentes diſcrimen, coacti ea conditione pacem accepimus, *Petrus Iuſtin.* vt Cyprum Turcæ armis occupatum haberent, eorumque imperio Antibaris, & Olchinium in Epiro oppida adijcerentur. *Suppoto* etiam Veneti hoſti redderent, atque trecentum aureorum nummum millia tribus penſionibus ſoluerent. Clangite modo tubicines, reſonate tympana, ſiſtra, crotala. Alcides dicite Principes, & Herculeis inſcribite columnis, *plus vltra*. IX *Chriſtianorũ miſeria ex adulatione.* Panegyrim & ego ſed paucis canam cum Demoſthene, *rerum ſtatum*, exiſtimo, *quàm nunc eſt, non poſſe fieri deteriorem. Ac multæ fortaſſe ſunt cauſæ, cur hæc ita ſe habeant; neque*

propter

propter vnum atque alterum vitium res huc redierunt. Potiſſimum tamen, ſi recte conſideretis, ij ſunt in culpa, qui iucundiſſima dicere malunt, quàm vtiliſſima. Et infra. *Peto autem à vobis,* Chriſtiani, *ſi quid veri liberè dixero, ne propterea mihi iraſcamini, ſed ſic potius rem conſideretis: vos loquendi libertatem in alijs rebus ita communem eſſe putatis oportere omnibus in vrbe degentibus, vt & hoſpitibus & ſeruis eam impertieritis: & multos apud vos ſeruos videre eſt, quiduis loqui liberius, quàm ciues in quibuſdam alijs vrbibus: à conſulendo autem, omnino eandem repuliſtis. Vnde id conſequimini, vt in concionibus faſtidiatis, aſſentationibus deliniti, & omnia quæ voluptati ſunt, audiatis: in rebus autem & factis, de extremis iam periclitemini. Quod ſi nunc etiam ſic affecti eſtis, non habeo quid dicam.* Proſpera euenient cuncta, & Oraculum aptabo vobis antiquum.

Ibis, redibis Non *morieris in bello.*

Sin quæ in rem veſtram ſunt, ſine adulatione audire voletis, dicere ſum paratus.

x Rei Chriſtianæ ſtatus, quàm nunc eſt, deterior fieri non poteſt. Tamen, quæ per *diſcordiam* perierunt, *Concordia* corrigere poteſt. Plurimi arcanum aperire profeſſi, vnde, quomodò, per quos in Orientem traducenda eſſet Chriſtiana religio; arma, claſſem, annonam, pecuniam, militem parari, conſcribi, ſine detrimento poſſe verbis monſtrarunt: at quomodo Domi noſtra tueamur, nec ſolo pellamur materno, non eſt qui conſulat. Quoties enim in regna Chriſtianorum Turca deſcendit, quaſi in propria domo receptus eſt. Domeſtica prius opus eſt componere, inde externa tentare.
xi Prius pata tueri, poſtea aliena occupare. Sileat aggreſſio, dum vrget defenſio. Clypeus defenſionis eſt noſtra concordia, hoſtiumque gladius, diſcordia. Alterutri ſuppetunt arma, phalanges, natantes vrbes, quibus calcat maria, & nauigat terras. Quò vertit, victoria remeant, & triumphi. Caſus præteriti futura prænũtiant, præſentia dirigunt: & ab vna Chriſtianorũ diſcordia, quę in Turcarũ gremio tres mũdi plagas proiecit, futura prędicite. Penès cõcordiã vel diſcordiã eſt alea: ſi illa reuocetur ad limina Chriſtianorum;
xii hæc in hyberna Turcarum neceſſe eſt reuerti. In hanc ſolam excubant Turcæ, cætera negrigunt. Ipſa Religio nequit aſyllum præſtare diſcordiæ; & licet Sarraceni, quos Maumethus I. partim ex Arriana & Neſtoriana perfidia, partim ex catholica religione in quoddam monſtrum conflauit, rerum omnium confuſionem in eius regna introduxerint, hac ratione in hunc vſque diem in officio continet, quod libertatem illis de religione ademerit diſputandi. Deos quiſque ſibi fingat, dumodo aberret diſcordia: quæ ipſis inferis inuiſa legitur. Satan Cœlo pulſus, nouum in orbe excogitauit Cœlum, quod inferis obtulit incolendum, vt regnaret inuito Deo. Roma hoc fuit, vbi ſupra ſeptem arces turrim poſuit, qua Cœlum irrumperet, & Iouem obſidione præmeret. Ibi tot centuriauit Idola, quot Africa monſtra. Vni tantum negauit cingulum militare, ac extra muros reiecit, vbi ſpecie honoris incluſit in templo, donauit Altari, ne in ſua irreperet caſtra. *Diſcordiam* dixit, non quod vel ipſi nomini plauderet, ſed ne deportata recederet. In ipſum *Pantheon* quo hoſtilia etiam ſed perſonata conueniebant Numina, prohibita ingredi. Extra portam reiecit, vt pari fraude hoſtes deciperet, qua Troianos Achiui; & peſtiferas ſarcinas inter hoſtilia caſtra traduceret. Huius vmbra ſola ſi valuas Cœlorum poſſet pertingere, infringeret; & iuſtitiam excitaret aduersùs pacem. Lugubrem Syrmam induère Romani, quùm Cæſar & Pompeius imperio decertarent; non gloria. Chriſti Senatus cum aures patefecit diſcordiæ (*facta eſt contentio inter eos, quis eorum eſſet maior*) paſſus eſt infidelem Petrum, proditorem Iudam, timidos omnes: *Omne Regnum in ſe diuiſum deſolabitur; & Domus ſupra Domum cadet.* Huc reuocat *Iudæos* & *Samaritas*. Coram Deo vterque obtorto collo trahitur, in vtrumque diſquiritur, & iudicatur. Qui tamen ad munera & perſonas non reſpicere gloriatur Deus, nunc impari pœna animaduertendo, in ſeipſum mortales concitat. *Non addam vltra miſereri domui Iſrael. Voca nomen eius ſine miſericordia,* dura eſt ſententia, & in Samariam dirigitur. *Domui Iuda miſerebor & ſaluabo.* Salutaris eſt pœnitentia non iudicium. Vnde iure Samaria conqueritur, *Deus index, iuſtus, fortis, & patiens,* audi priuſquàm iudices. Quæ grauiori culpa tenetur, Hieruſalem, vel Samaria? *Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit,* in Iudæos loqui-

cõcordia & diſcordia effectus.

ſolã diſcordiam Turca timent.

xiii *Turcis inhibitũ diſputare de religione*

xiv *diſcordia dæmoni inuiſa.*

xv *altare habuit ſed extra muros.*

diſcordię mala

xvi *Romani luctum induunt*

Luca 11.

xvii

Oſea 1.6

Ezech. 16.48.

loquitur Deus , *Viciſti eam ſceleribus tuis*.
Cur itaque Samariam *vocas ſine miſericor-
dia?* Deum miſericordem non exigo, iu-
ſtum eflagito.*Sit pœna menſura culpæ*.Iudæa
impia dereliquit te Deum factorem ſuum;
ſacrificauit Baalim , & Aſtarot , miſereris
tamen; me verò ſine miſericordia vocas? er-
go grauiùs punitur, quæ leuiùs peccauit? &
cur ? quia diuiſa , & in concordia diſcors
4. Reg. 17. Deo, diiſque ſacrificat. *Cum dominum cole-
rent,Dijs quoque ſeruiebant*.Iudæa etſi impia
tamen in impietate concors , vim quaſi fa-
cit Diuinæ Iuſtitiæ. Bone Deus,nonne gra-
uius Iudæa peccat , dum concors Idola eri-
git , quàm Samaria quæ diſcors partim
Deum colit,partim veneratur Idola? minus
eſt,Deum adorare diſcordes quàm blaſphe-
mare concordes. Abſit,reſpondet Ambro-
xviii ſius , *Tolerabilius Deus iudicat infidelem in-
tegrum,quàm fidelem diuiſum*. Regnum Cœ-
lorum , quod aliquando vim patitur , hoc
vno vincitur concordiæ funiculo , quem ſu-
per muros Cœlorum homo ille tetendit ,
qui non tam corporis, quàm ſcelerum mo-
Geneſ. le onerauit terram . Nymrod turrim me-
ditatus , quæ vltra diluuij metum & mundi
metam , cum ſideribus miſceret fœdera ;
quaſi eum puderet peccare , niſi peccaret in
Cœlo,*Faciamus turrim , cuius culmen per-
tingat ad Cœlum: celebremus nomen noſtrum*,
gloriæ bucina Gigantes conuocat. Hi mon-
tes conglobant , ſyluas eradicant , euellunt
nemora,abſorbent flumina ; grandeſcit ſuis
authoribus ſimilis machina . Sed vnde cla-
mat Hieronymus,ignaui artifices præſumi-
tis terram Cœlo coniungere ? ſi centrum
minime ſphæram tangit , ſed immobile è
peripheria æqualiter diſtat, & indiuiſibile
punctum non extenditur, quomodo vos au-
detis Cœlum ſcandere?tonitrua,grandines,
fulmina non timetis;inſiſtitis forſam in ful-
mina fulminaturi? Gigantum molem (ait
xix turris Nẽbroth Deus)ne deſpicite Cœlites.*Cœperunt namque
hoc facere, nec deſiſtent à cogitationibus ſuis ,
donec eas opere compleant*.Ciues tamen Cœlo-
rũ Gigãtũ minime putãtes laborẽ,ridebant.
Vnde poteſtas Mortalibus ex nihilo cuncta
condere,& rem aggredi impoſſibilem?Con-
cordiæ ſtudium, vnionis artificium rem va-
let excitare impoſſibilem. Quia *vnus eſt po-
pulus, & vnum labium omnibus*, propterea
*à cogitationibus ſuis non deſiſtent , donec eas
opere compleant*.Tantum opus ſola diſcordia
diruet,*Venite igitur confundamus* (quaſi cœ- xx
lites in ſuppetias Deus vocat, cum aciem di- *concordes*
rigit in concordes)*linguas eorum*. Ne itaque *Cœlum*
moles creſceret,Cœlum obſtitit confuſione *timet.*
linguarum . Vno tamen prodigioſa miracu-
lo , quod in confuſione minimè turris eua-
nuit, ſed baſi concordiæ metum ipſi incutit
Cœlo . Concordiæ fulciuntur opes etiam
exiguæ , ait *Homerus* : Coniuncti pollent xxi
etiam inertes;nec deſpicienda amicitia , vel *Illiad. 5.*
multorum ſimultas, alioquin imbecilles , & *vnio*
quorum ſingulos quiuis facile contemnat . *multorũ*
Nam quæ non proſunt ſingula,multa iuuãt; *timenda*
ita quæ non lædunt ſingula , multa nocent.
Turcæ inter quotidianas preces , quas Deo xxii
fundunt , illud enixè rogant ne Chriſtiano- *Turcæ*
rum ſententiæ vmquàm conueniant ; ſed *rogãt pro*
opinione diſſentiant . Hinc à Græcis, Ægyp- *noſtra*
tijs inter ſe digladiantibus rogati ferre ſup- *diſcordia*
petias, libenter opitulati ſunt, vt diſſidia au- *Venetis*
gerent;& inter duos litigantes tertius gaude- *Turcæ*
ret.Hoc voto,cum Veneti à Maximiliano I. *auxilia*
Imperatore, Ferdinando Hiſpaniæ Rege , *offerunt.*
Ludouico XII. Gallorum Rege , & Iulio II. xxiii
Pontifice, toto continentis imperio exuti eſ-
ſent;omnibus noſtræ fortunæ inſultantibus,
ſoli Turcæ non modo fidem ſeruarunt , ſed
etiam auxilia in id bellum obtulerunt . Bar-
baro porrò Regi,quod fidem tueretur egre-
giè, gratias egit Chriſtiana Venetorum Reſ-
publica ; quum huiuſmodi auxilia nequa-
quam ſibi crederet expedire, ad Rempubli-
cam perdendam , vel ad Chriſtianorum
miſſa fouendum diſſidia . Phariſeos imitan-
tur , quum Magiſtrum accuſant apud diſci-
pulos , *Et murmurabant Phariſæi & Scribæ* xxiv
dicentes ad diſcipulos eius, Quare cum Publi- *aſtutia*
canis & peccatoribus manducat magiſter ve- *Phariſæorum*
ſter . Alibi vero diſcipulos apud Magiſtrum *feminan-*
inſimulant.*Quare nos & Phariſæi ieiunamus* *di diſcor-*
frequenter. Diſcipuli autem tui non ieiunant. *diam.*
Et iterum *Quare diſcipuli tui tranſgrediun-* *Matt. 2.*
tur traditiones ſeniorum?quando diſcipuli vi- *Luca 5.*
debantur deliquiſſe , apud Magiſtrum defe-
runt, vt ſit murmurandi , ac diſſidia ſemi-
nandi occaſionem haberent.*Vide*(ait Chry- *Hom. 31.*
ſoſtomus) *quod quando diſcipuli peccare vi-*
dentur , præceptori aduersùs illos dicunt: Ecce xx
*diſcipuli tui faciunt , quod non licet facere
Sabbatis: quando verò præceptor , apud diſci-
pulos illum calumniantur , dolosè agentes*.

Hiſce

xxv *non muri ſed concordia ciuitatē protegit.* Hiſce irretitos inſidijs Chriſtianos neceſſe eſt concidere, ni aliquando coeant, nec de ciuitate mœnibus cingenda conſulant, Lacedæmonum more, ſed Homerico carmine

Scutum haſit Scuto, galea galea, atque viro vir.

Sic mihi ſtate Chriſtiani, & muris cincti
xxvi ſumus. Carbonibus ignitis nos iure *Sagredus* aſſimilat, quos vides *extinctos ſi diſtinctos*. Faſciculum illum iaculorum vos credite, quem colligatum nemo diſrumpit; quod ſi ſingula iacula hoſtis exemerit, con-
Gen. 15. 9. fringet facile. Egrædimini mecum in agrum, vbi Abrahæ Deus præludit imperium. Gratus homo ſacrificia rependit, & tollens vaccam, capram, arietem, & turturē
xxvii atque columbam, *per medium diuiſit, ac vtraſque partes contra ſe alterinſecus poſuit: aues autem non diuiſit* Fumabat Sacrificiū, *cum deſcenderunt volucres ſuper cadauera*, Super columbam & turturem non deſcende-
lib. 2. de Abrahā. runt, ait *Ambroſius*. Grande myſterium. Eſuriunt volucres, capram rapiunt, & arietem, columbas prætereunt & turtures, cupedias ſuauiſſima? *Super columbam & turturem non deſcenderunt, quia diuiſa iſta aues non erant*, Subiungit Ambroſius. In turtures & Chriſtianorum columbas volucres irruent rapaces, ſi diuiſas inuenerint. Violato legationis iure (quod & barbaris eſt ſacroſan-
xxviii ctum) Vinculis dederat Turcarum ProRex Gallorum legatum prætextu aſylli, quem fugienti dediſſet captiuo. Accurrit Venetorum orator *Ermolaus Nanius*, dumque vrgèret Gallum ſolui, ne ad redimendam vexationem Chriſtianorum concitaretur grex vniuerſus; Succenſus Turca, irarum plenus reſpondit: *Vos non timemus Chriſticolas, qui more canum morſibus alternis petiti, in Lunam poſtea latratis.*

Sagredus Ann. 1617. nō timemur à Turcis quia diſcordes.

Iacturam ne lugeamus præteritam, ſed diſſidia præſentia, quæ interitum ſuperuiuentium accelerant. Vnde
xxix timeant, non habent; Iure canunt ante victoriam, ſecuri non defuturum proditorem, qui ſe ducem præbeat, mucronem porrigat, vt ipſum iugulent. Horreo, manus titubat, ſed exarare compellor, quæ formido legere.
Sagredus xxx An. 1637. receſſurus in patriam Batauorum legatus, munera excogitauit gratiſſima quibus Turcarum neceſſitudinē Hollandis cōciliaret Librum obtulit, in quo exaratæ erant hodiernæ militiæ regulæ, & arcana, quibus & inter ſaltus, & ſuper abruptiſſimas rupes fortiſſima propugnala pyrobulis, cuniculis, aſtyochis expugnaret. Obtulit ipſe librato- *perfidia Hollandi legati* res mittere, pyrobolarios, machinarum inuentores; & quò faciliùs tyrannus artem diſceret librum ex Latino in Turcicum legatus ipſe vertit idioma. Nonne hoc eſt acinacem procudere, & ſpiculare, quo grauiùs feriant? oh cœci Chriſtiani; quis vos inſtruit arma furioſo porrigere; & clypeum ponere in manu aduerſarij? Ad quid in fines terræ, Apoſtolos mittere, vt in ſolo infidelium crucem erigant, dum in patrimonio Petri, Chriſtum exſybillari permittimus? Ann. 1612. xxxi
ignauiā chriſtianorū arguit Perſa.
rogantibus nonnullis Chriſtianis Perſarum Regem, vt eis indulgerèt in vſum Chriſtianorum bina erigere templa, indignatus negauit: *Superfluum dicens, dicare templa, & Chriſti fidem negligere*. De noſtro iam capite aguntur comitia: Sub cultro ſtamus; & adhuc *Betam Gamma perſequitur*. Vt nunc ſunt Chriſtiani? diſcum quàm Philoſophum malunt audire. *Diuide & impera* aulicorum eſt dogma; ſed melius Chriſtus, *Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur*. Diuidite, & impetate, ſed inimicis. In vtero collidite ſed non materno. *Si ſic mihi futurum erat, quid neceſſe fuit concipere?* clamat Rebecca, dum paruuli eius colliderentur in vtero. *Sic ſic mihi*, reſonat Eccleſia Catholica, ad quid ſicut ſtellæ cœlorum, & arena maris generatio mea. *Sic ſic mihi*, quid neceſſe *in omnem terram exire ſonum eorum, & in fines orbis terræ verba eorum?* Si ſic mihi, quod in Eccleſiæ gremio mordaci conſumantur inuidia fratres, & parricidio gleba rubeſcat, dum Mundi plaga habitatoribus vacua Regem expoſcit, nec eſt qui audiat, inteſtina graſſante diſcordia; legem abiuro, diadema proycio; ſterilis vtinam, & improlis decederem.

Geneſ. 25 xxxii *prolis diſcors maledicta*

Iam Romam obſidione cinxerat Africa; & argentariorum tabernas veni Annibal iuſſerat; non propterea Senatus, populuſque Romanus in luctum citharam vertit, vel purpuram exuit. Pullatus plangit, cum Cæſar & Pompeius in ſua verterunt victrices viſcera dextras. Maledicta itaque prolis ſi diſcors; nam Iouis periret regnum, ni concors. Leua oculos, ſuſpice Iſaiam Prophetam volantem ad thronum Dei ſuper pennas ventorum. Stipabant Maieſtatem Seraphim, clamantes alter ad alterum, *Sanctus, Sanctus*

xxxiii

xxxiv *nec Iupiter ſtaret ſine concordia.*

Iſai. 1. 6.

ctus Dominus Deus exercituum. Veluti papi-
lio vagabatur propheta iuxta thronum, cũ
quanti *vnus de Seraphim volauit* ad eum, *cum cal-*
facienda *culo quem forcipe tulerat de altari.* Myſterio
pax. non vacat, quod Seraphim auertat à facie
XXXV Dei, vt conuertatur ad hominem, Creatoris
ad creaturam. Reſpice Diaconum in altari,
quùm Sacra auerſus ab hoſtia, aſtantibus
inſonat, *Pax tecum*, quia expedit ſuper alta-
re Chriſti deſerere victimã (quem plus con-
cordia quàm thure colimus) vt in caulam
Petri oues congregentur pacificæ. Ita Sera-
phim à Deo in Prophetam auertitur, vt cal-
culo ignito, *amore* ſcilicet, Iſaiæ labia tange-
ret, quod eſt *deoſculari*, & pacem afferre.
XXXVI *Gloria in Altiſſimis Deo, & in terra pax.* Hæc
illa frondoſa ſylua, quæ naues germinat,
& ex lapidibus educit homines. Thebarum
mœnia ad ſonum citharæ conflaſſe Orphæũ
fabulantur Poetæ; & in obſequium bruta
euocaſſe; hoc eſt myſterium: Concordia vi-
ctoriam, diſcordia exitium præbuit. Nec
magis ciues brutis, hoc eſt, Barbaris reddun-
tur formidabiles, quàm inteſtina ſimultate
depoſita. Solimanus Turcarum Imperator
eo die, quo cum Carolo V. Viennam prope
manus conſerere cogitabat, à ſuis præmoni-
XXXVII *argutia* tus, *ne in diſcrimen, Turcarum ſummam ad-*
Solimani *duceret; timeret Carolum, Caroliq; fortunam,*
in diſcor- *cui fere omnes Chriſtianorum Principes obſe-*
diã Chri- *quia præſtabant. Hiſpani, Itali, Germani,*
ſtianorũ. *Hungari Caroli causã ſequentes monſtrabant,*
non tam cum Cæſare, quàm cum tota Chri-
ſtiana Republica rem agi. Audiuit placide
Solimanus, ſed ad ea minimè reſpondens,
interrogauit, an quis citharedus ſtaret in ca-
ſtris? perquiſitus venit; protinùs pulſare iuſ-
ſus, rogauit ſibi ſpatium dari, quo fides &
neruos in tonum reduceret. Fatigauit pluri-
mùm, conſonarunt tandem & iucundum
edidit ſonum; ſed paulo poſt cum abſonaret
ſymphonia, opus fuit iterum mulcire fides,
tinire neruos, quorum pleriſque contritis,
obmutuit concentus. Tunc Solimanus iuſſit
à Turcis crepitaculum pulſari, & pandu-
ram. It ſonus repentè Cœlo, inſonuere cauæ,
gemitumque dedere cauernæ. Pandurum
ſciſcitatur Solimanus, cur & ipſe vt citha-
rædus non mulciret fides, & neruos tiniret?
ſuperfluum (iſte reſpondit) Semel in anno ad
concentum reuoco. Si ſemel conſonent,
numquàm abſonant. Conuerſus tunc Soli-

manus ad aulicos, *habuiſtis* (inquit) *quid Ca-*
rolus, quid Solimanus. Ac ſi diceret; Pandura
eſt Turcarum Monarcha, ſi ſemel conſo-
net, numquàm diſſonat. Cithara verò eſt
Chriſtiana Reſpublica, quæ vt plurimum
abſonat. Huc referre concinit (non in con-
tumeliam Germanicæ gentis, virtute & rei XXXVIII
militaris experientia nulli ſecundæ, imo quæ
ſola Romanas Aquilas è tumulo euocauit in
thalamum; ſed vt Barbarorum faſtus dor-
mientes tandem Chriſtianos exſuſcitet) Cũ *Auenti-*
diſſuaderent *Munſulmani*, ne eorum Impe- *nus*
rator Chriſtianos, in primis verò Germanos
armis laceſſeret, reſpondit. Se nequaquam
Chriſtianorum, præcipuè Germanorum ar-
ma exhorreſcere quatuor de cauſis; *quia diſ-*
cordes, & quemadmodum quinque ſui digiti
numquàm coaleſcunt in vnum, ſic Chriſtiani
numquam concordes conueniunt. II. quia labo-
rum impatientes, helluones, potatores in ca-
ſtris ſcortorum turbam fouentes. III. quod
leges & iuſtitiam negligant, IV. quod præ-
mijs haud virtutem ornent, nec afficiant
ſcelera pœnis. Hiſce præconijs Turcarum
verſamur in ore. Nos porrò quid rependi-
mus? videamus. Spoliamur portibus, littori- XXXIX
buſque nobis eripiuntur imperia, occupan-
tur regna; & ne proſequatur tyrannus aurũ
ſoluimus in congiarium carnifici, qui nos
excoriauit. Cum fœdus violant, Legatos pul-
ſant, merces rapiunt, *barbaros* dicimus, &
vno vocabulo iura noſtra diſperdimus. Bru-
ta ſi dixeris non inferre iniuriam, *pauperiem*
ſaltem dicuntur facere: quorum corpus pro
noxa exigitur, ni damnum dominus ſolue-
rit. Regna noſtra Antiquitatis dicas cæmen- XL
ta, nam & *Friderici Pulchri* Romanorum
Imperatoris ſymbolum fuit, *Hercules iam*
dirutus præter fæmora & pedes ſub lemmate
adhuc ſtat. Cui enim Tyrãnus abſcidit bra-
chium, cui amputauit caput, alios ſecuit me-
dios, nec eſt qui repetat; ſed carnificem mu-
neribus cumulant. Turcis, vt Antiquitas De-
moni, omnes offerunt (inquit *Sagredus*) non XLI
ad aſſequendum honorem, ſed effugiendum *Ann.*
onus. Amicum non cupimus, hoſtem time- *1612.*
mus. Aulam *Portam* vocant, quia nemini *Porta*
occluſa dona ferenti. Semper eſuriunt, nec *Turcarũ*
à piſcatoribus expiſcantur. Eſcam come- *cur dicta*
dunt, ſed hamum fugiunt. Cum aduerſus
Mulapanum pyratarum principem Io: Ca- *Sagredus*
pellus Venetorum legatus coram Claſſis *1630.*

præfecto per interpretem poſt exhibita munera, inſimularet nauigationis & commercij iactura infeſtari maria. Nimia dicendi libertate offenſus Turca, manu percuſſit interpretem. Tunc iuſto furore ſuccenſus Capellus, terga vertit; exprobranſque non eum eſſe morem excipiendi legatos Principum, quorum imago interpres abſque Principis iniuria offendi non poterat, abijt. Pœnituit Turcam illatæ iniuriæ, vnde militibus iuſſit honorare Legatum, ſinerent liberè egredi, *muneribus tamen relictis*, cum quibus diſſident nunquàm. Quid ergo ſpe-
xliii ramus? ſi Turcas conſulas, clamant ipſi, *cum*
Sagred. *Romæ erimus, reſponſum dabimus.* Regna ſua
1539. repetenti, vt Thomæ Contareno Veneto-
Turcæ rum Legato Egæas inſulas, dixerunt Turcæ,
nunquam ſi hoc haberet in votis, oleum perdere &
reſtituũt. operam; quia Byzantium tam ampla & ſpatioſa ciuitas erat, vt maris inſtar profundi in ea eſſet ſine redemptione naufragium. Accurrite, ſed in tempore. Matura ſint & tempeſtiua veſtra conſilia; ne antiquum vobis hoſtis obyciat adagium, *Dum Romæ conſulitur, perditur Saguntum.* Verbis non eſt opus, ſed armis, aiebat Demoſthenes cum in Phi-
xliv lippum excitaret Athenas. *Veruntamen ex-*
Philip. 4 *cuſationis aliquid habet. Sed nec ea quæ audienda ſunt, quæque in deliberationem cadunt, audire velle, priuſquàm res ipſa adſint, vt nunc: nec vlla de re deliberare ſoletis per otium. Sed dum ille ſe contra vos inſtruit, idem agere, & viciſſim inſtrui ceſſatis: & ſi quis aliquid tale dixerit, egiſtis. Poſtquàm autem periſſe, aut obſideri aliquid intellexiſtis: tum demum auditis, & inſtruimini. Fuiſſet autem audiendi tempus, & comparandi ſeſe, tum, cum vos noluiſtis: rei autem gerendæ, & vtendi apparatu, nunc cum auditis. Itaque his moribus ſoli mortalium omnium, contra quàm alij ſolent, factitatis. Nam omnes alij homines ante negotia deliberare ſolent:* Nos Chriſtiani *poſt negotia.* Odioſum belli nomẽ vt nugantem redarguit ſuadentem belli apparatum. *Quod in pace viuere ſit præclarum; & magnum alere exercitum, quàm difficile.* Soli vbertate contenti, & diuitiarum affluentia ſuperbi, prætérimus periculum quod de aris & focis nobis imminet ab hoſte vicino. *Vrbis opes* (aiebat idem Demoſthenes) *ego eſſe exiſtimo ſocios, fidem, beneuolentiam; quorum omnium* Chriſtiani *ſunt inopes. Quæ quia negligimus, vt* Turca *beatus, & magnus, & formidoloſus eſt omnibus Græcis & barbaris, ita* nos *deſerti & humiles, proſperitate fori & annonæ ſplendidi, rerum earum, quæ requiruntur inſtructione ridiculi.* Græcia, Pontus,
Barbaria, Africa, Aſia, & magna Europæ xlv Chriſtianorũ ſocordia
pars Turcarum auaritiam, & imperium non capit. *Quæ cum* Chriſtiani *omnes & audiamus, & videámus, non alij legatos mittimus ad alios, non indignamur: ſed adeo ſumus amentes, atque oppidatim, tanquàm foſſis interiectis & vallis ſeparati, vt in hunc vſquè diem neque rationibus noſtris conſulere quicquam, neque officio vlla ex parte fungi poſſimus, neque inire concordiam, neque ſocietatem auxilij & amicitiæ vllam facere, ſed incrementa potentiæ* Othomanicæ *ſecurè negligamus: idque tempus, dum alius perit, vnuſquiſque in lucro deputare decreuerit.* Inundant Barbari, & Chriſtiani *videre ſuſtinent eodem modo, quo qui grandinem ſpectant, optat quiſque, ne in ſuos agros deferatur, prohibere conatur nemo.* Ferè totum Turca poſſidet Orbem; & tantum abeſt, vt illatas Chriſtianis contumelias quiſque vindicet, vt neque ſuas quiſque iniurias vlciſcatur. *Cum adhunc modum tractemur omnes, cunctamur, & effeminati ſumus, & ad proximos reſpicimus, alijs alij diffidentes, eo tam apertè nobis inſultante. Quid verò facturum putatis eum, qui in vniuerſos ita eſt petulans, vbi nos ſingulatim omnes ſubegerit?* Occurramus, dum vires ſuppetunt. Turpe namque (ſi quid poſt acciderit) dicere, *non putabam.* Dum *nauis eſt incolumis, ſiue ea maior, ſiue minor ſit, tum decet & nautam, & gubernatorem, & omnem virum eſſe ſtrenuum, vtque nec de induſtria nec imprudens quiſquam eum euertat, prouidere. Nam vbi mare ſuperat, inane eſt ſtudium.*

L I B E R XXVII.

C A P V T P R I M V M.

CONRADVS QVARTVS OCCIDENTIS IMPERATOR XXVII.

1 *Conradi IV. Imp. Feritas Pardi ſymbolo explicata. 3. ſymbolum 6. natus eſt, cum eius pater ſobolem deſignaret aduersùs Papam. 7. ſpecie Abſalon. 9. inimicus Papæ. 10. excommunicatur. 11. Neapolim expugnat, cum claudit oſtia maris. 13 fratrem veneno tollit; veneno tollitur.*

2 *Cylindri natura. 1. glomerare diſperſa.*

3 *Exemplo Regis ſubditi componuntur, vel corrumpuntur.*

1 CONRADI IV. crudelitas *Pardi* feritate in ſymbolo explicata, *cylindro* includitur (ſuper quem imago Imperatoris erigitur) & hunc ſatyri circumſtant plaudentes atque geſtientes; quorum larua populum ferocientem abſcondimus ſui Regis Exemplo. Sicut enim *Cylinder* diſperſa glomerare ſolet, ita Regis exemplum, ad quem totus componitur, vel corrumpitur Orbis; Laſciuientes populos *Conradi* tempore, qui omnium feraciſſimus, & ferociſſimus tyrannorum fuit, exemplo adſcribimus Imperatorio, quo vrgente in Satyros conuerſum obijcitur genus humanum. 11 *natura Cylindri.*

ALLVSIO AD HIEROGLYPHICVM.

I.

VT diſperſa ſolet glomerare obiecta Cylin-
Et ſolet acceptas reddere ſic ſpecies. (der
Sic quoq; ad exēplū Princeps populuſq; viciſſim
Alter ab alterius moribus imbuitur.

Io:Franc.Franz.
S.Th.D.

II.

(les?
CVr Mores Populus variat, Conrade viri-
Viq; fera humanum neſcit habere modū?
An quia gens optat defigere grata Cylindro
Lumina, deformem ſuſcipit effigiem?
Vis dicam, Princeps? nequit mala tāta Cylin-
Gignere, ſed ſolū peſſima vita Ducis. (drus

III.

DIcito, cur ſedeas ſupra hunc Rex Magne Cylin-
Forſitan Ipſius Tu meditaris Opus? (drum?
Congregat is Quænam diſperſa videntur, in Vnum;
Et ſimilem Forma, Rem ſibi quamque facit.
Colligis en paritèr Populos, Gentemque per Orbem;
Atque Tui ſimiles Moribus eſſe, iubes.
Attamen hi Mores in peius vertere Gentem,
Ac Populos; Satyrus dicere Multus habet.
Regis ad Exemplum, plus non componitur Orbis;
Quem Rex corrumpit Morbidus, Ore, Manu.
Pardalus ille ferus Regem, Fera peſſima fecit
Indomita Indomitum; vel ſibi Corde, Parem.
Eſt nemus Imperium; ſunt Regna vel antra Ferarū;
Rex Caput eſt Tigris, Cætera Membra, lupus.

M.Ant.Moles Neap.S.Th.D.



Sal. An. 1228

CONRADVS IV.
SVEVVS CRVDELIS.
OCCIDENTIS IMPERATOR XXVII.

Conradus IV.
cum omnia didiciſſet à patre præter pœnitentiam,
viuentis non morientis *Friderici* dictus eſt hæres.

VI. *naſcitur Conradus cùm Fridericus pater ſobolem deſignaret aduersùs Papam.*

In caſtris mortis vbi vitam acquiſiuit,
vitam perdidit.
Nondùm puer, iam miles
nec natus nactus eſt pugnam Sacrilegam.
Priùs gladium videns, quàm Solem
Occidentis meritò dicitur Imperator,
cum Oriente numquàm potuerit aſpicere Solem.
Spetie Abſalon

VII. *facies ei, & capilli rubei erant.*

crines originale habuit in crimen;
nam & ipſe *Ænobarbus*.
Sic Orbis tyrannum non amiſit, ſed mutauit,
eo peiorem, quia iuniorem;
cum cœſum vellet, Cæſarem habuit.
Ex inſano natus, ſano ſuccedit inſanus,

VIII. *imitatus eſt patrem errantem non pœnitentem.*

cui gloria ſubſannare Pontificem.
Parce Lector,

IX. *admonitus à Papa ne vſurparet eccleſia iura: legatos ad clauſtra remiſit.*

1250 Hoſce in ſolio paterno inuenerat mores.
Ne aſcenderet obuios habuit
Landgrauium, & *Hollandum*.
Vt deſcenderet, ille impulit,
quem Reges omnes adorant.

X. *excommunicatur à Papa.*

1252 Germania pulſus, pulſauit Italiam:
ne Imperio amiſſo, Regnum omitteret.
Amicum tyrannum offendit, vt *Innocentium* offenderet.

XI. *honorificè à Manfredo ſuſcipitur.*

Nothum non agnoſcens,
fratricidam adoptauit in fratrem;
Et quamuis rara concordia fratrum;
Vnanimes Eccleſiæ iura polluerunt iniurij.
In malum reconciliata Fortuna,
rotas quærenti, alas dedit,
vt Italiam peruaderent.

XII. *Neapolim expugnat, cum clauſit oſtia maris.*

1253 Frenum cum freto impoſuit,
Parthenopem ligauit, ciues relegauit,
ſeipſum nouo anathemate religauit.

XIII. *veneno tollit Fratrem Henricum. Veneno tollitur à Manfredo.*

Auri Sylla Siciliam perdidit, cum inuenit.
& fratrem ſuſtulit, vt ſe extolleret.
1254 Sic notho notum fecit
quo tyrannus tyrannum perderet.

CATENA HISTORICA.

CAPVT SECVNDVM.

1 *Conradi IV. natalia. forma elegans. 2. vxor filius. 3. Imperator eligitur, hoſtem habet VVillhelmum Hollandum. 4. inſidiæ in eum parantur. 5. mouet in Hohenfelſium. 7. fugatur à VVillhelmo. 8. à Manfredo Rex ſalutatur. 9. Neapolim obſidet. 10. ſpernit legationem Papæ. 11. Neapolim expugnat. Vrbico inſigni frena imponit. 12. Capuam expugnat. 13. fratrem occidit Henricum. 14. veneno moritur. 15. epitaphium. 16. Symbol. 17. leges, reſcripta. 19. ſignum.*

2 *Eliſabeth Bauara vxor Conradi IV. Imp.*

4 *Albertus Ratiſpon. Ep. rapit impedimenta Conradi.*

6 *VVilhelmus in Bauariam irrumpit.*

14 *Conradinus hæres Conradi patris Imper. 22. mortuus publicatur, cum viueret, à Manfredo.*

19 *Manfredus Rex Siciliæ coronatur. 20. excommunicatur. 21. obſeſſus dolo obſidionem ſoluit. 22. fingit Conradinum mortuum. 23. filiam tradit filio Regis Arragoniæ. 24. percuſſores in Germaniam mittit ad occidendum Conradinum. 25. epitaphium. 19. occiditur: effigies.*

24 *Carolus Comes Andegauenſis frater Ludouici Gallorum Regis Manfredum occidit. effigies, ſymbolum.*

CONRADI IV. ORTVS.

I EX *Friderico II.* Imperatore & *Iolanta* Regis Hieroſolymitani filia *Iohannis de Bregna* naſcitur *Conradus* An. Sal. 1228. Formæ excellentia alter Abſalon fuiſſe dicitur: cætera ſæuus, inhumanus: prudentia, ac reliquis virtutibus patre longè inferior. *Iacobus* verò *de Strada* principem dicit elegantiſſimum, morumque elegantia & facilitate inſignem.

Vxor.

II Vna illi fuit *Eliſabetha* filia *Ottonis* Ducis Bauariæ, ex qua vnicum filium ſuſcepit *Conradinum* nomine.

Imperium.

III Mortuo *Henrico* primogenito *Friderici II.* curante patre, *Conradus* eligitur. In eum Pontificis ſtudio armatur *Henricus Landgrauius Thuringiæ* à Germaniæ principibus Imperator electus. Non diù tamen ſtetit, nam in obſidione Vlmæ accepto vulnere interijt. Sed nouus protinùs ſuſcitatur hoſtis, *VVilhelmus comes Hollandiæ*, qui & ipſe à *Conrado* victus, in inferiori Germania delituit. Cum tandem in demortuorum cenſum veniſſet *Fridericus* pater *Conradi*, ſed nondum vulgata morte per Germaniam, velut

IV *Conradi periculũ.* adhuc ſuperſtiti in Apuliam duceretur filia Ducis Saxoniæ cum ſplendido apparatu Morti ſuccubuiſſet *Conradus*, ni fata aliter voluiſſent. *Otho* Dux Bauariæ ſponſam deducebat: in comitatu *Conradus* erat. Ventum erat Ratisbonam, Landishutam ibatur, cum *Albertus* Ratisbonenſis Epiſcopus, qui nondum ſedem adierat, quia ciuitas ſtaret in partibus *Friderici*, ſponſæ impedimenta manu militari inuadit. Iniuria cum ad *Conradum* pertineret, collecto confeſtim in armatorum globo, in prædatores mouet; ſæuitur in agrum *Hohenfelsij* clientis epiſcopalis. V *mouet in Hohenfelſius.* Geſta hæc ante Chriſti naſcentis ferias. Porro *Hohenfelſius*, clam Ratiſponam receptus, cum partiarijs Epiſcopi in *Conradi* caput conſpirat. Appetebat nox, quarta ante Kal. Ian. meditatæ neci delecta, paucis conſcijs, in quibus Epiſcopus, & *Vlricus* Abbas S. Emmerammi, ad cuius cœnobium *Conradus* diuerterat. Iam omnia parata erant ad necem ſine ſuffugio, cum *Fridericus Enueſheimius*, nocte intempeſta *Conrado* inſidias aperit, ſuadet vt ſe in latebras properè abripiat, patiatur cubile regium à ſe occupari, vt libenti victima percuſſores decipiat. Paret *Conradus*. *Enueshemius* ipſius perſonam vix induerat, cùm percuſſores fores effringunt, perſonatum trucidant. *Conradus* ſuo tectus latibulo, noctem egit trepidus, poſteraque luce, à ſuis circumfuſus publico ſe reddidit inter lætiſſimas aulæ gratulationes. In parricidas dicta ſententia; aduersùs Cænobitas, Ara argentea appendens ſexaginta ſeptem auri pondo, quam D. Ranuoldus Abbas, *S. Henrici* Imperatoris æuo, dedicarat, ſublata è Sacrario: Monachi præſtantis bibliothecæ parte multati, abbatis præclaræ

artis

Sal. An. 1250.

artis quingentis voluminibus: *Vlricus* Abbas dignitate motus; ea pars cœnobij, in qua patrandum erat ſcelus diruta: in eius areà; Monachorum ære, Virgini Deiparæ, & S. Nicolao Sacellum extructum, & Capella Regia nuncupatum, certoque dotatum prouentu, qui vni Monacho ſatis eſſet, vt quotidiè pro Rege eiuſque ſucceſſoribus ſacra perageret. Cæteroqui *Conradus* vetuit, quiquam duriùs in Religioſos deſignari. *Hohenfelſius* ſicariorum princeps ſcribitur fulmine; ſceleris verò ſocij extorres varijs caſibus perijſſe, vt patèret, Principum capita debere eſſe ſacroſancta. *Albertus* Epiſcopus profugit ad Bohemos, quouſquè ad Pontificem Romanum varijs petitus criminibus, mitra detracta, Sictenbergæ Monachum induit.

VI VVilhelmi irruptio

Hærebat hactenùs in Germania *Conradus*, vt Germanos ſibi conciliaret Principes, priuſquàm in Apuliam ad regna capeſcenda paterna, deſcenderet. Hæc meditantem præuertit *VVilhelmus Hollandus*, qui comperta *Friderici* morte, collecto amicorum Suppetijs iuſto exercitu, penè improuiſus in Bauariam irrupit; ſupremam aleâ neutiquâ detrectaturus; *Conradus* verò non expectato aduentu, ad Rheni ſe recepit confinia, vnde & ab *Hollando* fugatus eſt, prælio ſuperatus

VII Cõradus fugatur

ad Oppenheimium: quæ illi clades Germanici regni ſpem accìdit, fecitque vt tranſmiſſis Alpibus, in Apuliam refugeret. Cum iam *Manfredus* ex pellice procreatus, & Principatu Tarentino à *Friderico* donatus, regnum Siciliæ diſſimulanter appetens, ſeque nihil maius quàm procuratorem regni dictitans, præſidia impoſuiſſet. Scripſerat interim *Innocentius* tum Siculis, tum Neapolitanis, ne cuiquam alteri, quàm ſedi Apoſtolicæ, cuius ea regna hæreditaria eſſent, obedirent, nec alium agnoſcerent dominum, quàm eum quem Pontifex deſignaret.

VIII honorificè à Mãfredo excipitur

Pontifici adhæſerunt Aquinates, Neapolitani, Capuani, *Manfredum* mœnibus excludentes. Vnde territus venienti *Conrado* die XXVI. Auguſti venerabundus occurrit, Regem eum ſalutauit, reoſque Maieſtatis Neapolitanos inſimulauit, quia cum ſe procuratorem abſentis profiteretur, & aduenienti omnia præberet pacata, imperium detrectaſſent. *Conradus Manfredi* rerum Italicarum periti, velut benè mœrentis dictis permotus, die prima Decembris Neapolim obſedit;

Interim *Innocentius* Pontifex *Hugonem* Cardinalem S. Sabinæ legatum in Germaniam miſerat, vt aduerſus *Conradum VVilhelmi* partes foueret, qui eum Aquiſgrani coronarunt; vel coronatum volunt ante obitum *Friderici*.

IX Conradus Neapolim obſidet.

Porrò *Conradus* Neapolis deditionem vrgebat, non minus armis, quàm proditione. Obſeſſorum quidam Sagittæ alligatas literas in caſtra *Conradi* iaciebat; ex quibus vnam latinis expreſſam carminibus lege:

Mutus regalis latitans in Parthenopeo
Vera referre ſtudet, auxiliante Deo
Parthenope ſe feſſa dabit tibi, qui dominaris
Si bene claudantur oſtia clauſa Maris.
Perſta, & infeſta, funda quæ marmora iacit
Nam mora victorem continuata facit.

Fecit quod monebatur *Conradus*, & quidem triremibus ex Sicilia adductis mare occupauit, cuſtodijſque circa cauernam, quà Puteolos ad neceſſaria conquirenda Neapolitani clam exibant oppoſitis, aditus omnes præcluſit, ne quicquam commeatus intra vrbem inferretur. Tanta fame laboratum eſt in vrbe, vt nec à canibus abſtinerent. Contraxerat quidam *Innocentius* apud Peruſium aliquas copias, at cum tantæ non eſſent, vt opem obſeſſis ferre poſſent, animum conuertit ad pacem, legatum mittens

X legatio Papæ ad Conradũ.

qui *Conradum* moneret; ne Regnum Neapol. Romanæ eccleſiæ hæreditarium inuaderet, & auctoritatem Sedis Apoſtolicæ ſperneret. Cæterum ſi quid iuris putaret habere, Pontificis clementiæ permitteret. Riſit eam legationem *Conradus*, & per contumeliam, vt *Innocentius* cum cucullatis ageret, reſpondit.

Neapolis expugnata.

Obſidione itaque continuata ad Septembr. vrbem tandem ex pacto recepit; & contra datam fidem promiſcuè fœdauit, nullo habito Sacrorum vel profanorum diſcrimine: Inſigni Vrbico (equus erat in frenis) XI illudens frena impoſuit, diſticho inſcripto

Hactenus effrenus, Domini nũc pares habenis:
Rex domat hũc equũ, Parthenopẽſis equus.

XII Capua expugnatur.

Inde in Campaniam progreſſus Capuam, quæ tum Pontificis erat, adduxit in poteſtatem, odio numquàm in Pontificios remiſſo. Quare Pontifex in eum anathema renouauit.

MORS

51.Lan. tatis antiquæ, & Proceres ac ciues ſuos, cum
1254. quibus Reſpublica Imperij conſueuit hactenus longe lateque magnificis titulis exaltari, de commiſſo nobis Imperialis honoris onere, non indigne ad partes ſollicitudinis vocaremus, quoſdam præficientes circa latus noſtrum publicis officijs Aulæ Cæſareæ, quoſdam ad præſidatus regionum pariter, & Regnorum, ac Prouinciarum adminiſtrationes & regimina ſtatuentes, alijs per diuerſa officia Præfecturarum, prout Nobilitas exigit & induſtria ſingulorum, propenſiori ſtudio deputatis, vt quæ in Principem Romanum cuncta officia & ſua tranſtulerat, eadem felix Roma nihilominus particeps onerum & laborum coadiutrix accedat, nec ſit expers honorum, quorum ipſa contulit incrementa. Non patientes igitur conceptæ voluntatis commoda diutius prorogari, ſed vt ad decus & honorem Vrbis Nobiles Romani præſideant officijs, & dignitatibus illuſtrentur, vniuerſitatem veſtram monemus, ſollicitamus & hortamur attentius, quatenus Proconſules noſtros, Neapoleonem, Ioannem de filijs Vaſi Comitem Ioannem de Polo, Oddonem Frangepanem, & Angelum Malabrancham, dilectos noſtros, abſque difficultate mora ad noſtram præſentiam tranſmittatis, honores & onera ſubituros, quibus ſingulos eorum duxerimus deputandos, vt felici noſtro tempore in Vrbe Romana Romulei ſanguinis honos appareat, Romanum diadema vel idioma præfulgeat, & antiqua renouetur dignitas Romanorum, & fiat nexus indiſſolubilis gratiæ noſtræ inter Romanum Imperium & Romanos, quam nos & noſtra tota Cæſarea ſucceſſura progenies circa Romani ſtatus honorificentiam & augmentum teneamur perenniter ampliare. Cæterum quæ Theodinus Iudex Curiæ noſtræ, fidelis noſter, vobis ex parte noſtra dixerit, credere debeatis, fideliter.

De permutatione obſidum.

Supplicarunt Excellentiæ noſtræ fideles noſtri, &c. obſides de Monte Flaſcone, de mandato noſtro apud Capuam commorantes, vt cum velint pro ſeipſis excontrum perſonarum condecens exhibere, videlicet fratrem pro fratre, patrem pro filio, filium pro patre, nepotem pro patruo, vel patruum pro nepote, licentiam eis taliter excontrandi de noſtra gratia concedere dignaremur. Quorum ſupplicationibus benignius inclinati, fidelitati tuæ præcipiendo mandamus, quatenus per Commune Caſtri præfati plene certificari ſtudeas de nominibus & qualitatibus eorum, qui excontrari petunt: & eorum quos modo prædicto pro eorum excontro dare intendunt: ſtudium diligens habiturus de inquirenda certitudine veritatis, vtrum, ſicut prædictum eſt, frater pro fratre, ac reliqui ſufficientes & idonei tribuantur, vt ex eis videlicet, qui pro excontro offeruntur, æque ſicut per alios, qui excontrari debent, ſecurè noſtra Curia caueatur: ac per literas tuas de nominibus & qualitatibus omnium prædictorum, & ſi per eos, qui dandi ſunt, noſtra ſit Curia æque cautum, noſtram fideliter inſtruas Maieſtatem.

De remuneratione fidelium in filios facienda.

In exemplum noſtrorum fidelium, vt alij fideles ad noſtra ſeruitia promptius animentur, ipſorum fidem poſt mortem eorundem, in ipſorum filios remunerari volumus.

De diſpenſatione ſuper defectu natalium.

Dignum eſſe decreuimus & conſentaneum rationi, vt ij, quos interdum in legitimis actibus defectus natalium impedit, legitimationis honore per Principem reparentur: & ſi quandoque, ſuper ijs Imperialis fauor fidelium ſuorum ſupplicatione requiritur, liberaliter largiatur. Inde eſt, quod cum Magiſter Theodinus de Curia Clericus, fidelis noſter, pro legitimatione P. M. & S. filiorum ſuorum, quos ipſe dudum in ſacris ordinibus conſtitutus ex B. de eadem terra muliere ſoluta ſe aſſerit genuiſſe, Maieſtati noſtræ humiliter ſupplicauit: Nos ſupplicationibus ſuis benignius inclinati, prædictis N. de plenitudine poteſtatis noſtræ, ex certa ſcientia, eos ſpurios eſſe ſcientes, legitimauimus, & ad omnia iura legitima reſtituimus, vt tamquam legitimi & de legitimo thoro nati, in bonis paternis & maternis, quæ feudalia non exiſtunt, ſuccedant, & ad omnes actus publicos & ciuiles honores, ſi ſe caſus ingeſſerit, admittantur, & in omnibus alijs ſuam libere proſequi valeant actionem, obiectione prolis illicitæ in poſterum quieſcente, & lege aliqua non obſtante, & ea præcipuè quæ legitimari ſpurios niſi ex certa ſcientia non permittit: ita tamen quod vigeſimam partem prouentuum omnium bonorum, quæ prædictæ legitimationis beneficio ad legitimos eoſdem peruenerint, ſingulis annis reddant Curiæ noſtræ in recognitionem gratiæ, quam eis ſuper hoc duximus indulgendam.

Sal. An. 1254.

De Cingulo militari per Principem concedendo.

Notum facimus vniuerſis, quod A. de N. Maieſtati noſtræ humiliter ſupplicauit, vt cum fieri velit Miles, & pater ſuus Miles non eſſet, ſibi exinde largiri licentiam dignaremur. Nos autem, vt fides ſua meritum, & ſuorum, per Imperialis gratiæ præmium imperialiter compenſemus, ſupplicationibus ipſius benignius inclinati, de poteſtatis noſtræ plenitudine ſibi concedimus poteſtatem, quod quamquam pater ſuus Miles non fuerit, & noſtris conſtitutionibus caueatur, quod milites fieri nequeant, qui de genere Militum non naſcuntur, ipſe tamen de culminis noſtri licentia decorari valeat cingulo militari; mandamus, quatenus nullus ſit, qui ipſum ſuper hoc de cætero moleſtare vel impedire valeat, præſumat.

Sententia vltimi ſupplicij homicidæ per ſolum Cæſarem remittenda.

Quam ſit fauorabilis Magnificentia Cæſaris, & quàm ſit affabilis miſericordiam petentibus vultus eius, ex præſentis negotij ſerie poteſtis aperte conijcere: in quo ſic eſt operatus iuſtitiam, vt per miſericordiæ ſemitas dirigat greſſus ſuos: ſic miſericorditer eſt profectus, vt partes iuſtitiæ non excludat, & vt conſulatur animæ mortui potius quam vindictæ; nec impunitum penitus dimiſit noxium, nec perdere voluit ad ſuæ pietatis refugium proclamantem. Tales ſunt etenim Magnifici Principis viæ ſuæ, vt in eo quis reperiat ipſius participium, quod formidat, & ſupplex ac humilis miſericordiæ fomitem vt reſpiret: quia nec ſanguinem ſitit, ſi iuſtitiæ viam non minuit miſerendo, nec parcere vult noxio, quem reddit culpabilem temeraria præſumptio delinquendi. Sermo hic eſt de G. de Placentia captiuo, quem propter homicidium, non ex propoſito ſed rixa interueniente commiſſum, noſtra ſententia vltimo ſupplicio condemnarat: qui licet ante iudicem in examinatione iuſtitiæ ſtricto iure inexcuſabilis ſit repertus, tamen coram ſummi principis clementia factus eſt rediuiuus, ſicut in authentici ſcripti noſtri ſerie videritis contineri, quod latrix præſentium operoſa demonſtrabit.

De electione imperiali, & adminiſtratione imperij Romani.

Nobis in voto gerentibus, proſcriptis ſuperſtitioſæ dilationis diſpendijs, poſt paterna, quinimò Dominica lugubrem fatalitatis euentum, felices Maieſtatis noſtræ greſſus dirigere celeriter in hæreditarij Regni noſtri dulces applauſus, vt ex diſpendioſo mortis excidio, corda noſtrorum fidelium doloris impulſus exaggerans, non magis procliuis ad gemitum, quàm ad caſum aduentus noſtri tripudio præuio, & de Maieſtatis noſtræ deſiderata præſentia, dignæ conſolationis ſumpto remedio, celeriùs ſedaretur. Obſtitit veruntamen votis noſtris retardans in poſterum noſtræ voluntatis affectum, improuiſum ſacri Imperij regimen, diuina clementia Magnificentiæ noſtræ ditioni ſubmiſſum. Cuius non contemnenda religio, dedita gubernationis habena ſubmiſſa, inconſultè relinqui non poterat, nec conniuentibus oculis præteriri. Sub cuius ſalubri regimine, prouiſa noſtræ Celſitudinis linea, non ſine grandi intranea conſultatione librata, prout nobis digna ſuggeſſit prouiſio: ſub cuius potentia celebri vita potimur, & vincimus, fortuna noſtris arridente proceſſibus: viribus hoſtium Imperiotè confractis, quinimò protinus eneruatis, ad ſalubris centrum gubernationis ducet & ſtatus, vt nec damni diſpendium, nec culpæ contagium, otio negligentiæ relegato, in Imperij gubernatione contingat. His igitur diuina conſummatione peractis, aduentum noſtrum in Regnum, votiuis affectibus à noſtris fidelibus deuotiùs & diutiùs expectatum, antequàm præſcutis menſis ſpatium lapſus dierum enumeret, promptè promittimus dubitatione vacuum, & dilatione ſecluſum.

De reſtituendis bonis patris proditoris filio fideli.

Fidelium noſtrorum æterna memoria, noſtro recondita pectore, quamquàm natura ſuum officium exequente, per ſolutionem debiti carnis ab obſequijs deuotionis noſtræ quieſcat: ex fonte tamen noſtræ ac innatæ clementiæ liquidum fauoris riuulum, quem pater omnium ex gratia meruit, humana & benigna compaſſione percipimus deriuari miſericorditer ad hæredes. Sicque in perpetuum apparent viuere, dum in Domino mors eorum & merita in hominibus reponantur. Vt autem noueris fidem Iohannis Turdi de Meſſana, fidelis noſtri, in beneplacitis noſtris ex opere claruiſſe; cuius obitum nobis diſplicuiſſe reſerare dignamur: ex meritis, quæ in eo viuente comprehendimus, dum ex fide memorialiter viuit in nobis, volumus, & præſentium tibi tenore mandamus, quatenus Debalio filio & hæredi Iohannis prædicti,

Sal. An. 1254. dicti, te nullatenus intromittens, ipſum per Raij fratrem ſuum, fidelem noſtrum, conſtitutione noſtra ſuper hoc edita non obſtante, de ſpeciali gratia noſtra geri & procurari permittas, prædictis fratri & heredibus ſuis, fidelibus noſtris, in eorum iuribus, perſonis, & rebus, ob defectum eiuſdem Ioannis, iniuriam vel grauamen inferri aliquatenus non paſſurus: imò in omnibus, quibus honoris noſtri Zelus & fides præfatos defendi & manuteneri voluerit, eis ſtudeas ob noſtræ reuerentiam Maieſtatis adeſſe.

De diſtributione Generalis collectæ.

Etſi Clementia noſtra motum firmumque propoſitum regnicolarum, noſtrorum fidelium, taciturnitas humilis & deuota eorum exortatio, exonerationem commeruit; quia tamen neceſſitas vtilis, quam inſtantis temporis qualitate proſequimur, propoſitum in hoc noſtra Maieſtatis abducit, quod eorum certa ſubſidia concordi voluntate votorum omnium in complementum noſtri beneplaciti & concurſu ſecuri, ſic confidenter accedimus, ac ſi manus ad ſcrinia noſtræ Camere mitteremus: ideò fidelitati tuæ firmiter & diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus quantitatem præſentibus interclusam, per ſingulos Iuſticiariatus decreta tibi prouinciæ, per iuſticiarios auctoritate noſtra mandantes imponi, viam & modum omnem excogitans, qualiter taxanda qualitas æqualiter diſtribuatur inter vniuerſos & ſingulos ad facultatem cuiuslibet debitum habendo reſpectum. Sic enim nullus grauiter offeret, quod ſub æqualitate perſoluet.

De Romanorum obedientia Imperatori debita.

Romanus honor, Vrbis gloria, & incrementum Populi Romani, adeò Cæſareæ ſollicitudini tenaciter adhæſerunt, vt ad eorum promotionem frequenter literas & inceſſanter Legatos etiam mitteremus, per quos & quas ſumus conati vos inſtruere & docere beneuolentiam & fauorem: vt Romanos Princeps auctricem ſui nominis, & effectus Romam extolleret, & Romanum Populum, qui omnem poteſtatem in ſuum Imperatorem contulit, præ cæteris gentibus exaltaret. Et ò vtinam veſtra generalis & vnica deuotionis affectus, propoſito & votis noſtris votiuis concurriſſet, vt velletis beneuolè proſequi noſtram beneuolentiam & fauorem; vt obauditores intantum tanta propoſitæ gratitudinis non eſſetis. Nam vt & in admirationem tranſeat vniuerſis, nedum proximis ſed remotis, quòd Romani Principis monita, conſilium & promiſſa conniuentibus oculis pertranſiſtis, & oblata noſtri fauoris affectio reddat vos inexcuſabiles apud omnes, quod Romani Romanorum Imperatorem, Reipublicæ auidum, in incremento audire vel ſequi diſſimulauerunt, ad eorum commodum & profectum. Nolentes igitur circa vos, à fauore deſiſtere conſueto, ad vos N. & N. de noſtro latere duximus deſtinandos, qui vos omnes emergentia quadam pro parte noſtra perdoceant, & vt fauorabiles affectus noſtros ad veſtros publicos honores exponant. Quare mandamus deuotioni veſtræ, quatenus ea, quæ vobis dixerint, firmiter credere, & effectu proſequente complere non inefficaciter debeatis.

Vt qui in carcere ſtetit, propter hoc non incurrat infamiam.

Satis nobis cedit ad gloriam, & noſtris fidelibus ad profectum, ſi motus noſtros, quos armat potentia, ſic manſuetudine decoremus, vt pœnæ duritiem, quam iuris rigor aliquando dictat in ſubditos, Clementiæ noſtræ molliamus vnguentis: cum creſcat in ſubditis vigor, dum pœna remittitur, & dum deuotorum ſuccreſcit cumulus, noſtri honoris per conſequens titulus augeatur. Hac itaque ratione commoniti, tenore præſentium notum facimus vniuerſis, quòd licet olim C. & O fideles noſtri, ob notas aliquas, quibus eos plus aliquorum calumniæ detractio, quàm iuſtitiæ regula fecit obnoxios, de mandato Diui Auguſti, quondam Domini genitoris noſtri, felicis memoriæ, in inſulam Malcæ fuerint deportati, & propterea viſi fuerint notas alicuius infamiæ contraxiſſe: quia tamen humanitatis nobis ſuadente clementia, ipſos carcere, quo tenebantur, abſolui, & à deportatione ipſa mandauimus reuocari, omnem offenſam & notam infamiæ, quam propterea incurriſſe noſcuntur, de noſtræ plenitudinis poteſtate abolemur & remittimus; lege vel cõſuetudine aliqua nullatenus obſiſtẽte.

De priuilegijs extraneorum in Regno Siciliæ.

Etſi cauſarum varietas, quæ proceſſibus noſtris improuidè ſemper circumfluit, & Nationum pluralitas, quæ ſub dominij noſtri felicitate reſpirat, in ſtatu viuendi pacifico, cauſam nobis continuæ meditationis adducant: quadam tamen prærogatiua familiaris cogitationis inducimur, & aſſidua meditatione

Sal. An. 1254. penſamus, qualiter peculiaris regni noſtri Siciliæ populus, cuius ſpecialiter nos cura ſollicitat, cuius nobis eſt hæreditas omni poſſeſſione præclarior ſic tranquillitatis decore præpolleat, vt ſub Cæſaris Auguſti temporibus augeatur. Videntes verò hoc fieri non poſſe commodius, quàm ſi eiuſdem Regni locuples gremium, ad vbertatis ſuæ participium recipiat extraneos, & alienigenis filijs, quos fidelium tamen loca pepererint, fœcundetur.

Quare magna quadam prouiſione decreuimus, vt quicunque Regni noſtri filius effici cupiens, domicilijs illuc & familijs omninò translatis, ipſius habere voluerit incolatum, vt ad locum paſcua liberè veniat, & eius grata fertilitate veſcatur, & præter noſtræ plenitudinem gratiæ, quam ſibi fauorabiliter pollicemur, & in collectis & exactionibus publicis immunitate decennij ſe gaudeat incommutabiliter potiturum.

De priuilegijs Iudæorum.

Etſi Munificentiæ noſtræ gratia cunctis, quos noſtrum regit Imperium, communis debeat eſſe fidelibus, illos tamen gratiori humilitate complectimur, legis grauioris quos grauat conditio, & qui in ſola protectione noſtræ lenitatis reſpirant. Per præſens igitur priuilegium, præſens ætas nouerit & ſucceſſura poſteritas, quod nos attendentes imbecillitatem gentis Iudaiſmi, & quòd omnes & ſinguli Iudæi degentes vbique per terras noſtræ iuriſdictioni ſubiectas, Chriſtianæ legis & Imperij prærogatiua, qua dominamur & viuimus, ſerui ſunt noſtræ Cameræ ſpeciales: ad ſupplicationes C. & O. ſeruorum noſtrorum, Iudæorum perſonas, filios, & filias, ac omnia bona eorum, quæ in præſentiarum iuſtè tenent & poſſident, & inanteà iuſto titulo poterunt adipiſci, ſub protectione noſtra & Imperij noſtri recipimus ſpecialiter bonos vſus & approbatas conſuetudines, quibus temporibus Diuorum Auguſtorum, prædeceſſorum noſtrorum reuerendæ memoriæ, vſi ſunt, hactenus ipſis in ſeruitijs & debitæ fidei noſtræ conſtantia perſiſtentibus, de munificentia noſtra gratia & ex certa ſcientia confirmamus.

SIGNVM *CONRADI IV.* IMP. VIDE *pag. 6.*

Numiſma Conradi IV. Imper. cognomento Crudelis.



MANFREDVS SPVRIVS. CAP. III.

xix Conrado mortuo, *Innocentius* continuò animum ad recuperandam Neapolim & Capuam conuertit, in Italiam euocato *VVilhelmo*; qui domeſtico implicitus bello cum venire haud poſſet: Ipſe Pontifex contractis validis copijs in Campaniam prodijt, & ab ipſo *Manfredo* honorificè cultus, Neapolim recepit. Non diu tamen concordia ſtetit, nam mortuo *Innocentio*, cui Cardinales *Rinaldum Anagninum* Epiſcop. Oſtienſem nomine *Alexandri IV.* ſubrogarunt, *Manfredus* ciuitates occupauit Eccleſiæ, & Neapoli Rex coronatur, propter quod *Rex coronatur.*
non ſolùm à Pontifice excommunicatur, xx
ſed militari manu petitur, ductore *Octauiano Vbaldo*. Aleam *Manfredus* tentare *excõmunicatur*
non auſus, Nuceriam refugit; ibiquè arctè obſeſſus, dolo obſidionem ſoluit. Clam *obſidetur*
emittit ex vrbe conſutos ex fraudibus emiſſarios, qui paululum progreſſi, cultum induunt lugubrem, mentientes è Sueuia venire, & triſtem de *Conradini* morte nuntium xxi

ad-

adferre. Mendacio admiſcebant lacrymas non ſponte cadentes, litteraſque adulterina manu ſignoque ſuppoſitas. Mors pupilli, talibus argutijs nunciata, ilicò creditur; *Octa-*



uianus Alexandri legatus, refixis ſignis, à Nuceria diſcedit: tutores ſua crudelitate de-
xxii luſi, perinde, ac ſi nullus eſſet *Conradinus*, cuius nomine imperarent, è Sicilia abeunt: *Manfredus* pupillo, velut mortuo, atratus regiè parentat: regiam gazam, quæ Panormi condebatur, arripit; eius largitione ſibi veteranos deuincit: conducit militem Africanum, ac demùm, cum nulla crederetur iuſta regiæ ſtirpis ſoboles ſupereſſe, ab omnibus Rex ſalutatur. Pari fraude cum *Iacobo* Aragonum Rege certatum: vt *Petrum* filium, Aragonicæ iu-
xxiii uentutis principem, *Conſtantiæ Manfredi* filiæ deſpondèret; Annuit Arragonenſis, ratus eiuſmodi nuptias non fore domui ſuæ indecoras, quandoquidem duodecim auri myriadum dote, & Regni Siculi non dubia ſpe (nam *Manfredus* maſcula prole carebat) tyrannidis & natalium dedecus tegebatur. Dicunt alij, *Manfredum* vſurpato regno, filiam Aragonum Regis in vxorem duxiſſe, poſtquàm Pontifici ſimulato obſequio fidem peierauit: Miſit etiam in Germaniam percuſſores, qui *Conradinum* interficerent: cuius mortem nondum perpetrata cœde, vulgauerat.
Eius tyrannide commotus Pontifex *Vrbanus IV.* euocauit *Carolum* comitem Andega- xxiv *Carolus Andegauenſis.*
uen-

uenſem, fratrem *S. Ludouici* Gallorum Regis aduerſus *Manfredum* anathemate percuſſum. Venit *Carolus* in Italiã An.Sal.1265. Romæ magno exceptus honore; Senator dicitur, & Hieroſolymorum Rex ac Siciliæ proclamatus, Anno ſequenti prope Bene-

interficitur.



uentum *Manfredum* prœlio vicit, & proditione interfecit opera *Iohannis Rota*, comitis Caſertæ, cuius coniugem *Manfredus* ſtuprarat. Eius corpus inſepultum abiecit, & canibus proiecit in eſcam.

Epitaphium Manfredi ad flumen *Viride*.

Hic iaceo Caroli Mãfredus Marte ſubactus:
Cæſaris hæredi non fuit vrbe locus.
Sum patris odijs auſus confligere Petro:
Mars dedit hic mortẽ, mors mihi cũcta tu- (lir.

CAPVT QVARTVM.

Conradi IV. tyranni potiùs quàm Regis (ſi mores ſpectes, & geſta crudelia) exemplo ſubditi in barbaram excitari feritatem, titulum exordiuntur ſequentem.

Regis ad exemplum totus componitur Orbis.

1 *Ezechielis currus deſcribitur.*
2 *Fati ſymbolum.*
3 *exempla maiorum quantum moueant.*

10. *ſtant loco miraculi.* 15. *in conuiuio cur legerentur.* 17. *exemplo, populi regenerantur.* 18. *Deus ipſe debet legem exemplo firmare.*

20. *in*

20. in rationali Sacerdotis ſcripta erant. 23. natura exempli. 25. vis exempli. 26. & repugnantibus prodeſt. 35. linguam habet exemplum. 37. exemplo mouentur, & bruta, & elementa. 4. lex propugnatur exemplo. 30. viuimus ad exemplum.

4 *Principis vita ſpeculum eſt. 6. 21. exemplo præſit. 11. componitur orbis. 14. nequit populum habere diſſimilem. 22. norma viuendi cæteris. 29. debet palam agere. 31. magis exemplo peccant, quam ſcelere. 36. vita principis, cenſura populi. 38. ſalus populi à rectoris exemplo.*

7 *Annibal primus alpes conſcendit.*

8 *Magi cur viſa ſtella gaudent.*

10 *Euam primum cur dæmon tentaret?*

12 *Herodes cur de Magis, non de paſtoribus ſolicitus.*

13 *vulgus ſequitur principem. 39 regis nomine deſignatur.*

13 *cur pro ſolo Petro rogaret Chriſtus. 16. cur ſoli Petro ſequela mandata. 25. exemplo ad paupertatem prouocat. 32. eius exemplo Roma Sancta facta eſt. 38. ſolus arguitur à Chriſto.*

17 *Theodoſius luxuriam Romanam exemplo corrigit.*

19 *Cælum quomodò narret gloriam Dei.*

20 *Franciſci. I. amor ergo literatos.*

22 *Gentiles cur Deum latronum facerent Mercurium.*

22 *aſtutia Diaboli vt homo peccaret impauidè.*

27 *Deus exemplo prouocat ad labores. 34. prius laborat, antequam quieſcat.*

30 *Iudex vt corrigat, innocens ſit.*

32 *Baſily exemplum quantum profuerit Cappadociæ.*

33 *Gregorij Thaumaturgi exemplum ſalutare.*

I IVxta fluuium Chobar ſedebat Ezechiel; & ecce ab Aquilone nubes, fulgure grauida, igne inuoluta; Erant in ea quatuor rotæ viuentes, ſed alieno ſeſe gradu mouentes, animalium ſcilicet quæ erant in rotis, Aquila, Bos, Leo, Homo. Sedebat in medio Dominus, veluti auriga, qui cum vult, poteſt, regna transferre, Mundum creare, Cœlos ſubuertere. Sedebat in medio, quia Rex Regum, & omnium pater omnes aſpicit, quia nullum reſpicit. Firmamentum ſtabat ſub pedibus eius, quia prouidentia regimur æterna, non labili fortuna. Quatuor angulis, quatuor præſidebant Cherubin, & veluti lampadæ ardentes non minus inferis, quàm ſuperis Rectoris ſui iuſtitiam monſtrabant. Quaterna ſinguli excubabant facie, Romanorum edocti periculo, quorum imperium labitur etiam ſub Iano Bifronte. Eorum corpora erant plena oculis antè & retrò, vnde fabuloſos Dracones, qui ad tutelam Mineruæ excubias agerent, effinxit poſteritas. Stabant & volabant circa thronum, veluti moram traherent cum in noxios laturi pœnam deſcenderẽt: properarent, ſi pręmia. Subitus Cherubim erant quatuor rotæ, quarum ſingulis erant quatuor facies, æternitatem ſignantes circulo, velocitatem motu, efficaciam gyro, immenſitatem oculo, quæ in orbe extra orbem, ſuper Cœlos, ſubtus abyſſus concluditur interminabili termino voluntatis Diuinæ. Erat in rotis rota, quæ eſt rerum circulatio ſubordinata cauſis, quas Eterna Prouidentia diſpoſuit, non caſus obruit, nec multitudo confundit. Hæc illa rota, quam *catenæ* ſymbolo *Fatum* dixit Antiquitas, & *Arcanis nodis* inſcripſit. Hiſce in rotis voluuntur regna, circumferuntur imperia. Hiſce rotis Romani calcantur triumphi, Chaldæorum peſſundatur gloria, Græcorum proteritur ſuperbia; Rota erat in rotis, quæ eſt humana conſtans inconſtantia, vbi ipſi Cherubim non ſemper ſtare, ſed volare & deſcendere opus habent, licet non naturæ defectu, ſed participatione influxus, quo ſublunarem feruntur in orbem. Mari ſimilis rota erat, & fluctus in fluctu qui ad Lunæ motum fluunt, & refluunt. Cumque ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: & cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur ſimul & rotæ. Quocumque ibat ſpiritus, illuc gradiebantur & rotæ, ſpiritus enim vitæ erat in rotis. Cum euntibus ibant, cum ſtantibus ſtabant. Oh maiorum exempla; oh regnantis myſterium. Vno rotæ animantur exemplo, vt voluntario motu, abſque temo iugum ferant impoſitum, & rectorem trahant, qui ſolo dominatur exemplo. Spiritus erat in rotis, quæ natura inſenſibiles, animo paſcebantur rectoris, & vita aliena viuebant. Mortui Gentiles, haud vnda ſunt renati Iordanis, quàm cùm

II *Fati ſymbolum.*

III *Maiorũ exempla quantum moueant.*

Ver-

Verbum Incarnatum obedientia ſua vndas
ſacrauit. Quis Romano in Capitolio purpu-
rauit martyres, niſi Chriſti exemplum, cu-
ius Omnipotentiam magis credidere, cum
in Caluario legem exarauit Sanguine, quàm
in Tabor, vbi creaturæ exhibuit viſibilem
Creatorem. *Parum erat Dominum hortari
martyres verbo, niſi firmaſſet exemplo*. Leges
quomodo Princeps venerabiles faciat? poli-
IV tica eſt quæſtio, quam Ars & Natura amicè
lex promulgātur exēplo. componunt, cum in exemplo conueniunt.
Nitidum ſpeculum eſt principis vita, vnde
in vulgus manant exempla regentum. Claud.
Paucis contigit firmitas animi. Opus eſt di-
ſciplinis excitari ſalubribus. Exigua nobis
virtus exemplo excitatur. eſt virtutis ambitio: & facile à virtute tranſ-
mutamur ad vitium. *Natura glorioſa eſt vir-
tus, & anteire priores cupit* (ait Seneca 3. de
V Benef. c. 36.) *ſtimulos tamen adijcere debe-
mus, & dicere: Hoc agite optimi iuuenes: poſi-
ta eſt inter parentes, ac liberos honeſta conten-
tio, dederint maiora, an receperint: non ideo vi-
cerunt, quia occupauerunt: ſumite modò ani-
mum, qualem decet, & deficere nolite, vt vin-
catis optantes*. Iucundius ad virtutem du-
cunt virtutis exempla, quàm prudentiæ con-
ſilia. *Elige* (Seneca) *eum, cuius tibi placuit &
vita, & oratio, & ipſius animum ante te fe-
rens & vultus, illum ſemper tibi oſtende vel
cuſtodem, vel exemplum. Opus eſt, inquam,
aliquo ad quem mores noſtri ſe ipſi exigant: ni-
ſi ad regulam, praua non corriges*. Iucundiùs
virtutis viam carpimus, ſi quis virtutis pul-
chritudinem eloquentiæ penicillo depingat,
VI & ſimul veſtigijs antecedens oſtendat. Deũ
Dux verbo præſit, & exemplo. conſulunt Iſraelitæ duce carentes, & qui
exemplis manuducat, requirunt: Conſulue-
runt filij Iſrael Dominum dicentes; *Quis a-
ſcendet ante nos contra Chananæum, & erit
dux belli?* Ducem exigunt non ſolùm qui re-
gat monitis, ſed qui prolectet exemplis. *Quis
aſcendet ante nos contra Chananæum?* Ducem
optamus qui prudenti caſtra diſponat impe-
rio; & qui præeundo, qualiter pugnandum
demonſtret. Alacrius ruemus in arma, cum
nos ducis ſine coactione cogant exempla.
Quid tunc? *Iudas aſcendet*, reſpondit Oracu-
lum. Qui dignitatis culmen inſcendit, non
ſolùm ſtudeat virtutibus exornari, ſed exor-
natum ad ſubditorum exemplum apparère.
Eſto innocentiæ exemplum (monebat Theo-
doricus. 1. *Var.* 12.) *temperantiæ ſacrarium,
ara iuſtitiæ. Abſit à iudiciarijs mentibus ali-
quid profanum*. Principis mores forma ſint
dignitatis, & ſicut forma omnibus patet
conſpicua, ita vita Principis nec malè ſit
animatis occulta. *Forma erunt noſtri tempo-
ris tui mores* (ſcribit *Caſſiodorus* iudicem ad-
monens) *Eſto vita continens, vt poſſis in alie-
nos eſſe iudex*: 6. *Var.* 21. Hai ciuitatem expu-
gnaturus Ioſues, in duas populum diuidit
acies: alia occulta ad inſidias latitat: alia aper-
to Marte aggreditur inimicos. Huius in
fronte præcedit Ioſues, *Aſcendit cum ſeniori-
bus in fronte exercitus*. c. 8. In omnium ocu-
lis præliatur Princeps, vt omnium acriùs
animos ad certamen accendat; ait Abulenſis
q. 7. In Italiam copias traducturus Annibal, VII
nutantem firmauit militem, cum primus Al- *Annibal primus Alpes conſcendit.*
pes conſcendit; vbi tot incommoda paſſus,
ſupra triginta hominum millibus amiſſis, in
teſtimonium laboris oculum perdidit, vt in
cœcum ducem oculos miles conijceret; &
pergentis exemplo in ſpem magnarum re-
rum inflammarentur. *Homines* (ait Seneca)
*ampliùs oculis, quàm auribus credunt: Lon-
gum eſt iter per præcepta: breue & efficax per
exempla. Zenonem Cleanthes non expreſiſſet,
ſi eum tantumodò audiſſet: vitæ eius interfuit,
ſecreta perſpexit, obſeruauit illum, an ex for-
mula ſua viueret. Plato, & Ariſtoteles, &
omnis in diuerſum itura Sapientum turba
plus ex moribus quàm ex verbis Socratis tra-
xit. Metrodorum, & Hermachum, & Polya-
num, magnos viros non ſchola Epicuri, ſed
contubernium fecit*. ep. 6. Magi recens natum
obſcuro loco Solem requirunt, curiam in-
trant, & quo loco recumbat, rogant: *Vbi eſt
qui natus eſt Rex Iudæorum?* ciuitatem Be- VIII
thleem adeundam reſpondent Principes ſa- *Magi cur viſa ſtella gauderent?*
cerdotum. Herodes ipſe puerum diligenter
inquiri mandat, *Ite, & interrogate diligenter
de puero*. *Matth.* 2. Triſtes tamen Reges viam
carpunt, & monitis Scribarum obtempe-
rant. Cum luminoſum aſtrum, antecedit ce-
leri paſſu, & ſequentes exhilarat vultu ſyde-
reo: *Ecce ſtella, quam viderant in oriente, an-
tecedebat eos*. Tunc gaudio perfuſi, ſe ſe vr-
gent, iter feſtinant, ne duce fraudati rema-
neant: *Videntes ſtellam gauiſi ſunt gaudio ma-
gno valdè*. Sed cur pectore haud gaudia fo-
uent, cum Scribarum, & Regis monita vr-
gent? Nonne quod Stella lumine, ſacerdo-
tum Principes Prophetico indicauere ſer-
mone?

monem? Tamen Magi iter arripiunt, gaudentes ad Stellæ conſpectum; cum gauiſi non referantur, dum audiunt ſcribarum conſilium. Diſcriminis cauſam Euangeliſta deſcribit: *Ecce* (inquit) *ſtella antecedebat eos*. Scribæ direxère monitis; Sydus perduxit exemplis. Hinc alacres viam carpunt lumine præcedente; non ſermone edocente. *Acceptior ſolet eſſe* (ait Galfridus in allegorijs Tilmani) *doctrina operis, quàm ſermonis; & minùs gratanter accipitur verbum præcipientis, quàm præcedentis exemplum*. Monebant Scribæ curiæ commodis potiti Magos adire Bethlehem. Monebat etiam Stella, ſed imprimendo veſtigia, non ſolum viatoribus documenta præbendo. Magi itineris difficultatibus minimè territi, ipſis gaudent laboribus, dum præcedentis alliciuntur exemplo, & aſtro duce gradiuntur. *Antecedebat eos*. Certè ſtellæ celerrimo gradiuntur motu, & ocyſſimo inuolant greſſu. Magi tamen non fatigati, ſed gauiſi; quia labor, præcurſo-
ix ris deliniebantur exemplo. Manum admoueat operi, qui ſubiectos cupit parere virtuti. Paſtori, dum greges ſequitur, opus eſt aliquando illas ſtimulis adurgere, at dum ante illas vadit, pro ſtimulis ſunt exempla, & antecedentis veſtigia. *Oues vocem eius audiunt*, (verba ſunt Chriſti, *Io.* 10.) *ante eas vadit, & oues illum ſequuntur*. Ni præiret, vel oues non calcata timerent; vel voluptatibus illectæ deuiarent. Dum præcedunt exempla; depellunt ſine violentia pericula. Stat pro miraculo exemplum. Iſraelitæ non ſemel in Ægyptũ retroceſſiſſent, *Reuertamur* (aiebãt)
x *in Ægyptum*; niſi nubis præcedentis exem-
loco miraculi eſt exemplũ. plum ſequenda ſignaſſet veſtigia. Magnam adeo vim ſortiuntur ad perſuadendum exempla; vt videantur ſuperare miracula. Dæmon inuidia ictus dum ſpetie ſerpentis perſonatus Euam aggreditur à calliditatis elogio, eius actio diſſidere videtur. Si namque in Adamum ardet inuidia, & illum vt generis caput anhelat deijcere, quo infelici iure ad poſteros hæreditaria tranſeat miſeria, cur priùs non hominem, ſed mulierem aggredi-
cur dæmon Euã nõ Adamũ primò tentaret? tur? Adamum priùs deturbet, nam Eua lapſum conſequitur. Eua deuicta; Inuictum adhuc triumphat genus humanum. Tempus terit Princeps tartarreus, duos aggrediendo, cum in vno poſſit vincere duos? Verſutiæ tamen non tenemus arcana. Peritiſſimus

tentationis præceptor habet quo tentet, & vincat. Eleganti facundia fortius habet argumentum, quod eſt exempli muta efficacia. Non dubitat ſemel ſeductam fœminam poſſe virum ad præuaricationem allicere exemplis. *Tulit de fructu illius & comedit, deditque viro ſuo, qui comedit*. Venenata cum muliere ſerpenti miſcenti colloquia, addubitans illa præceptum opponit, & præuaricationem aliquantulum differt. At dum mulier morſum iam oſtendit pomum, citiſſimè ſine verbis ſuadet ad comœdendum: nec aliquid legitur Adamus Euæ largienti obiectaſſe: ea namquè fuit exempli efficacia, ea manus Rhetorica. *Accepit non ſerpens* (ait Lippomanus) *ſed mulier de fructu ligni ..... conſentit in opus prohibitum, peccandoque proficiens conſortem ſceleris ineſcando virum præcipitauit*. Eua eſt ſeducta colloquio, Adamus præcipitatus exemplo: citiùs peccauit Adamus conſpicatus præuaricantem, quàm Eua colubrum percipiens loquentem. *Mouent lenius demiſſa per aures, quàm quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus*. Plus peccamus exemplo, quàm voluntate: quia ad exemplum viuimus non ad rationem. Vnde adagium, *Regis ad exemplum totus componitur, vel corrumpitur Orbis*. Claud. *de 4. Conſul Honorij*. Genus cen- *Regis exemplo Orbis cõponitur.*
ſetur obſequij, ait Lactantius 5. *de Diuin. Inſtit. c.* 6.) ſi principium ſuorum mores tan- xi
quàm exemplare quandam imaginẽ ſubditi ſpectent. Roma immuni, nõ eſt qui populorum leuitatem poſſit excuſare. Verùm quæ fiat ciuitas non excuſabilis (ait Caſſiodorus *Var. X. c.* 13.) ſi Roma deliquerit? Rex minor ad potioris currit exemplum, & alieni facti iure inuidiam ſuſtinet; ſi peccatis præſtet xii
exemplum. Redemptor naſcitur, & primis prodit Aſtrologis. Herodem magi adeunt, quærentes, *Vbi eſt qui natus eſt Rex Iudæorum?* tyrannus verò turbatur, *& omnis Hieroſolyma cum illo*. Paſtores adorant, adoratum reſonant Saluatorem mundi: & iam fama adorationis Iudæam totam peruaſerat: *Herodes de Magis, non de paſtoribus ſolicitus.*
nec de paſtorali adoratione Herodes excandit. Et cur? Herodem angebat Magus, non Paſtor: quia *Magi* Iudæorum *Regem* natum annuntiabant: *Paſtores* verò *Saluatorem* Mundi dicebant. Herodes de regno ſolicitus, Regem nolebat, quem forſan Saluatorem credebat. Vel de paſtorum ſimplicitate, & humilitate non multum in Herode

dæmon fremebat. At de Regum ſapientia, atque potentia ſolicitus, iure timebat; ne poſt Reges inſequeretur & populus, eorumque exemplo turba emendaretur popularis. Mobile namque mutatur cum Principe vulgus.

XIII *Vulgus cū Principe mutatur.*

Apoſtolos cum cribraret Satan, vt in pelago ambitionis demergeret; accurrens Chriſtus (quamuis diabolus Apoſtolos omnes flagraret elidere) ſpecialem Petri curam profeſſus, prò Petri fide preces effundit; *Ego autem rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua, & tu aliquando conuerſus confirma fratres tuos. Luca* 22.

cur pro ſolo Petro Chriſtus rogaret.

Quid dicam, Petri cauſam multo peiorem aliorum cauſa diſcipulorum fuiſſe? *Chryſoſtomus* aſſerit gemino crimine pollutum Petrum: tum quia repugnauit; tum quia cœteris ſeipſum præpoſuit, Chriſto namquè prædicente; *Ter me negabis*: reſponderat ille: *Si oportuerit me mori tecum, non te negabo: Hom. 83. in Matth.* In rem porrò noſtram D. Leonem audi *Ser. 2. de Petro.* Quoniam diabolus omnes exagitare, omnes cupiebat elidere, & tamen ſpecialis à Domino Petri cura ſuſcipitur, & prò Petri fide propriè ſupplicatur; tanquàm aliorum ſtatus certior ſit futurus, ſi mens principis victa non fuerit. Commune erat Apoſtolis omnibus diſcrimen, equaliſque de tentatione formido. Dominus tamen Petri curam ſuſcipiens, pro eo rogat, ac ſi reliquis nullum eſſet periculum, ſi præſulis mens inconcuſſa ſubſiſteret. Petrus cum omnium caput eſſet, prò eo Dominus rogat; & prò vno rogando; omnes includit. *Non dicit* (ait Caietanus) *rogaui prò vobis; quum tamen pro eis rogauerit, dicendo: Pater Sancte ſerua eos* à malo; *ſed pro ratione officij, quoniam rogaſſe pro te, redundat in rogaſſe pro fratribus.* Hinc Caſſiodorus, *Publici decoris mater eſt mens regentis, & quale fuerit dominantis arbitrium, talem pariet libertatis aſpectum; facilius eſt quippe, ſi dicere fas eſt, errare naturam, quàm diſſimilem ſui princeps poſſit formare Rempublicam. 3. Var. c. 12.*

XIV *nequit Princeps ſibi diſſimilē habere populum.*

Princeps in ciuitate eſt veluti in choro magiſter, eo deerrante, concentus diſſonat, & ſymphonia. Quid aliud veteres indicabant, cum in conuiuijs ad tibias egregia ſuperiorum opera carmine comprehenſa pangebant? niſi vt ad ea imitanda iuuenilem ætatem accenderent. *Valer. Max. lib. 2. de Inſtit. Antiq.*

XV *maiora facinora cur legerentur in conuiuio*

Poſtquàm Petrum interrogauit Dominus, an eum diligeret, & trina amoris confeſſione ternariam negationem compenſaſſet, meruit is à Domino audire, *Sequere me*: quaſi cœteri Apoſtoli non eſſent Dominum ſequuturi; quod abſit.

Sequela ſoli Petro mandatur. XVI

Cur itaque Dominus ſoli Petro, & non alijs diſcipuli intimauit ſequelam? Superuacuum dicas putaſſe Dominum cœteris imperare ſequelam, poſt vocatum Petrum, qui omnium diſcipulorum apex, & Princeps erat. Non poterant reliqui ſtare, Petro pergente Sat erat totius Eccleſiæ rectorem progredi, ne ſiſterent ſubditi. Ægrum corpus ſi conualeſcere cupis, à capite exordire medelam. Adeo exceſſerat Romana luxuria, vt parum ſe lautos putarent, niſi luxuria vertiſſet annum (ait *Pacatus paneg. ad Theodoſ.*) niſi hybernæ poculis roſæ innataſſent, niſi æſtiuam in gemmis capacibus glaciem Salernia fregiſſent: horum gulæ anguſtus erat noſter orbis: nanquè appoſitas dapes non ſapore, ſed ſumptu iudicabant. Illis demum cibis acquieſcebant, quos extremus Oriens, aut poſitus extra Romanum Colchùs imperium, aut famoſa naufragijs maria miſiſſent: quos inuitæ quodammodò, reluctantiquè naturæ hominum pericla rapuiſſent. Vt taceam infami ſæpè delectu ſcriptos in prouincijs aucupes, ductaſque ſub ſignis venatorum cohortes militaſſe conuiuijs: nonne cognouimus cuiuſdam retrò Principis, non prandia ſæpè, ſed fercula S.H. millies æſtimata patrimonio, tum equeſtrium pretia traxiſſe? Veruntamen grandæua luxuria, paucis exoleuit diebus ex vnius Theodoſij Imperatoris exemplo. Erubuit Roma ſuperbire conuiuio coram Ceſare cuius menſa referta erat cibo leuiſſimo. *Tua Imperator* (ait Pacatus) *epulæ locorum, ac temporum fructibus inſtruuntur. Hinc certatim in omnes luxuriæ pudor inoleuit: & quieſcentibus legum minis, ſubijt quandoque primatim ſui pœnitentia. Sic eſt enim, ſic eſt, exaſperat homines inſperata correctio, blandiſſimè iubetur exemplo.*

XVII *Theodoſius luxuriam Romanā exemplo corrigit.*

Hoc ſuſcitamur, mortui, hoc regeneramur viuentes. Cor populi eſt princeps, vnde generationis principium: propterea ad virtutem regenerari non poſſumus, niſi à principe fiat ſalutis initium. *Nam in Chriſto Ieſu per Euangelium, ego vos genui*, clamat Paulus. 1. *Cor.* 4. Quomodò genuit, ſi geniti ſumus? Spiritualiter dices, non carnaliter. Veritatem credo, arcanum tamen non habeo, niſi ſpiritualis generationis notio recurrat.

XVIII *exemplū populorū eſt generatio.*

rat.

rat.*Origo viuentis à viuente in ſimilitudinem naturæ*, Generatio dicitur à Philoſopho; Hinc ligni caries non eſt filius, quia ſenſibilis,cum ſolumodò ſit vegetabilis planta, quæ eum produxit. Bezzuharis lapidis non eſt mater Americana capra, ſed hædi quem in naturæ ſimilitudinem parit. Idem adamuſſim Theologus in diuinis obſeruat, vbi Spiritus Paracleti non eſt pater, Pater Æternus,cum veluti patris non procedat imago, ſed vtriuſque perſonæ Patris ſcilicet, & filij notionalis ſit Amor. Hinc habes quomodo Apoſtolus Greciæ populos per Euangelium genuerit in Chriſto Ieſu. Non genuiſſet,niſi ab eo virtutis ſemen in genitos emanaſſet. Nemo enim ſibi diſſimile generat.Populum Præſul ſanctificat, generando, non ſculpendo; Generat verò ſed ſibi ſimile. Non auarum prodigus; non impius pium. Dœmon Angelum ſculpere ſane poteſt, non generare. At generatio cum ſit non ſculptura, populorum moderatio; teipſum primò reformare neceſſe,& ad normam plaſmare rationis, vel ſubditos deſperare obſequentes, aiebat Paulus eum Titum Cretenſem inſtrueret metropolitam: *In omnibus te ipſum præbe exemplum bonorum operum in doctrina, in integritate, in grauitate. Hæc loquere, & exhortare,& argue cum omni imperio. 6.Tit. 7.* Hæc eſt populorum regeneratio,cum legem exemplo præſcribimus,& actibus exaramus. Qui aliter credit, & ſperat, maiora quàm Deus præſumit; cuius eſt,exemplo prouocare in obſequium genus humanum. Regnat,

xviii & cum nulli teneatur, vult ſibi teneri, & quaſi pari gradu dominus ambulare cum ſeruo, ne dicamus iugo grauari. Cur Verbum factum ſit caro,cum ſatis fuiſſet,maieſtate fulgentem,glorioſum deſcendere & ad pœnitentiam prouocare? quærenti *Firmianus* reſpondet, huiuſcemodi aduentum nec vtilem, neque poſſibilem fore. Quis enim corporeis oculis poteſt videre Deum? Homo vel immortalis, & gloriæ irradiatus lumine nequit videre eum, in quem *deſiderant* Angeli proſpicere. Non proſpicit,qui proſpicere deſiderat. Quanto minùs corporeus oculus mortalis, & finitus infinitum luſtrabit, cum quo nulla proportio? Audi Lactantium,*Nam ſi ad homines veniat vt Deus, vt omittam quòd mortales oculi claritatem maieſtatis eius conſpicere,ac ſuſtinere non poſſunt; ipſe certè Deus virtutem docere non poterit, quia expers corporis non faciet, quæ docebit,ac per hoc doctrina eius perfecta non erit. lib. 4. de Vera Sap.c.24.* Perfectam credimus, quia exemplo probauit. Imperium ſuſcipimus, obſequium præſtamus, quia Legiſlatoris prouocamur exemplo. Verbum ni caro factum eſſet, potuiſſet oppidò imperare, non docere:Docenti tamen credimus,non imperanti.Hinc Apoſtolis mandauit Euangelium docere,non imperare. *Euntes in mundum vniuerſum,docete omnes gentes: Mar. 16.* Docete factis, inſtruite geſtis, haud legibus alligate myſteria,nec verborum ſtrepitu reſonate præcepta. Dicite,ſed priùs facite;quia plus ſuadet eloquium mutum, quàm clamitoſum elogium. *Cœli enarrant gloriam Dei* (inquit Dauid *Pſal. 18.*) ceſſi lingua, vox,labia Cœlo deficiant. Gloriam tamen enarrat xix Altiſſimi aſpectu ſolo, lumine, ſpetie, decore.Sermonem hunc non eſt,qui non audiat. Harmonicus ſermo, dulce eloquium hominem, bruta in plauſum euocat. *Tacet Cælum*(inquit Chryſoſtomus)*ſed ipſius aſpectus vocem tuba clariorem emittit.Scyta,& Barbarus,& Indus hanc vocem audiet.Hom.11. ad popul.*Exemplum, Reges,eſt anima legis. *Qualis rector eſt ciuitatis:tales & inhabitantes in ea: Eccl. 10.* Franciſcus I. Gallorum xx Rex, vt primùm literas, à quibus ſui maiores ſemper abhorruerant,amare cœpit; ſtatim conſecuta nobilitas,deinde reliqui ordines tanto ſtudio bonas artes conquiſierunt, vt nuſquàm literatorum extiterit copia maior.Dionyſius tyrannus muro areas ſyracuſanas in littore circumdans in CCC ſtadia producto,aderat ipſe ex millibus hominum, ſtudiaque laborantium nunc hortando, nunc increpando adiuuabat, nonnumquàm ſuimet miniſterio corporis in operam ſuccedebat. Summi olim Sacerdotis(qui populi princeps erat) rationali pectori affixo *parentum magnalia Sap.18. in quatuor ordinibus lapidum ſculpta erant*, vt æquè omnium virtutum atque hæreditatis paternæ ſucceſſorem ſe princeps agnoſcat. *Adſcriptos patres in pectore ferre* (ait Beda) *eſt antiquorum vitam, & veſtigia ſine intermiſſione cogitare, & ea ratione cogitationes illicitas deprimere,ne extra ordinis limitem,operis pedem tendat vita noſtra, lib.de Templo. c. 5.* Magnus verecundiæ ſtimulus eſt laus parentum

Deus ipſe debet legem exẽplo firmare.

Cælum quomodò narret gloriam Deij.

Franciſci I. amor erga literatos.

tum; dum illis non patimur impares eſſe, quos gaudemus auctores. Peccantibus (aiebat Plutarchus in præceptis gerendæ Reip.) parentum præclarorum eſt obijcienda mentio. Sic apud Homerum

XXI *Rex moueat exemplo.* *Haud ſimilem natū tibi Tyden magne dediſti*

Hæc ſi non moueant exempla, & monita erunt ſupervacua. Interim Princeps ad nominis ſui famam, & ad parandos triumphos opportunum ducat, in campum deſcendere primum, & exemplo potiùs, quàm imperio monſtrare militibus tolerare labores. *Rex quando glorioſior?* (inquit Chryſoſtomus) *quando indutus purpura, diademate decorus, aſperſus auro, ſolio ſublimis, ad pompam tamèn non parat ire, ſed hæc in ſecreto fiunt? an quando in campum iens, vultu, & honore vltimus? periculis primus, onuſtus ferro, grauis armis, pro patria, pro ciuibus, pro liberis, pro vita omnium premit hoſtem, diſcrimina deſpicit, contemnit vulnera. hom. 6. de feria. 5. Paſſion.* Iulius Cœſar (Suetonio teſte) *in agmine nonnumquàm in equo, ſæpiùs pedibus anteibat capite detecto, ſeu ſol, ſeu imber eſſet c. 56.* Auguſtus non modò ducis, ſed militis functus officio, media in dimicatione Aquilifero legionis ſuæ grauiter ſaucio, aquilam humeris ſubijt. Etiam de Catone Lucanus

Monſtrat tolerare labores
Non iubet .... lib. 9.

Similem de Othone Tacitus, *Nec ille ſegne aut corruptum luxu iter, ſed lorica ferrea vſus, & ante ſigna pedeſter, horridus, incomptus famaque diſſimilis. 2. Hiſtor.* Idem de Tito, *decorum ſe, promptumq; in armis oſtendebat, ac plerumque in opere, in agmine, gregario militi mixtus. 5. hiſtor.* De Traiano Plinius, *Cum in illa meditatione campeſtri militaribus turmis imperatorium puluerem, ſudoremque miſceres, nihil à cæteris niſi robore, & præſtantia differens.* De Theodoſio Pacatus; *Ne tum quidem cum in altiorem prouectus gradum iubere tantùm, & diuidere cum negotijs otium, & parta gloria velut repoſito frui poſſes honore, operam remiſiſti, quin omnium caſtrenſium munerum numeros primus, aut cum primis obire, ſtare pro ſignis, excubias ſorte agere, vallum ferre, locum bello anteacapere, ſpeculatum egredi, caſtra metari, in prælium primus ire, prælio poſtremus excedere, dux eſſe conſilio, miles exemplo.* Faceſſant principes, quorum ignauia torpet miles, marceſcit ferrum, languet virtus. Trepida ciuitas (ait Tacitus. 1. An.) incuſabat *Tiberium, quòd dum Patres & plebem inualida, & inermi cunctatione ficta ludificatur: diffideat interim miles, neque duorum adoleſcentium nondum adulta auctoritate comprimi queat. Ire ipſum & opponere maieſtatem Imperatoriam debuiſſe, ceſſuris, vbi principem longa experientia eum ſeueritatis & munificentia ſummum vidiſſent. An Auguſtum feſſa ætate toties in Germaniam commeare potuiſſe: ſatis proſpectum vrbanæ ſeruituti, militaribus animis adhibenda fomenta*

Nemo ſuos (hæc eſt aulæ natura potentis)
Sed domini mores Cæſarianus habet.

Exemplum principis vrbana coactio, & ciuilis violentia eſt. Non audent ſubiecti à ſuperioris motibus diſſidere aut virtutis ſtudio, aut adulationis ingenio. *Imperio docetur* (ait Anſelmus) *quod priùs agitur, quàm dicetur. 2. ad Tit. c. 15.* Qui legem colit Princeps, alios ſine voce legem erudit, & ſine violentia cogit. *Auditur Philoſophus, dum videtur,* XXII *Princeps norma viuendi cæteris.*
inquit Tertullianus c. 6. *de pal.* Principum vita cæteris eſt norma viuendi. Dœmon poſtquàm tentaſſet in aſtris, vel plantis à gentibus adorari; ſua malè contentus malitia, hominibus perſuaſit, vt Iouem, & Venerem laſciuiæ parentes, Martem iniuriarum vindicem, Mercurium latronum tutorem venerarentur, vt peccatum non modò careret crimine, ſed etiam diuinum cenſeretur, ad ea videlicet, quæ pro dijs adorantur, defenſionis cauſa confugiens. Tetra calliditas cultum, quem ſibi vſurpauit, in alios transfert, vt ſcelera facta diuina, ab omnibus tanquàm honeſta committerentur impauidè. Qui enim Iouem adorat, & laſciuientem ſuſpicit, abſquè dubio putat laſciuiam eſſe virtutem. Non aliud vult, cum ad iniuſta rectores compellit; quorum lapſus aſſumit pro tutela piaculi, & quo vrgeat ad crimina gregem. Quò enim ductor tendit, omnes ſine deliberatione feſtinant: & peccatores erroris principem neceſſaria quodamodò libertate ſequuntur. Hominum ſtragem recogita, ait Seneca, *cum ipſe ſe populus premit; nemo ita cadit, vt non alium in ſe attrahat: primi exitio ſequentibus ſunt. Hoc in omni vita accidere videas, licet: nemo ſibi tantùm errat, ſed alieni erroris cauſa, & auctor eſt. c. 1. de Vita Beata.* Leuis plaga vulneris pignus eſt.

Cre-

Creſcit malum ; & in dies adauctum ado-
leſcit . *Vnum exemplum aut luxuria , aut*
auaritia (addit Stoicus) *multum mali*
facit : conuictor delicatus paulatim eneruat
& emollit : vicinus diues cupiditatem irri-
tat : malignus comes , quamuis candido &
ſimplici rubiginem ſuam affricuit . Quid
XXIII *tu accidere his moribus credis ? epiſt. 7.* Ea
natura exẽpli natura eſt exempli , (ait *Plutarchus*)
vt coniunctam cum perſuaſione oblecta-
tionem habeat . *De Mul. virtut.* Quod
principi placere norunt , honeſto adula-
tionis ſtudio ſolerter ſatagunt imitari .
Deus , ne Hebræi Iordanem rapidis
exundantem fluctibus traycere meticu-
loſi detrectarent , Duci mandauit Io-
ſue , *Surge , & tranſi Iordanem iſtum*
tu , & omnis populus tecum . cap. 1. Io-
ſue . Edictis ſi imperaſſet traiectum , pau-
ci fors obediſſent . Dux ſi præſit exem-
plo ; omnes ambitioſiùs ſe vndis com-
mittent . Præcepti vox non emollit ope-
ris difficultatem ; mollit exemplum ,
perſuadet oblectando , oblectat perſua-
XXIV dendo . Dicant Hebræi , quorum au-
ri Sacra fames Tharteſiacis non ſatia-
retur arenis ; qua eloquentia victi ; qua
pietate expugnati opes ſuas proijcerent
ante pedes Apoſtolorum . *Multitudinis*
autem credentium erat cor vnum , &
anima vna : nec quiſquam eorum , qua
poſſidebat , aliquid ſuum eſſe dicebat , ſed
erant illis omnia communia . Act. 4. No-
ta tempus , & ſcrutare myſterium . Non
calcat Iordanis fluenta Leuita ; ſed in-
ter latrones medium Deum appendit Sa-
cerdos : Mortuo tota parentat natura ;
Lumina Cœlum ſubtrahit , vt crucifi-
xores exprobret . Et Iudæa perfida ſtat
iuxta crucem , prouocans de Cœlo pa-
trem , quaſi benemerita pro Deo pu-
gnaſſe , qui Deum ſuſtulerat . Quis er-
gò , & quomodò breui dierum curriculo
inflectere potuit furioſam opum cupidi-
nem , & triſtem auaritiæ rabiem ; vt om-
nia vel neceſſaria ante pedes proijceret Apo-
ſtolorum ? Decretum paupertatis non le-
gitur ; nec eleemoſinæ verbum intonuit :
Hoc vnum fuit Apoſtolico Concilio vo-
tum , Chriſtum probare redemptorem
Seculi . De doctrina , non de moribus
quæſtio erat . Auri tamen cæcus amor ; ſi-
tis vel amor habendi prodiga pietate , nullo
mulcente eloquio dapes abijcit, aurum pro-
culcat , & lubens ſæuam amplectitur pau-
pertatem . Et vndè ? Ea natura eſt exem- XXV
pli vt conuicturam cum perſuaſione oble-
ctationem habeat . Apoſtolorum ſilentium
nuditate refulgens argumentum fuerat ſua-
dendi paupertatem . Oratio equidem nul-
la egeſtatis recurrerat , quæ auaritiam pro-
uocaret ad paupertatem : Sympatico ta-
men eloquio (quod in exemplo conſiſtit) cui
nemo reſiſtit , Hebræus deuictus cucurre-
rat , & ante pedes Apoſtolorum diuitias
proiecerat . Duodecim Apoſtolis, vnà cum
ſeptuaginta duobus diſcipulis ſacco , & cili-
cio indutis ; erubuit diues vel nudo non in-
cedere pede , vel abundare diuitijs . *Quot-*
quot poſſeſſores agrorum, aut domorum erant ,
vendentes afferebant pratia eorum , qua ven-
debant , & ponebant ante pedes Apoſtolorum .
Nudi Apoſtolorum pedes magnes diuitia-
rum erant . Nemo poterat auro interne-
ctere veſtem , croco pingere tunicam ,
vel fulgère murice , Chriſti aſpiciens vi-
carium direptis incedere crura nudata cõ-
thurnis ; Eccleſiæ Principes , Cœli do-
minos famem placare legumine . Si ad
philoſophorum ſcholas nemo venit (ait
Seneca epiſt. 108.) quin ſanior domum
redeat , vel ſanabilior . *Ea enim Phi-*
loſophia vis eſt , vt non ſolum ſtuden-
tes , ſed etiam conuerſantes iuuet : Qui
in Solem venit , colorabitur ; licet non
in hoc venerit : Qui in vnguentaria ta-
bernacula reſederunt , & paulò diutiùs
commorati ſunt , odorem ſecum loci fe-
runt . Et qui apud Philoſophum fuerunt ,
traxerint aliquid , neceſſe eſt , quod prodeſ-
ſet etiam negligentibus . Si tantum prodeſt
conuerſatio Philoſophorum , quantum A-
poſtolorum ? quid Principum exemplum ?
Attende quid dicam (ſubiungit Seneca) *negli-* XXVI
gentibus prodeſt , non repugnantibus . Imo ad-
dam ego , & populis prodeſt *repugnantibus* .
Aqua natura frigida, igne ſuppoſito fit cali-
da; & primò quidem incipit liquorem ipſum
ab imo euertere , & paulatim ad ſuperiora
attollere , totumque vas vſquè ad ſummum
replere. Sic Rector plenus iuſtitia, & legis ob-
ſeruator ſubditos etiã natura deſides, & ini-
quos ſolertes facit, & æquos. Ageſilaus Spar-
tanorum Rex ſi quando opus aliquod à mi-

litibus fieri maturè vellet,ipſe ſub oculis omnium ei princeps manus admouebat. In ſenectute eadem vſus diſciplina, roganti cur aſpera hyeme ſine tunica id ætatis ageret? *quo æmuletur* (inquit) *iuuentus exemplo eis propoſito maximorum natu, & imperantium*. Solon ille Athenienſis (teſte Laertio) vulgares homines Principum vmbras appellabat. Vt enim vmbræ figuras corporum; ita vulgares homines Principum mores imitantur. Et quemadmodum fruſtra laborat, qui exiſtente corpore curuo, vult facere lineas rectas; ita operam perdet, qui Principe in malum abeunte, vult in bonum reuocare Rempublicam. Non minus eleganter Principum ſpeculum dicitur vulgus. Vt enim ſpeculum conſulentem imitatur, cum ridente ridet, cum plorante plorat; ita vulgus cum malo inſanit, cum bono bene agit. Æthiopes adeò Regem ſuum æmulabantur, vt ſi quem monoculum haberent; alterum ſibi oculum eruerent: ſi quem claudum, alterum ſibi crus debilitarent, ne quid Regibus ſuis viderêtur diſſimiles. *Diodor. Sicul. de fab. ant. c.* 4. Aurelius Imperator (teſte Herodiano) volens philoſophica ſtudia in ſua Republica languentia iterum excitare, primus ipſe literariam ſe intulit in palæſtram; præeunti ciues omnes adhæſerunt. Non ſine myſterio (ait Theodoretus *Exod. 16. q. 32.*) ſingulis diebus Sabbato excepto manna Iſraelitæ de Cœlo fluebat. *Nam cum hominibus lege præcepiſſet* quieſcere die Sabbati, docuit illos ipſo facto ſeruare præceptum. Adeo ſunt homines ad facta, quàm ad præcepta ſuorum Principum ſeruanda proniores: vt ne id quidem, quod Deus imperat, ſed quod facit

XXVII *Deus exemplo prouocat ad labores.* imitentur. *Vidit Scalam Iacob ſtantem ſuper terram, & cacumen illius tangens cœlum; Angelos quoque Dei aſcendentes, & deſcendentes per eam, & Dominum innixum ſcalæ. Geneſ.* 28. Non ad Scalæ faſtigium (vt notauit Alcazar ad *c. 1. Apoc.*) ſed ad imos gradus, qui terræ inſtabant, & exporrecto brachio Scalam, ne quis ruinæ ſit metus, Deus tenebat. At quorſum Cœli Dominus tam humili fungitur munere? Poterat optimè firmari ſcala, vt nullus labendi timor eſſet, & ſi opus adiutrice dextera, cur hoc non præſtatur Angelorum manibus? Ad quid adminiculum Creatoris? Fatigabant Angeli inceſſanter aſcendentes, & deſcendentes, vt miniſterium ſuum adimplerent, Non ergo ſe exhibet illorum Dominus requieſcentem, ac otia captantem; ſed humeros ſupponit oneri; vt Angeli principem ſuum laborum partem ſubire videntes, ipſi etiam ad ſuum miniſterium adimplendum feſtinent alacres; nec fatigare recuſent. *Vidit Iacob* (ait Hieronymus ep. conſol. ad Iulian.) *ſcalam de terra vſque ad Cælum, & aſcendentes per eam Angelos, & deſcendentes, & deſuper innitentem Dominum, vt laſſis manum porrigeret, vt aſcendentes & ſuo ad laborem prouocaret aſpectu*. Paradiſum incolebat animantium XX

Dominus Adam: ſed congeneri deſtitutus ſolatio, erat quodammodò voluptatis imminutio non habere conſortem. Errabundus hoſpes paradiſi Dominus, ſed deſolatione afflictus, & mæſtus. Vidit Deus ſolitarij hominis etiam in paradiſo miſeriam. *Non eſt bonum hominem eſſe ſolum. Geneſ. 2. faciamus ei adiutorium ſimile ſibi*. Immiſit itaque *ſoporem* in Adam, ideſt *Ecſtaſim* Septuaginta reddunt; & *ædificauit Deus coſtam, quam tulerat de Adam, in mulierem* Obturatis itaque ſenſibus, libera tamen mente quid erga ſe Deus ageret, agnoſcebat Adamus. Verum ſi Deus ficturus erat mulierem ad Adami ſolatium, cur tantiſper gratiam donationis deuenuſtat, dum differt? Cur non æquæuum vtriuſque opificium? Cur poſt Adamum mulier, & non cum Adamo efformatur? In alijs omnibus ſufficit vna vox ad naturas repræſentandas, & ſexum dimetiendum, ſemper fœmina vnà ſurgunt & maſculus: ſolùm in homine alius conditionis eſt ordo. Ecqua huius cauſa? quia Dominus nil in Adami oculis efformarat, etſi omnia ſolerti manu effinxiſſet. Omnia fabricatus fuerat, ſed ſubditus Adam nihil illum oculis fabricantem adſpexerat. Ergo vt opifex videatur, Heuæ opificium tantiſper differtur. Adeſt Baſilius Seleuc. *orat. 2. In Adami conſpectu vult illam fingere, & fictricis artis ſuæ ſpectatricem deſiderat propriam imaginem. Nondum enim Deum Adamus quidquam fabricantem viderat; Creauit Deus Cælum, & terram, ſed Adamus non viderat creantem qui Cæli molitione ſeriùs ipſe fuit: Porrexit ambitum firmamenti, luminoſas faces accendit, animantium greges è ſolo fructificari fecit, verùm hæc priùs fuerunt. Quomodò ergo auctorem condiſceret, qui facientem non vidit?* Hinc diſcite Reges,

non

non ſolum Principem attinere operari, ſed
operantem videri. Euam Deus vt in Adami
efformaret conſpectu, differt aliquantulum,
vt Rectorem ſæculi ad opus ſuo prouocaret
xxix exemplo. Eliſæus illuſtris ſanè propheta Su-
namitidis filium, quem mors vernantis iu-
uentis florem acerba falce ſucciderat, luci re-
ſtituit, ſed in cubiculi receſſu ipſos vel ma-
ternos oculos fugiens, *Clauſit oſtium poſt ſe
& ſuper puerum, & orauit ad dominum* 4.
Reg. 4. Elias etiam dum puero inſtratus vi-
tam cadaueri inſpirat, ſecretum exambit, &
è ſinu matris ad clauſtra cubiculi ducit. *Tu-
lit eum de ſinu eius, & portauit in cœnacu-
lum.* 3. *Reg.* 17. Confer modo cum Chriſto
prophetas. Puellam ille in parentum, electo-
rumque excitat Apoſtolorum conſpectibus.
Lazarum populi frequenti pompa reſuſci-
tat: Viduæ filium ab inferis in oculis multi-
tudinis reuocat; nec cadauer ad cubiculi de-
fert ſecreta, cum Prophetæ antra quærunt,
& inter tenebras latent. Docuerat porro ille
vel ad orandum receſſus adire cubiculi, mo-
dò ſibi aduersùs amat frequentiam, prenſat
populi turbas? Dominus ſuis non contraria-
tur præceptis, ſed ſuperior ſuperioribus do-
cumenta præſcribit. Elias ſeruus, Eliſæus fa-
mulus, Chriſtus ſuperior, Rex Regum, &
Princeps palam agat. Dominantium Dominus. Illi mira videri
humilitate refugiunt. Dominus geſſit coram
ſubditis apparere, & veluti lucerna ſupra
montem poſita gregem congregare diſper-
ſum, & reuocare errantem. Satis eſt, ſi priua-
tus conſcientia teſte laudetur; ſed qui alio-
rum princeps, publicis debet præconijs ful-
gere virtutum. Vtili namque adulationis
ſtudio, Rectoris geſta ſubditus in ſe tranſ-
ferre conatur. *Eſto Innocentia templum* (mo-
nebat Theodoticus. 1. Var. 12.) *temperantia
ſacrarium, ara Iuſtitia. Abſit à iudiciarijs*
xxx *mentibus aliquid profanum. Eſto vita conti-*
Iudex vt corrigat, innocens ſit. *nens* (Idem 6. Var. 21.) *vt poſſis in alienos eſ-
ſe iudex.* Cum nondum tellus cæpiſſet cœle-
ſtem ebibere imbrem, ſanguine madefa-
cta innocentiæ, quaſi fugeret fratricidæ aſ-
pectum, clamabat, & terræ principem tanti
ſceleris vindicem inuocabat. Adamus erat,
cuius intererat & necem vindicare filij, &
parricidæ ſupplicio ſaluti conſulere propriæ;
ne mors tam dulci delibuta ſanguine, eadẽ
manu qua filium ſuſtulerat, & patrem tolle-
ret. Aduerſus Cain de terra clamabat inno-
cens Abel, *Vox ſanguinis fratris tui clamat
ad me de terra.* Geneſ. 4. Clamorem audiebat,
non tamen audebat interrogare, *Vbi eſt
Abel frater tuus?* fratricidium non latuiſſe
parentem quis dubitat? tremunt lapides, ani-
matur terra, hominem elementa accuſant,
Vox ſanguinis fratris tui clamat ad me terra.
Solus Adam ignorat filij necem, qui Sacer-
dos domeſticus frequenti victima aras im-
buebat Altiſſimi? Adamuſſim ſciebat pater
filij piaculum. Cur ergo non interrogat, in-
terrogando non corripit? Cur Deus de Cœ-
lo deſcendit, vbi Adam pater, & princeps
poteſt Deum placare zelo iuſtitiæ? Quomo-
dò poteſt legis obſeruantiam à filio exigere
profanus parens, & tranſgreſſor Diuini man-
dati. Erubuit pater filium arguere, quòd ad-
huc corruptæ naturæ labes appareret in
fronte. Legem non audebat obycere, qui le-
gẽ ſuſtulerat; neq; naturam indignatã recor-
dari filio poterat, qui iam totam naturam in-
obedientia polluerat. Propterea Dominus de
Cœlo deſcendes Cainum interrogat, & vi-
cem implet Adami, qui auctor præuarica-
tionis extiterat. Pagurus cum retrogadum
filium reprehenderet, quia obliquè incede-
ret, & retrogadè, *te ſequor pater*, filius reſpon-
dit. Agaſicles Rex nec impubes præcepto-
rem admiſit, dicens. *Ab eo teneor edoceri bene
viuere, à quo & viuere nactus ſum.* Non-
dum ſtuduerat, & iam didicerat paternos
mores ſibi prò legibus eſſe. Quo deerrante,
& filio aberrare fas eſſet. Hinc aiebat Cicero xxxi
3. *de leg.* Peccata Principum plus exemplo,
quàm peccato nocere. Ludouicus XI. Gallo-
rum Rex quum Carolum filium ſuum for-
taſſe propter valetudinis imbecillitatem (te-
ſte *Vincentio Lupano lib.* 1. *de Mag. Franc.*)
latinam linguam vetuiſſet addiſcere præter
hoc vnum, *Qui neſcit ſimulare, neſcit regna-
re*, malo & à peſſimo principe mutuatus ex-
emplum Tiberio, qui ſimulationem ſuper
omnia diligebat; Ludouici conſilium ita ma-
lè interpretati ſunt Galli, vt litteras omnes
contemnerent. Peccata Principum facile
habent aſſeclas. Nero (teſte Tacito *lib.* 13.
Annal.) cum itinera vrbis, & lupanaria, & di-
uerticula, veſte ſeruili in diſſimulatione ſui
compoſitus pererraret; comitantibus, qui
raperent ad venditionem expoſita, & obuijs
vulnera inferrent aduersùs ignaros, vt & ip-
ſe Nero ictus acciperet, & cicatrices ore

præ-

præferret. Cum Cœſarem eſſe, qui graſſa-
retur, pernotuit, augebantur iniuriæ ad-
uersùs viros, fœminaſque inſignes, & qui-
dem ſimili licentia ſub Neronis nomine
multi proprijs cum globis eadem execre-
bant, & in modum captiuitatis nox ageba-
tur. Quo conſtat quantum bonum, & quàm
præfulgidum Dei donum ſit, idoneus, &
condignus paſtor. *Multitudo Sapientum
ſanitas eſt orbis terrarum: & Rex Sapiens
ſtabilimentum populi eſt. Sap.*6. Nulla to-
to in orbe ciuitas quæ vererem Romam ſub
Idolis adhuc laborantem præiret piaculis?
plenam nominibus blaſphemia eam deſcri-
bit Ioannes *Apocal.* 17. *matrem fornicatio-
num, & abominationum terræ. Ebriam
de Sanguine Sanctorum, & de ſan-*
xxxii *guine Martyrum Ieſu.* Sed vbi primum in
hac vrbe pontificiam ſedem Apoſtolorum
Principes collocarunt, tanta eſt morum fa-
cta mutatio, vt quæ olim dicebatur *Ciuitas
Vanitatis Iſa.* 24. ciuitas ſanctitatis appel-
letur. *Quæ eras magiſtra erroris, facta
es diſcipula veritatis.* ait Leo *ſer.* 1. *in
Natali Petri, & Pauli. Iſti ſunt, qui te
ad hanc gloriam prouexerunt, vt gens ſan-
cta, populus electus, ciuitas ſacerdotalis, &
regia per Sacram B. Petri ſedem caput Orbis
effecta, latiùs præſideres religione diuina,
quàm dominatione terrena.* Dignitatem cui
debeas, non habeo quid ſuggeram præter
paſtoris exempla. Cœſaream Cappadociæ
Baſilij perge quam nouus Noe inter vndas vagan-
ſanctitas tem, feris grauidam ſuſcepit Baſilius, eo ta-
men diſcrimine; quòd arca ſeruauit Noe;
Baſilius ſeruauit vrbem. Aderat in vrbe Ba-
ſilius tanquàm in arca Noe: & domeſtici
peccatores tanquàm belluæ ſuapte natura
indomitæ, eius miteſcebant exẽplo. Externi
hæretici veluti fluctus importunè ſæuien-
tes, eo docente ſilebant. Ne præter eas
xxxiii Gregorium Thaumaturgum Neoceſareæ
Gregorij Ep., qui cum ſibi obitum imminere cogno-
ſceret, totam vrbem, agrumque circumuici-
num diligenter perſcrutari mandauit, ſci-
re volens, an aliqui extra fidem adhuc ſuper-
eſſent. Vt igitur cognouit non plures, quàm
ſeptendecim numerari, qui antiquo adhære-
rent errori: *Acerbum quidem etiam hoc* (in-
quit) *ad Deum ſuſpiciens: deeſſe aliquid eo-
rum plenitudini, qui ſeruantur. Veruntamen
magna gratiarum actione dignam rem
eſſe aiebat: quod totidem ſimulacrorum cul-
tores relinqueret ei, qui ſibi ſucceßurus eſſet
in Eccleſia, quot ipſe Chriſtianos accepiſſet.*
Niſſenus *in vita.* Optimus planè colonus
vineæ culturam demonſtrat, & de præſti-
ta ſollicitudine ſanctè ſuperbit. Homo ex-
tra paradiſum conditus, in paradiſo col-
locatur (neque enim decebat Regem extra
regiam vagari) *Tulit Dominus Deus homi-* xxxiv
*nem, & poſuit eum in paradiſo voluptatis;
vt operaretur, & cuſtodiret illum Geneſ.* 2.
In paradiſo ponitur non vt opes colligat, ſed
in culturam excubet illius paradiſi, quem
Deus ſua manu plantauerat, non homini
plantandum tradiderat. Sed partito labore,
ipſe plantat, colendum homini delegat. Ex-
emplo præit; vt quantam Deus curam in
plantando ab initio poſuerat, tantam in co-
lendo impenderet homo. Non poterat ſanè
Deus homini perſuadère laborem, niſi le-
gem ſudoris atramento exaraſſet. *Quieuit
in die ſeptimo ab vniuerſo opere, quod patra-
rat. Geneſ.*2. Poſtquàm machinam molitus,
Cœlos torno edit, ſydera ſparſit, Solis lu-
men accendit, igni vires addidit, aerem
expandit, humorem concluſit, terram
coegit in Orbem, ânimantibus vitam indi-
dit, hominem præfecit, tunc quieuit. *Eſt*
(inquit Oleaſter) *quod hic aduertas, non
eſſe ſcilicet quieſcendum, niſi priùs ſatis la-
boraueris, quemadmodum & creator tuus.*
Laborat, fatigat, ne ſine vitæ teſtimonio
proferat doctrinam laboris. *Non confun-
dant* (ait Hieronymus) *opera tua ſermo-
nem tuum. Delicatus magiſter eſt, qui ple-
no ventre de ieiunijs diſputat. Epiſt.* 2. *ad
Nepotianum.* Regis os, mens, manuſ-
que concordet. *Erubeſcit quamuis præcla-
ra doctrina, quam propria reprehendit con-
ſcientia. Fruſtraque eius lingua prædicat pau-
pertatem, qui Craſſi tumet diuitijs. Ep.* 16.
de Marcella epitaphio. Quis non irrideat
tam præpoſterum verborum cum operibus
conſenſum? *definiunt* (inquit) *Rhetores
Oratorem, qui ſit vir bonus, docendi peri-
tus. Perdit enim auctoritatem docendi, cu-
ius ſermo opere deſtruitur. Epiſt.* 83. *ad O-
ceanum.* Rectores, quorum doctrina non
moribus exaratur, ſed literis, Balaamo
comparantur, qui de ſe dicebat: *dixit ho-
mo, cuius obturatus eſt oculus, qui cadit;
& ſic aperiuntur oculi eius. Num.* 24. de

eo Gregorius 24. *Moral.* 10. *Balaam* (inquit) *cadens in opere, apertos tenuit oculos in contemplatione.* Speculari ſciebat, operari neſciebat. Quales principes Iſrael, *Speculatores eius cæci omnes, neſciunt vniuerſi. Iſai.* 56. Quia videlicet, inquit Gregorius, *Non videbant opere, quod profeſſione cernebant.*

xxxv *linguam habet exemplū* Efficacius eſt vitæ, quàm linguæ teſtimonium ait Cyprianus: *Habent & opera linguam ſuam, habent facundiam ſuam, tacente lingua. lib. de duplici martyrio.* Imo efficaciora ſunt exempla, quàm miracula. Sanauit Heliſæus ex lepra Naamanum, quòd grande miraculum: pecunias pro curatione oblatas negligendo, reſtituit; quod mirabile exemplum. Exemplo tamen non miraculo Naamanus credidit. Idololatram non expugnauit miraculum, ſed exemplum. Viſo exemplo, *mox Naamam* (inquit Auguſtinus *ſer.* 207. *de temp.*) *diutnam ſibi diſciplinam indicit, ſuperſtitioſam abſcidit, continuò ſe Deum venerari teſtatur, & deteſtari Idolum profitetur.* Nulla vis fatalis, nullus Cometes ſic res mortalium allicit, vt vita Principum rapit mores, & animos ciuium.

Si ſtudia & mores populi cognoſcere curas?
Res facilis: vitam Principis inſpicies.

xxxvi *vita Regis cenſura populi* *Qualis Rex, talis Grex,* Traiani fuit ſymbolum. Vnde Plinius *in paneg. Vita Principis cenſura eſt eaque perpetua. Ad hanc dirigimur, ad hanc componimur. Non tam imperio nobis opus eſt, quàm exemplo. Flexibiles quamcumque in partem ducimur à Principe, atque vt ita dicam ſequaces ſumus, huic enim chari, huic probati eſſe cupimus, quod fruſtra ſperauerunt diſſimiles: eoque obſequij continuatione peruenimus, vt prope omnes homines vnius moribus viuamus.*

Rex velit honeſta, nemo non hæc eadem volet.
Seneca *in Thieſt.* 1. *Scen.* 1.

Oportet (ait Tertullianus) *commendationem alicuius rei adortos, ipſos prius in adminiſtratione eius rei deprehendi, ne dicta, factis deficientibus erubeſcant. lib.* 1. *de patientia.* Et Caſſiodorus, *Prima æquitas eſt à ſe Præſules inchoare, vt debeant criminoſi metuere, quem nequeunt ſimilem reperire. Nullas enim in ſe culpas timet reus, quas habere reſpexerit cognitorem: quando agentem malè, niſi bonis moribus [illegible] mat diſplicere. Suos actus nullus damnat in altero, quia natura eſt humani animi, vt nitatur potiùs vindicare, quod ſe cognouerit amiſiße. lib.* 6. *ep.* 21. Et iterum ad Romanum Senatum *ep.* 4. *lib.* 1. *Facilis recti perſuaſor eſt innocens iudex, ſub cuius prædicabili conuerſatione pudet mores probabiles non habere. Quis enim vereatur ſcelus, cuius in ſuggeſtu gremij complicem videt? In caſſum perſonam ficta ſeueritatis inducit, cum auarus pecunia ambitum diſſuadet, cum legibus parendum cenſet iniuſtus. Non habet diſtributionis gremium, cui auctoritatem libera conſcientia non miniſtrat, quoniam exceſſus tunc ſunt in formidine, cum creduntur iudicibus diſplicere.* Idem *lib.* 11. *ep.* 8. *Oſtendimus in vobis Deo iuuante continentiam, vt eam militibus ſine pudore imperare poſſimus. Non enim poteſt auctoritatem habere ſermo, qui non iuuatur exemplo: dum iniquum ſit bona præcipere, & talia non feciße.* Legiſlatoris exemplum (inquit Theodoretus) officioſa legis præceptio eſt; lex quæ obedituris friget in charta, inſtitutoris exemplo calet in opere.

O quanta exempli generoſo in principe vis eſt;
Tu vitando vetas, tu faciendo iubes
Princeps principiū motus: Rex regula vitæ
Circumfert Cælum ſydera, Rex populum.
Ouen. *epigram.* 113.

Ea eſt exempli efficacia, vt non ſolùm homines, ſed & bruta, ac inſenſibilia ad æmulationem excitentur exemplo. xxxvii *exemplo bruta mouentur; & elemēta.* Decem lineis Orientem verſus cum Eſaias Solem repedare feciſſet, vt Ezechiam Regem diuinæ promiſſionis ſecurum redderet, 4. *Reg.* 20. quæritur, an repedante Sole decem lineis verſus Orientem etiam reliqui retroceſſerint planetæ? Abulenſis affirmat, & comprobare nititur mirifico illo miraculo, quando ad nutum Ioſue ſtetit Sol in medio Cœli, quod conijcitur ex litera, cum dicatur, quòd *ſteterunt Sol, & Luna*, ea ratione præcipuè quia Sol diei teneat imperium, *Luminare maius, vt præeſſet dies. Geneſ.* 1. imo inter aſtra velut eorum Rex lucis diademate coronatus fulgeat: vnde nil mirum, ſi Sole ſtante, aut repedante, inferiora ſtent aſtra, vel retrocedant. Præſidis exemplum æmulante ſubiecto. Montem Sinai flamma, fulgure, terribilem tonitru, Deo imperante Moyſes aſcendit. *Exod.* 10. nec ſine temeritatis nota, fulgurum

rum minimè aſpectû territus, intrepidus per fulgura, & montis flammas ingreditur. Dei obijcies imperium; vel obedientis amorem, qui nihil timet, vt mandata ſubeat Altiſſimi. Mirandum tamen quomodò flammis non combur atur, & fulgur nec tunicam audeat abſumere? *Moyſem cognouimus* (reſpondet Baſilius *hom.* 1) *per ieiunium penetraſſe montem. Neque enim id auſus fuiſſet fumante montis cacumine; neque ſuſtinuiſſet ingredi in nubem, niſi fuiſſet obarmatus ieiunio*. Sed quid Moyſi præſtare potuit ieiunium, vt tanta fiducia fumantem montem aggrederetur? vt eo extingueretur inſatiabilis ignis, & voracitas fulgurum? Moyſis ieiunantis exemplo, qui totius populi gubernator erat, & fulgura didicère ieiunium. Viderat ignis præſulis ieiunantis exemplum, & ab eo quaſi motum adamauit ieiunium; vnde natiuam voracitatem oblitus, nec pilum tunicæ conſumpſit Moſaycæ: Idem de Elia, cum igneo curru raperetur in Cœlum 4. *Reg.* 2. *Ecce currus igneus, & equi ignei diuiſerunt vtrumque & aſcendit Elias per turbinem in Cœlum.* Ieiunanti Eliæ (ait Auguſtinus) *etiam elementa famulantur. ſer.* 2. *Dom.* 1. *Quadr.* Populum docebat Elias, vt Prophetarum parens & rector; & quamuis tot inſignitus titulis ieiunabat. Eo ieiunante, ignis actiuitatis ſuæ impetum reprimens, voracitatem in ieiunium vertit, & lucentibus flammis, ieiunanti famulatur prophetæ. *In veſte poderis* (ait Hugo Carenſis) *quam habebat Sacerdos, vniuerſus orbis deſcriptus erat: quia omnis debent inuenire in vita ſacerdotum, quid valeant, & debeant imitari. in pſal.* 131. Cœlum, aſtra, elementa, creata omnia in ornatu deſcribuntur Aaronis, quia quamuis inſenſibilia ſint, excitari poſſunt ſacerdotis exemplo. *Domus Epiſcopi* (ait Hieronymus) *& conuerſatio quaſi in ſpeculo poſita, magiſtra eſt politicæ diſciplinæ: quidquid fecerit, id ſibi omnes faciendum putant. ep. ad Heliodorum.*

xxxviii Ab vno Rectore cum populi ſalus, vel perditiò dependeat; Vnum Petrum legitur increpaſſe Chriſtus, quamuis Apoſtolos omnes dormientes inuenerit. *Et venit, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro, Simon dormis? Mar.* 14. Quia cum Apoſtolorum Princeps conſtitutus Petrus fuiſſet, eo ſopito reliqui dormierunt: vnde quaſi totius ſocordiæ auctorem Saluator inſimulat, & in eum ſermonem perſtringit, quem cuſtodibus præfecerat, & vigilum verticem delegerat. *Primus inire manu, poſtremus ponere Martem*, Principis eſt? ait *Sil. Ital.* 1. *Facta non dicta mea, vos milites ſequi volo, nec diſciplinam modò, ſed exemplum etiam à me petere. Liu.* 7. Cœſar cum victas à Gallo videret phalanges, *Scuto ab nouiſſimis vni militi detracto, quod ipſe eò ſine ſcuto venerat, in primam aciem proceſſit, Centurionibuſque nominatim appellatis, reliquos cohortatus milites ſigna inferre*, (tantum valuit ducis exemplum, vt) *huius aduentu ſpe illata militibus, ac redintegrato animo, cum pro ſe quiſque in conſpectu Imperatoris, etiam in extremis rebus ſuis, operam nauare cuperet, paulum hoſtium impetus tardatus eſt.* Cœſar de *Bello Gal. lib.* 2. Abſit populo peſſimus Rector, quia *ad exempla viuimus, nec ratione componimur, ſed conſuetudine abducimur*, ait xxxix Seneca *ep.* 123. aliena cogente malitia optimi mutantur in peſſimos. Gregis nomine populum deſignauit Antiquitas, quia deerante paſtore, diſperguntur oues. Solorzanus pecudibus comparauit, quæ obiectis virgis populeis, & amygdalinis, quas Iacob erexerat in canalibus, vt cum veniſſent greges ab bibendum, earum in conſpectu conciperent, edidere partus diuerſo colore reſperſos. Iacob eſt Princeps, virgæ opera eius, oues ſubditi, conceptus cogitationes.

Salus populi à Rectoris exēplo.

Diſcolor vt pecudi virga obſeruata ſub vndis
Vellere ſit ſoboles verſicolore facit.
Sic quibus imbueris Regalia ſceptra, colores
Imbuet exemplum plebs meditata ducis.

Finis Tomi Quinti,

MONARCHIÆ OCCIDENTALIS.

I.154.

A01 1474343

I.is4.